


73

10/10/10
A
3
171




1
H-205

de la comi^{da} de Jany de granada dize el Lic.^{do} *Reynoso*. 2340
882

IOANNIS OSORII
SOCIETATIS IESV, TOMVS
QVINTVS CONCIONVM,

A DOMINICA PRIMA ADVENTVS VSQVE
ad Pascha Resurrectionis, cum omnibus Ferijs Quadragesimalibus.


AD CLARISSIMVM PRÆSVLEM DOCTO-
rem D. Franciscum Reynosum.



CVM PRIVILEGIO:
SALMANTICÆ.

Excudebat Michael Serranus de Vargas.

ANNO. M. D. XCIII.



Tassa.

Y O Alonso de Vallejo Secretario del consejo de su Magestad, doy fee que auiendo se visto por los señores del vn libro intitulado el Quinto Tomo Concionũ à Dominica Aduentus, que cõ su licẽcia hizo imprimir el P. Iuã Osorio de la Compañia de Iesus, que le compuso, tassaron cada pliego de los del dicho libro en papel a tres maravedis y medio, y mandaron que antes que se venda se imprima en la primera hoja de cada vno dellos este testimonio de Tassa, y para que dello conste de mandamiento de los dichos señores del consejo, y de pedimiẽto de la parte del dicho P. Iuã Osorio di esta fee en la Villa de Madrid a 23. de Octub. dias del mes de Nouiembre de mil y quinientos y nouenta y tres años.

Alonso de Vallejo.

5 2

Yo





YO Francisco de Galarça Prouincial de la Compañia de Iesus en la Prouincia de Castilla por particular commisiõ que tengo de N. P. General Claudio Aqua viua doy licencia que se imprima el Quinto tomo de los sermones que compuso el Padre Iuã Olorio de nuestra Cõpañia, residẽte en el Colegio de Salamanca, porque han sido vistos y examinados por muchas personas doctas y graues de nuestra Compañia. En testimonio de lo qual doy esta firmada de mi nombre, y sellada con el sello de mi officio en nuestra casa de Valladolid a 26. de Deziembre de 1592. años.

Francisco de Galarça.



VIDI de mandato supremi senatus Tomum Quintum Concionum (Ioanne Olorio autore) è societate Iesu à Prima Dominica Aduentus, vsque ad Pascha Resurrectionis, cum omnibus Ferijs Quadragesimæ: qui iam super easdem, & Dominicas, & Ferias summa cum diligentia Tomum Primũ ediderat, & vt est in prouerbis, posteriores curæ meliores: æqua vero in doctrinæ grauitate, & ex sanctorum, & bonorum authorum lectiõne, & cum summa citatorum locorum fidelitate. Poteritque typis committi cum magna omnium legentium vtilitate, in conuentu Diui Philippi, Madritij ordinis sancti patris nostri Augustini, die 30. mensis Maij anno, 1599.

Fr. Gabriel Pinelo:

§ 3

EL



EL REY.

ROR quanto por parte de vos Iuan Oforio Religioso de la Compañia de Iesus nos fue fecha relacion que vos auia des cōpueſto vn libro intitulo Tomus Quintus Concionum à Dominica Prima Aduentus, viq; ad Pascha Resurrectionis, el qual os auia costado mucho trabajo y entediades, seria de grande prouecho para todo genero de Christianos, y nos suplicastes mandassemos ver el dicho libro y daros licencia para lo poder imprimir y priuilegio por diez años o como la nuestra merced fuese, lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el se hizo la diligencia que la Pre-matica por nos vltimamēte sobre ello fecha, dispone fue acordado q̄ deuiamos mādardar esta nra cedula en la dicha razon y nos tuuimos lo por bien por lo qual vos damos licēcia e facultad, para q̄ por tiempo y espacio de diez años cūplidos primeros siguiētes, q̄ corren y se cuenta desde el dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante vos o la persona q̄ para ello, vuestro poder vuiere y no otra alguna podays imprimir, y vender el dicho libro q̄ de suſo se haze menciō, y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros reynos q̄ nōbraredes para q̄ durate el dicho tiēpo le pueda imprimir por el original q̄ en el nuestro cōsejo se vio q̄ todo ello va rubricado y firmado al fin d̄ Alonso de Vallejo nuestro escriuano de camara, y vno de los q̄ en el nuestro consejo residē, con q̄ antes que se veda le traygays ante ellos juntamente con el dicho original, para q̄ se vea si la dicha impressiō esta cōforme a el, o traygays fe, en publica forma como por corrector por nos nōbrado se vio y corregio la dicha impressiō por el dicho original, y mādamos al impressor, q̄ ansī imprimiere el dicho libro no imprima el principio y primer pliego del, ni entregue mas de vn solo libro cō el original a el autor o persona a cuya costa lo imprimiere ni a otra alguna para efecto de la dicha correccion y tassa hasta que antes y primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro consejo estādo hecho y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio

cipio y primer pliego, en el qual inmediatamente pōga esta nuestra licencia y la approuacion, tassa y erratas, ni lo podays vender ni vendays vos ni otra persona alguna hasta q̄ este el dicho libro en la forma suſo dicha, sopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha Prematica e leyes de nuestros reynos, q̄ sobre ello disponen, y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender sopena que el que lo imprimiere y vendiere aya perdido y pierda qualesquier libros, moldes y aparejos q̄ del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez q̄ lo cōtrario hiziere, de la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte, para el juez que lo sentenciar, y la otra tercia parte para el que lo denunciare, y mandamos a los del nuestro consejo Presidente y Oydores de las nuestras audiēcias Alcaldes Alguaziles de la nuestra casa y Corte y chancilleria, y otras qualesquier justicias de todas las ciudades, villas y lugares d̄stos nuestros reynos e señorios, ea cada vno en su jurisdicōn ansī a los que agora son como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra carta, y merced que ansī os hazemos, y contra ella no os vayan ni passen, ni consientā yr ni passar en manera alguna, sopena de la nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Fecha en San Lorenzo, a veynte y tres dias del mes de Iunio de mil y quinientos e nouenta y tres años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor.

Don Luys de Salazar.

§ 4 Clari-

CLARISSIMO

PRAESVLI, DOCTORI DO-

mino Francisco de Reinoso, Pij. V. Pontific.

Max. intimo olim cubiculario, &c. Ioan-

nes Oforio é Societate Iesu,

S. P. D.



*V*M de edendo altero mearum concionum libro cogitarem (praesul amplissime) tum bono ipsum omnino in vulgus exciturum speravi. si fautorem, & patronum nactus esset eiusmodi, qui eum studio legere, iudicio probare, auctoritate illustrare, virtute tueri facile posset, quae ut alijs non desint, tibi tamen suppetunt omnia cumulate, quis enim vspiciam nostrae societatis amantior? quis acrior ad defendendum, proclivior ad iuvandum, potentior ad argendum? ut caetera taceam tui in nos siue amoris, siue studij, siue liberalitatis officia, partim publica, partim occulta: quae eo plures societas aestimat, quo tu minoris. Etenim beneficia perinde sunt ac dantur, ut enim tribuentis oratione & superbia fiunt leviora, sic etiam eiusdem hilaritate ac modestia maiora, ingens enim beneficij cumulus est, & haud scio an etiam maior, quam ipsum donum non augere verbis quod datur, sed vltro ingenueque largiri, tanquam qui donat non tanquam qui numerat (ut ait Seneca) ne qui dedit vendidisse, qui accepit emisse beneficium videatur. Tanti seruitutem non emo, dicebat Graecinus Iulius, cum a Persico primum, deinde a Ribilio insolentibus hominibus afficeretur muneribus, neque illis debere se patiar, qui plus exigunt, quam tribuant, & vere, nanque vendenti pretium, largienti gratia iure debetur, ei vero qui sic tribuit, cum neutrum debeatur, vtrumque soluitur, plus igitur exigit, quam dedit, qui bis exigit vni maioremque petit mercedem quam ipsum benefactum aestimetur. Iure cuidam in transiuriali proscriptione Caesaris amicus impetraverat, amice hoc factum videbatur, verum numeravit in beneficii qui fecit, at in maleficio, qui recepit: nam cum quotidianam benefa-

ffi

ffi commemoratione ferre non posset, exclamat aliquando, trade me inquit Cesari, malo enim ab inimico mortem, quam ab amico sic vitam accipere. Est itaque beneficij pars, & ut dixi, fortasse maxima silendo benefacere, & benefaciendo silere, ut & qui accipit non solum debeat beneficium sed etiam beneficij modum, & pater caelestis qui videt in abscondito, & intimos animi sensus sine verbis intelligit, reddat cumulate mercedem. Societas igitur cum plurimis, & prope innumerabilibus tuis in nos meritis se sentiat obstructam, & pluribus etiam obstringendam pro tua benignitate confidat, hoc nimirum unum in te admiratur & suspicit quod ita facis omnia, quasi nihil facias, ita largiris beneficium quasi persolvas officium, ita demum es liberalis, ut semper tibi parcius fuisse videaris. Quibus rebus assequeris, ut cum sis omnibus gratus, facias tamen nos omnes ingratos. Quis enim tantam tuorum erga nos beneficiorum magnitudinem non dicam referenda, sed vel cogitanda quidem gratia consequi possit? referet tamen ille, qui potest, & cuius tu gratia facis, & referet quidem centuplum, idem enim qui factus est pro pauperibus sponsor, pro eisdem factus est debitor, qui recipit, inquit vos me recipit, videlicet ut quod reciperet servus persolveret. Dominus, at quam mercedem? qui recipit, inquit, prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Expedamus haec Prophetae, primum dixit, id est verbum divinum explicantis, deinde non mercedem a propheta, sed mercedem prophetae, at quid sibi volunt haec verba, mercedem prophetae accipiet, nunc hoc significatur benemeritum de prophetaeque magnam praemij partem consecuturum esse, atque ipsum prophetam? respondeat non meum, sed aureum illud Ioannis os hunc ipsum locum explanantis, qui prophetam inquit recipit, sic fit eius particeps praemij ut fit particeps operis, sic consors mercedis, ut consors meriti, sic socius triumphi, ut socius victoriae. Etenim prophetiam quodammodo exercet, qui prophetam sustentat, & qui concionatori suppeditat victum, concioni suppeditat verbum vitae: qui enim proficeret oratio, si deficeret orator, aut qua ratione doctrina traderetur, si doctor non atretur, socius igitur est ministerij, qui adiutor est ministri, ac proinde iure meriti cum illo, qui sementem fecit cum illo. Hoc itaque interest, inter eum qui alit alios, & eum qui alit prophetas, id est bene vivendi magistros, quod ille fructum tantummodo capit officij sui, & quidem vberimum, ut est opus nobilissimum, sed ut dixi tantum officij sui, at hic etiam alieni, quippe


non solum vni benefacit, sed etiam omnibus, quibus is benefecerit. Qui igitur tot verbi Dei disseminatores, tot doctrinae sacrae magistros, tot pacis compositores, tot vitiorum extirpatores, tot virtutum satores, tot sacrorum ministros, qui partim domi tamquam in castris suis quisque locum tenentes, partim foris tamquam egregij excussores rem Christianam pro impertita à Deo facultate procurant, alit adiuuat, auget qua spe esse debet, quo animo? qua laetitia? qui cum docete docet, cum concionante concionatur, cum exhortante exhortatur, cum pacificam te pacificat, cum catechizante catechizat: operatur porro in singulis, & singuli operantur in eo: alter ex superiori loco verba facit, alter ex inferiori, & is in vtroque: hic solum audit confessiones, hic solum dirimit inimicitias, hic solum morientes adiuuat: at vero is in singulis singula, & in omnibus omnia peragit. Gaude igitur tantarum rerum adiutor, atque autor, etiam atque etiam, in Domino gaude & in vno quoque eorum qui in hac Christi vinea laborant, te ipsum intueri, nam cum aliquem ex his populo diuina mysteria tradere cernis, vox illa tua est, cum alium aegrotis animis medentem, medicinam tuam est, cum alium in finitimos pagos animarum causa excurrentem, excursionem sunt tuam, cum alium denique inferorum praedas expugnantem, victoria tua dicenda est, quod si tot tantaque minime huius societatis opera genere ipso pulcherrima, claritate eximia, vtilitate singularia iure tibi ascribuntur, quid mirum si ego minimus eiusdem societatis filius hoc meum opus quantumcumque est tuo nomini inscriptum velim emittere? praesertim cum praeter eam communem voluntatem qua ceteros omnes vniuersum complecteris, me praecipuo quodam & singulari studio atque amore dilexeris, ut facile mihi promittam placitum munusculum, cui sic placuerit autor, teque non moleste lecturum scripta, qui libenter olim pro tua benignitate audieris scriptorem. Porro magni ad operis commendationem inter esse putavi, si vnum haberem iudicem aequum, grauem, eruditum qui tot (ut in tanta multitudine,) essem habiturus iniquos, leues, imperitos quibus quo minor est ad iudicandum prudentia, & doctrina, eo impudentior ad reprehendum audacia. Deinde quis tandem mihi iure succenseat, si communi traheret scribentium cupiditate & consuetudine, atque ut opinor honesta labores suos principibus, & clarissimis hominibus offerendi, quo vel tutius sub eorum nomine divulgetur, vel plausibilis accipiantur, quis inquam me iure reprehendat,

si hanc

si hanc quoque splendoris tui, & dignitatis causam ad ceteras etiam adiungerem. Verum hoc non tam libenter, quam necessario alijs relinquero, ne si multum (quamquam quod multum esse potest in tanta claritate tuorum?) tamen si aliquid dixerim ne religiose modestiae, sin parum, dignitati stirpis tuae defuisse videamur, laudent igitur alij Reinosorum, seu Autilliorum antiquissimam & clarissimam familiam à priscis vsque temporibus origine repetita, & iam inde à Comite D. Roderico Cisnerio nobilissimo ac fortissimo illius aetatis homine tuorum seriem ordine ducant? Addant in praesidio Nauarrum ut vocant Tolosam eum, qui in acie vexillum primum inuexit, quique crucem primus in caelo vidit fuisse à Reinosis, ob eamque rem & crucis triumphum in Hispania celebratum, & eiusdem crucis signum tuorum stemmatum insignibus additum fuisse. Adiungat tantum fuisse tuorum splendorem, tantamque praestantiam, ut Berenguellam Reginam Alfonso 9. filiam ab Enrico fratre potentissimo Rege propter incestina odia vexatam suis Autilli manibus receptam tueri potuerint, & eius filium Ferdinandum, quem sanctum appellant, & qui Hispaniam postea, & Cordubam expugnauit in regni sede collocare. Ego enim plaris facio probitatem, pietatem & modestiam tuam, neque tam laudo quod tantam gloriam maiorum tuorum virtutibus partam acceperis, quam quod acceptam auxeris tuis. Maiores tui sic opibus & regum gratia floruerunt, ut nunquam ab eorum latere penè discederent: tu vero sic Pio. V. Pontif. Max. familiaris factus es, ut nihil in grauisimis totius ecclesiae causis aut sine consilio tuo decerneret, aut sine tuo ministerio conficeret, ut neque sine te ocium, neque sine te negocium caperet: tecum laboraret, tecum quiesceret, tecum domi, tecum foris, tecum intra, tecum extra cerneretur. Quod si tanta sanctitate vir ille fuit, quantum omnes praedicant, & semper praedicabunt qua innocentia, qua virtute, qua prudentia esse oportuit, qui sic se ille probauit, qui nihil nisi bonum probabat. Iam ut te in cardinalium numerum creatione proxima sequenti vellet asciscere, ut plane voluit, nisi mors ipsa praeuertisset, quae alia causa fuit nisi tuae industriae & virtutis opinio? cum indignum putaret, ut vel tua virtus illo clarissimo ordine, vel ille clarissimus ordo tua virtute careret. Adde quod maiores tui sic regum vsi sunt gratia, ut quod honestum est, ornarent suos: tu vero sic te gessisti in illa fortunae altitudine, ut quod pulcherrimum est, ornares etiam alienos. Conuertamus enim

e nim oculos ad ea, quæ habes, & adeo, quæ largitus es, haud sciemus an sint plura quæ dederis, quam sint ea, quæ acceperis. Quotus enim quisque est in singulis Ecclesijs, quin prædicet se tibi deuinctum memoriæ beneficiorum sempiterna, sed finis iam sit, ne tua modestia moleste ferat, quæ oratio nostra libenter efferret, illud tantum adscribo, quod cum prælati, & regni magnates antiquo Castellæ ritu præuilegia à regibus irrogata confirmarent, & secundum ipsos reges subscriberent, etiam subscribebant Reynosi maiores tui, vt extant hodie cum multa plurimis Hispaniæ locis, tum maxime duo Fusillis per antiqua præuilegia amplius quadringentorum annorum, id quod apertissimū argumentum est, è numero procerum, Hispaniæ fuisse Reynosos. Quod igitur nomen alij honori ducebant olim suis tabulis subscribi, illud idem ego nunc meis libris inscribi, si tu mihi, Reynose clarissime dederis hanc veniam, iure meo postulo.

Ad Le-



Ad Lectorem.

L T si conciones de tempore à prima Dominica Aduentus vsq; ad Resurrectionis Paschæ, primo nostrorum operum tomo complexi sumus, ob materiæ tamen magnitudinem, frequentioreque vsu eadem de re quintum iam volumen diuersis tamen concionibus in medium proferimus, atque vt eorum commodis consulamus, qui tota quadagesima concionari solent, nullam eius feriam, quod primo tomo deesse videbatur, prætermisimus, vale meque Deo opt. max. commenda.

Tabula



TABVLA CONCIONVM,
QVAE HOC QVINTO TOMO
continentur.



- Dominica prima aduentus pag. 1.
 Dominica secunda aduentus pag. 18.
 Dominica tertia aduentus pag. 33.
 Dominica quarta aduentus pag. 45.
 In Natiuitate Christi concio prima pag. 57.
 In Natiuitate Christi concio secunda pag. 70.
 In die sancti Ioannis Euangelistæ pag. 81.
 In Circuncisione Christi Domini pag. 94.
 In Epiphania Domini, pag. 108.
 Dominica infra octauam Epiphaniæ, pag. 120.
 Concio prima in Dña secunda, post Epiphaniam, pag. 132.
 Concio secunda in Dominica secunda, post Epiphaniã, pa. 144.
 Dominica tertia post Epiphaniam, pag. 156.
 Dominica quarta post Epiphaniam, pag. 168.
 Dominica quinta post Epiphaniam, pag. 181.
 Dominica sexta post Epiphaniam, pag. 194.
 Dominica in Septuagesima, pag. 207.
 Dominica Sexagesimæ, pag. 221.
 Dominica in Quinquagesima, pag. 235.
 Feria quarta Cinerum, pag. 245.
 Feria quinta post Cineres, pag. 261.
 Feria sexta post Cineres, pag. 272.
 In Sabbatho post Cineres, pag. 287.
 Dominica prima quadragesimæ, pa. 297.
 Feria secunda post Dominicam primam quadragesimæ, pag. 314.
 Feria tertia post Dominicam primam quadragesimæ, pag. 324.
 Feria quarta post Dominicam primam quadragesimæ, pag. 335.
 Feria quinta post Dominicam primam quadragesimæ, pag. 350.
 Feria sexta post Dominicam primam quadragesimæ, pag. 362.
 Sabbatho post Dominicam primam quadragesimæ, pag. 377.
 Dominica secunda quadragesimæ, pag. 390.
 Feria secunda post Dominicam secundam quadragesimæ, p. 403.
 Feria tertia post Dominicam secundam quadragesimæ, p. 414.

Feria

TABVLA.

- Feria quarta post Dominicam secundam quadragesimæ, pag. 425.
 Feria quinta post Dominicam secundam quadragesimæ, pag. 437.
 Feria sexta post Dominicam secundam quadragesimæ, pag. 448.
 Sabbatho post Dominicam secundam quadragesimæ, pag. 458.
 Dominica tertia quadragesimæ, pag. 469.
 Feria secunda post Dominicam tertiam quadragesimæ, pag. 481.
 Feria tertia post Dominicam tertiam quadragesimæ, pag. 493.
 Feria quarta post Dominicam tertiam quadragesimæ, pag. 504.
 Feria quinta post Dominicam tertiam quadragesimæ, pag. 515.
 Feria sexta post Dominicam tertiam quadragesimæ, pag. 527.
 Sabbatho post Dominicam tertiam quadragesimæ, pag. 541.
 Dominica quarta quadragesimæ, pag. 553.
 Feria secunda post Dominicam quartam quadragesimæ, pag. 566.
 Feria tertia post Dominicam quartam quadragesimæ, pag. 576.
 Feria quarta post Dominicam quartam quadragesimæ, pag. 586.
 Feria quinta post Dominicam quartam quadragesimæ, pag. 599.
 Feria sexta post Dominicam quartam quadragesimæ, pag. 611.
 Sabbatho post Dominicam quartam quadragesimæ, pag. 625.
 Dominica quinta quadragesimæ, pag. 635.
 Feria secunda post Dominicam quintam quadragesimæ, pag. 648.
 Feria tertia post Dominicam quintam quadragesimæ, pag. 659.
 Feria quarta post Dominicam quintam quadragesimæ, pag. 670.
 Feria quinta post Dominicam quintam quadragesimæ, pag. 683.
 Feria sexta post Dominicam quintam quadragesimæ, pag. 694.
 Sabbatho post Dominicam quintam quadragesimæ, pag. 707.
 Dominica in Ramis, pag. 718.
 Feria secunda post Dominicam in Ramis, pag. 729.
 In cena Domini, pag. 740.
 Passio Domini nostri Iesu Christi, pag. 752.
 Secunda pars concionis, vel concio secunda de historia Passio-
 nis Christi Domini, pag. 762.
 In Resurrectione Christi Domini, pag. 783.

FINIS.



DOMINICA PRIMA AD- uentus.

B *Thema. Erunt signa.* Luc. 21.



C VM. sæpenumero Diuus Augustinus de su- *August.*
premo illo die concionem faceret auditoribus,
hodierna die excusationem rei huius afferens,
ab eis petit, ne molestè ferant longū de eadem
re sermonem frequenter audire, iram enim præ-
potentis Dei in se ipsum excitaturum esse dicebat, nisi hanc
materiam sæpe, ac frequenter eis in concionibus proponeret.
At vero mirum non est hoc consilium ab Augustino susceptū
esse, cum ipse humani generis seruator sepissimè de eadem ma-
teria sermonem apud suos discipulos, ac sectatores habuerit,
vt clarè constat in hodierna Euangelij historia; in parabola de
virginibus, de fagena, de Rege petente rationem; de Domino
veniente à nuptijs, de vinea, plurimisque alijs sacri Euangelij
locis. Neque miretur aliquis, toties de eadem re sermonem à
Christo Domino institutum fuisse, ea enim ab æterno Patre
præcipue sibi commissæ est ad enunciandum, vt ipsemet testa- *Luc. 4.*
tur, afferens illud Esaiæ vaticinium, spiritus Domini super me; *Esai. 61.*
eo quod vnixerit me, vt prædicarem annum placabilem Domi-
no, & diem ultionis Dec nostro. Ne vero huius diei obliuio,
aut ignorantia teneret aliquem, illam prædicauit Adamus, te-
ste Iosepho, & Enoc, Beato Iuda in sua canonica ita asserente. *Iua.*
Aduen. A Prophe-



Prophetauit autem de his septimus ab Adam Enoc : ecce ve-
nit Dominus cum sanctis millibus suis, reddere unicuique se-
cundum opera sua Prædixerunt huiusmodi diem omnes Pro-
phetæ: prænuntiaueruntque Sybillæ, ex quibus Eritrea fuit, cu-
ius de hac die vaticinatio scripta erat in Capitolio, quo homi-
nes cuiuscunque prouinciæ Romam adentes eam perlege-
rent. Eundem etiam diem magnus ille Mercurius cognomen-
to Trimegistus enunciauit A Egyptijs, omnib⁹ vero totius ter-
rarum orbis hominibus Apostoli, sacrique doctores prædica-
runt. Ne vero inanis sit prædicatio nostra, gratia nobis opus
est, quam à Deo optimo maximo sanctissimæ virginis interuē-
tu suppliciter imploremus.

Aug.

Disputat Diuus Augustinus libro secūdo de ciuitate Dei,
qua ratione immortalis Deus aliqua mala in hac vita impunita
esse patiat. Eius tamen responsio ita se habet. Duæ inquit, ve-
ritates mundo ostendendæ erant, prima, in Deo esse prouidē-
tiam, secunda vero, esse sæculū alterum, quo pergimus, in quo
immortalis vita, quæ immutabili æternitate continetur, degen-
da est. Vt autem homines cognoscant in Deo esse prouiden-
tiam, qua Deus naturæ parens humana omnia, diuinaque mo-
deratur, magnis quidem præmijs, ac donis ipse Deus virtutis
amatores cumulat, quo suam in eos prouidentiam declarat, vt
rectè regius ille vates ostendit, cum ait, & dicit homo, si vtiq;
est fructus iusto, vtiq; est Deus iudicans eos in terra. Aliquā
do etiam eadem de causa supplicij, atque incommodis impro-

Psal. 57.

Psal. 33.

Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eo-
rum. At difficile aliam vitam tuturam esse, diceremus, si in hac
semper bona bonis, mala malis euenirent; manifestum verò
est, alteram fore vitam, cum in hac multa bona præmio careat,
plurima item mala nulla pœna, nullo ve supplicio plectantur.
Vt ergo futurum aliud sæculum Deus optimus ostenderet,
multa iustorum opera nullo præmio in hac vita remunerat,
plura etiam peccata silentio dissimulat, & consulto impunita
esse concedit. Ex hac vero sapientissimi Dei dissimulatione
inepte quidem inferunt flagitiosi, nullo pacto homines in iu-
dicium esse venturos, neque seuerissimum illud Dei tribunal

aditu-

A adituros, dicentes (vt scribit Apostolorum princeps Petrus) 2. Pet. 3.
vbi est permissio, aut aduentus eius? ex quo enim patres dor-
mierunt, omnia sic perseuerant ab initio creature. Non tardat
Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed
patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad
pœnitentiam reuerti. Veniet autem iudicij dies, qui eos ab er-
rore hoc abducat. Qua de re optimè Malachias. Inualuerunt Mala. 3.
super me verba vestra, dicit Dominus, & dixistis, quid locuti
sumus cōtra te? dixistis, vanus est, qui seruit Deo, & quod emol-
umentū, quia custodiimus præcepta eius, & quia ambulauim-
us tristes coram Domino exercituum? Ergo nunc beatos di-
cimus arrogantes, si quidem ædificati sunt facientes impieta-
tes. Conuertimini, & videbitis, quid sit inter iustum, & impiū,
inter seruientem Deo, & non seruientem ei. Ecce enim dies
venit succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & om-
nes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies ve-
niens, quæ non relinquet eis radicem, & germen. Et oriatur
vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, egrēdiemi-
ni, & salietis sicut vitulus de armento, & calcabitis im-
pios.

Considerant nunc flagitiosi se in altissimo dignitatis gradu
collocatos esse, ab omnibus suspici, neque aliquo vitæ, aut cor-
poris detrimento vexari, ideoque spe, atque animis inflati se ip-
sos gloria, & prædicatione efferunt, quod eleganter descripsit
propheta regius, in labore hominum nō sunt, & cum homini-
bus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia, oblitī sunt di-

Psal. 72.

Psal. 5.

Cætu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore, auferun-
tur iudicia tua à facie eius, quid est, auferuntur iudicia tua à fa-
cie eius? Certè, putat, non futurum iudicium. Sed certissimum
est illud futurum esse. Non igitur dubitandum est ad Dei iu-
dicium omnes homines adfuturos, cum hoc Christi Domini
verbis confirmatum sit, qui huiusmodi veritatem grauissimo
hoc testimonio asseruit. Cælum, & terra transibunt, verba au-
tem mea non transibunt. In hoc ergo iudicio bona omnia remu-
neranda sunt, mala verò puniēda. Pugnauerunt Ephraim cō-
tra Iephte, (sacra iudicum historia referente) & illis deuictis, Iud. 12.

A 2

vnus

vnus eis aditus supererat, quo in terram Ephraim venirent, vada scilicet, Iordanis. Constituit ibi Iephte Galaaditas, cumque eum deueniret homo, vt vada superaret, dicebat ei Galaadita, discibolet, quod interpretatur spica, Ephratæi autem exprimere non poterat vocem illam Schibolet, sed dicebant, Sebolet & hac ratione Ephratæus esse dignoscitur, ac vita illico priuabatur. Pergant Ephratæi (id est, abundantes, ipsi abundantes in sæculo, obtinuerunt diuitias) qua maluerint, eam viuendi viam ingrediantur, quam pro libito velint, vt in alterum sæculum emigrent, deueniendum est illis necessario ad vada Iordanis, qui significat fluuium iudicij, ibi periculum faciendum est de omnibus, scilicet tamen, ac beati illi, qui pronuntiare norunt verbum hoc schibolet, id est, spica, scilicet, qui euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua, quia venientes venient cum exultatione, portantes manipulos spicarum. Tunc quidem interrogandi sunt, an esurientes pauperint, sitienti accurrerint, egenorum inopiam subleuarint &c. Huiusmodi vero pietatis opera si quis neglexerit, damnationi, æternisque supplicijs addicetur. Nouissimum hunc diem describit nobis diuinus diuinæ legis scriptor Lucas, cum in hodierno Euangelio inquit.

Erunt signa. Neque vero loquitur Euangelista de signis illis, quæ frequenter à nobis sine aliqua admiratione conspiciuntur, vt eclipfes, bella, fames, pestes, & alia huiusmodi, quæ ab ipso vniuersi exordio omnibus nota sunt, sed erunt tunc alia signa horribilia sane, adeoque metuenda, vt præ eorum timore homines arefiant, stupeant, ac exanimati concidant. Quem admodum enim eger quam primum in grauem aliquem morbum incidit, appropinquantis mortis signa præ se fert, at cum eius oculi offunduntur caligine, pectus rauco quodam sonitu turget, atque effertur, & articularum pulsus deficiunt, tunc de eius vita penitus desperatur, & illum iam vita functum esse cæsemus, sic mundus qui graui, & mortifero peccati morbo oppressus decubuit, multis quidem ærumnis, ac laboribus vexatus est, quibus mors futura significabatur, sed iam iam prope illius interitum erunt alia maiora signa, quæ clarius proximam mortem enunciant, cum duo illa clarissima mundi lumina, sol nimirum, ac luna obscurentur, & ingens maris pectus tumens, ac feruens

vehemen-

A vehementissimum sonitum edat, ac tandem pulsus, motusque cælorum deficient. Primum signum, quo mundum vita frui, cognouimus, lux quidem fuit, fiat lux, quæ rerum omnium vita, decus, & ornamentum fuit, primum item signum, quod mortem mundo proximam esse ostendet, eiusdem lucis priuatio erit, qua solis, lunæque splendor, ac lumen auferetur, vt enim sacer ille Ioannes vaticinatus est, sol fiet niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota sicut sanguis. Et sicut sol tenebris oppletus Christi Domini mortem lamentatus est, ita etiam tunc hominis interitum luctu, ac caligine deplorabit. Sed mirum profecto est solem obscurari, & cum sensus expertus sit omnino, sensibus hac in re vti videtur. Dicitur tamen sentire iuxta eam figuram, quam rhetorici prosopopeiam vocant, qua

B etiam vsus est Psalmista cum ait, montes exultauerunt à facie Domini, sic & Esaias ait, tunc erubescet luna, & confundetur sol, o detestandam hominis duritiam, atque immanitatem? sol erubescit, & luna rubore suffunditur, cum Deum peccatis, ac sceleribus offensum intuetur, homo vero non erubescet, neque aliquo mærore huius rei causa afficietur? Irrisit olim filius Noe patrem suum nudum, quem reliqui, quo ad eius fieri potuit, contexerunt, sic etiam cæli, & elementa quasi cooperiuntur, & offunduntur tenebris, ne videant offensam, quam homines in Deum rerum omnium parentem conferunt. Quærit vates sanctissimus, quid est tibi mare, quod fugisti, & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum? interrogemus & nos solem, & lunam, quid est tibi sol, quod suffusus obscuraris, quid tibi luna quod sanguineo rubore erubescis? Respondet Esaias, erubescet luna, & confundetur sol. At qua de causa? sane propter peccata ab homine diu noctuque commissa. Sinit sol Iosue. 10. dum ille Dei inimicos insequitur, gaudet enim vehementerque lætatur sol si cum immortalis Dei hostibus bellum geras, eosque odio, atque armis persequaris, si flagitia detestaris, & effrenatas animi passiones coerceas, præsto erit tibi huiusmodi negotijs dedito, & si opus fuerit, diem quam longissime protrahet erubescit tamen, grauiusque tristatur, ac suo se lumine priuat, cum te peccata in Deum optimum committentem cernit. Retrocedo libenter decem lineis

Aduen. A 3 in

Psal. 125.

Simile.

Gen. 1.

Apo. 6.

Psal. 113.

Esai. 24.

Gen. 8.

Psal. 113.

Esai. 24.

Ios. 10.

4. Reg. 20.

in horologio Achar, eo quod Ezechias honestam vitæ rationem iniret, & viam Deo gratam ingrederetur, decemque Dei præcepta obseruaret, sed rubore quidem suffusus dolet, te decem lineis retrocedere, nullum Dei præceptum non violans. Erubescit in acerbissima Christi Domini nece, & nudum eius corpus sua contegit obscuritate, sed confundetur adhuc, eo quod post Christi in terras aduentum, eiusque mortem, eum tu iterum tuis flagitijs, ac sceleribus trucidigas. Audias tamen obsecro rem valde pertimescendam.

Esai. 10.

Arescentibus hominibus præ timore. Usque ad nouissimum illum, de quo loquimur, diem, in omni præpotentis Dei ira, diuina micat clementia, & vt ita loquar, super aquam iræ oleū diuinæ misericordiæ supernatat. E contra verò in illa die quasi submergetur misericordia, & Dei ira, atque iustitia mirum in modum splendescet, atque iccirco illa dies, dies iræ merito nominatur. Cōsummatio abbreviata, inquit Esaias, inundabit iustitiam. Quo loco sermo est de Christi Domini morte, in qua Dei iustitia, ac vindicta quodammodo latet, & diuina duntaxat splendet misericordia in homines, cum breui Christi morte deleta peccata sunt, & iustitia quasi consumpta, & absorpta. At vero in nouissimo illo tempore, adeo summi Dei iustitia patebit, vt ipsam Dei misericordiam inundare videatur, qua propter arescent homines præ timore, illudque Dauidis vaticinium verū esse ostendetur, quod sic se habet. Cognoscetur

Psal. 9.

Dominus iudicia faciens. Non agnouisti Deum clementem, ac misericordem, agnosces sane iudicantem, & vlciscentem, & quemadmodum homines ira perciti, minas iactare solent in hunc modum, faciam quidem me à te dignosci, sic etiam minatur Deus in præsentia, tu me cognosces iudicia facientem, qui non agnouisti, nedum suspexisti misericordiam præstantem. Quam obrem præclare Euangelicus propheta, ingredi, inquit in petra, abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius, in die illa incuruabitur altitudo virorum, & sublimitas hominum, & eleuabitur Dominus solus in die illa, & introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie furoris Domini, & exaltabitur maiestas Domini, cum surrexerit percutere terram. Hæc

Esai. 2.

etiam

A etiam illius diei formidinem sacra regum historia describit, 1. Reg. 2. Dominum, ait formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cælistonabit Ieremias item. Ecce turbo Domini, furor egrediens, Ierem. 30. præcella ruens, in capite impiorum conquiescet. Non irruet tempestas hæc in capita iustorum, quibus dicitur. *Leuate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra.* Tantæ vero hæsitationis, ac formidinis causam illico Christus Dominus adiunxit, cum ait.

Virtutes cælorum mouebuntur. Angelus assistit cuique orbi cælorum illum ordinato quodam motu ciens, ac mouens, tunc verò angelica motione cessante, ipsi cælestes orbes à priori impetu agitati sine vilo ordine mouebuntur, sicut quæuis rota hinc inde inordinate mouebitur, si ordinatus motoris impulsus intermittatur. Et hoc sibi vult Apostolorum princeps, cū ait, cæli magno impetu transient, id est, inordinate cientur, ex quo fit, vt inferiora etiam, quæ, teste Aristotele, à superioribus reguntur, ac gubernantur, absque vilo profus ordine moueantur. Virtutes ergo moueri, nihil aliud est, quam Angelos motores, cælorumque influentias cessare. Idem prædixerat Esaias, super hoc, inquit, cælum turbabo, & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituum, & propter iram furoris eius. Super hoc, id est, propter hominum flagitia, turbabo, ac funditus euertam omnia. Ex quo facile homo perspiciet, quam sit ipse turbatus, & deordinatus, cum suæ turbationis causa omnia turbentur, Aptè quidem deordinatio peccati totius vniuersi deordinatione punitur, in circuitu impij ambulant, sic tu Deus immortalis pone illos vt rotam, vt Psaltes ait, & vt B. Gregorius asserit, qui in cunctis delinquimus, in cunctis ferimur.

Esai. 13.

Psal. 11.

Psal. 8.

Greg.

At hæc omnia quid ad me, inquires, qui huiusmodi diē nō sū visurus? Nescis sanè, inquit Diuus Augustinus, si videbis, an nō quia de die illa nemo scit. Sed demus, hoc ita esse, ait Augustinus, quisque diem hunc necessario videbit, cum ei mors aduenerit, tunc rationem es redditurus vsq; ad vltimū quadrantem, & prædicta signa erunt, sol enim obscurabitur tibi, oculi caligabunt, & virtutes membrorum commo-

Aug.

uebuntur: tunc si peccati maculas non deleueris, aresces præ timore, tunc æquissimum Dei tribunal adibis, & sententia, quæ in priuato illo iudicio prolata fuerit, in generali mutari non poterit, cito ergo videbis iudicium tuum, iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.

Deut. 32.

Remig.

Matth. 16.

Psal. 49.

Psal. 21.

Ioan. 8.

Ioan. 5.

Tunc videbunt filium hominis. Idest veniet tanta cum maiestate, inquit Remigius, vt ab omnibus Deus agnoscat, neque opinionum dissensione discrepabunt homines, quem dicant esse hunc filium, homines, si Baptistam, Eliam, vel Hieremiam, iam non est Deus absconditus, vt in primo aduentu, sed Deus noster manifeste veniet, Deus noster, & non filebit, iam non solum notus in Iudæa, sed videbit omnis caro salutare Dei. Neque enim veniet dissimulante, & obscure, alienam personam simulans, sed detectus, & vniuersa curia cælesti circumdatus, insidens nubibus tanquam earum Dominus, & diuinis mentibus honorificentissime stipatus, & qui in primo Aduentu vermis habitus fuit, non homo, & quasi vermis conculcatus, & prostratus, factus opprobrium hominum, & abiectio plebis, perditissimo Barabæ posthabitus, & ab omnibus ignominiose despectus, nunc supremus omnium iudex, ac Dominus existens, singulari veneratione ab omnibus colatur. Rationi enim cõsentaneum est, maximeque decet, vt Christo Domino gloria deferatur, & angelico concentu, tubaque resonante cælesti, atque vniuersa cælestium curia comitante, in omnium hominum, Angelorumque conspectu honor illi restituatur, & cognoscant cuncti, quis, & qualis sit hic homo, & qui paruifactus est, & qui magno apud omnes in dedecore fuit, quia æterni sui patris gloriam augere, ac propagare curauit, vt ipsemet fateatur, Ego, inquit, honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Modo iudicet mundum vniuersum, vt omnes honorificent eum, sicut honorificant patrem, ideo Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio.

At quanto suffundentur rubore flagitiosi homines in huiusmodi spectaculo constituti, cum eum Deum, ac iudicem esse agnoscant, quem dum huius lucis vsura fruerentur, nulla sunt ratione reueriti, sed nihili eum ducentes, eius leges impuden-

impudenter violarunt. Diuinitus prædixit hoc Esaias, cum ait. Ad eum venient, & confundentur omnes, qui repugnant ei. Prædeas nunc in medium, iniquissime Caiapha, & intuere hominem hunc, quem impudentissimo tuo ore blasphemum esse dixisti, cum tibi eximia animi, & corporis lenitate, ac mansuetudine respondit, se venturum esse in nubibus cæli, & animaduerte, quàm vera tibi enunciauerit, ac prædixerit. Conspice, superbissime Herodes, & agnosce illum, quem illudens, ac dementem reputans, veste quadam ignominiosa induisti, summa, ac diuina sapientia esse præditum. Conijce oculos, iniustissime, & crudelissime Pilate, in eum, quem omnium oculis contumeliose inspiciendum proposuisti, quem flagellis cæsum, spinarum corona redimitum, in crucem denique agendum immanissimis tortoribus tradidisti. Ecce vobis perditissimi Iudæi, quem negastis esse regem vestrum, perdidite nunc quæso, an rex sit omnium. Et certè quemadmodum Moyses, cui dixit Israelita, quis te constituit iudicem inter nos (vt sacre literæ testantur) à Deo Israelitarum iudex constitutus est: sic Christus Dominus, quæ regem vestrum esse, negastis, rex vester est. Veniat denique omnes scelerati, ac perditissimi homines, & contueantur eum, de quo dixerunt, nolimus hunc regnare super nos, regnum iam, imperiumque tenentem, venit enim regia potestate recepta.

Esai. 41.

Acto. 7.

Luc. 19.

At egredimini vos etiã filie Siõ, & videte regem vestrum coronatum. Reuiuiscite, ac venite diuisti, & videte hominem, quæ præ omnibus dilexistis in quo vno spem omnem positam habuistis, cuius verbis tribuistis fidem, cuius causa ieiunij vigilijs, & voluntaria corporis castigatione vos ipsos macerastis, pecunias in egenorum inopiam subleuandam impeditistis, & honestis alijs, ac præclaris operibus diligentissime studuistis. Egredimini religiosi, & videte Christum Iesum, cuius gratia mundo renunciaistis, & quem præ omnibus fluxis, ac perituris diuitijs, ac voluptatibus, mirò quodam amore præsecuti estis, hic est verus Dominus, cuius vos obsequio vltro, ac sponte tradidistis. Ecce Germen Domini in magnificèntia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio ijs, qui saluati fuerint. Intuemini, obsecro, iudicem, regem, ac

Esai. 42.

Dominum vestrum in summa gloria, amplitudine, ac maiestate constitutum, principes vero terre miserè deiectos. Hac de coratus maiestate veniet humani generis vindex, ac redemptor Christus cuius grauiissimo, & venustissimo aspectu incredibili lætitia iusti perfundentur, improbi verò tristitia, mæroreque sempiterno confumentur. Et tunc quidem lætissimis vocibus proclamabunt sancti, d nos scelices, ac fortunatos, qui Deum sequuti, turpem, ac flagitiosam vitam reliquimus; damnati autem summo quodam animi dolore tristissimisq; fletibus, ac lachrymis infelicem, & miseram suam conditione deplorabunt.

Apoc. 14. Clamabunt deinde sancti, & illam Apocalypsis vocem edent, vindictam, vindictam, mete, quia venit hora, vt metatur. Illud præterea Dauidis carmen vsurpabunt, in- **B**
Psal. 58. tende ad visitandas omnes gentes, non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. Quod si diuinus scriptor Ioannes videns Apocalypsis. 1. hunc Dominum cum gladio bis acuto in ore, cecidit ad pedes eius quasi mortuus, quo tunc stupore impij homines formidabunt? Ecce nomen Domini, inquit Esaias, venit de longinquo, ardens furore eius, & grauis ad portandum, labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans, spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum.

C Tunc ergo videbunt omnes filium hominis, sed illud tunc expendendum nobis est, illeque aspectus inspiciendus. Ac primum est nunc (vt ita loquar) & deinde est tunc, nunc quidem est hominis, tunc vero est Dei. Præterea, nunc misericordia plenum est, polliceturque clementiam, tunc autem iustitiam, & vindictam spectat. Nunc homo ab immortalis Deo discedit, illumque sponte sua deserit, sed tunc Deus auertet se ab homine, qui quidem ægre, & magno sui animi dolore à summi Dei conspectu etiam inuitus distrahetur. Nunc denique homo, nullahabita in Deum obseruantia, operatur, tunc vero præpotens Deus nullis precibus flectetur, quin ab homine pœnas petat acerbissimas. Et certe hoc nunc in illud tunc commutabitur, & tunc mæstif-

A mæstissimi interrogabunt peccatores, quem fructum habuimus in superiori nunc, in his, in quibus nunc erubescimus. *Rom. 6.*
At qualis erit tunc seruatoris nostri aspectus? & quis eo frui non desiderabit? quis non vehementer appetet suis intueri oculis æternum æterni patris filium, humana forma propter homines indutum? Quis illius non amabit aspectum, qui humani generis causa in crucem actus vitam, sanguinemque profudit? Væ tamen vobis, flagitiosi homines, conspicietis enim illum, sed adeo seuerum, ac rigidum, vt infera potius loca incolere, magis quam illius vultum intueri velitis? Potentissimus Herodes pertimescit illum adhuc puerum, & in vili præsepio iacentem, quid fiet, cum ipsum in suprema iudicis potestate constitutum, & sententiam proferentem aspiciat? Cum **B**
B templum ingreditur Iesus serui forma indutus, numulariorum menlas euertit, vendentesque, & ementes grauiter flagellis cedit. Cum ab æterno patre doctor, & magister in monte illo Tabor declaratur, discipuli eius præ tantæ maiestatis timore penè demortui concidunt, quid, rogo, futurum est, cum ipsemet tanquam supremus Angelorum, hominumque iudex appareat? Imbecillus, & sanguinis sudore perfusus in horto Gethsemani vnico duntaxat, verbo deiecit hostes in terram, quid iam faciet iudicaturus, qui ista præstitit iudicandus?

Sed audiamus, si placet, quam ille proferat sententiam. *Ite maledicti.* Cuius sententiæ seueritatem, & magnitudinem, vt melius expendamus, considerandum nobis est tribunal illud, vbi ea sententia profertur, quod quidem nihil aliud est quam nubes, veniet enim in nubibus cæli, & verò nubes sunt quasi peristromata, & velum diuinæ maiestatis, sub quibus Deus optimus maximus sæpe describitur, quia vt præcinit regius ille vates, nubes, & caligo in circuitu eius, & tam apud Esaiam, quam in Exod. sub nube, & nebula immortalis Deus conspicitur, & in hodierna Euangelij historia eundem in nubibus iudicantem audiuius. Quemadmodum enim nubes incomprehensam illius magnitudinem, infinitamque maiestatem alijs sacræ scripturæ locis representat, ita in hoc immensam, & à nullo vnquam perceptam ipsius Dei iustitiam significat.

Psal. 96.
Esai. 6.
Exod. 20.

ficat, quæ tantum aduersum flagitiosos homines elucebit, quæ **A** tum grauitatis, & malitiæ ipsorum flagitia, & peccata habuerint, cum vero peccatum, & offensa in Deum infinitam quandam malitiã contineat, infinita sane erit iustitia, qua vindictã de illo sumet infinitus Deus, atque adeo pœna punietur infinita, quo circa vtrumque est incomprehensum, & quod percipi nulla ratione potest. Atque iccirco iudicium fert Deus in nubibus collocatus. Verum formidabilis hæc sententia, & nullis vnquã sæculis audita, qua æternis pœnis, atque cruciatibus rei addicuntur, nõ nisi ab æterno Deo infinitaque iustitia ferri poterat, neque illam alius quam immensus ipse Deus executioni mandaret. Quis enim pater, vel iudex plurimis etiã offensis lacepsitus videns filiũ, vel reum innumeris, & acerbissimis torqueri cruciatibus, & in ardentem fornacẽ coniectum mille annorum **B** spatio perpetuo exuri, quis in quã miseratione comotus huiusmodi pœnas semoueri, vel eas saltẽ magna ex parte leniri, nõ iuberet? Solus, solus inquam Deus, quippe qui infinite iustus est, tam graui, diuturnoq; supplicio improborum scelera puniendã esse iudicat, quæ humanum captũ, & iustitiã superat, & ideo ex nube profertur. Veniamus ergo ad sententiam ab eiusmodi iudice iustissime latam.

Ite, inquit, maledicti. Quam terribilis, ac pertimescenda sit damnatis hæc Christi Domini vox, in illis Apocalypsis verbis aliquomodo explicatur, vox illius, (scribit Ioannes) tanquam vox aquarum multarum. Apud Ezechielem etiã dicitur. Quasi sonum aquarum multarum, & quasi sonum sublimis Dei, id est, quasi maximum sonum, in sacra enim scriptura, ea quæ **C** Dei dicuntur, maxima esse significantur, quod (vt omittam plura alia testimonia) ex illo Dauidis carmine clarẽ constat, vbi inquit Propheta, & arbuta eius cedros Dei, id est, cedros altissimas, & editissimas. *Ite, ecce verbum, de quo, ego facio verbũ in Israel; quod quicumque audierit, tinniant ambę aures eius, discessistis à me, ego à vobis recedam, dereliquistis me; derelinquam vos, sit igitur, discedite à me, sed quo perget homo à Deo optimo abstractus, & diuulsus? est ne alius Deus, qui eũ excipiat? inuenietur ne alius Dominus, qui seruum à Deo abiectum recipiat? Maximum sanẽ malum est à Deo recedere, quia*

est

A est recessus ab omni bono, & accessus ad omne malum. Ite summam quandam pœnam significat, quam theologi vocant pœnam dani, & in privatione diuinæ visionis dicunt consistere. Quam ob rem merito in Apocalypsi scribitur. Beati, qui lauant stolas suas, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem, foris canes, & venefici, & impudici, & homicide, & omnis, qui amat, & facit mendacium. Idem sanẽ significat, foris canes, ac, ite, discedite. Inter grauissimas acerbissimasque sententias, quæ ab hominibus proferuntur, ea censetur seuerissima, in qua proscribitur reus, neque ab aliquo eius causa suscipitur defendenda, sed illum comittit iudex à quocunque interficiendum, & tunc huiusmodi homo proscripius dicitur. Hoc quidẽ sibi vult, verbũ illud. *Ite, discedite* **B** *nullo pacto vestrà defensionẽ, propugnationẽ ve suscipio, proscripi estis.* Hac de causa valde timidus aiebat Cain, ecce eijs me hodie à facie tua, omnis ergo qui inuenerit me, occidet me. Quid igitur facies, perditẽ, ac scelerate homo? quo ibis, cum à summi ac præpotentis Dei conspectu eiectus, Dæmonibus torquendus, ignique sempiterno comburendus tradaris? Diuina misericordia hucusque tui extitit propugnaculum, iuxta illud Prophetæ. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti, hæc vero si te deferat, omnia sanẽ in te vnũ insurgent, & aduersus te arma, viresque suscipient. Exulabis profecto à patria illa cælesti. Non enim videbit, inquit Ieremias, cum venerit bonum. Neque intueri poteris ciuitatem illam, de qua regius ille vates loquitur in hunc modum, gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Neque etiam faciem patris cælestis vllõ vnquam tempore aspicias, ideoque orabar Dominum sanctissimus **C** Prophetæ Dauid. Ne proijcias me à facie tua. Quæ autem sint huius sententiæ verba, quæ sequuntur, audiamus.

Maledicti, inquit, cur ergo, Deus optime, cum eos à iucundissimo tuo aspectu abijcias, non afficies aliquo solatio, bene potius quam male illis precando? Dillexit maledictionem, ait Propheta, & veniet ei, noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Maledixit Dominus ficui, quæ statim aruit, neque aliquem vnquam fructum

reddidit,

Apoc. 22.

Gen. 4.

Thren. 4.

Jerem. 17.

Psal. 86.

Psal. 50.

Psal. 108.

Mat. 21.

Apoc. 1.

Ezech. 1.

Psal. 69.

1. Reg. 2.

reddidit, sic huiusmodi homines, quibus Deus optimus male- **A**
dixerit, nullum opus æterno Deo gratum, ac iucundum effi-
cient. Ad dit Christus, *in ignem*. Cum eos, Deus immortalis; à
cælesti patria repelles, & acerbissima maledictione afficias, da
illis, obsecro, locum aliquem amænum, & arboribus consitū,
vbi vitam cum aliqua saltem iucunditate degant. In ignem, in
quit illis, vobis eundum est. Aptus sane lectus, perpulchrum-
que cubile, vbi molles, ac delicati homines conquiescant, qui
manum igni applicatam breui temporis spatio habere vix pos-
sunt. Et quis ex vobis, rogo poterit habitare cum igne deuorā-
te, & ardoribus sempiternis.

Esaï. 33.

Adiungit deinde Christus Dominus, damnatos æterno ig-
ne esse cruciandos, ite inquit, *in ignem æternum*, si acerbissi-
mo ignis cruciatui flagitiosos homines addicis, constitue sal- **B**
tem eis tempus, Deus optime, in quo tanto supplicio finis im-
ponatur, succensus est ignis Babylonicus ad 49. cubitum ascē-
dens, non peruenit ad 50. qui est numerus veniæ, & remissio-
nis. Idem ignis Babylonicus cōburit eos, qui ipsum excitabant
quia eodem etiam Dæmnes ardent. O æternitas incompre-
hensa, quam si quis attento animo consideret, non dubito,
quin turpitudine relicta, ad honestam se vitæ rationem recipe-
ret. Hæc sunt, quæ vos scelerati homines expectant, hæc sunt
pœnæ, quibus perpetuo cruciandi estis, & tamen non timebi-
tis? sanè non percipimus æternam hanc pœnarum duratio-
nem.

At clementissime Iesu, ad horum dolorem leuandum, mæ-
roremque minuendum, gratos illis socios adiunge, quorum **C**
consuetudine ipsi aliqua ex parte recreentur. Audite miserrim-
os, & infelicissimos socios, quibus cum vitam, societatemq;
inire illi debent. *Qui paratus est diabolo & angelis eius*. Ecce in
foelicitissimum sodalitiū, quo damnati magis dolebunt, sed
iure optimo eos sibi sodales adiungunt, quorum etiam flagi-
tiorum cōmites exriterunt. Rectè quidem illis aptari potest id
Deut. 32. congregabo super eos mala, & sagittas meas comple-
bo in eis. Locus ille inferorum est quasi omnium malorum ag-
gregatio, sicut etiam beatitudo cælestis bonorum omnium cō-
tubernium dici potest. In cælo quidem omnes sensus iucundi-
tate

Deut. 32.

Atate afficiuntur, in inferis verò, odor, tactus, & quilibet alius sen-
sus, tristitia, ac dolore maximo cruciatur. Sed quo pacto cum
hæc vera esse fatearis, flagitiosam adhuc vitam suscipis? Vt ve-
ro odium, quo Deus peccatum prosequitur, melius percipia-
mus, finge animo matrem, quæ mero quodam amore filium **Simile.**
suum complectitur, ira tamen succensa filium, quem mirificè
diligebat, in fornacem detrudi iubet, vbi ille longissimo tēpor-
is spatio ardet, mater tamen nulla frangitur misericordia, sed
diutius filium ardere patitur, incredibile sane facinus à filio
susceptum esse dicerem, cum pijssima mater filio ardenti mise-
ricordiam non tribuat. Perpende item illius clementiam, qui
clementissimas etiam matres amore, & pietate superat, cū ipse
dicat, etsi illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui, & tamen ita
B hominum peccatis offenditur, vt eorum causa ipsos homines
perpetuo igni comburendos tradat, sed nulla prorsus misera-
tione commotus dicat, ego in interitu vestro ridebo, & sub san-
nabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit. O malum val-
de quidem pertimescendum, time te eum, auditores, qui post-
quam occiderit corpus, habet potestatem mittendi in gehē-
nam ignis. Neque vero solum huiusmodi verbis Deum timen-
dum esse indicatur, sed etiam peccatum ipsum, quod & cor-
pus interficit, & animum deinde æternæ damnationi addi-
cit.

Simile.

Ierem. 49.

Prou. I.

Matt. II.

Hanc, de qua locuti sumus, diem, sanctissimus ille Baptista **Luc. 3.**
prædicabat. Genimina viperarum, ait, quis demonstrabit vo-
bis fugere à ventura ira? securis ad radicem arboris posita est,
C omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur,
& in ignem mittetur. Quæ quidem verba tantum apud audito-
res valuerunt, vt accederet ad eū publicani, dicentes, Magister,
quid faciemus. Milites etiā Romani, qui diuinis honoribus sua
idola prosequabantur, dicunt identidem, quid faciemus, vt fu-
giamus à ventura ira? Eisdem profecto verbis nobis vtendum
est, nisi mens nostra à sua sede, & loco dimota planè desipiat.
Hunc finem spectat hodiernum Euangelium in prima hac ad-
uentus die præpositum, nimirum, vt nobis consulentes, nobis-
cum ipsi consideremus, quid facturi simus, vt pertimescendam
Dei iram declinemus. Cum Deus optimus, maximus in animū
indu-

indu

Gen. 41. induisset, vt Aegyptij primum tritico abundarent, deinde A vero illo maximè egerent, voluit Pharaonem sui consilij fieri participem, Iosepho eam temporis vicissitudinem prædicente vt hac ratione, cum terra tritici abundantiam suppeditaret, frumentarius constitueretur, qui eo tempore, quo in magna annonæ caritate versarentur Aegyptij, illis ad victum necessaria suppeteret. Eodem omnino modo se nobiscum gerit Ecclesia, admonet enim homines, vt hoc tempore, quo Dei gratia, & benignitas in animos abundanter diffunditur, & ille, qui plenus gratiæ, & veritatis cælestium fructuum copiam, & abundantiam suo in terras aduentu dilargitur, vt hoc in quâ tempore pareremus vobis necessaria in sterile illud iudicij tempus, quando omnia ira, iustitia, ac seueritate plena erunt. Et quemadmodum auceps, qui auem aliquam aucupari, illique mortem inferre nititur, ea vtitur industria, vt prius illi vulnus infligat, quam aucupis strepitus audiatur, qui vero auem aucupari negligit, clamorem tollit, vocibusque, ac strepitu illam fugat, & abigit. Sic humani generis seruator, quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, nos clamoribus excitat, strepituq; & aquarum fremitu, fugam nobis amicissimè suadet. Quod diuinitus prædixisse videtur regius ille vates, cum ait. *Dedisti* metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui. Arcus Domini distentus est contra te. Arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, quod si te lethali vulnere vellet percutere, non te præmoneret, sed vulneraret citius, quam tu putares, vrget tamen modo, & intendit arcum, contēdit vocem, vt fugias à facie arcus. *Para* igitur, & referua quæ tibi in nouissimo illo die erunt necessaria. Neque existimes omnia tibi suppeterere, vt ille alter diues, cuius promptuaria plena erant eructantia ex hoc in illud. sed penuriam, atque indigentiam, qua premeris post hac confidera, & cum quadam animi formidine rationem, quam redditurus es, tecum ipse subducens, quid faciam, inquires, vt fugiam à ventura ira. Sed pro dolor. *Dives* sum, ais tu, & nullius ego, cum sis pauper, miser, ac miserabilis. Quod si egestatem agnoscis tuam, dic, quid faciemus? Et quidem ecclesiasticus reddet tibi responsum in hunc modum. Ante iudicium prepara iu-

*Simile.**Psal. 59.**Apo. 3.*

Ara iustitiam tibi, & interroga te ipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. Quod alijs quidem verbis, sed eodem prorsus spiritu doctor ille gentium Paulus scripsit, si nos met ipsos, inquit, iudicaremus, non vtique iudicaremur, iudica ergo te ipsum, & non iudicaberis. Perpende diligentissimè scelera à te in Deum optimum patrata, eaque demisse, atque humiliter detege confessario, vt ea in seuerissimo illo tribunali tegantur, & miro quodam silentio dissimulentur, ac denique tuam contra te sententiam profer, pœnasque persolue, antequam à iudice illa feratur, & æternis cruciatibus addicaris. Atque hoc sane est iustitiam ante iudicium præparare. Quod quidem præstitit sanctissimus, Iob vt explicat *Iob. 23.* Diuus Gregorius libr. 6. moral. capit. 14. in illa verba. Quis mihi hoc tribuat, vt agnoscam, & inueniam illum, & veniam vsque ad folium eius, ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus. Eia ergo auditores discutite vos ipsos diligenter, & animis nouissimo illi iudicio adestote, & scelerum maculas confessione delentes, ad honestam vos vitæ rationem referte, sic enim fiet, vt tam in hoc primo, quam in illo secundo Christi Domini Aduentu cælestem iudicem benignum, clementemque experiamini, illiusque gratia, ac beatitudine perfruamini, &c.

Aduen.

B

Domi:

Dominica Secunda Adventus.

Tu es qui venturus es, an alium, &c. Matt. 2:



V I D I M V S superiori Dominica secundum Christi adventum spirantem iram, plenumque minarum. Quem formidanda ac pertimescenda signa, atque portenta præcessura ostendimus. Nimirum signa in sole, luna, & stellis. Proponendus nobis hodie ante oculos est primus ille iocundissimus Christi adventus, suavitatis, misericordiae, amoris que plenissimus, quem etiam sua signa præcesserunt in sole, luna, & stellis. Non quidem signa quae formidinem nobis, ac timorem incuterent, sed quae hominum animos incredibili lætitiæ voluptate, & amoris suavitate perfunderet. Audi vero hæc signa Apoc. 12. signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim stellarum. Signum magnum Maria, miraculum gratie, sed signum amoris & gratiæ sole amicta iustitiæ, stellis ornata, sed quæ nam est luna illa, quæ sub pedibus eius est? utique Ecclesia, quæ dicitur Cant. 4. pulchra ut luna, quæ ad pedes Mariæ obvoluta recipit à sole (quo illa amicta est) lumem splendidissimum. Ideo monet Bernardus amplectamur Mariæ vestigia fratres mei, & deuotissima supplicatione beatis illius pedibus prouoluamur, teneamus eam, ne dimittamus, donec benedixerit nobis, potens est enim, velle est enim inter rorem & aream, mulier inter solem & lunam. Maria inter Christum & Ecclesiam constituta. Ave Maria.

Solet is, qui in profundæ noctis quiete suauè aliquibus concitum exhibere vult, eos dormientes primum excitare ne in vanum ipsis torpore, ac somno concopitis tam suavis harmonia proponatur, ad eos verò excitandos solet manibus pedibusque perstreperere, & inquietudinem arte moliri, ut è sono euigilet. Volens ergo Ecclesia

nobis

A nobis proponere optatissimam illam musicam mundo, quam mirum in modum exoptabat sponsa, cum diceret, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, ut animæ nostræ excitetur, propter quas illa fit, eamque audiant, clangorem terribile tubæ iudicij nobis proposuit, quo illi, qui vitiorum somno sopiti sunt, & hi, quorum grauantur corda crapula & ebrietate & curi huius vitæ excitari possint. Hora est, inquit Paulus, iam nos de somno surgere, sicut enim in fine mundi omnes mortui excitabuntur tuba illa, & resurgent etiam qui in nouissimis terræ, & abyssi erunt, sic eodem modo tuba nobis proposita, si intime consideretur, sufficiens est, excitare omnem peccatorem, licet profundissimo somno sit oppressus. Iam ergo nobis excitatis proponitur hodie dulcissima musica primi Christi aduentus, quo dulcius nihil. Secundo aduentu nihil terribilius, primo nihil optabilius, non misit Deus filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Vide dulcedinem nuntij huius, fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia venit Iesus, peccatores saluos facere, quasi dicat, sermo est fidelis, & verba sunt fidelia omnia quæ Deus loquitur, quia fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & Ioannes, hæc verba fidelissima sunt, sed non omni acceptione digna, quia plurima terribilia sunt, quæ audire nollemus, an non fidele verbum iudicij, de quo Christus, cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt? sed alioquin tremendum verbum vis audire verbum fidele, & acceptum, dulce, acceptione omni dignum, vnum, & optimum? audi,

B venit Iesus, peccatores saluos facere, adeo mitis, & humanus, ut de hac solum re eum nocentem voluerint inimici ostendere, cum ei adducunt mulierem in adulterio deprehensam. ut de nimia misericordia eum accusent legis transgressorem, Ioannis. 8. & cum eam lex lapidari præciperet, adiuuenit eius misericordia modum, quo eam eriperet, nec ego te condemnabo. Exodi. 32. Descendens Moyses de monte lapideam legem ad montis radices fregit, & descendens Iesus de cælo rigorem fregit legis importabilis. Satis se ostenderat iustum, nunc misericordem, ac benignum comprobare vult, huius vero rei gratia opus fecit eximium, opus maximum, & post omnibus

B 2

aniam

Apoc. 12.

Cant. 4.

Bernard.

Cant. 2.

Rom. 13.

Ioan. 3.

Ioan. 3.

1. Tim. 2.

Psal. 144.

Apoc. 2.

Luca. 2.

Ioan. 8.

Exodi. 32.

niū seculorū memoriā nunquam auditū. Nam quod aliud Dei maius, ac præstantius opus esse potuit, quàm quod ipse, qui Deus est, ab omni corporis concreione disiunctus, fieret homo. Quæ res tanta quidem est, vt iam inde ab ipsis nascentis mundi primordijs grauissimis fuerit patrum testimonijs roborata, sacrorum vatum prædicationibus effata, obumbrata figuris, expressa miraculis, ac sybillarum etiam oraculis tot ante sæculis suggesta, ac prænuntiata diuinitus: ita verò humanæ mentis vires exuperans, vt adhuc illi mundo fidem non adhibeat. Vnde Esaias. 53. *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Et Abacuc. 1. aspice in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet, cum narrabitur. Sed num ante dictum non fuerat à Prophetis opus hoc? Actor. 3. omnes Prophetæ annunciauerunt dies istos, & Zacharias erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui, sicut locutus est per os sanctorū, qui à seculo, id est, à principio sunt Prophetarū eius. Et Maria, sicut locutus est ad patres nostros. Omnibus ergo seculis reuelatum est hoc misterium. Primò vt sicut per Christum decreuit reconciliare sibi omnia, ita semper eius fides vel implicita esset ad salutem necessaria. Secundò vt res tanta, ac tam mirabilis credibilis fieret, tot roborata testimonijs, de quibus Psalmus, testimonia tua credibilia facta sunt nimis, & adhuc mysterium est adeo reconditum, misericordia tanta, vt incredibilis mundo sit visa. Et ipsis quoque Seraphinis incredibilem stuporem, ac singularem admirationem peperit. Quod vt significarent, cum in propitiatorium respicerent, versis se vultibus intuebantur, quasi attoniti de tanta misericordia, obstupentes atque admirantes tantam Dei erga homines misericordiam, quæ in hoc tanto beneficio fulget, ac splendet.*

Pondus verò huius diuinæ misericordiæ, quam nos confirmemur, ac collimus, tantum est, vt non sint nobis vires, nec humeri ad eam sustentandam, quia in hoc summa Dei claritas ostensa est, & ob oculos posita. Primæ Ioannis. 4. in hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt vitam haberemus per eum. Ut pondus

*Esai. 53.
Abac. 1.*

*Acto. 3.
Luc. 1.*

Psal. 92.

Exo. 25.

1. Ioan. 4.

A dus huius beneficij nobis ostenderet exhibiti, vide quale pondus fuerit solum promissi Gen. 17. dicit Deus ad Abraham, ex *Gen. 17.* Sara dabo tibi filium, cui benedicturus sum, considera promissionis pondus ex eo, quod sequitur, cecidit Abraham in faciem suam, quasi non valens sustinere illud, illis vero verbis Christum promissum, Paulus asserit, quod tantum erat beneficium, vt propter illud Abraham se in terram daret. Promissum quidem tunc, sed iam exhibitum nobis, quod cum audit Ecclesia vniuersa genu flectit, & cadit in terram cum in sacris quotidie auditur, & homo factus est, quasi dicat, vires non suppetunt tanto beneficio sustinendo. Et ratio tanti ponderis illa est: quod non solum homo sit in antiquam illam libertatem asseritus, atque in pristinum statum restitutus, quod magnum esset quidem ac singulare beneficium, sed hoc idem eo modo factum est, & tali ac tanto medio, vt maiori adstrictissimus obligatione, & maiori obligati beneficio propter modum libertatis nostræ, & medium eius, quam propter ipsam libertatem, vt pluris in hoc sit habenda medicina quam ipsa nobis salus exhibita. Vt enim nos in dignitatem eueheret, ipse se depressit in terram, in eaque summis abiecteque se gessit, vt nos diuinis suis bonis locupletaret, nostram ipse paupertatem delegit, charissimamque semper habuit vt nos celestibus virtutum ornamentis indueret, semetipsum exinanivit, ac suam visus est exuere maiestatem, vt nostrum illum animi candorem, qui peccati contagione fuerat turpiter læsus atque sædatus, nobis restitueret, serui formam suscepit, & apparuit in similitudine **C**arnis peccati, denique vt vitam nobis donaret, ipse suum sanguinem vitamque profudit. Erat vniuersa Aegyptus locustis plena, misit vero Deus ventum maximum, qui vniuersas congregat, & in mare merfit. O pelagus in exhaustū charitatis, quis amoris ingens spiritus ille fuit, quis te compulit omnia mundi mala, & peccata cogerere, & in te ipso penitus suffocare? posuit Deus in eo iniquitates omnium nostrum, ait Esaias, & omnes fluctus tuos induxisti super me, loquitur ipse per Psalmum. 87. O abyssus puritatis, & dulcissima sanctorum requies, quid tibi cum tempestate diuinæ iustitiæ, vt Aduent.

*Gen. 17.
Gen. 17.*

312.

313.

*Esai. 53.
Psal. 87.*

Simile.

2. Reg. 18.

Mat. 20.

2. Reg. 19.

omnes fluctus suos inducat super te? Quid tibi cum omni ma-
Alo, qui omne bonū es? immētia & infinita charitas id effecit, ma-
 gisq; me adstringis mea suscipiēs, quā tua donans. Si princeps
 magnus à serpente morsus esset venenoso, & in salutem eius
 necessarium esset, vt quispiam in vulneris loco os ponens, vni-
 uersum venenum ebiberet, & ad se traheret, vt sic princeps ve-
 neno liber viuere posset, ad hoc officium præstandum in-
 quireretur vilis seruus, cuius vilipenderetur vita, vel damna-
 tus ad mortem, vt biberet venenum, & principem liberum red-
 deret, sed quis princeps, vt seruum veneno infectum li-
 beret, eius venenum ad se ore traheret, continuo moriturus?
 nullus vnquam id fecit. O Rex magne super omnem
 terram, princeps infinita præditus charitate, eo vsque perue-
 nerunt viscera misericordiae tuae, quibus nos visitasti oriens ex
Balto, ego inutilis seruus ab antiquo serpente morsus, neque in-
 uentus est in caelo, neque in terra seruus alter, qui venenum à
 me extraheret, & sibi ebiberet, nisi tu, tu meā deuorasti mortē,
 tu pro me dampnato mori uoluisti & vitam Dei pro hominis vi-
 ta dedisti. Dicunt inimici, uiuat Barabbas, occidatur Christus,
 dicit Christus, dum uiuat homo, moriar ego, quis mihi det,
 vt ego moriar pro te? loquebatur Dauid præ Absalon filio
 charissimo, sed quod ille uerbis dixit Christus factō & opere,
 perfecit, pro nobis moriens, nostram seque præstans seruū,
 unde ait, non ueni ministrari, sed ministrare, & dare animam
 meam redemptionē pro multis. Quis tantum beneficium non
 magni faciat? si oblitus fuero tui, obliuiscatur mei dextera tua,
 memoria memor ero, & tabescet anima mea, suppetunt ne tibi
Cwires tanto sustinendo beneficio?

Tanto igitur ueniēti regi omnes obuiā procedere debe-
 mus. Solēt regi benigno regnū ingredētī occurrere malefacto-
 res, & præscripti ueniā petentes, ciues etiā cū muneribus eum
 suscepturi procedunt. 2. Reg. 19. occurrit Semei Dauidi regnū
 reuertenti, & prostratus, coram rege dixit, ne reputes mihi Do-
 minae iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui ag-
 nosco ego seruus tuus peccatum meum. Respondit Abisai,
 numquid pro his uerbis non occidetur Semei, qui maledixit
 Christo Domini? Et ait Dauid, ergo ne hodie interficietur uir

ia

Mat. 25.

Amos. 4.

Luc. 1.

Mar. 6.

Aug. de ci-
uitate Dei.

Marc. 6.

Sap. 2.

An Israel? an ignoro, hodie me factum regem super Israel? Et
 ait Rex Semei, nō morieris? Hodie clamor factus est, ecce spō-
 sus, ecce Rex uenit, exite obuiam ei occurrant iusti munera
 deferentes induti festiuis uestibus, abijciamus opera tenebra-
 rum induamur arma lucis. Amos. 4. præparare in occursum
 Dei tui Israel omnium uirtutum ornamento, & earum exer-
 cicio nos ornemus induere uestimētis gloriae tuae Hierusalē.
 Occurrant peccatores humiliati poenitentiam agentes cum Se-
 mei, mansuetus uenit non iudicare, sed saluare.

Hoc lætissimum nuntium, quod Euangelium dicitur, per
 antonomasiam, id est, bonum nuntium, mundo Ioannes attulit,
 præbis enim ante faciem Domini, ad dandam scientiā saluti-
 tis. Cum audisset Ioannes in uinculis. Sed quo pacto uir tantus
B in malefactorum uinculis? responderetur, quoniam iustus, & san-
 ctus est? (& sciebat Herodes, eum uirum iustum & sanctum,) atque adeo
 ciuis Hierusalem, contra quam filij Babylonis ut inimici pugn-
 ant, & quasi inimicum capiunt Ioannem. Quando bellum geritur
 acriter inter duas ciuitates, continuo captiui sunt, hinc inde.
 A mundi initio duas diuisas esse ciuitates Hierusalem, & Babylo-
 nem in duobus Adæ filijs ostendit Augustinus, statim pugnatum est,
 & captiui ex utroque exercitu fuere. Belligeratur Cain contra Abel,
 Ismael contra Isaac, & quomodo tunc is, qui secundum
 carnem persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita
 & nunc, & si aliquando induciæ sint inter inimicissimos,
 sed secura firmaque pax nunquam erit. Ita inter bonos,
C& malos aliquando induciæ sunt, sicut fuerunt Ioanniscum
 Herode, quando eum libenter audiebat, & audito eo multa
 faciebat, sed pax stabilita, & affirmata non fuit, ideo misit
 eum in carcerem? Quid mirum? circumueniamus iustum, loquuntur
 impij, quoniam contrarius est operibus nostris, & diffamat in nos
 peccata legis, talem se præbuit cum Herode Ioannes, opposita enim
 iuxta se posita magis elucescunt, sic impudicitia Herodis cum
 Ioannis angelica puritate. Sicut boues crassæ coram macilentis,
 Ioannes à Deo factus, miraculo confectus, optimus undique,
 omnia enim miraculo facta talia fuere, uinum nup-

B 4

tiarum

tiarum optimum, aqua de petra optima, quæ ideo mel dicitur, **A** manna similiter, quod ideo habuit omnem saporem suauitatis. Herodes à diabolo compactus, & suis quasi moribus effectus. Nec vero iusti mirantur, vel animo deficiunt, cum contra eos impij insurgunt. Doctrina est Gregorij, sancti plus in hoc seculo timent prospera, quam aduersa, licet enim sint Dei occulta iudicia, in hoc quod in mûdo malis bene, bonis male sit, occultiora tamé sunt, cum bonis bona, malis mala eueniunt, nam primum facile deprehenditur, quod malis hic bene sit, vt aliqua bona, quæ agunt in alia vita non remuneranda, nec æterno præmio digna, hic eis munerentur, bonis vero, & probis male hic sit, vt peccata, quæ committunt, alia vita non puniendi, hic puniantur. Sed cum bonis in hac vita bene est, **B** incertum est, an hoc ideo sit, vt magis ad bonum incitentur, vel forte vt hic recipiant præmium operum suorum, quæ aliqua occulta ratione digna non sunt æterna mercede. Similiter cum malis hic male est, incertum est, an æterni cruciatus eis referuati, hinc initium sumant, vel forsan hic iudicantur, vt non cum mundo damnentur. Hinc sancti in hac vita magis prospera, quam aduersa formidant, cum & ea cor hic maxime detineant, ne in Deum libere tendat. Primo ergo Ioannes in vinculis est, quod libere veritatem prædiceret regi, sic omnes Prophetæ, & Prophetarum Dominus vitam profuderunt, quia veritatem dixerunt. Merito. 3. Reg. 20. Propheta annunciaturus Achab veritatem loquitur in sermone **C** Domini ad socium, percute me, paratus vt esset multa sustinere, vt veritatem prædicaret, ideo voluit eum Dominus prius percuti. Sed iterum attende, noluit eum percutere socius eius, & ideo audit, percuet te leo, quia Dominus dixit, percute hunc, & noluisse. Sed alter ait, qua ratione ego te percutiam, qui socius, qui innocens, qui Propheta es? Dominus præcepit, hunc percuti, percutiendus est, quod si non percusserit, à leone discerpatur ille, qui percutere iubetur. Prædicatori dicitur à Deo, percute omnem peccatorem, siue sit Rex, siue Episcopus, siue princeps, si non percusseris eum, percuet te leo. Sed ais, quid ille mihi malificet, vt eum percutiam? esto, nil tibi fecerit mali, Dominus præcepit, percutiendus à

Greg. 4.
Moral. 1.

3. Reg. 20.

A te est, ne percutiaris. Hoc Ioannes præstitit, & ideo in vinculis est.

¶ *Tues, qui venturus es.* Rupertus hic ait, audierat ante *Rupertus in* Ioannes aliqua opera Christi, vt cõuersionem aquæ in vinum, *Matth.* videret spiritum descendentem, nec tamen tunc eum interrogat, an esset Christus, sed post multa opera, & miracula, cum iam prope mortem esset, & ratio est, nam initio operum suorum, vt dicit Matthæi. 16. prohibuit discipulos dicere, quod ipse esset Christus, cum enim esset accusandus, & morti tradendus, ex hoc quod nomen sibi regium assumpsisset, quod in uisum erat Iudæis, & Romanis, Ioannis. 19. omnis, qui se regem facit, contradicit Cæsari, ideo ne continuo daretur occasio accusationis, & mortis, noluit tunc Christus dici, ante **B** enim erat condendum Euangelium, & plura edenda miracula in eius confirmationem, quo peracto non recusauit regis, & Messie nomen, imo publice admisit, Matthæi. 21. Lucæ. 19. Osana Benedictus, qui venit in nomine Domini, benedictus, qui venit Rex. Cum ergo iam videret Ioannes, Christum se sufficienter manifestasse miris operibus, iamque tempus aduenisse conueniens, quo Rex, & Messias dicendus erat publice, vt ex ipso Christi ore hoc audirent, haurirentque discipuli sui, ad hoc illos ad eum mittit, vt interrogatione facta respondeat, ex eiusque ore vniuersus mundus illud audiat. Nec vero Ioannes dubitabat, sed dubitabant eius discipuli, quibus satisfacere conatur. Contigitque Ioanni, quod amantissimo patri contingere solet, qui vt puerum dilectum loqui doceat, **C** efficitur puer cum puero, & verba puerorum profert, vt paulatim filius loqui ediscat, & sic fit insipiens, qui sapiens est, puer qui vir est. Sic Ioannes accommodans se rudibus discipulis quasi dubitat, vt sic eos discere faciat. Omnia hæc nouit charitas perfecta operari. Audi amantem Paulum, omnia omnibus factus sum, vt omnes lucri facerem, ijs, qui sine lege, quasi sine lege, cum sine lege Christi non essem, quia sapientibus, & insipientibus debitorum se existimat charitas. Sic ergo sapiens Ioannes, qui in lege Christi erat, quasi sine lege, & sapientia efficitur hodie, interrogans, vt Christi agnitione impleantur discipuli. Non ergo interrogatio hæc ex defectu si-

Rupertus in
Matth.

Matth. 16.

Ioan. 19.

Matth. 21.
Luc. 19.

Simile.

1. Cor. 9.

dei orta est, sed ex superabundantia charitatis Ioannis. Sic **1. A**
1. Thef. 2. Thessalonicensium .2. facti sumus paruuli in medio uestrum
 tanquam si nutrix foueat filios suos. Ecce paruulum cum paru-
 uulis factum. Et deinde tanta res erat, Deum hominem fieri,
 tanque mirabilis, vt oportuerit innumeris testimonijs con-
 firmari, vt crederetur. Annunciatur à Prophetis, & Sybilis, tot
 adumbratur figuris, sed hæc omnia satis non erant, veniat Ioan-
 nes eiusdem veritatis fidelissimus testis, omni exceptione ma-
 ior. Sed nec hoc satis est, veniat Chr̄s, & innumeris operibus il-
 lud ostendat, sed nec id satis est, vt tanta res credatur, vt decet,
 nisi Deus interiori lumine hominem ad se trahat, vt credat, do-
 num enim Dei fides est. Quia ergo hoc donum Ioannes disci-
 pupilis dare non potuit, illos ad Christum mittit, à quo illud
 recipiant, quod vt efficiatur, interrogant, *tu es qui venturus es.* **B**

Sed quæ erit responsio interrogationi tantæ, vtique per ope-
 ra data est. *In illa hora multos curauit, & c. dicite, renunciate Ioan-
 ni, Cæci vident & c.* Saluatoris signum opera sunt non verba,
 diuina vtique responsio plenè satisfaciens. Quærit Diuus Tho-
 mas. 3. p. q. 43. art. 4. vtrum Christi opera sufficienter ostende-
 rint eius diuinitatem, & respondet affirmatiue, secundum il-
 lud Ioannis, opera quæ dedit mihi pater, vt faciam, ipsa testimo-
 nium perhibent de me. Natura enim cognoscitur per opera-
 tiones proprias, vides animal ratiocinari, dicis homo est, sic
 cum Deus sit, qui facit mirabilia magna solus propria virtute, **C**
 manifestè colligitur Deum esse, qui tot mirabilia operatur. Ma-
 ximè si consideres multitudinem mirabilium, de quibus ille
 ait, si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatū
 non haberent, nunc autem excusationem non habent de pec-
 cato suo. Mat. 8. omnes malè habentes curauit, vbi Chryso-
 st. intende, quantam multitudinem curatam transcurrunt Euan-
 gelistæ, non vnūquemq; curatū enarrantes sed vno verbo pe-
 lagus ineffabile miraculorum inducentes, quod hodie ostendit,
Cæci vident & c. Et deinde si artēdas modū edendi mirabi-
 lia, cum hoc faceret, imperio tanquā Dñs creaturæ, sicut qui di-
 xit & facta sunt. Sic imperauit ventis & mari, Mat. 8. vnde mi-
 rantur omnes, & dicunt, quenam doctrina hæc noua, quia in
 potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Sic petit

Cen-

A Centurio, tantum dic verbo, & sanabitur puer meus, sicut ego **Mat. 8.**
 dico seruo meo fac hoc, & facit. Et demum idem maximè
 constat, quia miracula e debat in testimonium huius veritatis,
 quod ipse esset Christus, cum enim miraculum sit testimo-
 nium diuinum veritatis assertæ, illud comprobatur miraculum,
 quod per doctrinam asseritur. Alij sancti miracula operantes
 se Dei seruos dicebant, hoc probabant miraculis, Christus se
 dicit Messiam, & Deum, vt credant, quia tu me misisti ait, ante
 Lazari resurrectionem, vnde miracula illud sufficienter pro-
 bant. Sicut rex mittens seruum pro rege, licet vices regis ei
 cōmittat, sed multa taxat, ac limitat nō omnia seruo fidēs, cum
 verò filium hæredem in aliquod mittit regnum, plenissimam
 omniū potestatem ei facit. Alijs ergo iustis, vt famulis licet dede-
 rit potestatem in domo & regno suo, sed tanquam famulis, &
 Moyses fidelis in omni domo eius tanquam famulus, sed
 Christus tanquam filius, ideo sine limite ac termino data est **Heb. 1.**
 ei omnis potestas in celo, & in terra, operibus ergo eximijs
 Christus Dominus respondet quæstioni. Sicut ergo Saluato-
 ris signum non verba sed opera fuere, sic & saluandi signum
 opera esse debent. Vidisti hominem recta loquentem, bona
 consiliantem, sed opere nihil perferentem, non hunc saluan-
 dum credas. Ij sunt filij Efrem de quibus Psalmus, intenden-
 tes, & mittentes, arcū, cōuersi sūt in die belli. Quādo ad scopū
 iaciūt sagittas rectè arcū intendunt, sed cum in inimicos iaciē-
 dæ erant, fugiunt, non hi inter milites numerandi. Opera à te
 petit Dñs. 2. Petri. 1. fratres satagite, vt per bona opera certam
 vestrā vocationem, & electionem faciatis. Quālibet alta, &
 folijs plena sit arbor, si fructum non referat, audiet, omnis ar-
 bor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mit-
 tetur. 3. Reg. 21. irascitur Deus in Achab, propter multa, quō-
 rū vnū illud fuit, quod ex vinea fructū referente hortū volup-
 tatis solis flosculis ornatum effecit, fructibus nāq; non floscu-
 lis Deus noster delectatur. Vide peccatū Adam, cui omniū
 arborū fructus cōcesserat Deus, folia ficus sibi abibatatur potē
 sumenda. Osee. 10. vitis frondosa Israel, id est, abūdas folijs, nō
 fructu, nō qui dicit mihi dñe. dñe, sed qui voluntatē patris mei
 facit, ipse intrabit in regnū celorū. Nō recordamini maledictæ
 ficus, **Gen. 3.**
Osee. 10.
Mat. 7.

ficus, quia folia sine fructu inuenta est habere? Recte ergo **A** Iacobus, ego credo, benè, ostende mihi fidem tuam ex operibus, si hæc non præstas, factus es mendax promissor Deo, De^o autem nõ irridetur vt homo, quem aliquando promissis decipies.

Sed ad huc in his Christi operibus, quibus se Messiam ostendit, aliud est consideratione dignum, & imitatione. Iudæi signa petunt, sed quæ signa? vtiq; de cælo portenta vana videre desiderant, quæ soli feruiant vanitati, talia exhibebit antechristus faciens imagines loqui, & ignè de cælo descendere, vt dicit in Apoc. sed Christus signa profert vtilia, quia in omnibus voluit se hominibus beneficiũ, & propitiũ exhibere. Hinc Petrus, qui pertransijt beneficiendo, & sanando, omnes oppressos à Diabolo. Audi signa, & miracula maxima beati Iob. c. 29. oculus fui cæco, & pes claudus, pater eram pauperum. Verè hoc in toto rigore Chrs præstitit, dũ cæci per eũ vidèr, claudi ambulãt nõ vero Iob, sed ea sibi verba vsurpat, quia sua misericordia eorũ vt poterat, subleuabat miserã. Hæc maxima miracula hominis christiani, hæc signa iustorum præcipua opera charitatis. In hoc, ait magister, cælestis, cognoscet vos meos esse discipulos, si dilectione ad inuicem habueritis. Et de his in iudicio ratione es redditurus. Væ eis, quæ hæc signa nõ habuerint, quib⁹ dicitur, esuriui, & nõ dedistis mihi manducare, nescio vos, quia oleo caretis Quando vides diuites Dñi famulos fame perire, dicis, cæconomus furatur ea, quæ seruis tribuenda erant, nõ enim Dñs diues, & bonus eos fame cruciaret, nã quid aliud ostèdunt tot pereuntes pauperes, nisi diuites fures esse? solus Deus absolutus Dñs omnium est, Dñs vniuersorum tu es, quod ostèdit præcipies terrã in Israel, nõ vendi in perpetuum, & addit quia mea est terra Israel, & vos aduenæ & coloni mei estis. Licet enim verũ nobis cõcesserit dñium tẽporaliũ, sed non ita absolutũ, vt in luxurijs, & vitæ voluptatibus omnia possemus dissipare, foelices vero hi, qui in iudicio hoc signo decorabunt, quibus dicitur esuriui, & dedistis mihi māducare. Et vnde an sint hæc opera illa de quibus scriptũ est, laudat eã in portis opera ei⁹ in portis antiquitus iudicia exercita audiui⁹, in iudicio ergo laudabit anima fidelis operib⁹ suis. Alia nõ nominat Chrs, de quib⁹ laudat suos

A suos in iudicio, nisi hæc. Miraris sanctos, quod miracula edat, magis mirare, quod opera charitatis efficiant, hæc sunt potius eorum opera, in quibus ipsi cum Dei gratia fuere præcipui agentes, & pro quibus eis concedenda gloria est. Hac in re con filium tibi sit, habes filios inter hos vnum numera Deum, cui in paupere necessaria exhibe sicut filio. Non habes filios, sit tibi Deus filius vnicus, cui præstabis minima à quo recipies maxima.

Quid existis in desertũ videre. Vita Ioannis est in deserto. Nihil sic vitam Christianam representat ac desertum, sicut in deserto delicia nullæ, sed asperitas est, sic vita christiana. Omnia dulcia respuit. Damascenus in historia Iosaphat ait, antiquitus christianos viros dictos, qui omnia terrena, & voluptuosa spernebant. In deserto nulla hominũ habitatio, ita nullus locus ita sol⁹ ab hominib⁹ relict⁹ vt vita christiana, vbi iã perfecti Christiani? Possemus nos melius quã alter philosophus homines iucerna inquirere in foro, & quã pauci inueniunt, pauci sunt, qui intrant per eam, ait Christus. Tandem desertum horribile est, nec in eo cõmorari potest, nisi qui odit patrẽ, matrẽ, adhuc & animã suã, & hic est Chri discipulus. Ad hoc desertũ vocat De⁹ veros Israelitas, dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto, sicut in deserto sunt feræ, quæ contra te dimicant, Phrao persequens, sic prorsus hanc viam ingredienti offendunt innumeros hostes, tũ visibiles, tũ inuisibiles, sed amabile desertũ, quia ponet desertũ in delicias, hæc via ad terrã promissam, hic mãna & dulcedo cælestis, hic colũna nos ducens, hic aqua de petra, terret te dæmõ huius deserti aspectũ, horridã & incultã dicit virtutis viam, ne credas ei, exterius sic se res habet, sed interius pax multa, pax Dei; quæ exuperat omnem sensum, modicum laborabis in opere ipsius, & inuenies tibi multam requiem.

Arundinem vento agitatam. Quid nos expressius representat, statumque nostrum quam arundinetũ, quod vento facile mouetur? Gregorius. 33. Moralium per arundinem vitam carnalium intelligit, qui per temporalem gloriam foris quasi ad alta proficiunt, intrans tamen à soliditate veritatis inanesunt, exterius pulchri, sed intus vacui. Quo contra Christus, & omnia que

Iac. 2.

Apoc. 13.
Acto. 10.

Iob. c. 29.

Ioan. 14.
Matt. 25.
Simile.

Leuit. 25.

Prov. 30.

Damasc. in
hist.

Matt. 7.

Exod. 8.

Exod.

Greg. 33.

Moral.

quæ ad eum pertinent, nihil grande de foris habent, intus vero omnia sunt plena, & magna. Aspice sacramenta exterius, & vide, quid tibi apparebunt, aqua species panis & vini, sed intus plena sunt diuinis, & altissimis rebus. Considera bene institutam vitam secundum euangelium, vitam videbis pauperem, ieiunam, afflictam, non est exterius pulchra, sed interius, Psalmus, omnis gloria filiae regis abintus. Nigra lum sed formosa, loquitur sponsa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, tabernacula enim Arabum exterius, pluuia, & ventis exposita vilia sunt, sed interius omnia preciosa seruantur, sic etiam tentoria Salomonis. Sicut etiam Arca testamenti, exterius cilicinis operta erat, intus vero omnia pulcherrima, talem te exhibere Deo oportet, non ornatum quærens exteriorem, sed interiorem. 1. Petri. 3. docens fidelium mulierum ornatum, ait, quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est homo cordis in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples, sic enim aliquando, & sanctæ mulieres sperantes in Deo ornabant se subiectæ proprijs viris. Licet ergo aliquo modo extera, & quæ ad corpus spectant, curanda sint, maximè tamen quæ animam, vita ergo iusti est interiora curare exteriora despiciere.

Hominem mollibus vestitum. Ostendendum nobis est, omnem mollem vestitum, & cibum opiparum, & denique omne, quod delectat, alienum esse ab homine, maximè vero à iusto. Primum alienum est ab homine, quia factus est ex humo, & limo, non ex sole, aut cælo, sed infima terra, ut se vilem agnoscat, nec curet alta. Et ideo sicut terra inculta profert spinas & tribulos, ut vero bonum fructum faciat, aranda, fodienda, & conterenda est, sic homo ut fructus reddat cælo dignos, aspere tractandus est. Et prima vestis homini data à Deo, de pelle fuit animaliam, quo eum docuit, mortificare membra, quæ sunt super terram, eique dixit, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, quid à voluptate longius? ad hoc enim à paradiso expulit. Ideo strenui, nominatque duces milites educabant suos asperis, non deliciosis. Et cum Iulium Cæsarem amici monerent, ut sibi caue-

ret

ret à quibusdam Romanis ciuibus, respondit, ab his cauere non est necesse, qui deliciosam vitam agentes, grossi pingues, & rubei sunt, eius autem veram fuisse sententiam probauit euentus, non enim ab illis occisus, sed à Bruto & Cassio macilentis, & qui vitam à delicijs alienam ducebant.

Secundo deliciosa vita à christiana vita alienissima est, quæ vniuersa crux est, qui salutem æternam consecuturus est, imago Christi sit oportet, & Christi crucifixi. Vnde Paulus ait, qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs suis. Qui delicate nutrit seruum suum postea sentiet illum contumacem, sic qui delicate corpus tractat.

Vide quid Sanfoni contigerit, adeo fortis fuit, ut leonem discerpserit, & mandibula asinæ mille peremerit viros, sed tradidit se blanditijs, & in Dalilæ sinu caput reclinans, ibi ablata est ab eo fortitudo, ibi ligatus est, & seruus factus Philistinorum. Attendite, si hunc nostrum spiritum fortem, atque virilem caro sibi subijciat, & blanditijs ipsum in sinu foueat, ac dormire faciat, vires omnes amittit, & vitam gratiæ. Ideo monet Petrus, obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Cum enim spiritus & caro sibi inuicem aduersentur, si caro in altum erigitur, spiritus deprimatur, vita Christiana est perpetua lucta ut illa Iacob, donec benedictionem percipiat. Septem annis laborat Iacob, ut ei iungatur in matrimonium Rachel, eamque sibi in sponsam acquirat, sed prius ei datur Lia non adeo pulchra, & lipis oculis. Quod nos labore nostro intendimus, illud est, ut nobis detur vita illa gloriosa, & immortalis, non habens maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed prius coniungendi sumus matrimonio cum Lia, cum cruce, scilicet, & pœnitentia, quæ ut Lia fecunda pariat fructus dignos pœnitentiæ, tandem vero dabitur desiderata Rachel. Et demum sicut Iacob ut diues reuertatur in patriam suam, affligitur laboribus, diu noctuque æstu vrgebatur & gelu, fugiebatq; somnus ab oculis eius, sic ut nos diuites reuertamur in patriam, laborandum nobis est, & à delicijs cauendum.

Quia

Suetonius

ad Gal. 5.

Prou. 29.

Iud. 16.

1. Petri. 3.

Gen. 19.

Gen. 27.

Psal. 44.

1. Pet. 3.

Gen. 3.

Eze. 43.

Quia ergo Ioannes propositus fuit in exemplar Christianae vitae, vitam difficilem, & omnino sine delicijs est aggressus. Ezechielis. 43. tu autem fili hominis ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & mentiantur fabricam, & erubescant ex omnibus, quae fecerunt. Non de templo materiali, haec praecipue accipienda sunt, sed de spirituali. Ecce templum, quod hodie nobis proponitur in confusionem nostram Ioannes est, qui sanctificatus in utero, & ne leui saltem fame maculatus, adeo asperam vitam duxit, & tu peccatorum mole oppressus delicate viuis? Quis in mundum inuexit tot vestes, atque deliciasiam induis, & comedis peccata ipsa, dum vt vestiaris, & epuleris, nec debita soluis, nec eleemosynam facis, sed sudore alieno delicias capis, & substantia aliena vestiris. Qui ergo corporis gloriam aeternam spectat, corpus hic in seruitutem redigat, illud humiliet, & mortificet, scriptum est enim, quia reformabit corpus humilitatis nostrae, non omne corpus, sed humiliatum, mortificatum exaratum, si enim spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Fomenta ergo subtrahe igni, vt deficiat, quomodo enim caro mortificabitur, si tu semper fomenta libidinis administras?

ad Phili. 2.

(.?.)

Dominica

Dominica Tertia Aduentus.

Medius vestrum. Ioan. 1.



RLVRIMA media in hominis remedium ad inuenit diuina bonitas, & misericordia, sed omnium maximum illud fuit, cum se ipsum medium fecit, ac mediatorem.

Ante quam homo delinqueret seque per peccatum a Deo separaret quasi simul, & contigua erant Deus, & homo, nihil in eos diuisum, disunctum nihil, ideo, si sic permaneret, neque medio vlllo neque mediatore indigeret, sed dum miser homo delinquit, a Deo recessit, longe ab impijs Deus, Prover. 1. longum spatium inter Deum & hominem fuit. Vnde Esaias, iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & inter Deum vestrum. Hoc manifestum fuit in Adam, peccat ille, & continuo recedit, & fugit a Domino. Quo tandem fugis miser homo? an non nosti, quia omnes, qui elongant se a te peribunt? quid potest boni inesse creaturae a Deo separatae? Et ipse Cain hoc tremens dicit, ecce eijcis me hodie a facie tua, omnis ergo, qui inuenit me, occidet me. Fugit Adam, elongatur a Deo, quam insipiens, si fugiens putauit effugere, nisi forte vt sapiens fugisse credatur ad umbram arboris, quae figura erat crucis, vbi fugitiui recipiuntur, vbi nuditas nostra operienda Christi nuditate erat.

Prou. 1. Esa. 59. Gen. 3.

Gen. 4.

Ex hac hominis elongatione a Deo innumera oriuntur in eo mala, qui enim a bono summo discedit, quomodo non plura mala incurrat? quorum vnum est, quod a Deo, & omnibus diuinis rebus elongatur peccator, ea omnia ei apparet parua, cum sint summa, terrena vero, quae nihil sunt, ei maxima videtur. Quid tibi vna stella apparet, cum ea intueris, etiam si ex ijs sit, quae primae magnitudinis ab astrologis dicuntur? parua quid apparet, at illa maxima est, sed quia longe distas ab ea, parua tibi videtur.

Aduentus. Communi. Sic

Ierem. 4. Sic etiā illi, quorū conuersatio in cælis est, cum terrā lōge aspiciunt, punctū, imo nihil eis apparet. A spexi terrā, & ecce vacua erat, & nihili, ait propheta. Cōtra peccator qui prope terra affectu consiluit, maxima reputat, cum certum sit, quo cælū terram excedit, eo spiritualia omnia terrena superare, atque ante cellere. Omnia etiā mala incurrit homo peccator. Vt ei dici possit illud Iere. vide, quia malum, & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum. Vt hæc omnia mala refarciret, venit Christus in mundum, & quod sumit medium, illud est, se ipsū medium facere. Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Ideo dicitur Christus mediator. *1. Tim. 2.* vnus mediator Dei, & hominum Christus Iesus. Et *Heb. 8.* & ideo noui testamenti mediator est. Medium vtroq; extremo participare debet, ecce extrema Deus & homo, omni no extrema ista sunt. Ad notandam maximam inter duo distantiam, dicere soles, sicut à cælo ad terram intercedit, ita se habebāt De⁹ & homo. Sicut distant cæli à terra sic viæ meæ à vijs vestris dicit Dominus. Ecce mediū participans extrema Christus Dominus. Qui Deus & homo est.

Esa. 12.
1. Tim. 2.
Esa. 57.
Eze. 22.
Psal. 70.
Psal. 3.
1. Reg. 4.
Dent. 7.

Sed quid boni nobis ex hoc medio, & mediatore? multū per omnē modū, quia sicut à cælo ad terrā quia inter se distant, nulla influenza descēderet, si daretur vacuū, & vt descēdat, medio, per quod veniat necesse est, ita inter Deū, & homines vacuū foret, nec quidquam boni ad nos veniret, nisi mediū esset, & mediator, quo existēte, per eū omnia nobis bona proueniūt. Ideo *Eze. 22.* quæsiui de eis virū, qui interponeret sepē, & staret oppositus cōtra me, pro terra, ne dissiparē eā, & nō inueni, & effudi super eos indignationē meam, & in igne iræ meæ cōsumpsi eos. Sed iam nobis est hic vir mediator noster, propiciatio nostra, qui iram patris mitiget, qui bona obtineat, ac præstet. Est ergo Christus medius multis de causis, quia inter personas diuinas est medius, inter patrem & Spiritum sanctum, quia centrum est ecclesiastici circuli, vnde omnis lineæ ad omnem circumferentiā dimanat, quia ille centrum est, in quo omnes lineæ huius spheræ per charitatem adunantur. Et medius vt sol in medio planetarum, eos illuminans, sicut cor in medio corporis illud viuificans, sicut arbor vita in medio paradisi. Medius, quia mediat inter veterē legē

& gra

Luc. 10.
Esa. 8.
1. Reg. 10.
Psal. 70.
Psal. 3.
1. Reg. 4.
Dent. 7.

A & gratiam Euangelij, & qui præcedunt, & qui sequuntur, per eum misericordiam obtinent. In medio quia cum omnis virtus medium sit inter extrema, sic seruauit hoc medium, vt nūquam ad extrema declinauerit, vnde semper consistit in loco medio, natus in medio animalū, præsentatus in medio templi, inuentus in medio doctorum, moritur medius latronum, resurgens in medio discipulorum, & vbi fuerint congregati duo vel tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et nunc Ioānes ait, *medius vestrum stetit.* Et tandem medius fit sicut verbū abbreviatū quod fecit Dñs super terrā. Cū verbū breuiare vis, ponis literam inter duo puncta, maiestas abbreviata Chrs est, inter duo puncta constitutus. Et tandem medius nostrum est tāquā omnium princeps, & caput: locus enim principis mediū est vt patet ex illo. *1. Reg. 10.* cucurrerunt ergo viri, & tulerunt eum inde, stetitque in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero, & sursum, & ait Samuel, certe videtis quē elegerit Dñs, quoniā nō sit similis illi in omni populo, & clamauit omnis populus, viuat rex. Quod ostēdit eo tēpore Samuel in Saule, hoc ostēdit hodie Ioānes in Christo, collocat eū in medio vt principē, dicens, medius vestrū stetit. Ostendit nullum ei similem in vniuerso populo, neq; se dignum eius corrigiam soluere, omnes enim superat ab humero & sursum: caput Christi Deus, hoc capite omnes superat collo etiam omnibus eminent, quia vno hypostatica mirabilis in eo solō reperitur. Clamamus omnes, viuat Rex exulta simul, & iubila, habes iā regē, qui gradiatur ante te: & pugnet bella tua. Vt te animo deiciant, atq; prosternt dicūt inimici tui tibi, qui custodiebāt animā meā cōsiliū fecerūt in vnum dicentes, Deus dereliquit eū, persequi mini, & cōprehēdit eū quia nō est, qui eripiat. Et iterū, multi dicūt animę meę, nō est salus ipsi in Deo eius. Sed vt animo sis crect⁹, audi. *1. Reg. 4.* afferamus ad nos arcam Dei, & veniat in medio nostri, & saluet nos de inimicis nostris, Deu. 7. cōfortas ad suos bellādū cōtra fortissimas gētes ait, nō timebis eos, quia Dñs Deus tuus in medio tui est, De⁹ magnus, & terribilis, & ipse cōsumet nationes has in cōspectu tuo paulatim. Si medi⁹ nostrū est Christus arca est in medio nostri, & Deus nobiscum.

Secūdo verò tibi hinc colligendum est, habes regem, qui se medium exhibuit, pro te liberando, parendum tibi huic Regi est,

est, verba eius audire teneris. Hoc depinxit mira arte Spiritus
 sanctus, & ob oculos omnium posuit, antequam opere compleret,
 Eccl. 9. Hic quoque sub sole vidi sapientiam, & probavi maximam, ci-
 uitas parua, & pauci in ea viri, venit contra eam Rex magnus, & val-
 lauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est
 obsidio, inuentusque est in ea vir pauper, & sapiens, & liberavit
 urbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est
 hominis illius pauperis. Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam
 fortitudine, quomodo ergo sapientia pauperis contempta est? quo-
 modo verba eius non sunt audita? En ob oculos propositum redemp-
 tionis nostrae mysterium, redemptoris beneficium, & ingrati-
 tudinem hominum erga beneficium tantum. Expedamus verba singu-
 la. Civitas parua mundus est, qui & castellum paruum est, ait Ber. si
 comparatur caelorum magnitudini. Pauci viri, & pauci admodum, B
 qui spiritum habeant, viri, occidere curavit Pharaon viros omnes
 feminas solum reseruat. Rari sunt, quibus dicatur, viriliter agi-
 te, & confortetur cor vestrum. Venit Rex magnus in obsidione
 huius paruae civitatis, quem, vel Deum vindictam de inimicis fumere
 volente intellige, vel demonem regem super omnes filios superbiae
 cuius potestatis non est, potestas super terram, quae comparari pos-
 sit. Vir pauper, sed sapiens, inhaerens in medio huius civitatis
 Christus est, non sapiens tantum, sed sapientia ipsa, qui per sapien-
 tiam liberavit urbem ab aeterno excidio. Mirum, & inauditum benefi-
 cium. Beneficus tibi videtur, qui te de suspendio iam imminenti libera-
 ret, & non eum dices beneficentissimum, qui de aeterno supplicio C
 te eripuit, qui eripuit nos de potestate tenebrarum. Quam de se be-
 ne meritum illum putaret modo in inferno damnatus, qui in-
 de cum educeret, in libertatem miseret, non minus de te bene meriti-
 us est propter quem detineris, ne illuc traharis, nisi ille ob-
 staret, sine dubio deridendus. De hoc immenso beneficio, cum
 mundo manifestandum erat, dixit Plates, reminiscetur, &
 conuertetur ad Dominum uniuersi haec terra. Reminiscere
 ergo tu, de beneficio, responde offeris, & conuertere ad Domi-
 num. An non iuste miramur sapiens, oblitum hominum illius liberatoris?
 Christum obliuisci potes? tantorum beneficiorum, imme-
 mor es? populus vero meus oblitus est mei diebus innumera-
 tis. Et deinde, quomodo verba eius non sunt audita?

Ber.

Exod. 12.

Psal. 67.

Psal. 21.

Ier. 49.

A non ne verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens
 petras? ut dicit Ieremias, quomodo verba eius non sunt audita?
 si verba sapientium stimuli, & quasi clavi in altum defixi, quo-
 modo verba sapientis non sunt audita? si vox Domini in vir-
 tute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringen-
 tis cedros, quomodo verba eius non sunt audita? Si Moyses,
 ut dicit Sapiens in verbis suis, monstra placuit, quomodo ver-
 ba eius non sunt audita?

Ierem. 23.
Eccle. 12.Psal. 29.
Eccle. 45.

En diuinam in nos dignationem *Medius vestrum stetit*. Quam
 ut mundo ostenderet Ioannes, venit tanquam lucifer solis nun-
 tius. Et sicut ante Ioseph, & Mardocheum praeco clamat, ut
 omnes ei genuflectant, sic ante Christum Ioannes. Sed ad eum
 mira luce lucifer hic ortus est, ut sol a mundo fuerit reputatus
 & ideo hodie quasi ad lucem mundi veniunt supplices legati ex
 B Synagoga. Sicut enim creato in mundo primo Adamo om-
 nium rege omne animal diuino instinctu venit querens regem
 suum, ut ei se subditum praestet ab eoque nomen suscipiat,
 ita secundo Adamo omnium principe mundo iam adstante di-
 uino instinctu querunt homines illum. Et quemadmodum si au-
 diretis, modo in hac ciuitate regem esse habitu mutato, eum
 quereretis, sic sciens Synagoga impletum iam tempus a Prophe-
 tis dictum de Messiae aduentu, suspicatum cum mundo adesse, de
 eo quaerendo deliberant. Et cum eximia in Baptista miranda
 que sanctimoniam vidissent, & inauditam mundo vitae genus,
 & normam, & omnes, quotquot eum praecesserant. Prophetas
 longo interuallo superare viderent, ut Angelus, & plusquam Pro-
 C pheta esset, dubitant, sit ne ipse Christus. Licet enim ipse se in
 desertum recepisset, licet super se per humilitatem mille ia-
 nuas clausisset, maximus tandem ignis, licet a longe ardeat, non
 videri non potest, sic Deus noster ignis consumens, qui in
 eo ardebat, non videri non poterat. Noluit Deus tantum sancti-
 tatis prodigium mundo incognitum esse. Si enim pomum
 compositum ex uniuersis odoriferis non sentiri non potest, li-
 cet absconsum sit, quomodo abscondi potuit vita Ioannis, que
 nihil erat quam virtutum compositio, congregatio omnium
 donorum, pomum beatitudinum. Que est inquit anima
 istius, quae ascendit de deserto delictijs affluens, sicut virgula fu-

Cant. 3.

Aduen.

C 30. mi

Cant. 8.

mi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij, Et sicut odorifera quæque manu tractata plus odoris emittunt, sic Ioânes manifestatus Israel, inter eos conuersatus miram de se opinionem sparfit, adeo vt ad eum hodie mittant nuntios, & interrogent.

Tu quis es? A die natali Baptistæ hoc dubiū mundo propositum est, posuerūt omnes, in corde suo dicentes, quis putas puer iste erit. In deserto pluit Deus manna illud dulcissimū, quod intuiti Israelitæ dicunt Manhu, quid est hoc? in desertis illis locis, in quibus Ioânes agebat, tantā dulcedinē distillauerunt cæli à facie Dei Sinai, tantam gratiam Ioâni dedere melliflui facti cæli, vt merito dicant omnes quid est hoc? *Tu quis es?* hoc est proprium Ioannis nomen, tu quis es? prodigiū mirandū sanctitatis, miraculum vniuersi mundi. Sed mirandum valde, quod visa in mundo virtute, continuo dicant omnes quid hoc est? quasi res noua in mundo conspicitur virtus. Ideo forsā noua creatura iustus appellatur. Vides hominem peregrino habitu indutum, & ais, quis ille, & vnde est? An non mirum, in Ecclesia apparere rem nouā, eamque virtutis speciem præferūt noua res in mundo sacramentorum frequentia, contemplationis vsus, mortificatio vitæ, quis hæc peregrina, & miranda fecit? Imo quod in Ecclesia mirari deberemus, est, fideles indutos veste peregrina vitiorum. De quo Sopho. 1. Et erit in die hostis Domini visitabo super principes & super filios regis, & super omnes, qui induti sunt veste peregrina, idest, peregrinis moribus indutos, vbi Hieron. omnis fidelis in baptismo Christi induit, vt dicitur Galat. 3. quicūq; in Christo baptizati estis Christū induistis, vt omnia, quæ eorū sunt, operiat Christus vt vestis. Cum ergo moribus gentiliū duceris veste peregrina iudutus es. An nō peregrina, & gentiliū veste operitur qui terrenis lucris sic inhiat vt omnia faciat, vt diues sit, hæc enim omnia gētes inquirūt, ait Mat. 6. Qui dominari omnibus cupit, se que erigere an non gētiū vestem gestat: Reges gentium dominātur eorum, vos autē nō sic. Hos moribus peregrinos mirari deberem⁹, & dicere, quis ille in Ecclesia versatur, habitū præferens bruti? Quod verò ostēdit meritū esse perfectionis in Ecclesia, est, virtutē admirationi iā esse, sicut enim agricola pauper domum regis ingrediens si videat hominem serico indu-

tum

A tū collo aurea cathena circumdatū, putat continuo regē esse, & interrogat, quis ille? sic qui paruā admiratur virtutem sibi tectis est, pauperrimū ac miserimū se esse. *Et confessus est & non negauit &c.* Mira Ioânis apud omnes existimatio, de quo Luc. 3. ait, existimate populo, & cogitatibus omnib⁹ in cordibus suis de Ioâne, ne forte ipse esset Christus. Pōderat Amb. & Chryf. autoritatē Ioânis, quod rē tantā eius fidei, & dicto committant. Neq; vero leuiter hoc transcurrendū, in eo enim apparet quantā virtutis sit vis, cui tandem omnes palmam concedunt, quam omnes venerātur, & adorant. Multi erant in Ierusalem nobiles, diuites, sacerdotes. Neq; vlli defertur honos, nisi Ioâni, licet austerus sit, & ab hominum conuertatione seiunctus. Omnia tandem virtuti cedunt. Edaces corui panē, & escas Eliæ deserūt. Sic Pharisæi, scribæ & sacerdotes honoris cupidissimi ambitione, & superbia pleni honorē iusto deserūt Ioanni. Omnes existimationis, & honoris desiderio tangimur, pauci tamē viā, qua huc veniatur, arripiūt, via autē est virtus, quæ inclirū facit: et mirabilem, iustitia eleuat gentem, miseros autem facit populos peccatum, vt sapiens ait.

Sed & maxima hæc fuit Ioânis probatio, dū delatū sibi reijcit honorem, cuius nos appetitus maximē tenet, vt non solū oblatū recipiamus, sed inquiram⁹ nō datū, quod & viris spiritualib⁹ cōtingere solet. Qua ratione ab hoc vitio se liberari petit Plal. delicta quis intelligit &c. & ab alienis parce seruo tuo, vbi Hie. & hebrei legūt, à superbijs parce seruo tuo, quæ si mei nō fuerint dominatæ, tūc immaculatus ero, & emūdabor à delicto maximo, idest superbia. Licet bon⁹ tibi videaris, sepe tibi maximē à superbia cauēdū, quæ inter spiritualia exercitia sæpius nutritur. Quomodo vinū potatē decipit, si erit vir superb⁹, & nō decorā bi⁹, Aba. 2. Nō inquirere, neq; desiderare honores, & loca alta, perfectū est, sed oblatos nō accipere, neq; eis aliquo modo delectari, hoc sūmū est. Ber. super missus est. Nō magnū est, esse humilē in abiectiōne, magna prorsus, & rara virt⁹, humilitas honorata. Et certē hæc est probatio perfecti, qua apparet, quod sit purū aurū. Quomodo probat aurū, ita homo ore laudātis Fallū enī aurū igne perit verū igne pbatū puri⁹ reddi⁹, ignis hæc probas os laudātū est. De qua re optime Gre. li. 22. Mor. c. 9. in Greg. id Iob 31. si vidi solem, cū fulgeret, & lunā incedentē clarē, & Iob. 31.

C 4 lata-

Soph. 1.

Hieron.
Galat. 3.Matth. 6.
Luc. 22.

Luc. 3.

3. Reg. 17.

Psal. 18.

Haba. 2.

Bern.

Pron. 27.

Greg.

Iob. 31.

Mat. 5.

lætatum est in absconditis cor meum. Sol fugiens est bonum **A**
opus in manifestatione, sic luceat lux vestra corā hominibus,
vt videant opera vestra bona. Luna plena clara est fama, & opi-
nio bona ex virtute profecta. Magna planè Iob humilitas, qui
neque bona opera clarissima intuebatur, nec famam præcla-
ram suspiciebat, necque in secreto cor eius de his lætabatur,
quod perfectissimæ humilitatis esse, Greg. asserit. Quis enim
aliqua secreta delectatione nō tãgitur, audiens bona opera sua
laudari & magnificari. Hæc mira humilitas hodie ostenditur in
Ioâne, qui nō aspicit solē fulgentē. Rectè eius vita dicitur sol,
quia vniuersum mūdum illuminauit, & tenebras etiam inferi,
vbi patres erant, & sol reputatus est iustitia, luna opinionis eius
quā plena, & clara fuerit, hodie ostendit, sed nihil horū conspi **B**
cit, sed in veritate stetit, & confessus est & nō negauit &c. Adeo
lōge fuit à Ioâne honorem Christi vsurpare, vt quam meritif-
sime sibi assumere posset, nō assumat. Dicūt ei, Elias es tu, & ait
non, posset dicere se Eliam, quia licet nō esset persona, erat vir-
tute, ipse est Elias, ait Christus. Et Angelus ad patrem, præbit
in spiritu & virtute Eliæ, ille vero ait, non sum Elias, non sum
propheta. Mirentur alij alia in Ioâne, ego maxime admiror ei
humilitatē, qua se indignū reputat, qui corrigiā calceamēti sol-
uat, & licet venti perflant, immobilis tanquam mōs in humili-
tate permanet. Sed vide Christi cū eo cōtentionem, ille se hu-
miliat, Christus exaltat, ille nō sū Elias, Christus ipse est Elias, **C**
ille, nō sum propheta, Christus, plus est quā propheta: ille dicit
non sum dignus soluere corrigiā calceamenti, Christus ad ei
pedes prouolutus dignū eū iudicat, qui eū baptizet. Quia qui se
humiliat, exaltabitur. Superbis resistit, & deiecisti eos dū alle-
uarentur, humiles exaltat, contendens cum eis, quia qui me cō-
fessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum corā pa-
tre meo. Confitetur eum Ioannes non corā hominibus solum
sed coram inimicissimis Christi. Elegit abiectus esse in domo
Dei & in eadem domo à Christo omnibus præficatur, cunctif-
que mortalibus præponitur. Exemplo fuit Christus Ioanni,
qui duo habens nomina, alterum filij Dei, alterum filij homi-
nis, semper se dicit hominis filiū, pater vero, hic est filius meus
dilectus.

Lucæ. 10.

Quid

A Quid Deus de te ipso. Maximum profecto dubium maxima
scientia, nosce te ipsum, & tanta, ait Hiero. vt cui omniū scien-
tia data est, hæc non fuerit concessa. Omnium scientia datur
Ade, atq; adeo omnibus nomina imposuit, sed sui cognitio nō
ei plene conceditur, ideo sibi nomē nō imposuit. Interrogatē
quotidie, tu quis es? quid dicis de te ipso? & responde, terra sum.
Si puluis es, quomodo in aerē conuerteris per superbiā? quo-
niā inter dissymbola elemēta difficilē dicunt esse transitū phi-
losophi, aer autem & terra dissymbola sunt, securus perfleret,
si se agnouisset terram Nabucdonosor, vt ei statua ostensū fue-
rat, quæ in luto fundata, nihil super lutū habebat, licet diuersū
apponeret, sed lapis percutiēs pedes id continuo monstrauit,
eam redigens in cinerem. Quid est ornata mulier, nisi statua
B illa, cuius caput aureum, quia ibi ornamenta aurea pectus
argenteū, monilibus ornatum. Sed vis nosse hæc omnia lutum
esse, veniat lapis hæc docens, imo leuis aer, qui eam deiecit in le-
ctum, & morti tradit, an non omnia illa lutum erant? Ornetur
maximè Iezabel, vt capiat in oculis suis Iehu, per fenestrā se ei **4. Reg. 9.**
ostēdit, sed continuo inde præcipitatur, canibus traditur, & ei
visa caluaria, dicunt, hæccine illa est Iezabel? An nō hæc trage-
dia tibi loquitur? an non simile patieris post paucos annos, &
forfan dies, effodietur sepulchrū tuū & visa caluaria dicetur,
hæc est illa pulchra, quæ præualuit in vanitate sua. Cognosce
ergo te interroga te, vtilissima hæc tibi cognitio erit.
Præterea pharisaica interrogatio est, tu quis es, quid dicis de
te ipso, christiana interrogatio, quis sum ego. Vt hoc malū sig-
C nificarent philosophi quo homines aliena intuentur, non sua,
commentabantur mulierem, quæ domum exiens sibi oculos
fumebat, vt omnia conspiceret, domum reuersa oculos sibi
eruebat, ne sua videre posset, & hoc significauit, & vere pronū-
ciauit serpens cū ait, aperientur oculi vestri, aperti enim sunt, **Gen. 3.**
vt viderent alienos defectus, suos nō agnoscerent. Quos aper-
tos oculos ostendunt continuo, dum Adam culpa intuetur,
& accusat Euā, illa verò serpentē, neuter suam agnoscit, ocu-
lis ad hoc carent. Peccator ergo oculos habet, vt defectus alie-
nos intueatur, iustus vt suos, quia vt sapiens ait, qui timet Deū
conuertitur ad cor suum, sic Paulus vos, qui spirituales estis, **Eccles. 2. 1.**
huius-

Hiero.

Dan. 4.

4. Reg. 9.

Gen. 3.

Eccles. 2. 1.

C 5

huius-

Gala. 6. huiusmodi instruite in spiritu lenitatis considerans te ipsum, **A** sed quia hi pauci sunt, mutat scriptura numerum pluralem in singula rem, cum dixisset, vos, qui spirituales estis, postea in singulari concludit, considerans te ipsum, quia vnus de mille hoc præstat. Similiter loquitur de ieiunio numerum mutans. Cum ieiunatis, nolite fieri &c. Et statim subiungit, tu autem cum ieiunas &c. quia pauci sic ieiunant, Ioannes vero quomodo se intueatur patet, nam dicit, non sum Christus, non sum Helias, sed vox quædam, quæ tenuis est aer, Bernardus, vnus est Ioannes, & secundum non habet, si diceret, Christus sum secundum haberet, quia alius est Christus, si Helias se diceret, secundum haberet, quia alius est Helias, iam quia vnus est, secundum non habet neque est Christus neque Helias, neque Propheta, quid ergo? Responderur, sicut manna **B** omnem saporem continet, & est aliud ab omni sapido, comeditur hic, & dicebat, est mel, alter, est auis, sic Ioannes omnem continet saporem, omnibus similis ab vno Christus putatur, ab alio Helias &c.

Ber.

Ad medius vestrum stetit quem vos nescitis. Admiratione dignum est, & amore plenum desiderium Dei nostri habitandi inter homines, eisque bene faciendi, quod adeo magnum est, vt eius videatur derogare dignitati, & maiestati, dum quasi merces esset vltro de nos rogat, atque iterum rogat, importunusque est nos querens, stans ad ostium, & pulsans, & persequens, etiam si ei non aperias, quasi nobis ille indigeret. Nos vero contra deo difficiles, & morosi cum eo sumus, ac si eo non egeremus, cum summè indigeamus, ac si nobis esset **C** damno, cum sine eo nil boni habere possimus. Dei desiderium nascitur ex eius infinita bonitate, & amore, quo fit, vt omnis maiestas illi cedat, amore enim grauissimus rex rogat pauperem mulierem. Hic amor Deum sollicitat, vt inter nos esse velit, neque quiescat, donec medius sit nostrum. Et hinc ortum habuit summa illa misericordia, quia se videns à mundo reiectum, ædificauit sibi humanitatis domum, qua medius nostrum habitaret, quod est ingentissimi amoris signum. Sicut si rex adeo desideraret in paruo oppidulo habitare, vt ab omnibus reiectus sibi domum fabricaret, quam nunquã dimitteret.

Quid

A Quid tibi Domine ex hominum societate obuenturum putas nisi mala, & dolores? adhuc medius eorum esse desidero. Quod desiderium, vt olim explicaret, voluit semper inter homines domum habere, in qua habitaret, Exo. 25. facient mihi tabernaculum, & inhabitabo in medio eorum, ecce medius vestrum stetit. Sed morositas nostra in eo recipiendo inde oritur. *Quæ vos nescitis.* Verè nõ plenè Deum agnoscis, si eum nõ recipis, qui dicit, se nõ nosse Deum, & madata eius nõ obseruat, mendax est. Si benè eum nosset quã auidè reciperes, & rogares. Venit rex ad te habitu mutato, vult diuertere in domum tuam, & in ea hospitari, & cenare tecum, renuis tu, an non verè dicemus, si nosset, quis hospes à te reiciatur. Verè si nouisset, domum, & omnia tua ei præstitisses. Sic dicit Christus, peccatrici potum neganti, si scires donum Dei & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere. Si Angelo nunciante Mariæ felicissimum illud nuntium, Deus elegit te in tabernaculum, domum, & matrem suam, illa renueret, an non stulte ageret? Sed stultius anima agit, cum Deum repellit per gratiam ad eam venientem, melius est enim Deum concipere mente quam ventre, ait August. Non venit Deus ad te, vt tua auferat, sed vt sua donet. Quando das amico diuitias ille manet diues, tu pauper, sed cum Deo das animam tuam, tu ditaris, non ille, quid prodest Deo, si iustus fueris, aut quid ei conferes, si immaculata fuerit via tua, nam qui sapiunt, sibi commodant. Qui ergo non uult Deum in eo non habitare, quiescere non deberet, donec cum sponsa eum in domum & cubiculum introduceret, sic **C** Psaltes votum vouit Deo Iacob, si introiero in tabernaculum domus meæ, si dederò somnum oculis meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Non quiescam, donec, dignam in me tibi constituam habitationem. Hoc votum in Baptismo vouimus, vbi omnibus abrenunciatis nos Deo in templum dicauimus, sed postea heu expulisti eum à domo tua, sine tanto hospite iam est, sine viro, & sponso an non solus es, se clamat solam mulier cum sine viro est, & non clamat anima cum sine Deo est? vacuum à Deo derelictum quis implere potest? Anima iusti sedes est sapientia, stupendum sane hoc. Deplorat homo damna temporalia,

Exo. 25.

1. Ioa. 4.

Ioa. 4.

Iob. 21.

Psal. 38.

ralia, & hic incōsolabiliter luget, ille stupidus p̄dolore red
ditur, & perdidisti Deum, nec doles, vere non nouisti, quid
Deus sit, nō nosti, quia infinitus thesaurus est hominibus. Quā
aliter ille, fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum
dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Qualis hic mūdus abla
to sole maneret, talis animā sine Deo.

Dispone ergo domum mentis, vt Deum suscipias, om
nis domus tua ei paranda est, omnem implet, quia rex mag
nus est, prepara memoriā, & intellectum, eum cogitando, vo
luntatē desiderando, & amando. Hoc significat ille, cū ait, dili
ges Dominum Deū tuū ex toto corde tuo, ex tota anima tua,
ex omnibus viribus tuis, omnis domus ei est necessaria.

Si dubitas, an suscipere te velit ille, cum fornicata sis cū amato
ribus multis, audi tamē, reuere ad me, dicit Dñs & hodie id
in Euangelio habes cū ait Ioannes. *Non sum dignus soluere cor
rigiam calceamenti eius.* Hūc versans locū Hiero. super Mat. 3.
adducit illud Deut. 25. Rut. 4. vbi cum propinquus defuncti
sine liberis nolebat desponsari, relicta vt suscitaret semen fra
tri, discalciabat, eiq; opprobrio dabat, & illa eo relicto despōsa
batur alteri propinquo, eo quod propinquior eā reiecesset. Sic
nunc Synagoga petit Ioannem sibi despōsari, cū in Messia eū
recipere vult, Messias enim sponsus erat Ecclesiæ cui respōdet.
Ioānes, nō ego sū propinquior, nec spōsus Ecclesiæ. Chr̄s hic
est sponsus, qui eam non reiecit, atque adeo nō soluetur corri
gia calceamenti eius à me, ipse enim eam sumet sponsam, ego
propinquus sum post Christum, sed ille propinquior, ad eum
ite. Mira profecto, & inaudita Christi benignitas ex hoc mani
festa fit, quod non reiecerit Synagogam, cum eā talem inuen
rit, donec ab ipsa ipse reiectus est. Et cum dicit iudicate matrē
vestrā, iudicate eam, iam non sum vir eius, illa prior dicit, non
tu vir meus, illa primū dicit, tolle, & ablatu est ab ea, illa dicit,
nolumus hūc regnare super nos, & nō habemus regem nisi Cæ
sarem. Sed eadem est Christi benignitas cū omni anima, quæ
enim anima potest dicere, solua corrigiam calceamenti Chri
sti, qui ille me reiecit? certē nulla. Summa Dei benignitas, nul
la anima quamuis fætida, quantumuis onerata peccatis ab eo
reijcitur, si velit ad eum conuerti, & quos pater, & mater dere
linquit.

Psal. 41.

Mat. 12.

Hier.
Deut. 25.
Rut. 4.

Ier. 4.

Abiit, Deus assumit, quos amicissimi horrent, Deus non hor
ret. Hoc ostendit in parabola filii prociugi benigne suscepti, in
parabola de oue, & dragma perdita. Licet ergo fornicata sis cū
amatoribus multis, tamen reuere ad me, dicit Dominus.

Luc. 15.

Dominica Quarta Ad uentus.

Thema. Videbit omnis caro salutare Dei nostri.

Luc. 1.



LOCVS hic à Ioannē vsūratuū est. Ex
Esaia capite 40. vbi loquens de Messia
aduentu ad litterā, ait. Consolamini, con
solamini popule meus, dicit Dñs. De^o ve
ster. Sumo gaudium omnes propheta: an
nūciant Christi aduentum, & merito, bo
num enim nuntiū portant, hoc est, Euā
gelium: & ratio est manifesta, quoniam eū
homo à Deo cōditus est, princeps mundi cōstitutus est, gloria,
& honore coronatus, quasi De^{us} esset, hoc est enim ad Dei ima
ginē conditū fuisse, quasi vice Deus esset, Deūque repræsentā
ret, sed peccatū expoliavit eum gloria sua, & abstulit coronam
de capite eius, eiecit eum ex aula regis, paradiso, scilicet, q
missus in carcerē, regno priuatus. Obsecro ergo te, si imperator
C
ri hæt cōtigisset, vt expoliat^o regno carceri m̄ciparetur, quillib
latus nuntiū, quā si adesset redēptor te liberās, & in pristinū re
ducēs statū? Quale foret hoc nuntiū Nabuchodonosori à regnō
deturbato, & bestia: comparato? Hoc nuntium hūc humanorū
generi stat. Quis homo, cum in honore, & regnō esset, nō in tel
lexit, cōparatus est iumentis, vnde redēptor, qui eū nō in pristi
num solū, sed in triumpho restatū restituit, cui merito dixit
Psa: tu es, qui restitues hæreditatē meā mihi. An nō merito dicit
clamat, consolamini, consolamini. Sed addit, loquimini ad con
rusabē. Hebraismus est, quasi dicat, loquimini, vt corde deſide
rare illa potest, blāda, & dulcia illi dicite verba. Sicut illud Oſc. 2.
dicam.

Esa. 40.

Psal. 115.

Psal. 115.

Oſc. 2.

Gene. 34. ducam eam in solitudinē, & loquar ad cor eius. Et *Gen. 34.* vbi A
legimus, tristē, quam deliniuit blanditijs, hebræa habet, locu-
Gene. 50. tus est, ad cor puellæ. Et *Gen. 50.* locutus est Ioseph ad cor fra-
trū suorū. Vere hoc nobis dato nūcio, nō ad cor nostrū solū lo-
quitur Propheta, sed supra cor, nec enim tantū bonū in cor ho-
1. Cor. 2. minis vnquā ascendit. Hinc Paulus ait. Nec oculus vidit, nec
auris audiuit, nec in cor hominis ascēderunt, quæ præ-
parauit Deus ijs, qui diligunt ipsum quod de Christi mysterijs
Paulus loquitur. Quis enim hoc, vel cogitare posset, Deum
pro homine, hominē fieri? Adicit Esaias, quoniā cōpleta est
malitia eius, dimissa est iniquitas illius, alij Codices habent,
militia, quod maximē congruit verbo Hebræo, quasi dicat, iā
pax cū Deo est stabilita, eius iniquitate dimissa. Suscepit dema-
nu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis, id est, iam satis, B
superq; est castigata, plus iusto soluit pro peccatis. Quod dicit
attendēs Christi satisfactionē. Vel melius, pro peccatis duplicia
id est, multa beneficia recepit, cū supplicia luere deberet, ma-
xima recepit beneficia, nō obstātibus peccatis suis. Priora be-
neficia vix vnū dici poterant, sed Christo suscepto plura no-
Rom. 5. bis beneficia conferuntur. Qui proprio filio suo non pepercit
quomodo nō cum illo omnia nobis donauit? Et vnus Christus
nobis datus est multa dona, quia ille nobis est omnia. O diui-
na bonitas, cū aliud nō haberes, quod dares præter te, te nobis
mille modis donasti, in cælo nobis es vita, in mūdo via, in cælo
præmiū in terra precii, in cælo gloria, in terra sacrificiū in cælo
merces, in terra meritū, in cælo hæreditas, in terra pignus, in cæ-
lo fructus in terra semē, in cælo cœna, in terra cibus in cælo er-
go & in terra nobis es omnia factus, erit De^o omnia in omnib^{us}.
O manna diuinū omniū cōtinens saporē. Noluit in cælū differ-
Rom. 11. re, vt noster esset, a modo iā noster est, Roma. ex ipso, & per
ipsū, & in ipso sūt omnia, ipsi honor, & gloria in sæcula sæculo-
rū: quasi dicat, sicut sibi Deus est, omnia, ita & nobis, cū enim
ille sit eminenter omnia, factus est nobis omnia. Factus est no-
Gene. 2. bis Christ^{us} paradysus, in quo lignū vitæ, & omne lignū pulchrū
Can. 4. visu aspectuq; delectabile & ad vescēdū suauē, est turris Da-
Ioā. 4. uid in qua mille clypei, omnis armatura fortū est, via veritas, &
vita iustitia sanctificatio redēptio, fundamētū, cibus pastor lux
magister, Domin^{us} resurrectio, panis viu^s, ostiū &c. Vult nobis
Simile.

A omnia esse, vt nunquā nobis ab eo discedēdū sit. Sicut vir zela-
tor vxoris qui omnia necessaria domi habet, ne necesse sit vxori
vagari ea quærens. Sic Iudith, reliquerat vir suus multas posses-
siones, & ideo potuit facere cubiculū secretū, in quo cū puel-
lis suis clausa morabatur. Nec verò cōtentus fuit Deus omnia
esse homini, secundū diuinā naturā, sed humanā induit, vt alia
pro homine efficiat, quæ in diuina nō poterat, scilicet, pati, mo-
ri, mereri, vt pluribus vijs hominū bonis intēderet: mirū, & in-
auditū profecto, quod exterā Deus induit naturā, & pro homi-
ne se possit exinanire. Dicere soles verbo tenus amico vellē cē-
tum me efficere, vt tibi essem auxilio in omnib^{us}, hoc opere cō-
pleuit De^{us}. An nō suscepit de manu Dñi duplicia, & multa, ac
innumera beneficia pro peccatis? Addit Esa. si interrogas, quo
B modo nouerim, omnia hæc bona mundo iā adesse, manifesta
res est, quia vox clamātis in deserto auditur iam in terra, quæ
cū insonuerit, Deus in mūdo est, D. Bonau. ait, aliorū prophe-
tarū dicta fuerūt, vt nutus, quia nō clare Chr̄m ostēderunt, sed
Ioānes vox manifesta digito ostendens redēptorē, vox, quæ si
lētū indixit legi, & prophetis, quia lex, & prophætæ vsq; ad Ioā-
nē. Sequitur, parate viā Dñi. Nō dicit, viam nōstrā parandā, sed
Dñi, quia nō viæ meæ, viæ vestræ, dicit Dñs. Via nostra est, qua
descēdimus ab Hierusalē in Hierico, de qua, lassati sum^{us} in via
iniquitatis, & sapiens via peccantium complanata est lapidib^{us},
& in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ, omnis vallis im-
plebitur, Chryl. metaphorica locutio est, ostendens legis diffi-
cultatē in fidei foelicitatē conuertendā, & videbit omnis caro, q^{ui}
C os Dñi locutū est, pro quo Lucas vertit, salutare Dei, quia om-
nes diuinæ promissiones impletæ sunt Chr̄o ad nos aduētante.
En maximū nunciū nobis hodie propositū: videndū nobis re-
stat, quid in nobis tale nuncium debeat efficere: & primò si solū
diceret, Deum venire, lætum nuncium non esset, imo tremen-
dum, & terribile, conscientia enim nostra dictans, nos eius offē-
sōres suspectum eius faceret aduētū, vt patet in Adā, qui vi-
dens Deū venire abscondit se, quia se peccatorem vidit. Id ip-
sū cōtigit fratribus Ioseph, quando illis dixit, ego sum Ioseph
frater vester, non poterant respōdere nimio terrore perterriti.
Cū ergo mūdus se agnosceret Dei offensorē, quale ei nūciū est,
venit. certē quale est malefactori iudex venit, vel adulterē,
vix

Iudith. 8.

Bonau.

Matt.

Ecolef. 21.

Chryl.

Luc.

Gen. 3.

Gen. 45.

vir adest. Quis enim non cogitaret Deum iratum in mundum venire, ut tot visceretur peccata? Sed ut nos securos reddat, Evangelista ait, venit salutare Dei, quia ut Ioannes ait non misit Deus filium suum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum; intrat, ut Dauid in Hierusalem post coniurationem Absalon venia omnibus concessa, etiam Semel dicens, non occidetur hodie vir in Israel.

Ioan. 3.
2. Reg. 16.
Ber.

Tria ergo in nobis nuntium hoc efficere debet, ut Bernardus ait sermone de Adventu, Primum admirationem maximam; secundum gaudium: tertium amorem. Primo mirari solemus inopinatos successus qui citra spem eveniunt. Quis inopinatus successus, nisi Christi adventus? Abac. 3. Domine audiui auditionem tuam & timui, consideravi opera tua, & expavi, an non prater omnem spem erat, quod Deus offensus homo fieret, ut homini menderetur? Quando nullus homo in Deum peccasset, imo omnes infinito tempore ei essent obsequuti, tantam a Deo misericordiam sperare non possent, quid post innumeras offensas, atque peccata? Si solum hominibus id praeferret Deus, quod quondam Assuetus Iudaeis, mittens legatos vitae, & pacis, misericordia inaudita putaretur, quod tantis offensis venia esset, sed quod sanguine suo illam emat quis unquam crederet? Si civitas contra regem suum rebellasset, essetque a Rege damnata, tanquam criminis laesae maiestatis rea, eximium putaretur beneficium, si civitati venia a Rege condonaretur, sed quod sanguine suo deleat sententiam mortis, ac interitum in ea lata, quis hoc credat? Id vero fecit Christus, delens chartam decreti, quod erat contrarium nobis. Miratur Saul, quod eum in regnum vocet Deus, Dauid, quod Dominum omnium hominum constituat, quid non mirandum, quod homini deus? Solem mirari ea, quae nec unquam visa, nec audita sunt, sic mirati cibum caelestem dicunt Israelitae, Manhu, quid est hoc? Deum autem hominem fieri a Deo est novum, ut dicat propheta, novum creavit Dominus super terram quia nec Angeli id vel suspicari possent, Solem mirari contraria esse in eodem subiecto, at in hoc mysterio, tot contraria iunguntur, ut repugnare ea dicerem, nisi fides ea assereret, ut impassibile pati, aeternum nasci in tempore, vitam mori, Virginem Deum continere infinitum, & ipsum parere incorruptum. Sed illud, maxime mirandum, quod uno hoc opere facta Deus, omnibus rebus sic accurrat

Abac. 3.
Simile.

Colof. 2.
Exod. 16.
Hier. 31.

diversis

A diuersis inter se, ac si hoc cuique solum esset accommodatum. Hoc enim misericordiam summam ostendit, hoc iustitiam maxime declaravit, cui de toto rigore satisfecit, honori patris maxime consuluit, hominum honorem in infinitum auxit, caelum aperuit, omnem virtutem edocuit exemplis, & summa motiva ut eam sequeremur, dedit. Omnia Dei attributa sapientiae, potentia, bonitas in hoc opere sic splendent, ut quid magis appareat nesciamus. Maxime mirandum, & plane divinum opus, quod unum, cum sit, adeo diuersis rebus inseruit.

Secundo summum debet in nobis efficere gaudium, ut initio dictum est. Prima ratio gaudij, quia hoc opere cognoscimus in nos amorem Dei infinitum, maxima vero causa gaudij ministro Regis esse solet, quando amorem Regis in se maximum experitur, non est amor Dei, ut amor creaturae, qui parum potest. Et ideo parum boni confert, parum novit, & ideo aliquando amato nociua praestat, ut pater nimium filio indulgens, amor Dei potentissimus est, omnia, quaecumque voluit, fecit in caelo, & in terra, est Dei amor causa totius boni, quod vult potest, quia omnipotens est novit optime, quae amato continent, unde semper bona providet, omnes divites sanctorum, quae innumerae sunt, inde procedunt, quod a Deo diliguntur & damnatorum infelicitas praecipua est, a Deo odio haberi, ex inferno fieret caelum, si diligerentur a Deo damnati, & ex caelo infernum, si odio haberentur sancti, si ergo tantum nos referret, & interest, a Deo diligi maxima causa letandi, sic nos a Deo dilectos, ut homo pro nobis factus sit. In hoc gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in caelis, id est, quod in amicorum Dei libro scripti estis, ait caelestis magister, esse autem opus hoc summum testimonium divini in nos amoris, ostendit Christus dicens, sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Nihil est iam mundum dedisse homini, nihil imaginem suam animae impressisse, quia hoc donum omnia illa excedit infinite, nec quietit divinus amor, donec daret omne, quod dare potuit, ut iam nec quid Deus det, amplius habeat, nec ego quid petam amplius, si id attedas, quod donatur, licet quoadmodum aliquid restet, id autem non est res, quae de suo recipiatur, sed modus aliter recipiendi, & hoc etiam, quod admodum

Adven.

Matth. 10.
Ioan. 3.

Rom. 5.

dum pertinet iam nobis datum putemus in causa, & principio, quomodo non cum illo omnia nobis donauit? ait Paulus in præterito, quia in causa omnia iam data sunt. Ex quo secunda ratio gaudij colligitur, propter spem, quam concipimus maximam obtinendi vniuersa à Deo, cum eum videmus pro nobis hominem factum. Quid enim sunt reliqua, si cum hoc opere conferantur? Simus ergo spe gaudentes, bona namque peritura, ac caduca minora esse, quis nesciat? bona autem gratiæ, & gloriæ multo facilius nobis concedentur, difficilius enim est Deum hominem fieri, & sanguinem fundere, quam gratiam, & gloriam hominibus concedi. Sic à maiori ad minus arguit Apostolus, si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus, per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus ab ira per ipsum. Quid non sperabis à Deo amico, à quo, cum inimicus esses, sanguinem recepisti? Est etiam nobis causa gaudendi, quod natura nostra in Christo sic eleuata est, vt in supposito sit diuino, quam venerantur, adorant, & suspiciunt Angeli, eo enim ascendit natura nostra, vt in eodem sit supposito, quo diuina insuper omnibus gratijs ornata, super omnem Angelorum ornatum eorum caput effecta, & per quam summa virtutum opera sunt perfecta. Et demum omnis materia gaudij est nobis in Christo qui noster factus est, ille est nobis Thesaurus incomparabilis, in quo habemus inuestigabiles diuitias, est ærarium publicum pauperibus, fons gratiæ, pharmacopola omnium medicinarum, remedium malorum, & tandem o anima si sponsa Christi es, hæc tibi maxima causa gaudij sit, quia sponsus tuus venit tibi. Galatinus libro secundo de arcanis fidei capitul. 3. versans illud Canticorum, 3. Exultabimus, & letabimur in te dicit, sanctos veteres, qui Christum præcesserunt, sic exposuisse locum illum, exultabimus in te, id est, in Deo meo veniente ad me. Sicut si Rex cum filijs, & generis absens esset à regina, quando reginæ diceretur venerunt filij tui diceret, quid ad me latentur nurus meæ, si nuntij dicerent, venerunt generi tui, diceret, quid ad me latentur filia meæ, si vero dicatur, venit Rex vir tuus, tunc dicit, exultabimus, & letabimur in Rege meo, sic cum diceba-

Rom. 4.

Gala. 2.

Cant. 3.

Simile.

tur

A tur Ecclesiæ per Prophetas filij tui de longe venient Esaias. Esai. 60. ipsa ait quid ad me? exultent filia Iudæ Psalmo. 97. Psalm. 97. cum audit, filia tuæ de latere surgent dicit illa, qui ad me lætetur mons Sion, cum autem ei dicitur, ecce Rex tuus venit tibi, recte ei dicitur Zachariæ. 9. exulta, & lauda filia Sion, & illa dicit Esai. 61. gaudens gaudebo in Domino, & exultabo in Deo meo, & hoc est, exultabimus, & letabimur in te, quia sponsus noster venit.

Zach. 9.
Esai. 61.

Tertio summum in nobis debet amorem generare nuntium istud, si enim amor amore rependitur, quo nam tantus erit rependendus amor diuinus, nisi amore nostro eximio? Potest debitor, qui aurum recipit argento dato persolvere, **B** multiplicans argentum, non sic in amore, qui nisi amore rependatur, nunquam persoluetur. Si dederit, inquit amans, homo omnem substantiam suam pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Quomodo ergo nos erimus soluendo tanti amoris debitores? Hic hæret Bernardus, hic stupet, quia nec solutionem incipere valemus, nedum perficere. Si dederis Deo vitam tuam, manifesta ratione non soluis, quid enim est vita tua Dei vitæ collata? tantum excedit donum, quantum diuina persona tuam. Si das sanguinem, quid sanguis tuus cum sanguine Dei? si amore ardeas, quid hoc cum amore diuino? Et quando hæc omnia dares ei, alia ratione debita, præstas creaturis iure, quia omnia ab eo recepisti quæ reddis, si ergo totum, quod sum, & habeo, Deo debeo, quia me condidit, quid ei dabo quoniam me redemit? Agnosce ergo primo magnitudinem debiti? & quod soluendo esse non potes, secundo da quod habes, licet duo sicut æra minuta ea voluntate, vt plura dares, si haberes. Sed maxime amorem præsta, quo tibi ardere curandum est. Notat Chrysostomus, quo pacto Seraphini coram Deo visi sunt stare ab Esaiâ, velant enim facies suas, velant & pedes, facies quidem velant agnoscentes, tantam esse diuinam maiestatem vt ab eis non valeat comprehendi, sed & velant pedes id est, affectus suos, quasi dicant Deo, omne, quod diligimus, & amamus, nihil est, si conferatur tuæ diuinæ bonitati, nihil nos amare agnosimus, licet ardentibus, & flamma ignis dicamur. Si

Cant. 8.

Bernar.

Chryf.

Esai.

ergo Seraphini minus ardent, quam diuina bonitas, & dilectio A
exigit, an non erubescemus nos, qui sic algemus coram Deo
nostro tanto suscepto beneficio? sed iam litteram Eua Ge
lij explicemus.

Anno quinto decimo Imperij Tiberij Caesaris. Mira in
hodierno apparent Euangelio. Si modo ingrederetur tem
plum hoc vniuersi mundi Imperator alijs Regibus stipatus,
& videres, nihil curare omnes nos, nec aduertere quidē illos,
nec eis assurgere, si verò alia parte pauper pannosus; fame
licus ingrederetur, & ei omnes assurgerent, omnes ad eius
pedes prouoluerentur, an non stuperes, & miraculi loco illud
haberes? Vidi principes ambulantes sicut seruos, & seruos B
in equis. Attenderunt ista in nostro Euangelio. Ingreditur
Tiberius Caesar mundi vniuersi Dominus, & quatuor Reges
cum eo duoque summi sacerdotes, & nihil curamus eos; &
quasi nihil essent, vilipenduntur. Ingreditur altera ex parte
Ioannes, adeo pauper, vt indumento careat, famelicus, non
manducans, nec bibens, nullis famulis stipatus, & omnes
illum curamus, reuerensur, & adoramus, an non hic vel ma
nifeste vides quia nihil sit omnis prosperitas temporalis? quam
que vili pendendi, qui ea potiuntur? & alia ex parte; quam
magna res iustitia, ac sanctitas sit, quæ omnibus tandem præ
lata est rebus. Quid ex hoc nobis colligendum, nisi illud Pro
phetæ, nō gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitu C
dine sua, nec diues in diuitijs suis, sed in hoc gloriatur, qui glo
riatur scire, & nosse me. Et licet hoc aliquando nūc appareat
maximè tamē apparebit post hæc vitam, transibit hoc punctum
hec linea præteribit, & audies ipsos dicentes illud Sapiētis, quid
nobis profuit superbia? diuitiarum iactantia quid contulit no
bis? transierunt omnia velut umbra, es nobilis, diues, superbis
officijs magnis? ne glories, bona quæ habes, mobilia sunt,
census, qui redimi possunt, & à te sine dubio sunt auferendi.
Psal. 48. Ne timueris, cū diues factus fuerit homo, & cum multiplicata
fuerit gloria domus eius, quia cum interierit, non sumet omnia,
nec descendet cū eo gloria eius. Sola iustorum bona immobi
lia sunt, perpetui census Dei verbo stabiliti, & firmi. Hoc edocui
iusti temporalem prosperitatē, non modò non suspiciunt, sed
male-

Simile.

Hier. 9.

Sap. 5.

Psal. 48.

A maledicunt. Vnde Iob, vidi impium firma radice, & maledixi Iob. 3.
statim pulchritudini eius. Quibus verbis adnotandum, quod
statim illi maledixerit, quia, vt Gregorius notat, infirmarum est Greg.
mentium cum vident elatum quempiam, eum suspicere vene
rari, ac magnificare, cum vero eum morte deficientem in
tuentur, dicunt quam vana sunt omnia, quæ mundi sunt, sed
iusti hoc iudicium proferunt, etiam, cum vident in sublime ela
tum hominem, cum vident arboreni firma radice, & maximis
ramorum incrementis, maledicunt statim eius pulchritudini.
Hinc etiam iusti fugiunt humanam gloriam, & prospera mun
di, & quemadmodum ministri regis, qui ab eo maximè ditari
cupiunt, quando munus aliquod exiguum, aut insignis, quod
vulgo dicitur commendatura, quæ tenuis, & perexigua est, à
Rege deferenda est, non se illi præsentibus exhibent, quia maio
ra desiderant munera, & minora ipsis deferri nolunt, cum verò
maxima munera, aut officia, vel commendaturæ deferenda
sunt, tunc adtunt Regi, vt eorum sit memor, tunc negotiatio
nes, & sollicitudo omnis ab eis curatur, vt illa obtineant, sic iu
sti temporalia paruipendentes alijs hæc dari desiderant, sibi ve
ro maxima dona spiritualia expectant, & modis omnibus ac
quirere curant.

Simile.

Sed quo tandem deuenere hi principes, qui hodie in Euan
gelio memorantur, & omnes eorum similes? simile cum eis factū
est, ac cum templum amplum construitur, substerhantur lig
na, quæ futurum de super ædificium sustineant, vulgo dicun
tur cimbrias, yandamos, necessaria hæc sunt ædificio constituē
do, quo perfectō, omnia hæc tolluntur, & in ignem conijciun
tur. Vt consistat, & sustentetur magnus hic mundus, ordo
ejus, & structura conseruetur, sustinet Deus multos puerfos
reges, ac prælatos, sed iustorum perficietur ædificiū, propter
quos omnes, ædificabitur hoc Christi corpus mysticum, & tūc
hi omnes inferno addicentur, sicut factum est cum Tyberio,
& his, qui in Euangelio describuntur, sic factum ostendit Ba
ruc cum ait, vbi sunt principes gentium, & qui dominantur su
per bestias, quæ sunt super terram, qui in auibus cæli iudunt,
qui argentū thesaurizant, & aurum? exterminati sunt, & ad in
feros descenderunt. Sed qualis hodie Ioannes sit, attende, &

Simile.

Baruc. 3.

consolare, si iustus es, & te vides infimum, & despectum, muta
buntur manus Iacob, & cornua peccatorum conterentur, & exal-
tabuntur cornua iusti.

Sed ad quid horum principum memoria in Euangelio, res-
pondetur, mos est prophetarum, tempus signare, quando pro-
phetauerunt, quem more Lucas sequitur. Si qua ratione id fiat,
inquiras, respondetur, est nobis impositum fidei præceptum
difficile, & tenemur assentire rebus fidei intellectum exceden-
tibus, & hoc summa firmitate, ad quod intellectus noster cap-
tiuandus. Vnde Bernard. de tribus mixturis ait, tres mixturas
mirabiles Deus fecit, Deus homo mater virgo, intellectus, &
fides. In causa vero graui examinandi testes sunt cum omni
circumstantia loci, temporis, &c. vt dicitur in capit. cum causa,
de testibus, & cum sic examinati in omnibus sibi consonant,
fidele putatur eorum testimonium. Grauisima causa est Ad-
uentus Dei in mundum, & vt fidele rei tantæ testimoniū n. un-
do proponatur, vt credat, examinandi testes sunt de omni cir-
cumstantia, ac videndum, vtrum in aliquo dissideant. O mirum
testimonium fidei nostre, cum Prophetæ prophetauerint tem-
poribus, ac locis diuersis, alij in Iudæa, alij in Samaria, alij in
Babylonia, tam dictis concordant, vt nec apice dissideant.
Ad hoc vero oportuit tempus dici, quo quisque prophetauit
vt videntes temporum, & locorum diuersitatem, & in dictis
consonantiam, fidele eorum suscipiatur testimoniū credatur-
que Deum in mundum venisse. Vnde Christus scrutamini
scripturas, quia illæ testimonium perhibent de me.

Factum est verbum Domini ad Ioannem in deserto. Illuc vs-
que absconditus latebat, Lucæ. 1. Et erat in desertis agēs
vsque ad diem occisionis suæ in Israel. Quanta cum graui-
tate de Baptista loquitur, quasi de pretiosissima re, quam
Deus ad tempus absconderat separatus vero fuit à Christi
confortio, vt fidelis eius testis esset ad populum, nec dici
posset, inter illos conuenisse de hac re, in quo summa Ioan-
nis apparet pœnitentia, qui sciens Deum in mundo esse, ab
eo separatur propter eum. Quo ibimus, verba vitæ æternæ
habes, dicebat Petrus. Quo pro Deo maiora deseris, et
maxima pro eo operaris. Hæc summa Ioannis pœnitentia,

hoc

A hoc summum eius martyrium separatū esse à Christo. Quid
martyr Dei causa derelinquit? vitam, plus Ioannes, qui
Deum pro Deo relinquit. Quod aliquando Moyse de-
siderauit, petens se deleri de Dei libro, quod Paulus opta-
uit Anathema esse à Christo, pro fratribus, opere Ioannes
complet, separatus à Christo pro Christo. Et licet longe
esset, sed non omnino eius oblitus erat Christus, sed sicut
sol à longe agit, ita nunc dicam, putas ne Deus è vicino ego
sum, & non à longe? inde Christus in eum mira agebat, ope-
rabaturque imaginem illam pulcherrimam, quam mūdo pro-
poneret in exemplar.

Sed qua erat in officina? vtique in deserto. In deser-
ti interioribus videt Moyse Deum, in deserto Elias videt
Deum. Vis eum tu nosse? exi in desertum Esai. 28. quem
docebit Dominus scientiam, & quem intelligere faciet au-
ditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab uberibus. Omnes de-
sideramus Deum audire loquentem, sed non omnes in de-
sertum exire volumus. Sed quid Dominus? Ose. 2. ducam
eam in solitudinem, & loquar ei ad cor. Ait Pharaō, ite sa-
crificate Domino in terra Aegypti, cui Moyse, non potest
ita fieri, viam trium dierum ibimus in solitudinem. Nos in-
ter delicias vellemus Deum audire, sed Deus inter spinas in-
uenitur à Moyse. Pretiosa diuina est consolatio, nec datur ad-
mittentibus terrenam. Reprobatur avis volans, & natans.
C Multæ orantium querelæ, quia sæpe clamant, sonet vox tua in
auribus meis, nec tamen audierunt. Vt adueniret Baal, si-
lanceis illi vulnerabant, & tu sine sanguinis effusione, sine
deserti horrore Deum vis audire, & videre? absit, in deser-
tum ergo exi, creata relinque, solus Deus solum te inuenire
desiderat.

Omnis vallis implebitur, &c. Valles suffossæ sunt, qui ex
timore male humiliante depressi penè in desperationem abie-
re de quibus Psaltes incensa igni, & suffossa ab increpatione
vultus tui peribunt. Vbi Augustinus, à passione male incendē-
te, & à timore male humiliante dicit animas significari obrutas.
Sed Christi aduentu hæc valles, & fossæ, adimplentur. Ecce Deus
saluator meus, & non timebo, quis enim de salute desperet,

D 4

tali

Bern.

Ioan. 5.

Lucæ. 1.

Ioan. 6.

Exo. 32.

Rom. 9.

Hier. 23.

Exod. 3.

Esai. 28.

Osee. 2.

Exod. 8.

3. Reg. 19.

Psal. 79.

Tob. 8. tali medico de cælo veniente Tobia octavo, dæmone fugato **A**
2. Thes. 2. à Raphaelè fossa facta impletur quæ in orituro parabatur, quod
 per Christum factum ostendit *2. Thesal. 2.* qui dilexit nos, &
 dedit nobis consolationem, & spem bonam in gratia. Has ve-
Matth. 21. rō valles Ioannis prædicatione impletas, ostēdit Christus **M**
th. 21. venit Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei, publi-
 cani autem, & meretrices crediderunt ei. Si maximi, & penè
 desperati peccatores ei crediderunt, valles suffossas implevit.
 Colles, idest, superbi per Christum humiliati sunt, &c. Vis
 etiam videre valles impletas, colles humiliatos? quando super
 abundant tibi diuitiæ, mons est maximus, est tibi vicinus pau-
 per, imple domum eius abundantia tua, vt fiat æqualitas. Sic
1. Cor. 8. Pau. vestra abundantia illorum inopiam suppleatur, non vt vos **B**
 deficiatis sed ex æqualitate. Ecce via æqualitatē, sic eorum sci-
 licet pauperum abundantia orationum, & meritorum vestra
Chryf. inopiæ, sit supplementum, similiter in scientia, & alijs, sed se-
 cundum Chrysoftomum his verbis significatur iam planum
 iter ad cælum, per Christum faciendum, omne impedimen-
 tum per eum remouendum, & omnem excusationem. Sic *Baruc. 5.*
Baruc. 5. constituit enim Deus humiliare omnem montem ex-
 cellsum, & rupes perennes, & conualles replere in æqualitatem
 terræ, vt ambulet Israel diligenter in honorem Dei. Solet iter
 agens montem conscensus cogitare intra se, & attēdens via
 difficultatem, dicere, ò si Deus, quod mōti superabundat tol- **C**
 leret, & repletet valle, quam facile iter conficeretur, planitie
 complanatum. Hoc in via cæli facturum pollicetur per Baruc,
 & gratia data implevit. Et erit iam vobis via recta, vt nec stultus
 erret per eam, & via sancta vocabitur illa. Quo facto parati nos
 esse debemus, vt hoc iter conficiamus, dicamusque cum *Psal.*
Psal. 56. paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Bis se dicit
Bernar. 43. paratum. De quo Bernardus sermone. 43. in paruis ait. In-
 uenire est hominem semel paratum, non tamen secundo, est
 homo, qui cum Abraham Deo iubente abiicit omnem terre-
 nam voluptatem egrediens de terra sua, vnum tamen spiritua-
 li iucunditate priuari æquanimiter non fert, quod est dile-
 ctum Isaac interficere. Paratum semel cor habet, qui maiora
 impedimenta peccatorum abiicit, sed minora, quædam
 quæ

A quæ prohibent, ne libere Deo fruatur, non abiicit. Para ergo *Psal. 50.*
 tuum cor, & iterū para, amplius laua me ab iniquitate mea, &c.

In Natiuitate Christi, Concio Prima.

Verbum caro factum est. Ioan. 1.

B



N natalitijs regum festa maxima fieri solent
 dona, ac beneficia concedi, & adeunt omnes,
 vt venerentur principem, in Christi Regis nata-
 li publica debuit fieri lætitia, & hæc ab Angelis
 facta est canētibus gloria in altissimis Deo. Do-
 na concessa sunt multa, & primum omnium in-
 estimabile accipimus à patre donum cum vnigenitum nobis
 dat, & omnia, quæ eius sunt, cum eo. Adorationem, veneratio-
 nemque Regis ex parte cælorum exhibuerunt Angeli, ex par-
 te creaturarum insensibilium fenum, & præsepe, Christum
 suscipientia. Ex parte animalium ait *Esa. 1.* Bos cognouit pos- *Esa. 1.*
 sessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Synagogæ pasto-
 res, gentium Magi. Et vnoquoque anno hoc festum celebra-
 tur, vt sigillatim omnes ad eam Regem adoraturi nostrum.
C Præsepe, fenum, panni nobis humilitatem prædicant, humilie-
 mur ergo, sed quia cum rex puer est, veneratio fieri solet ma-
 tri ipsius, humiliemur Mariæ.

Deum nostrum immutabilem esse, non solum fide tene-
 mus, sed euidenti ratione naturali ego Deus, & non mutor ait
 ipse per Malachiam, quia cum purus sit actus, nihil habens de-
 potentia, mutari omnino nō potest, nec per creationē de nouo
 factā in aliquo mutatus, nec per humanitatis assumptionē. Sed
 vt nobis melius eius diuina mysteria pateat, consideratus est à
 nobis Deus noster in triplici statu, ante mūdi creationē, in mūdi
 creationē, in eiusdē reparationē, cum Verbum caro factum est.

D 5

In his

In his tribus hodie à Ioanne nobis proponitur in Euangelio, **A** quod in has partes diuiditur. Primo enim ostēdit, quid in Deo fuerit ab eterno ante mundum conditum, quod prosequitur vsque ad illa verba. *Hoc erat in principio apud Deum.* Secundo ostendit, quomodo omnia per se ipsum sint facta. Tertio quomodo tandem caro factum est. Hæc hodierni Euangelij summa est.

Acto. 17. De primo statu tam alta sunt, quæ de verbo diuino dicuntur, ut omnino excedant captum nostrum, posuit enim tenebras latibulum suum, lucem habitans inaccessibilem. Vidit arā Paulus, cuius titulus erat, ignotō Deo, & ait, hic est Deus, quē ego vobis annuntio. Proprium Dei nomen ignotus Deus. **B**

Plato. de Plato in Timeo, opificem progenitoremq; vniuersi difficile est inuestigare, impossibile comprehendere. Hic vere Deus magnus est, quem cum inuestigaueris, dicas, non atigi eum, cum ei serueris, dicas, seruus inutilis sum. Quid ergo de eo dicemus? dicamus, quæ Ioannes ab eius pectore didicit, & edidit nobis Augusti. tractat. 36. in Ioan. Non immerito Ioannes aquilæ comparatur, quia multo altius, atque sublimius prædicationem suam erexit quam alij Euangelistæ, quia hi pauca de eius diuinitate, multa de eius humanitate dixerunt. Sed Ioannes quasi pigeat in terra ambulare, erexit se non solum super terram, & super omnem ambitum aeris, & cæli, sed super omnem etiam exercitum Angelorum, & peruenit ad Deum, **C**

Aug. dicens. In principio erat Verbum. Nō immerito super pectus recubuit, de quo in secreto bibit, quod in manifesto eructauit. Ecce aquilam, quæ fixis oculis solem contemplatur. Sic enim aquila filios probare dicitur, si solem fixis oculis aspiciant, & nos humi reptantes, & infirmi audent tractare ista, & exponere, & putamus nos, aut ea capere posse, cum cogitamus, aut capi, dum dicimus, Hæc Augusti.

Ait ergo Ioannes de hoc primo statu. *In principio erat Verbum.* In principio id est ante omnia, ante quam quisquam fieret ita Augu. Hilar. & Beda, secundum illud Prouerborum 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquā faceret à principio. *Erat Verbum.* In Græco additur articulus, ὁ logos quasi dicat eximium illud verbum sed quare dicitur

A tur Verbum? Basilii in homilia super hæc verba, cur verbum dicitur? ut quod ex mente procedat ostendatur. Cur verbum? quia sine motu genitū est. Cur verbum? quia imago est patris, totū in se monstrans genitorē, sicut verbum nostrū quod totius nostræ cogitationis imaginem refert. Verbum licet videatur significare vocem, sed maximè significat mentis conceptum, quem quia vox exprimit, verbum dicitur. Ita Augu. 15. de trinitate c. 11. *Aug.* quia cum verbum sit expressiuum rei alicuius, hoc magis conuenit conceptui qui est naturalis similitudo rei intellectæ.

Et verbum erat apud Deū. Docet, distinctā personā esse à patre, *Erat apud Deū,* id est, eū Deo patre simul habitās. Bene D. Th. *D. Tho.* ait, in & apud cōiunctionē significāt, sed in cōiunctionē intrinsecā, ut Ioan. 14. nō credis, quia ego in patre, & pater in me est.

B apud cōiunctionē extrinsecā. Est ergo filius in patre, & apud patrem, cū dicitur, in patre, significatur consubstantialitas, licet ex cōsequenti significet distinctionē personarū. Cum dicitur, apud patrem, magis significatur distinctio personarum. *Et Deus erat verbum.* Augu. a. t. Dixerat cōiunctionē verbi cū patre, nūc ostendit, qualis sit ista cōiunctio, quia sunt vnius substantiæ quoniam hoc Verbum erat Deus. Notat Hilarius 7. de trin. quem sequitur Diuus Thomas quod Verbum hic dicitur Deus sine vlla additione, quia licet homines, & Angeli aliquando dii dicantur, solet tamen aliquid addi, vnde colligatur, eos non natura Deos esse, sed participatione. Ut cū Moyse dicitur, Exod. 7. constitui te Deum Pharaonis, non dicit Deum absolute sed

C Pharaonis, datus est Deus Pharaoni dum timetur, dum punit, dum oratur, dum medetur, & aliud est Deum esse, aliud constitui, & dari. Afferret etiam Hilarius illud Psalm. 81. ego dixi. *Dij estis,* quasi dicat, ego volui, vos hoc honore donare, non ex natura vestra, sed ex voluntate mea *Dij estis.* Sic etiam inferius dicit Ioannes, dedit eis potestatem filios Dei fieri. *Hoc erat in principio apud Deum.* Orig. & Basil. & Cyril. dicunt, his verbis colligi, quæ dicta erant, ut ad verbi potentiam, & creationem per ipsum factā, progrediatur, quasi dicat, hoc quod dixi, fuit ab eterno, in primo statu, quo verbum consideramus in quo fuit prima Christi Natiuitas. De qua scriptū est, *egressus eius à principio à diebus æternitatis, & ex utero ante Luciferū genui.* *Psalm. 109.*

Vt vero hanc primam verbi Natiuitatem intelligas, aduerte, **A** quod cū tu intelligis rem aliquam, producis in intellectu tuo verbum, quod est naturalis similitudo rei intellectæ, per quod videtur apud te esse, & quasi videre rem, quam intelligis. Hæc fecunditas est intellectus nostri, vt intelligendo verbum producat. Hoc maximè Deo conuenit, qui se intuens ab æternò, verbum producit, quod sui est naturalis imago, qui est filius consubstantialis patri. Difficilia admodum sunt ea, quæ diximus, sed non præcipimur ea penetrare, sed credere, cum in cælo fueris, ea videbis.

Iam dicamus de secundo Dei verbi statu. *Omnia per ipsum facta sunt.* Id est, verbum omnia cōdidit, vel pater per verbum quasi per rationē exemplarem aut idealem. In quo consideranda largitas diuini verbi in nos, & eius immensus amor, quæ **B** tantaque nobis condidit, ac donauit. Quomodo possum peccare in Dominū meum, ait Ioseph, qui omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua. De quo beneficio loquitur Psalm. minuisti eum, &c. constituisti eum super opera manuum tuarū, omnia subiecisti sub pedibus eius. Quod si dona lapides emollit quomodo cor nostrū tot donis nō emollitur? Si tibi dicere, dilige, obsecro, regē Hispaniæ, respōderes, qua de causa eum dilecturus sum? quia optimus, sapiens, fortis, &c. sed ais, quid ad me ista? Non putas hæc ad te pertinere? dicam quæ pertinent, vt excusari non valeas. Diligit te summo amore, dilige tu eum. Ais, quomodo sciam, eum me sic diligere? Hoc nō credis? ostendam tibi, en tibi dono dat pretiosam margaritam **C** inestimabilem, en aliud, & aliud eius donum, quod ad te initit, ea mille dona, an non credes, quod te diligit, si hæc videas? an non diliges sic te diligentem, & tot dona dantem? Sic ergo nunc dico, dilige Deum, propter quid? quoniam optimus est, sapiens est, fortitudo est, verbum est apud patrem, propono tibi omnia eius bona, quæ in primo statu illius diximus, quæ infinita sunt, sed ais, quid ad me ista? proponam tibi, quæ ad te pertineant, diligit te infinito amore, qui vt tibi manifestus sit, intuere dona innumera tibi ab eo collata, omnia per ipsum facta sunt, & tibi ea donauit, terram, elementa, mixta, cælum, solem, stellas. An non dona tanta summum testantur in te amorem?

rem.

A rem? dilige ergo eum, qui te sic dilexit, vt tui causa, & amore tanta condiderit.

Et sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat.

Aug. Beda, Rupertus, Cyrilus, Glossa interlinealis sic intelligunt, nihil sine hoc verbo factum est, & omne, quod factum est, in ipso, vita est, sicut domus in mente artificis est viuens, sic in Deo omnis creatura est viuens in illa idea, extra quam in se ipsa est veluti depicta. Contingit aliquando pictori summo vt pingeret flores, aut fructum, arte tanta, vt aues deceperit, crederentque vera illa esse, non picta, & quasi ad veros flores, vel fructus accefferint, sed cum ex eis pasci vellent, cognouerunt, picta illa non vera esse. Sic omnia, quæ ad extra Deus fecit, depicta sunt, viuā enim, & vera in ipso permanferunt, sed **B** tanta arte diuinus ille pictor ea perfecit, vt vera appareant hominibus, eisque vt veris bonis pasci velint, at ea depicta solum esse ostendit, quod is non satiamur, vnde verus cibus non sunt in solo Deo societas, & verus est cibus noster, ad eum ergo volumus.

Sed Cyrilus aliter exponit, *Quod factum est in ipso vita erat.* Id est, non solum per ipsum facta sunt vniuersa, sed in omnibus, quæ facta sunt, filius Dei est vita, id est, omnia penetrat, & intra omnia existens omnibus vitam, & subsistentiam, & operationem dat. Quod est illud Hebr. 1. qui portat omnia verbo virtutis suæ.

Qua in re maximus diuinus amor in nos commendatur, si **C** consideremus Deum in omni creatura continuo, operantem in bonum nostrum, quia creatura non potest quidquā agere sine illo, & ipse est principaliter agens in omni creatura. Considera ergo Deum intra solem te illuminātem, intra ignem te calefacientem, intra aerem dantem tibi respirationem, intra aquam te refrigerantem, intra cibum te alentem, intra vestes te operientem: Mirum Dei obsequium, quo nobis in omni creatura inseruit. De quo verbum ipsum ait, pater meus vsque modo operatur, & ego operor, vt nihil possis boni habere nisi ab eo, vt omnia, & perpetuo tibi manu sua dans, circumdet omnibus ex parte cunctum beneficium, vt ad se te trahat. Græci patres aliter legunt, *sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Id est, nul-

la res

Aug.
Beda.
Ruper.
Cyril.
Glos.
Simile.

Cyril.

Hebr. 1.

Ioan. 5.

op. in 3.

Gene. 39.

Psal. 5.

Simile.

la res creata facta est sine verbo nulla ab alio principio, vt Manichei commentabantur.

Et *vita erat lux hominum*. Id est, hoc verbum, quod vita est per essentiam, homines illuminauit, sed tenebrę eam non comprehenderunt, id est, peccatores, eratis aliquando tenebrę, illi non aderant luci, sicut nec cęcus soli, & ea ratione peccatores, qui tenebrę sunt lucem non agnouerunt, ideo decreuit homo fieri, vt à prope eos maximę illuminaret.

Vt vero in hunc tertium statum deueniret, & eum nobis exprimeret, exponit nuncium tantę rei Ioannem, qui tantę rei testis fuit fidelis, vidisti hucusque verbum altissimum, modo videbis omnium infimum, ante innixus scilicet, sed super eam, quia super omnes creaturas, at modo videbis eum in infima scilicet parte, nouissimum virorum, vermis non homo. An non talis est in pręsepio, vbi nunc ferculum de lignis libani? an stabulum? vbi columnę argenteę, & reclinatorium aureum? an pręsepe vestes pretiosę panni, 70. fortes custodes bos, & asina?

Vt in hunc veniret statum, pręmisit Ioannem, qui fuit homo missus à Deo, ideo omnia quę nunciat, ex Deo sunt, ait Chrysol. *Venit in testimonium*. Aug. tractatu. 2. habet Deus testem hominem, sed propter hominem, adeo infirmus sumus, vt per lucernam quęramus diem. *Erat lux vera*. Quia homo illuminatus dicitur lux, sed vera est illa, quę illuminat, sicut infirmus oculus (ait Aug.) non potest videre orientem solem, sed eum videt in aliquo corpore illuminato à sole, sic Iudęi non valentes Christum in se agnoscere, agnouerunt in Ioane qui se à Christo illuminatum dicebat, de plenitudine eius omnes accepimus. *Illuminat omnem hominem*. Quantum ex se est, ait Chrysol. sol omnes illuminat, sed si tu oculos claudas, non illuminaberis. Est mos omniũ linguarum cū rei virtutem aut officium explicamus sic loqui, ignis calefacit omnes, iudex punit omnes malefactores, quo explicamus proprietates rerũ, quas exercent, vbi materia adest. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*. Per glorię adeptionem, cum similes ei erimus, vel dedit eis hanc dignitatem, hoc est enim potestas, vt filij Dei sint per gratiam. *Verbum caro factum est*. Id est, homo Esai. 40. dicitur hoc

MO

Amo caro, videbit omnis caro salutare Dei. Dicit verò caro, ait Theoph. vt diuinam miremur dignationem, quod non solum assumpserit animam, sed & carnem, quę ab eo maximę distabat, erigitque in nobis fiduciam, dum quod in nobis est vilissimum, sumpsit, & sic tollitur illa maledictio Genes. non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Ostenditur etiam singularitas vnionis Christi, nã alijs sanctis vnitur Deus quantum ad animas, Sapiē. 7. per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, & Prophetas constituit. In Christo verò etiam carni est vnitus. Hęc D. Th. Aug. 15. de trinitate. c. 11. ait, ita verbum nostrum vox quodammodo corporis fit assumendo eam, in qua manifestatur sensibus hominum, sicut verbum Dei caro factum est, assumendo eam, in qua & ipsum manifestaretur sensibus hominum. Et sicut verbum nostrum fit vox, neque mutatur in vocem, ita verbum Dei caro quidē factum est, sed absit, vt mutaretur in carnem, assumendo quidem illa, & non in eam se conuertendo, verbum nostrum vox fit, & verbum Dei caro factum est. Et *habitauit in nobis*. Id est, inter nos. In Græco est verbum escenolen, quod significat habitare in tabernaculis, quo ostenditur, temporanea, & breuis habitatio, quia tabernacula non in longum tempus constituuntur vt domus. Et *vidimus gloriam eius*. Græce est verbum theaste quod significat attēte, & morose, & iocunde spectare, inde theatrum dictum est, quasi dicat, spectauimus eum ceu nouum, & mirandum miraculum, gloria vt dicit Hiero. ad Galat. 5. est cum aliquid diuinius, & augustius inspicitur, vt Exod. ultimo gloria Dñi repleuit illud & 3. Reg. 8. impleuerat gloria Domini domum & 2. Corin. 3. nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes. Est ergo sensus, vt dicit Chrysol. homi. 11. vidimus potentiam maiestatem, & diuinum splendorem in vita & miraculis eius. Gloriam quasi vnigeniti, id est, qualem decebat habere patris vnigenitum, nõ enim gloria Christi fuit, vt aliorum sanctorum, quia illi vt ministri gloriam acceperunt, Christus vt vnigenitus, vnde plura miracula fecit imperio solo. *Plenum gratiæ, & veritatis*. Id est, plenum gratia capitis, ex qua omnes accipere possumus, & veritatis, id est, impletionis omnium figurarũ & vmbRARUM. Non veni legem soluere, sed adimplere.

veritas.

Chrysol.
Aug.

Esai. 40.

Theophi.

Gene. 6.

Sap. 7.

Aug.

Hiero.

Exod. vlti.

3. Reg. 8.

2. Cor. 3.

Chrysol.

Matt. 5.

veritas enim est, cum quis id opere præstat, quod promiserat, cum ergo Christus omnia figurata, & promissa, exactissime impleuerit, plenus dicitur veritate. Sic intelligit veritatem vt vmbra opponatur Ambr. ferm. 18. super Psal. 118. & Theophilatus. Licet ergo vili videatur Dous indui veste, sed adeo plena est gratijs, vt eam merito induerit. Sicut enim vestis ex vili panno confecta sic potest ornari lapillis, & auro, vt merito Rex ea induatur, sic humanitas illa humilis tot est ornata gratijs, tot ditata bonis, vt digna sit Deo vestis, humanitas enim sumpta à Virgine tali, pulcherrima, sine vllaque contagione peccati donata gratia infinita, gloria singulari, omnibus redundans gratijs gratis datis, vestis est digna Deo, licet ad mundi redemptionem non esset necessarium ea indui, sed solum propter gloriam, quæ Deo ex hac tanta veste resultat. Vnde multi dicunt, hac solum ratione futurum Deum hominem, etiam si ad mundi remedium opus non esset.

Sed expédamus sigillatim gloriam diuinam huius vestis, & quam gloriosus Deus hodie appareat, licet in humili veste. Primo ergo apparet pueri nati gloria, quod hæc tanta est, vt nec paupertate, & humilitate possit occultari, sed potius ipsam paupertatem reddit illustrem, hæc summa Christi maiestas, quod omnia, quæ sibi copulauit, gloriosissima fecit, quantumuis olim essent abiectissima, & crucem ipsam gloriosam reddidit, vt iam iam dicant sancti, absit mihi gloriari nisi in cruce, non solum autem sed & gloriamur in tribulationibus. Paupertas & nuditas facta sunt gloriosa, quia hæc omnia sibi Christus elegit. Non ergo mirum est, quem piam gloriosum videri, cum auro, gemisq; ornat sed & in folio, vt Asluerus, sed illud valde mirandum, cum inter abiectissima quis positus gloriosus adhuc apparet, & gloriosa facit, quæ vilia prius erant, & quem abscondebatur vile stabulum, prodebat eius maiestas, & circulus aureus visus cingere solem, vt dicit Chrysof. & tres soles visus in oriente, qui ad vnum solare corpus sunt redacti, ostendens se vnam de tribus personis, quæ ad vnam copulantur essentia. Et Augustus prohibuit, se dominum appellari, quasi præfagiens verum aduenisse Dominum, vniuersorum heredem. Ostendit misericordiam in omnes effusam, dū ex vineis Engaddi copiosum

Ambr.
Theoph.

Gala. 5.

Gala. 5.
Rom. 5.

Chryf.

A sum effluxit balsamū, ostendens se Samaritanum, oleo vulnera nostra curaturum. Hæc gloria Christi nati, nudique in præsepio, figuratur. 2. Reg. 6. in saltante, & nudo David, cui ait Michol, quam gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se, & nudatus est quasi vnus de scurris. Respondet David, ludam, & vilior fiam, plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & gloriosior apparebo. Vere gloriosior Christus hodie apparet in humanitate, quæ apparuit in curru illo, de quo, currus Dei decem millibus multiplex, Dominus in eis in Sina in Sancto.

Secundo gloria eius apparet in summo omnium operum eius, quod est, Deum hominem fieri, quod summæ ei est gloriæ Eccles. 11. mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, quale ergo erit opus illud, quod eius opus dicitur per excellentiam? Sed eius etiam gloria in hoc ostenditur, quod cum humana opera sint adeo aliena à Deo sic ea agit, ac si ipsi essent naturalia, & innata. Disputat doctor, equitat, & lanceas agit eques, non mirum, sed quod hæc rusticus ageret, miraris, quia ab eo aliena sunt, sic nunc plorat Deus, ac si risus non esset, sic tremit, & vagit, ac si æternus non esset, quod præcipue notauit Esaias, 28. vt faciat opus suum, alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo, id est, vt operaretur opera naturæ ipsius cōuenientia, quod est saluare, & glorificare nos, opera omnino peregrina operatus est. Et ista opera magis nobis sunt miranda quæ illa, quo magis ab eo distare videntur. Non miramur diripientem leonem, sed miramur eum agnum mansuetum effectum. Si ergo Deus leo diripiens dicitur glorificari, gloriose magnificatus est, equum, & ascensorem deiecit in mare, quomodo non gloriosus erit agnus mansuetus redditus?

Tertio gloria eius apparet dum tā infirmis armis mirabiles sit affectus victorias infirmis instrumentis mirabilia opera perpetrauerit, quo enim debilius est instrumentum, eo maxime causæ vis apparet magna efficientis. Sic in gloriā Sampsonis dicitur, quod in mandibula asinæ interfecerit mille viros. Et sic in laudem Christi ait Paul. quod elegerit ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret, infirma vt confundat fortia. Sic

Aduent.

E

ergo

2. Reg. 6.

Psal. 67.

Eccle. 11.

Esai. 28.

Exod. 15.

Iud. 17.

1. Cor. 1.

Leo. ergo nunc ingrediens mundum, vt in agone contendat (ait Leo Papa) maximo, & mirabili æquitatis iure pugnatum est, dum non Deus in sua maiestate, sed in nostra humilitate congregitur, quid debilius infantili corpore? lachrimis, doloribus? his ergo armis debellat aereas potestates, Non pugnat *Dauid*, neque vincit *Goliath* regijs armis Saulis, sed in funda pastoris. Et hunc credo fuisse precipuum sensum à spiritu Sancto intentum in illis verbis 1. Regum. 17. quo loco volenti *Dauid* congrredi cum *Goliath* dicit frater natu maior, quare venisti, & quare dereliquisti paucas illas oues in deserto? (Quod Christum fecisse ipse fatetur in parabola de nonaginta nouem ouibus dimissis) Respondet *Dauid*, quid fecit? nunquid non verbum est? Quod posset sic accipi, vt velit *Dauid* dicere, solo verbo hucusque vsus sum, sola verba dixi, quibus promisi me cum *Goliath* decertaturum. Sed precipuum, quod spiritus Sanctus intendit, est hoc significare mysterium, verbum enim similitudo, & figura est rei cognita, & licet *Dauid* in alijs figuram Christi referret, maxime tamen in hoc facto, cum *Goliath* deiecit vilibus armis. Quasi dicit ergo *Dauid*, ego figuram eius modo gero, quod aliquando faciendum est verè per Christum, cum ille dæmonem superabit infantili corpore. Ecce ergo pueri gloriam, deiecit omnes inimicos nostros. Inquiramus ergo ab eo, quod quoddam à *Sansone* est quæsitum, in quo est hæc maxima fortitudo, & inueniemus eam esse in tenuissimis capillis. Qui ergo armis debilibus tatos prostermit hostes, sine dubio Deus est. Iam noua bella elegit Dominus canit *Delbora*, quia *Sisaram* manu femine deiecit, sicut *Holofernè* manu *Iudith*, quia debilibus vincit fortes, cum trecentis timidis militibus, vt declarat *Iosephus* lib. 10. c. 5. deiecit *Madianitas* sine armis fractis lagenis. Cuius simile in mundi redemptione facturum Dominum pollicetur per *Esaïam*, iugum enim oneris eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die *Madian*, sicut tunc sine armis *Madian* superasti, ita cum iugum diabolicæ potestatis, & sceptrum tolles, facturus es. Hoc etiam mirabile ostendit *Ier. 5.* me non timebitis, qui posui arenam terminum maris, & commouebuntur; & non poterunt, & intumescent fluctus.

A. fluctus eius, & non trāsibunt illud. Notat *Chryso.* homi. 9. ad populum, Antio. terminum à Deo mari positum, quo detinetur, non montes esse, sed arenam paruum, vt *Dei* potentia ostēderetur. Quid ergo mari fero opponitur, vt illud teneat? Quid dæmoni, vt frāgatur? paru' puer vagiens, puluis exigu'. Hic manifeste apparet quod *Pau.* dicit quod infirmū est *Dei* fortius est omnibus hominibus, quia infirma sumens arma mirabilia per ea operatur. Soles aliquando animositate ductus dicere, ligate mihi brachia, & eis ligatis deiciam hostem, & vincam, sed hoc quod tu dicis superbia elatus, opere Christus compleuit, ecce fascia ligatus est brachia, & pedes, sicque ligatus vincit de monē, magna pfecto potētia magna gloria, vidimus gloriā eius.

B. Quarto vidimus gloriā eius, dū quod prius occultū erat in *Dec*, nunc oculis nostris manifestum factū est. Elaboratur rete tenuissimū mille rebus in ea tenui acu sculptis, si solū aspicias rete non possunt videri figuræ, quæ in reti elaboratę sunt, sed si retro ponas pannum, vel simile quid, continuo videntur omnes illæ figuræ. Infinitæ erant in *Deo* perfectiones, virtutes immensæ, sed lucem habitabat inaccessibilē, neq; eas videre poteramus, sed iā velo humanitatis ei imposto, omnes illæ apparuerunt virtutes, & vidimus gloriā eius, plenū gratiæ, & veritatis. In humanitate enim gessit vitā cælestē omni virtute ornatissimā, quæ oculis nostris cōspici posset, vt dicamus cū *Ioāne*, quod audiuimus, quod vidimus, quod manus nostræ contrectauerūt de verbo vitæ &c. Apparuit summa charitas, & benignitas, māsuetudo, & patientia, obedientia, & omnis deniq; forma virtutum, quas ab ipsa natiuitate mundum incipit edocere. Vnde *Paul.* nos excitat dicens, apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri *Dei* omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sæculo. Iam clamat hæc è præsepio, verbum est, vnde omnia eius facta verba sunt nobis. An non vides iā mundi despectū? summā humilitatē, paupertatē, duritiē, & afflictionē corporis? Cura ergo, vt volūtas tua excites, ad aliquid ex his prosequēdū, si enim *Christi* mysteria cōsideras, nec tñ afficeris ad ea, quę vides, quid te agere putas? si ne dubio id agis, qđ ille, qui filice arrepto & ferro percutit si-

licem, scintillasque euolare facit in aerem, quia non est sub-
 tus fomes, ut ignis accendatur, quid hoc est, nisi in va-
 num silicem percutere? Christus lapis est, petra autem erat
 Christus, sed non quivis lapis, sed si lex igne plenus, charitate
 ardens, omni virtute clarus, diuinitate ornatus, unde cum no-
 ster intellectus ipsum tangit consideratione, & fide, scintillæ,
 & splendor ex eo procedunt, sed si volūtas nostra nō prepara-
 tur, ut scintillas excipiat, ut inflāmetur, si humorem omnē mū-
 di à se non projecit, omnia in vanū, & vacuum abibunt. Sicut
 philosophis accidit, quibus Pau. ad Rom. qui cum Deum co-
 gnouissent, non sicut Deū glorificauerunt, aut gratias egerūt
 sed euauerunt in cogitationibus suis. Ne ergo & tu vanus sis,
 imitare Christum nascentem. Bernar. dico ego leue ad vos ver-
 bum, quod si sine fructu esse cognoscerem, dolerem maxi-
 mē, quid non abominetur Deus, quod verbum suum miserit
 ad nos, & nostra ignauia sine fructu efficiatur, quod ei adeo la-
 boriosum fuit, ut nos doceret exemplo? quid tibi proderit, au-
 diste Christi humilitatem, quod eo usque se dejecit, ut carnem
 assumeret, quod erat vltimum quo descendere poterat, in præ-
 sepio poneretur, quod eximium fuit humilitatis, sit, qui hæc au-
 dis, vilis terra, & cinis cum sis, vis cum Deo cōtendere, & omni-
 bus te præponere? quid proderit, videre, quod à puero super
 humeros Christus tollit crucem suam, si tu tuam tollere non
 vis, cū vir sis ætate prouectus? Quid prodest, videre Deū pere-
 grinū factū, etiā cū in propria venerit, si tu in alieno vis radica-
 ri, & ciuē esse mūdi huius? Quid proderit stabulū cōsiderare, si
 tu tibi per aplāvis domū, quid cōsiderare præsepio si tu amas pri-
 mū locū tenere, & primas cathedras. Vides Christū ad nuptias
 inuitatū cū natura humana nouissimū tenere locum, quomō-
 do tu primū eliges? Quid panni viles Christi, si tu indueris bys-
 so, & preciosis vestibus? Virtutes quidem Christi imitari om-
 nino, nec angeli quidē possunt, sed pro medulo nostro eas imi-
 tari debemus, quia nobis datus est in-exēplar. Qui ergo in cæ-
 lis habet conuersationem suam, & omnia inferiora reputat ster-
 cora, qui in hoc mūdo se peregrinū agnoscit, qui nouissimum
 locum tenet, qui dure carnem suam trahat, hic verē Christum
 imitatur, & in eo apparebit gloria quinta pueri nati quæ est q-

Rom. 1.

Bernar.

tales

A tales habeat ministrorum ordines sibi ministrantium, qui & ip-
 si glorioli sint 3. Reg. 10. gloriosus prædicatur Salomon à Re-
 gina Sabba, quæ cum vidisset ordines ministrantium, & vestes
 eorum, non habebat ultra spiritum, sed ait, beati sunt serui tui.
 In gloriam ergo Christi apparent hodie primum ministrantes
 Angeli ei canentes, gloria in altissimis Deo, an non vidimus
 gloriam eius, cuius tales sunt ministri omnes Angelici chori? *Simile.*
 Sicut enim regios cantores alteri quam filio Rex non mittit,
 ita multitudinem cælestium spirituum, ut decantarent alijs pa-
 ter æternus nunquam misit quam filio. Vere gloria vnigeniti
 à patre in hoc apparet. Sed & in hominibus ministris eius glo-
 ria appareat necesse est, sed quo pacto? Venit Christus, ut à mi-
 nistris suis omnem tollat defectum, quod lex facere non po-
 tuit, nihil enim ad perfectum adduxit lex, cumque puerorum
 illa lex esset, ministri pueri erant in illa obnoxij defectibus in
 Dei cultu. Apparet verò modo Christi gloria, dum copiosa
 dat hominibus gratia, omnis defectus à ministris tollitur, quæ-
 rum humana patitur infirmitas, & sic ipse gloriosus est in tali-
 bus, tantisque ministris. Mirabilis planè Deus in sanctis suis, si
 enim cæli enarrant gloriam Dei, quidni enarrabunt cælestes
 viri? Vere si iusti viri harmonia, & pulchritudo apparet, ma-
 gis in eo Deus glorificaretur quam in omni mūdi ordine. Pro-
 digiosa enim est spiritualis vita, & prodigijs stupendis plena.
 Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Ad
 quæ videnda inuitat Plaltes, venite, & videte opera Domini,
 prodigia, quæ posuit super terram, arcum conteret, & confrin-
 get arma, &c. An non mirabilis mundi mutatio facta Christo
 veniente, in quo tot martyres, Virgines mirabiles, Anachori-
 ta?

Psal. 118.

Psal. 45.

Sed & hoc à Christi natali inceptum Esaias testatur dicēs, *Esai. 11.*
 habitabit lupus cum agno & pardus cum hædo accubabit, vi-
 culus, & leo, & bos pascuntur simul, & puer paruulus minabit
 eos. Ecce enim ex præsepio Pastores, Reges, Iudeos, gentes
 minat, regit, perficitque.

Ostensa est Dei domus Ezechieli, in eamque tribus ianuis *Ezech. 40.*
 intrauit, per orientalem, meridianam & septentrionalem. Ho-
 die vidimus domum Dei ingressi oriētali porta, vidimus enim

Aduen.

E 3

in prin-

Bern.

in principio esse verbum apud Deum, per meridionalem vbi A
ventus spiritus sancti vt dicit Bernard. venit auster, idest, Spiritus sancti ventus. Vidimus verbum carnem factum opere Spiritus sancti omnibus eius donis eum repletum, per septentrionalem vidimus patientem, humiliatum, lacrymantem, quem imitemur, vt mereamur orientem videre in calis.

In Natiuitate Christi, Concio Secunda.

Verbum caro factum est. Ioan. i. B



VANDO alicui dono datur prædium ali-
quod, aut villa, omnes eius fructus ei cõ-
ceduntur. Videmus ineffabilem in nos
diuinam largitatem, cum filium vnigeni-
tum nobis dedit, paruulus natus est nobis,
filius datus est nobis, simul donatus
est nobis fructus omnis, quem ab eo per-
cipere possumus, Rom. 8. qui proprio fi-

lio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum,
quomodo non cum illo omnia nobis donauit? sed ais, hæres C
hic vniuersorum modo paruulus est, nec aliquid donabit nisi
per parentum, aut tutorum manus, sic enim iure dispositum
est, & Paul. Gala. 2. dico autem, quanto tempore hæres paru-
lus est, nihil differt à seruo, cum sit Dominus omnium, sed sub
tutoribus, & actoribus est, vsque ad finitum tempus à patre cū
pater deest, mater filij est tutrix, Christo pater in terra non est
secundum quod homo, mater eius curatorem, & tutricem
agit, & sic erat subditus illi, Lucæ. 2. eam ergo adeamus, per
cuius manus vt tutricis omnia dispensat paruulus iste, dicen-
tes Aue Maria.

Vtu venire solet, vt quispiam auceps persequatur ardeam
velo-

A velocissimam, immittit in eam nouum quempiam accipitrẽ al
tipetam, ille autẽ aliquantulum euolans, & simul etiã sibilans, *Simile.*
videns ardeam vsq; adeo alte volare, spe abiecta eã consequen-
di, ad ipsum aucupẽ redit. Emittit alterũ, qui item exanimatus
vt primus ad manus aucupis redit. Animaduertens, quod noui
hi accipitres nõ ausi sunt aggredi ardeã, mittit veteranum quẽ
dam, & strenuũ accipitrem, in huiusmodi pugna sæpe versatũ,
ille verò hac, & illac circunuolans, aggredienq; per diuersa ial-
tiusq; volans quam cæteri, impetum in eam facit, atq; cum ar-
dea congressus, nõ prius à pugna excedit, quã illam præcipitem
det in humũ. Quam alte volet diuinũ verbũ, quantumq; se sub-
trahat ab humano cõspectu, ostendit apertẽ Psal. dicẽs, ascẽdit *Psal. 17.*

B super Cherubin, & voluit volauit super pẽnas ventorũ. Annõ
super hæc omnia se erexerat, cū in principio erat verbũ, & ver-
bum erat apud Deũ, & Deus erat verbũ? In hanc ergo diuinam
ardeam Esai. prius cæpit euolare, sed cū eius celsitudinẽ fuisset *Esai. 53.*
intuitus, nõ ausus est eam persequi, sed eo, vnde egressus est, se
se recipit, dicens, generationẽ eius quis enarrabit? Volat etiã in
eandem Hier. Propheta, & eodẽ modo re infecta reuertitur, *Hiere. 17.*
dicens, ha ha ha Dñe nescio loqui, quia puer ego sum, Malach. *Mala. 3.*
etiã eorum vestigia sequutus volat, ac eodẽ modo redit dicens
c. 3. quis poterit cogitare diem aduentus eius? aut quis stabit ad
videndũ eum? Et Paul. quoq; eodem studio cõtendit, & tamẽ *2. Cor. 12.*
se colligit dicens, audiui arcana verba, quẽ non licet homini lo-

C qui. Tandẽ verò accedit Ioannes, qui tantum volatu cõtendit
vt omnes pãst se lógẽ reliquerit, multoq; altius euolauerit. Re-
fert Metaphr. in vita Ioannis Apolloli, ipsum montem ascen-
disse, ibiq; manibus eleuatis, & corpore erecto in extasim raptũ
fuisse. Tũc horrẽda tonitrua & fulgura audita esse, demũ toni-
trua in vocẽ expressa sonuisse, in principio erat verbum, &c.
Quæ Procorus, qui exanimatus metu ceciderat, represso pau-
lulũ metu trẽmenti manũ ex voce Ioãnis, quã ipsum erat, toni-
trũ; excepit, & ad finẽ vsq; scripsit. Hoc ipsum latius narrat ip-
semet Procor. vnus ex septẽ diaconibus primis in historia Ioã-
nis, c. 46. ideo dictus est Ioannes Boanerges. i. filius tonitruũ,
quia tonituro Euangeliũ incepit. Vide quã opere se erigar ini-
tio, in principio erat verbum? non desistit donec ardeam diui-
nam

nam in terram adducat, cum ait. *Verbum caro factum est.* **A**
 Cuius rei adeo profunda sunt mysteria, vt humanus intellectus ea transnatare nõ valeat. Ezech. 47. vidit fluuiũ à Dei domo egredientem, quẽ cum trãfrire vellet, aqua pedes eius solũ operiebat cum primũ, deinde vero etiã tibias, & demum transuadari non poterat, vt necesse ei fuerit ab Angelo trãsportari in aduersum litus. Fluuius iste est aqua illa, de qua dicitur, aqua sapientiẽ salutaris potabit eũ, quã est sapiẽtia ex scripturis diuinis collecta, in quibus primũ proponitur nobis, creatio mũdi, solum pedes operit doctrina hęc transuadari potest, quoniã & philosophi multi hãc agnouerũt, vt Plato, & Aristo. posuit primã causã, à qua omnia dimanant. Ultra procedit, ostẽdens diuinã gratiã. Ad cõcessã cum iustitia originali, eius lapsum, & totius generis humani in illo. Hęc iã profundiora sunt. Sed cũ ad restorationis nostrẽ remedium peruenitur, ad verbũ scilicet, carnẽ factũ, hoc est immensum pelagus, vbi mille cubiti aque in profundũ dimensũ. Ideo Paul. vocat inuestigabiles diuitias Christi, nullus creatus intellectus, nec Seraphinorũ potest hoc pelagus natura sua dimetiri, nec trãsnatare. Et si qui conati sunt ingenio suo hęc penetrare mysteria, in plurimos errores lapsi sunt. Excreuit aliquãdo fluuius supra modũ, multis vadiq; aquis cõcurrentibus, accedit quis ad fluuiũ, & cõsilius præclaro, quo vehitur, equo, se se in fluuiũ dat, clamã ad eũ, & vociferaris, caue; transuadare nõ poteris fluuiũ, immẽsa est aqua, ille verò non curat, sed flumini se cõmittit, cum verò ad nimiam aquã peruenit, obruitur insanus insanis aquis? Accedit alius arte natandi fesus, nudatq; se, in aquã se proiicit, & tandẽ insana furẽtiq; aqua vincitur peritq;. Accedit alius cordatus, timẽsq; nimiam aquam, pontẽ quærũt, & facile fluuiũ transit sine vilo periculo. Sic in hoc profundissimo mysterio multis cõtigit, accessere ad illud ingenio suo, qui equus erat præclarus, cõsiliũ alij sciẽtia sua, quẽ natãdi ars videbatur, & omnes huiusmodi perierũt. Sic in hoc mysterio demersi sunt, & perierunt innumeri hæretici, primũ Ebion, qui tẽpore Apostolorũ negauit Christi diuinitatẽ, contra quẽ Ioannes scripsit Euãgelium, vt dicit Hieron. Deinde Gerdõ, qui negauit eũ esse hominẽ, vt Aug. refert. Deinde Manichei dixerunt, eũ phantasticum hominẽ. Valerius dixit,

Ezech. 47.

Eclẽ. 15.

Ephẽ. 3.

Simile.

Hieron.
Aug.

A dixit, corpus è cælo adduxisse. Nestor: duas in eo posuit personas, sicut & naturas. Eutiches quod humanitas versa fuit in diuinitatẽ, Arius, & Apollinaris dicũt Christũ sumpsisse corpus tãtum, non animã, Macharius posuit in Christo vnicã voluntatẽ, scilicet diuinã. Non sic fluuius hic trãsnatandus, nõ equo ingenij tui, nõ scientia, quã ars natatoria est. Vnde Psal. ad hos loquens, nõ in fortitudine equi voluntatẽ habebit, nec in tibijs viri beneplacitum erit ei, beneplacitũ est Dño super timentes eũ, quasi dicat nec equo ingenij, nec natãdo hic pertrãsitur fluuius, sed eũ timendo, & per fidẽ reuerendo eum, quasi per potẽtrã trãfrire licebit, ecce enim Deus magnus vincens scientiam nostrã. Si enim sensus cõsulas, vident solũ vagientẽ puerum, si intellectũ, dicit ignorare se, quomodo eternus tẽporaliter gignatur, impassibilis patiatur, si scientias omnes cõsulas, dicet nec scire quomodo vnum suppositum duas naturas tã inter se dissides sustentet, & cum homo esse nõ possit leo, quomodo poterit Deus esse? quomodo ardere possit rubus, nec cõburi, nõ percipit. Verẽ hi iudices rei, tãtã esse nequeunt, ideo. 4. Reg. 4. Eli seus vt mirabilem illã cum puero vnionẽ efficeret, quẽ hãc verbi cũ carne significaret, qua nos suscitauit, ostiũ super se clausit, vt innueret, summũ huius mysterij secretum: nõ ergo illud sensus, intellectus, aut scientia assequetur. **A** Enigma est, quod Philistei nõ assequuntur verbum caro, leo melle plenas, Deus agnus malsuetus factus. Nisi arassetis in vitula mea, ait Sãpson, nõ inuenissetis propositionem. Quomodo nobis inueniendũ hoc enigma obscurissimũ? vtiq; accedamus ad vitulã Sampsonis, ad eius spõsam Ecclesiã, que arans hoc penetrat mysterium. Sicut enim arans terrã viscera pandit occulta, sic Ecclesia sub illa sanctissima carne aperit nobis diuinũ suppositum, Ecclesiã ergo doctrinã, & fidei innixi in his verbis. *Verbũ caro factũ est.* Inueniemus duas Christi Natiuitates, eternã & tẽporalẽ, prima eterna explicatur, in nomine. *Verbũ,* secunda tẽporalis, *caro factũ est.* Cum dicitur verbũ ostenditur Natiuitas, qua procedit à patre, cum dicitur caro factũ est, natiuitas, qua procedit ex matre. Dicit verbũ, non filius, licet enim filius sit, ne crassum aliquid intelligas, verbũ dicitur, vt spiritualis generatio ostendatur, nec putes filium hunc à Deo gigni, sicut generantur.

Psal. 14.

4. Reg. 4.

Iud. 14.

Psal. 2.

neratur alij filij à viuentibus. Huius verò spiritualē processio nem explicat Psal. 2. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genuite, ait, dixit, quia loqui Dei est producere, os eius intellectus eius, dicere eius intelligere est, & actio, qua filius producit, dicitur à sanctis dicere, sic ergo genitus est hic filius, ideo ait filius me^o es tu, ego hodie genui te, id est, in eternitate, in eo die, qui nocte caret, in illo inuariabili puncto, cui omnia presentia sunt, nihilq; præteritū aut futurū, quia intelligens pater omnē substantiā suā producit filiū sibi omnino similē hoc est verbū Dei. *Caro factū est.* hęc est secunda natiuitas qua vnita humanitas diuino supposito prodijt hodie ex virgine.

Gen. 35.

Hę duę Christi natiuitates explicatur, & in figura adūbratę sunt in Benjamin nato | Racheli in Bethlé, Gen. 35. Oritur filius duciturq; ad matrē, illa eum cōpellat Benoni, id est, filius doloris, pater vero cū vocat Benjamin, id est, filiū dexterę. Vn^o est filius sed binomi^o, nomē dat ei pater, nomē dat mater, quia vnus est Christus, sed in duabus naturis subsistēs, vnā recipit à patre, alterā à matre, ideo nomē eius, qua parte à patre genitus est, est illi verbū cōsubstantiale ad eius dexterā sedens, Benjamin filius dexterę à patre dicitur, sed à matre recipit naturā humanā, propter quā eum dicit filium doloris, nō quod dolore, aut grauedine eū in vtero tulerit, nec pepererit, summo enim gaudio cōcepit, summa dulcedine, ac suauitate in vtero tulit & summo gaudio sine dolore peperit, & nūc huius diuini par-

Esa. 66.

tus non anxietates, & dolores fuerunt, sed summa gaudia, præ excellēs lætitiā. Vnde Esa. 66. ante quā parturirēt, peperit masculū, id est, ante dolores, anxietates, & discesimina peperit filium. Sicut aurora solē parit summa lætitiā & luce, sic Maria edidit Christū, sed tamē cum dicit doloris filium, quā ex ea carnē triumphat, propter quā dicitur est vir dolorū, Esa. 53. & propter quā frigore affligitur, fame, & omni penuria, & etiā in matrē resurrexit, quia quod ille patiebatur illa etiā patitur, ei maxime cōpartido, vnde nō doloris filius solū dicitur, sed filius doloris mei.

Esa. 53.

Hęc verò duę in Christo sūt naturę, cum natiuitates ostendunt differētia Christi opēta. Natiuitur ex muliere vt homo, & virgine vt Deus, in doloitur panis vt homo, sed pannos ab Angelis combūdat diuinum esse ostēdit, & recubatur in præ-

A pio vt homo, adoratur ab Angelis vt Deus, adoratur à Magis, proditur ab stella, Omnis res operatur secundum quod est, est Deus, operatur vt Deus, est homo, operatur vt homo. 2. Cor. 13. si mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Sicut enim vestis aureę desuper tectę serico, aurū videmus per ipsius rupturas, ita diuinitas sub humilitate latēs per rimulas cognoscitur, si recte attēdamus. Sic promittitur Marię Cāt. 2. Murx-nulas aureas faciemus tibi vermiculatas argēto. Torques aureas tibi dabimus, sed elaboratas, & ornatas desuper argento. Quę sunt torques Marię eius collū ornātes nisi brachia Christi? metallū huius torquis aurū est diuinum verbū, sed humanitas de super posita est qua vermiculatur diuinitas. Quia secundū humanitatē ipse ait, vermis sum, & nō homo. Sed num totum aurū lætatur, & occultatur omnino argēto? absit, vermiculatū est, nō omnino opertum, sed ex parte, sic enim diuinitas sub carne latet, vt etiā appareat. Ioā. 1. vidimus gloriam eius, gloriam qua si vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis.

Hoc verò ineffabile mysterium aliquomodo declaratur illa D. Iacobi similitudine, suscipite, ait, insitum verbū, inserta est humanitas nostra diuino verbo, vel verbū in humanitate, ideo verbū insitum dicitur, sicut enim in pomo inseris pyrū, & vnitur pyri ramus pomo, ita, vt vna sit arbor, sed duos habet ramos duosq; fructus fert, poma, & pyra. Sic humanitas Christi quę per se nō est homo, vnita est verbo diuino, fitq; homo, & sicut in insito nec rami, nec fructus cōfunduntur, itā natura humana diuisa est à diuina, & operationes & volūtates earū, opus & fructus Dei aternū esse opus & fructus hominis puerum esse, fructus Dei adorari ab Angelis & Magis, fructus hominis esse in præsepio, fructus Dei lætitiā esse Angelorū, fructus hominis vagire, fructus Dei implere celū & terrā, hominis capi præsepio. Et tandē sicut Deus fructū Dei fert, sic homo fructū hominis, & quę admodū in insito rami nō se inuicē impediūt, vt quisq; suum referat fructū, sed vterq; fructus prodit sine impedimento, sic opera diuina, & humana in Christo non se impediunt. Ideo figuratur mirabili illa visione Exodi. 3. vidi afflictionem populi mei, & descendi, vt liberem eum. Descendit verò in igne super rubum, splendet ignis, & rubus integer manet, nec

2. Cor. 13.

Cant. 2.

Psal. 21.

Ioan. 1.

Luci. 3.

Exo. 3.

rubum ignis consumit, nec rubus ignem obscurat, Deus in ru-
bo verbū in humanitate, nec maiestas cōsumpsit humanitatē,
nec humanitas minuit diuinitatē, manet rubus spinis referta,
quia humanitas plena doloribus nec verò humanitas opera im-
pedit diuina, vt cātum angelicum, pastores fieri prædicatores,
matrē virginē parere, quæ omnia splēdore diuinitatis demō-
strabāt. Vadā, ait Moyses, & videbo visionē hāc magnā: magna,
plane visio verbū caro, de quo Philip. 3. manifeste magnum est
pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne.

Philip. 3.

Aug.
Psal. 61.

Has etiā in Christo duas natiuitates intelligit Aug. in illis
verbis Psal. 61. semel loquutus est Deus. Duo hæc audiui, quia
potestas Dei est, & tibi Dñe misericordia. Sed quomodo ait, se-
mel loquutus est Deus? videtur enim hoc pugnare cum eo, q̄
sæpe repetit scriptura, loquutus est dñs ad Abrahā, ad Isaac, Ia-
cob, & Moysen, vnde collegit Pau. multifariā multiq̄; modis
olim loquens Deus patribus in prophetis, & tamen Psal. ait, se-
mel loquitur Deus, & Iob. 3. semel loquitur Deus, & secundo
idipsum nō repetit. Sapientū sane est, vno verbo multa intelli-
gere, & vno verbo ea explicare, sed aliquādo quod vno verbo
quis intelligit, propter audientiū tarditatē explicat multis, sic
quod Angelus superior vno cōceptu intelligit, illuminās infe-
riorē in plures cōceptus diuidit propter minorē illuminati ca-
pacitatē. Sic ergo De⁹ sibi vno solū verbo intelligit loquiturq̄;
quo vniuersa explicat, sed nobis plurib⁹ verbis loquitur, nostrē
infirmitati se accōmodans. Sed cū semel Deus loquatur vnicū
verbū pro lucēs, nihilominus Psal. ait, duo hæc audiui, quia pote-
stas Dei est, & tibi Dñe misericordia, duo hæc in hoc verbo sunt
maiestas potestas, & misericordia, altitudo & humilitas, vnū ver-
bū vnum suppositū, sed naturæ duæ, verbum caro factum est.

Pau. Heb. 1.
Iob. 33.

Psal. 76.

Mira profecto Dei adinuentio, & quā solus ille excogitare
potuisset, de qua dictum est, in adiuuētionibus tuis exercebor.
Sed quid hac tā adinuentione intendit Deus? respōdetur, vo-
luit tantā congeriem misericordiarū in nos effundere, tot aqua-
rum fluctibus nos obruere, vt nō solum post se rapiat iustos ac
repidos, sed etiā frigidissimos peccatores. Nec mirū cum diui-
næ misericordiæ fluuius hac nocte inundauerit. Et sicut fluui⁹
magnus cum nimium excrescēs extra aluē suam distrahitur,

Simile.

omnia

A omnia, quæ inuenit post se rapit, ac diruit, nō arbores tenues so-
lū sed etiā altas, & altis radicib⁹ cōfirmatas, oīa ædificia proster-
nit. Sic hodie ait Aug. adeo inundat Dei misericordia, vt nō so-
lū post se iustos rapiat, nouo eis addito feruore, sed & sceleratiffi-
mi sentiāt, quasi vim eorum cordibus inferri. De quo optime
Esa. 59. loquitur, timebunt qui ab occidēte nomen dñi, & qui
ab ortu solis gloriā eius, cum venerit quasi fluuius violētus, quē
spiritus Dñi coegit, & venerit Siō redēptor. De eodē quoq̄; ac-
cipi potest illud Dani. 9. fluuius igneus rapidusq̄; egrediebatur
de ore Dei. Verbum exiēs ab ore patris fluuius hic est, de quo
duo dicit, & quod rapidus, & q̄ igneus, duo coniunxit, quorū
quodlibet omnia superat, ac vincit, quid ambo simul non fa-
cient? Licet ergo maximus peccator sis noli nunc desperare,

Aug.

Esa. 59.

Dani. 9.

B sed attende summū Dei amorē, vt te rapiat fluuius hic igneus.

Sed in quo ista ostenditur amoris vis tā immēsa, vt nos rapiat?
respōdetur in summo, quē in nos ostendit amore, qui maximā
vim in corde nostro habere solet. Noli Deus aliquod amo-
ris esse signū, quod nobis nō mōstraret, nullā amoris sui pbatio-
nē recusauit, & licet plura amoris signa dedisset, ante quā ver-
bū caro fieret, posset tñ humana malitia dicere, quæ mihi Deus
cōtulit beneficia, sine labore præstitit, vnico enim verbo om-
nia cōdidit, sed quæ ego obsequia Deo præsto, multo labore, &
sudore cōficio, ait ergo De⁹, talia ego pro homine faciā, vt hac
excusatione minime se tueri possit, ea enim exhibebo amoris
signa, quæ mihi laborē, & dolorē incutiāt maiorē, quā ab homi-
ne vilo exigā in obsequio meo. Vide quā sit Deo laboriosum,

C ne vilo exigā in obsequio meo. Vide quā sit Deo laboriosum,
nos diligere, iā vagit, tremit, doletq̄; Hoc petebat Psal. exurge
Dñe Deus in præcepto, quod mādasti, & Synagoga populorū
circundabit te. Vbi Aug. multa Dñe me facere præcipis, quæ
tu nō facis, vt quod ieiunio, & castigatione me affigā, quod tui
causam multa ferā, quod crucē tollā, tu verò horum nihil præ-
stas, exurge ergo Dñe, & tu ista eadē pro me facito, & tunc om-
nes populi cōglomerati sequētur te. Hoc ergo iā peragit, quis
nō eum sequatur? quis nō tollat iā crucem? quis nō aliquid pro
eo pati velit, cum videat tāta eum pro nobis à puero pati? Quo
etiā fact⁹, omnes labores, & dolores nostros faciles admodum
atq̄; leues facit. Quod miris verbis scriptura expressit, cū de Da-

Psal. 72.

Aug. 72.

uid

2. Reg. 22.

uid Christi figura ait, 2. Reg. 22. Dauid sapiētissimus omniū se A
det in cathedra quasi tenerimus ligni vermicul^o. Enumeratis
ducuāi preclaris facinoribus, in cōmendationē Dauid hęc ver
ba dicuntur, quæ prima facie parua apparēt, nec nouimus, quo
modo impleta sint in Dauid, quē nec in cathedra sedentem le
gimus, nec quomodo in ea fuerit vt vermiculus, nouimus, cū

Matth 3.

verò scripturā impleri necesse sit, quia vnus apex nō præteribit
à lege donec omnia fiāt, in Christo, quē Dauid expressit imple
ta hodie videmus, qui hoc exhibuit in cathedra præsepitij, & cru
cis, vnde omnes docet homines, in quibus est vt vermis tenerri
mus in ligno. Est lignum grauenimis, quod homo tollere non

Simile.

valet, neq; portare, vermis tñ quāuis tenerrim^o lignū corrodit, B
& terebrat, & adeo leue illud facit, vt qđ vir tollere nequibat
præ pōdere, puer facile tollat, & teneat, ac portet. Hoc ergo mi
rabile in Christi cōmendationē dictū est, qui vermis, & nō ho

Psal. 21.

mo factus est, sic corrolit labores crucis, vt leuissimū iugum fa
ciat, iugum suauē, & onus leue, quod ante erat graue iugū posi
tum super filios Adā à die natiuitatis eorum vsq; ad diē sepul
ture. Vnde nam putatis, coram tyrannis pueros, & puellas exul
tare in medijs ignibus, feris, & tormentis gaudere? an nō vides
corrosum lignum per Christum? Cum videris in ieiunijs, casti
gationib^{us}, cilicijs alios gaudere? quid hoc? nisi qđ vermis hęc le
uia facit? Cōputrescet enim iugū à facie olei: Esa. 10. hoc enim
oleū de cęlo descendēs facit iugum suauē, ad hoc ergo verbū C
caro factum est, vt labores, ac crucē leuia, ac dulcia redderet.

Esa. 10.

Deinde cū verbum caro factū est, impletur quod olim signi
ficatū est, cum dicitur Gen. 2. fluuius egrediebatur de loco vo
luptatis ad irrigandā vniuersam superficiē terrę, Christus fluuius
sæpe dict^{us} est ab scriptura. Vnde sapiens, ego quasi fluuius Do
rix, ego quasi aquæ ductus exiui de paradiso. Egreditur autem
à paradiso voluptatis, cū per æternā generationē à pectore pa
tris proceffit distincta persona, licet in eo manēs vnitatis essen
tiæ, est autē pater paradisi beatorū. Secundo egreditur de pa
radiso cęlorum, quādo in vterā virginis venit, à summo cęlo
egressio eius, sed ab his paradisis nō recessit. Tertio, hodierna
die egressus est ab alio paradiso vteri, scilicet, virginalis. Quod
vero vterus ille ipsi esset paradisi manifestum est, si enim deli
tiæ

Gen. 2.

Eccle. 24.

Psal. 18.

A tiæ eius, esse cū filijs hominum, quid cū Maria? sicut paradisi
dicitur locus, vbi homo habet omnia, quæ desiderat, & nihil il
li est aduersum, vere Maria Christo est paradisi, in qua omnia
habebat pro voto, vbi summa tranquillitas, & pax, passiones
enim potius propassiones dicēde in ea sunt, vt in Christo, quia
sicut primo Adæ obediunt omnia in paradiso constituto, ita
Christo in Maria nihil repugnat. Ab hoc paradiso hodie Chri
st^{us} egreditur, sicut quondā à paradiso eiectus Adā egressus est
lucens, ita nūc Christus ab vtero virginis procedit lachrymās.

Pron. 3.

Sed mirum valde, vnde exit, & quo, à paradiso, scilicet in sta
bulū. Cum venit è cęlo in vterum virginis mirandū profectō,
sed à paradiso in paradisi diuertebat, sed à paradiso in stabu
lū maxima profectō mutatio, & transitus ab extremo in extre
mum, an nō melius domine esset aliam in terra quærere paradi
sum terrestre, in quā diuertes? Has mutationes ab extremo
in extremū notat spōsa, ecce iste venit saliens in mōtib^{us}, trási
liēs colles, à mōte in montē, à colle in collē per extrema dedu
citur. Quid hoc nisi qđ homo per extrema ambulat, extremū
maximū peccatū est. Et adeo extremū est malū, vt infinitū sit,
potest ne maius extremū excogitari, quā vilem vermē insurge
re aduersus infinitā maiestātē? Insuper vide hominū extremā
vanitatē, extremam diuitiarum, & deliciarū cupiditatem, extre
mā hęc nostra Deū in alia extrema deducūt, vt nos liberet ab
extremis, in extremis ille ponitur, vt extremū superbix nostræ
tollat, in extremum humiliatur, vt supremum avaritiæ, & de
litiarum tollat, in extrema est paupertate, & doloribus.

Can. 2.

C Exiit ergo à paradiso, sed saluo virginali claustro, vt im
pletur illud, ecce virgo concipiet, & pariet filiū. Vbi aduertit
Hier. verbū Ahaīma, quod significat virginē, nō virginē tātū
significare, sed absconditā, & omnino reconditē, quæ nullius pa
teret oculis, de qua suspicio nullā esse possit: qđ virgo nō esset.
Ex adeo virgine, & absconditā Christi^{us} nasci voluit. Et à multis do
ctoribus notatū est, cum duæ sint apud Hebræos literæ, men,
quarū vna clausa, altera aperta est, in medio dictionum semper
ponitur, Men aperta, sed in hoc loco ponitur mē clausa, quod
aliqui Hebræi voluerunt emēdare, sed nō potuerunt, vt etiā ip
sa literæ figura omnino virginem Messix matrem ostenderet.

Esa. 7.
Hier.

Vidimus egressum fluuium de loco voluptatis, sed ad quid
egres-

egressus est? ad irrigandam vniuersam faciem terræ. Dixi rigabo hortum plātationum mearum, & inebriabo partus mei fructum. Vide qualiter ex prælepio iā incipiat hæc peragere, iam pastores vocat, iam Magos adducit. Et hic fons paruus crescit in fluuiū magnum, & in aquas plurimas redundabit, sicut vidit Mardocheus. Ecce paruum lapidem abscissum è mote sine manibus, qui confregit statuam, & eam in cinerem redegit, & postea creuit in montem magnum, qui replet vniuersum mundum. Terra quidem siccitate, & ariditate miserrima sine gratia sine virtutibus hoc fonte irrigata est, sæcundata, & fructibus plena. Rigat modo nos lachrymis suis, qui sumus arida illa terra, de qua Psal. anima mea est terra sine aqua tibi, &c.

Eccle. 24.

Hester. 14.

Dani. 3.

Psal. 142.

Esa. 7.

Sopho. 2.

Ioan. 9.

Esa. 55.

Iam vero nobis hoc vnum restat, vt recipiamus aquam fluminis huius, qui ad nos blande, leniter, ac suauiter decurrit, vt animam nostram irriget. Mansuetudinem summā & humanitatem ostendit puer factus, quid enim puero blandius? quid tenerius infante? verè apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei: hūc ergo recipe, ne tibi contingat illud Esa. 7. propterea, quia abiecit populus hic aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, mittam eis aquas fluminis fortes. Cum silentio aqua vadit quādo suauiter currit, cum verò fortiter, ac rapide, omnia vastat. Si recipis modò mansuetum Christum, non videbis eum furientem in iudicio contra te. Sopho. 2. quærite iustum, quærite mansuetum, si quomodo abscondamini ab ira furoris Domini. Siloe vero missus interpretatur, vt Ioannes ait, vnde figura sunt Christi aquæ Siloe, quæ modo in silentio esse dicuntur propter mansuetudinem, idem verò erit aqua fluminis fortis in iudicio. Sicut ergo imber descendit in terram, & germinare eam facit, sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed prosperabitur, & faciet, ad quæ misi illud, in te ergo prosperetur, & faciat.

Cor.

In die Sancti Ioannis Euangelistæ.

The. Domine hic autem quid &c.
Ioan. 21.



SICUT vnica Fœnix morti proxima, in medio igne stans successorem relinquit, ne species pereat, sic Christus Dominus in cruce amoris igne flagrans morti propinquans patri filium aliū relinquit, qui eius vicem gerat, & sit prorex, & vt sic dicam, vice Deus mundo, cuius hodie cælestes nuptias celebramus, cum in cælum corpore, & anima gloriosissimus receptus est. Ante quam virginis filius esset, cum illa ad eius nuptias inuitata fuit, (is enim fuit nuptiarū in Cana sponsus, teste Hier.) vino deficiente, illa petit, & abundanter prouidit, modò verò cum cælestes nuptiæ sint, & eius quæ iam recepit in filium, oratione vinum gratiæ nobis obtinebit petentibus.

Hieronymus lib. de scriptoribus Ecclesiasticis ait Ioannem Euangelium scripsisse rogatum ab Asiæ episcopis contra Cheryntum, & Ebionem negantes Christi diuinitatem. Qua ratione vt ab omnibus ei fides adhibeatur, se in fine Euangelij commendat. Sicut etiam Paul. Corinthijs scribens se commendauit, non propter se, sed propter Euangelij, quod prædicabat authoritatem, quam labefactare conati sunt pseudoapostoli. Sic etiam Psal. se commendat, dicens, venite, & audite, & narrabo, omnes, qui timetis Deum, quāta fecit animæ meæ. Hæc modo ostendit Ioannes quanta Christus pro eo fecerit. Nec verò ea commemorat, quæ ipse pro Christo fecerit, sed ea potius, quæ pro eo Christus, non ait, passus sum pro eo, sequutus sum eum, reliqui retia, patrem, & sponsam, sed quem diligebat Iesus, qui & recubuit &c. Contra Phariseus gratias agit Deo, & eorum memoratur, quæ Dei causa gesserat, non

Aduen. F eorum

Hier.

Idem.

Cor. 12.

Psal. 61.

Luc. 18.

Luc. 1.

Luc. 17.

Simile.

Heb. 3.

Christopol.

eorum, quæ Deus ei præstiterat. Maria in cantico mirabili, nõ ea decantat, quæ illa Deo, sed quæ Deus ei præstiterit. Quando hoc anima præstat, curæ est Deo, illa enumerare, quæ anima ipsius causa facit. Sic in Cant. vicissim sponsa sponsum laudat, & sponsus sponsam. Ne ergo magnificias, aut iactes, quæ Dei causa fecisti, imo dic, cum feceris omnia, quæ præcepta sunt tibi, seruus inutilis sum, sed ea potius prædica, & memorare quæ à Deo accepisti, sic hodie Ioannes fecit. In quo illud ipse præstitit, quod eximus quidam pictor, qui cum Helenæ imaginem optimè depinxisset, se ipsum in eadem effigiauit tabula, vt eius memoria maneret perpetuo, & depicta imago in estimatione esset, eius authore cognito. Sic Ioannes cum Christum depinxisset ad viuum in Euangelo, in eius fine se pinxit, vt sic credatur in his, quæ de Christo asseruit. Vnde ait. *Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his.* Sed quis hic est? ille, quem diligebat Iesus, qui recubuit super pectus eius, qui interrogauit, quis est, qui tradet te? cui matrem commendauit, quasi dicat, qui dilectus à Deo, & ei charus fuit, omnia quæ ad illum pertinent, præclare nouit, cui vt amico ille omnia reuelauit, qui fluenta Euangeli in ipso fonte pectoris dominici potauit, qui apud se habuit Mariam arcam omnium cælestium secretorum. Hic ergo melius nouit, quam Cherintus, & Ebion, ea, quæ ad Christum pertinent. Est enim amici opus, amico reuelare secreta cordis sui. Quibusdam enim rex committit secreta regni, ijs scilicet qui illi sunt à consilijs, sic regni sui secretum tribus discipulis in Thabor reuelat, inter quos vnus est Ioannes. Alijs committit Rex secreta domus suæ, & hæc familiarissimis committit, hæc verò secreta maximè Ioanni commissa sunt, cui in Apocalypsi reuelauit omnia Ecclesiæ secreta vsq; ad mundi finem. Ecclesia vero eius domus est, quæ domus sumus nos, ait Paulus. Sed secretum cordis sui non aperit rex nisi amicissimo, qui sit alter ipse, sic ergo secreta personæ suæ, ac diuinitatis Ioanni aperuit, ei ostendens diuinitatem suam in raptu, sicut Moyse, & Paulo. Si enim Moyse eam ostendit, quia memoriæ proditurus erat mundi creationem per verbum factam, quanto potius Ioanni, qui enarraturus erat verbi generationem? Vnde ait Christopolitanus, rap-

A tus fuit vsque ad tertium cælum etiam Ioannes Euangelista, cum supra pectus Domini in cæna recubuit. Et Aug. non solum cacumina montium, vt Geometræ, non solum altitudinem siderum, vt Astrologi, sed etiam super omnes cælos conscendit, nisi enim conscendisset, quomodo ad verbu, per quod facta sunt omnia peruenisset? Et Orig. Petrus altè volauit, Deum, & hominem confitens ex tempore factum, sed Ioannes altius clamans, cū Deū de Deo genitū dicit. Paulus raptus fuit vsque ad tertium cælum, Ioannes autem super omnes cælos, Paulus audiuit arcana verba, quæ nõ licet homini loqui, sed Ioannes vnicum verbum audiuit, quod ei loqui licet. Non potuit transire in Deum, nisi totus fieret Deus. Sed iam Euægelij verba pensemus.

B Ait Iesus Petro sequere me. Prædixerat eius mortem, quæ erat Deum clarificaturus, & subiungit sequere me. Surgit Christus à conuiuio, & mensa, qua recumbebat quasi deambulaturus, & vt facto significet Petro, quod eum sequi debeat in morte crucis, & ouibus pasceendis, ait modo, sequere me in deambulatione. Cum ergo Petrus Christum deambulantem sequeretur, vidit Ioannem, licet à Christo non vocatum, etiam surrexisse, & Christum sequi, quia præ amoris magnitudine, ab eo diuelli nequaquam poterat. Eū vero Ioannes sequitur, etiam non vocatus, qui enim diligit, præcepto non indiget, vt dilectum sequatur. Si Christum diligis, sine lege etiam eum sequeris. Ideo dicitur, iusto non est lex posita, quia etiam sine illa iustitiâ operaretur amore iustitiæ, Petrus vero videns Ioannem sequentem ait, *hic autem quid?* Respondit vicem ait Hieron. non est ausus interrogare in cæna, quis est, qui tradet te, & pro eo Ioannes interrogat, mædò videt Ioannem non interrogare, in terrogat ipse, quasi dicat quid factururus sis in pasceendis ouibus mihi dixisti, & quid etiam passurus in crucis morte Ioanni vero, quem vnice diligis, nihil dixisti, quid ergo de illo futurum est? Aduertit hic Caiet. quanta sit pœnitentiæ vis, & quomodo sæpissimè per eam surgat homo in altiore gradum, quam fuerat, cum cecidit, nam Petrus, qui ante negationem non est ausus de proditore interrogare, sed Ioannem rogat, vt querat, modo post pœnitentiam pro Ioanne ille interrogat,

Ambrosius.
Luc. 1.

Ambrosius in Lucam versans illud, & Zacharias pater eius impletus est Spiritu sancto, & prophetauit, ait, vide, quam bonus Deus, & facilis indulgere peccatis, non solum ablata restituit, sed etiam insperata concedit, ille dudum mutus prophetauit, hæc enim gratia Dei maxima, quod is qui negauerat confitetur, nemo ergo diffidat, nemo veterum conscientiarum delictorum præmia diuina desperet, nouit Dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Non ergo solum peccati veniam Zachariæ tribuit penitenti, sed & prophetiæ donum adiungit. Nec unquam blanditijs tantis usus fuerat pater in prodigum, qualibus post penitentiam illi est prosequutus. Et de Lazaro non legitur, quod cum Christo discubuerit, nisi post suscitationem eius a mortuis, tunc unus erat ex discumbentibus.

Luc. 15.
Ioan. 12.

Sed antequam hoc verbum, *quid ad te*, penitus expendamus videndum nobis est, quis sit iste discipulus, quem Petrus videt, utique, *quem diligebat Iesus, qui & recubuit in cæna super pectus eius, & dixit, quis est, qui tradet te.* Cum maxima de se Ioannes diceret voluit non ait, hic est discipulus non moriturus, vel quid simile, sed quem diligebat Iesus.

Chrysostomus.

Luc. 10.

Chrysostomus. sicut pedem infirmo collocare curas, ne decidas, sic stare vis, fige pedem in æternis, quæ secunda sunt, non in temporalibus, quæ mutantur. Ideo Ioannes ait, *quem diligebat Iesus.* In hoc, ait Christus, gaudete, non quod demonia subijciuntur nobis, sed quod nomina vestra scripta sunt in cælis. Si diligetis à Deo gaude, & exulta, id enim magnum est. Sed huius maximi amoris signa nobis expendenda sunt. Primum illud sit, quod eximij fuit amoris præilegium, quod in cruce moriens virginem virgini commendauit, & cum in lecto iaceret crucis, conficeretque testamentum illud, de quo Psalmus disposuisti testamentum electis meis, animam patri legat, corpus & sanguinem Ecclesiæ, crucem peccatoribus, mundo vniuerso exemplum suum, merita, atque satisfactiones, Ioanni in legatum dat preciosissimam terræ margaritam Mariam, in qua omnes cæli thesauri reconditi. Sed quanti hoc signum amoris quis enarret? Quando viam longam aliquis peragere disponit, amicissimo, fidentissimoque commédare solet ei charissima, ut uxorem, & filios, & vniuersam rem familiarem, ac diuitias,

Psal. 88.

scire

A rem ergo omnium dilectissimam Ioanni Christus commendat, eamque illi tradit, non solum ut reginam, dominam, aduocatam, sed in matrem, quo nomine dulcius nihil. Ecce, inquit, mater tua, quæ mea est, tua sit, ut ex discipulo, & seruo, frater efficiaris, cum vna sit nobis communis mater. Quid hæc re diuinius? Si zelo, & inuidia moueri possent Seraphini in homines de hac re maximè Ioanni inuiderent, quod quam illi reginam, & dominam venerantur, & suspiciunt, ille matrem habeat, & compellet. Sed cum Deus nunquam frustra, & in vacuum nomina imponat, dum eum filium Mariæ fecit, dedit Mariæ cor matris, & affectum maternum in Ioannem, & Ioanni cor, & affectum filij in Mariam, & vitam, moresque simillimos, ut sibi mutuo responderent. Ambrosius de se testatur, dilexisse se spirituales filios, plusquam patres carnales, quid in hac parte, de Mariæ credendum amore in Ioannem? Hoc filij cor, hunc affectum, sensit in se Ioannes dicens, ex illa hora accepit eam discipulus in suam, vel in sua, licet enim ante illud tempus, eam amore prosequeretur, ut reliqui Apostoli, sed ex tunc verbo Christi factum est, ut eam nouo modo in suam acciperet, gratia id perfectius operante, quam natura operata fuisset. In corde vero Mariæ idem effectum Christi verbo, & perfectius multo, quis dubitet, nisi qui dubitaret, verba Christi cor illud matris non liquefacere, & sibi per omnia conformare? quo contra dictum est, anima mea liquefacta est, ut dilectus loquutus est.

Ambrosius.

Ioan. 19.

Cant. 5.

Hinc effectum est, ut omnibus Apostolis dispersis per orbem terræ ad Christum annunciandum, Ioannes cum Maria usque ad eius obitum permaneret, qualis, obsecro, felicitatis fuit, tot annis cum illa castissima columba commorari, eius exemplis instrui, eius magisterio imbui, quid ab ea non impetrauit? quid ab ea non didicit? Hinc affirmat Chrysostomus, quod Angeli plura mysteria à Ioanne didicerunt, impletumque est in eo illud Pauli, ut innotescat principibus, & potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Sed quid mirum, quod talia, tantaque nosset, cui præsto erat arca cælestium sacramentorum ait Ambrosius. Ab Ecclesia ergo plura mysteria edocuit Angeli, scilicet, à Maria, & Ioanne, qui ab ea didicerat. Sed quid mirum, Angeli eam habeant magistratam, quam habent domi-

Chrysostomus.
Ephes. 3.

Ambrosius.

Aduen.

F 3

nam,

nam, & reginam? Quid etiam mirum, aliqua mysteria eos didi-
 cisse à primo discipulo Marię, qui & filius erat, cum illi serui ef-
 sent, multa enim solet mater secreta reuelare filio, quę ille
 seruis propalat. Reliqui ergo sancti doctores hominum fuere,
 sed Ioannes etiam Angelorũ, scilicet homo, qui & Angelos dis-
 cipulos habere meruit, quomodo non homines huic credent,
 eius subiiciet magisterio, quem ipsi Angeli audiunt preceptores?

Sed quantum profecerit Ioannes Marię colloquijs, quis elo-
 qui possit? Innatum hoc nobis, insitumque à natura est, vt affe-
 ctus cordis maximos, continere non possimus intra nos, sed
 eos effundamus lingua, vt cum quis ingenti gaudio perfun-
 ditur, cum suprema tristitia afficitur, respirat, cum de his lo-
 quitur, nec intra se continere valet. Et ipse Christus, cum ga-
 uisus est, & exultauit in Spiritu sancto, id palam ostendit, & cum
 graui tristitia in horto afflicto est, discipulis eam aperuit, di-
 cens, tristis est anima mea. Cum ergo cor Marię æstualet diui-
 nis affectibus, eos intra se continere non valens ea loqui, & sic
 respicere cogebatur. Loquitur Eliphaz ille Themanites Iob.
 32, en venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod la-
 gunculas nouas dirumpit, loquar, & respirabo paululum, ape-
 riam labia mea, & quiescam. Sed quod arroganter hic loqui-
 tur, quam verè Maria pronunciat, verè cor eius plenum musto
 illo, & vino nouo, quod vtres veteres non capiunt, plena Spi-
 ritu sancto, & diuinis illustrationibus, respirandum illi est, lo-
 quendum est, sed cum quo? vtique cum Ioanne, ad hoc illi à
 Deo concessus est: quomodo ergo tanto igne non ar-
 deret, Ioannes, quomodo tali conuersatione, colloquijsque
 non proficeret? Si ad vnā Marię salutationē repletus est Spi-
 ritu sancto Ioannes Baptista & Elisabet, quid in Euangeli-
 sta operarentur colloquia tanta, salutationes tantę? Exi-
 mium hoc fuit amoris signum, talem ei matrem da-
 re, eximij eius profectus argumentum, talibus colloquijs
 frui.

Sed videamus eiusdem amoris alterum signum, quod in Eua-
 gelio sequitur. *Qui & recubuit in cæna super pectus eius.* Ho-
 die factus est prædicator sui Ioannes, quid ergo de te dicis? dis-
 cipulus sum dilectus, qui recubuit in pectore Christi, hoc in

mei

A mei memoriam perpetuo maneat. Singularis Christi amor in
 Ioannem omnibus notus erat, sciebant omnes, eum præ ceteris
 dilectum, & sic ante omnium conspectum reclinauit caput
 in Christi pectore, qui fuit Eucharistię effectus tunc institutę.
 Quando Christus sacramenta instituit voluit eorum effectus
 visibiliter apparere: sic cum instituit Baptismum, columba
 visibiliter apparuit, & initio Ecclesię, cum confirmationis sa-
 cramentum fidelibus dabatur, Spiritus sanctus visibiliter descē-
 debat, cum ergo instituitur Eucharistia, cuius effectus est vnio
 animę ad Christum, & eius in Christum transmutatio, & ex-
 tasis, vt non in se, sed in Christo viuat, in me manet, & ego in
 eo, voluit Christus hunc effectum in Ioanne ostendi, dum in
 extasim rapitur, & in Christi pectore reclinatur. Impletumque
 B est illud Psalmi. Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu.
 Dormit Sanson in Dalila pectore, & infirmior surgit, quia à
 carne quid potuit metere nisi corruptionem, & infirmitatem?
 Sed à pectore Christi surgit Ioannes fortis, & sapiens. Ibi datur
 Benjaminio sciphus argenteus, in quo augurari solitus est Io-
 seph, quia ei datum est supremum sapientię donum. Et sicut
 in cæna Iosephi quinque fercula apponunt Benjaminio, ita in hac
 cæna factus in mentis excessu plus fructus ex Eucharistia susce-
 pit, quam alij, quod ostendit dum in Christi pectore reclina-
 tur, sic enim diuinum illum gustauit cibum, manna illud mirum
 comedit, vt omni priuatus sensu in extasim raptus sit, Christus
 vero in pectore suo eum recipiens diuinis illum reuelationi-
 bus illustrauit, veluti alterum Iacob, cum super lapidem caput
 C reclinauit. Nos vero, qui accedimus sine puritate, & fide ad tan-
 tum sacramentum, non hæc experimur. Id autem iure Ioannes mag-
 nificiens non semel in Euangelio dixit, nã capite. 13. bis reclina-
 sse caput in Christi pectore asserit, erat recumbens &c. &
 iterum cum recubisset, & modo cap. 21. illud identidem re-
 petit. Sed vt quid repetitio tanta? videtur enim incongrua, imo
 verò quemadmodum qui venam auri in agro aliquo inuenit: vn-
 de inestimabiles sibi accepit diuitias, de agro illo sæpissimè, ac
 libèter loquitur, ita tantas collegerat Ioannes diuitias ex diui-
 no illo pectore, vt frequenter meminere, in eo se recubuisse.

Nec verò tam cito nobis egrediendum est ab hoc diuino

F 4

pecto

Luc. 10.

Mat. 26.

Iob. 32.

Luc. 7.

Ioã. 6.

Psal. 67.

Iudit. 17.

Gen. 45.

Gene. 28.

Ioan. 13.

Ioan. 21.

Simile.

pectore, in quo Ioanes recubuit, in quo omnia sunt arma passionis Christi, quibus ille pro nobis torquendus est, ibi clauis, ibi spinæ, lancea, quæ cordi illi erant, eique semper aderant. Nobis ergo cautè ingrediendum in hoc cor vulneratum nostri amore, & doloribus immensis, ne addamus vulnera super vulnera eius. Sacerdos aurea catena colligatam auri laminam gerebat in pectore, in qua nomina duodecim tribuum scripta erant, sic in pectore Christi primum omnes homines scripti sunt, sed maxime electi, in eo pectore omnium nostrum remedium est, ingrediamur ergo pectus hoc pelagus charitatis immensæ, & in eo innumera inueniemus mysteria, ibi diuina hominum prædestinatio, per quam in eo scripti omnes electi sunt, & quicquid Deus videt scientia visionis. Sed videamus alia, quæ ex tempore ostendit Deus in hoc pectore esse post Adæ peccatum. Cum peccat Adam, continuo Deus in pectore suo cogitat cogitationes pacis, & non afflictionis, cogitat enim, quomodo eum redimat, & ideo in hoc diuino pectore, in quo Ioanes modo reclinatur, est precium redemptionis nostræ, quo soluendum est vectigal omne, & tributum à nobis vniuersis debitum ibi numismata, quibus in libertatem sumus vindicandi. Ingressus est Adam conuiuium illud, in quo cum parum comedisset, pomum, scilicet, a deo pauper effectus est, vt soluere non potuerit precium eius, o pauperrimus, & miser Adæ gula victor comediti, debitor factus es, & vnde soluas non habes. Videns ergo Deus Adam debitorem non esse soluendo, incipit in pectore suo cogitare, quomodo pro eo soluat debita, & sic deambulat Deus in paradiso ad auram post meridiem, loquens secum, quod inde patet, nam scriptura dicit, eum loquutum, antequam eum Adam loqueretur: deambulat ergo secum loquens, quia si homo profundè cogitans, cogitat verò quomodo liberet Adam perditum, tunc etiam tactus est dolore cordis intrinsecus, videns vniuersa hominũ mala atque miseras ibi in pectore decreuit liberare nos, vniuersa nostra mala in se suscipiens. Ad hæc diuina mysteria contèplanda, quæ in Christi pectore erant, admissus est Ioanes, cum caput reclinauit in pectore. Impletumque est in eo illud Psa. accedet homo ad cor altũ, & exaltabitur Deus. An non ad cor altum accedit Ioannes, ingressus Christi cor?

Exo. 28.

Genes.

Psal. 63.

A cor. Merito gloriatur ille, sapiusque repetit, in eo se fuisse pectore, & in illud cor altum ingressum, vt videret infinitas Dei misericordias in nos, & adinventiones diuinas cordis Dei, quibus redimeremur. Erat tunc Christus in cæna, quasi arca testamenti circumdata duodecim candelabris, duodecim, scilicet, Apostolis, sed solus Ioannes admittitur intra arcam, & ique aperitur diuinus ille thesaurus cordis Christi, inibi diuissimus fiat vt Hispanæ dicitur a boca de tãlegon.

O Ioannes diuine aquilinis præditus oculis, imo lineis, fodi amplius diuinum hoc cor. aperi adhuc vnam eius, & alia videbis mirabilia, fodi parietem, dicitur propheta, & videbis abominaciones templi. A deo præuum est cor humanum, & vt quoplus foderis, plus exeat putredinis, an non ad hoc locuplet cor Christi, vt qui plus foderit, inestimabiles adhuc diuitias reperiat? Vidit etiam in illo pectore ciuitatem illam sanctam Hierusalem habentem fundamenta duodecim lapides præciosos, & in ipsis scripta nomina duodecim Apostolorum, vidit ergo nomen suum cælo scriptum, nihil videndum, aut desiderandum restat, si vidit se in cælo inscriptum. In hoc gaudet, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Vidit etiam faciem aquilæ, quæ ipsum Ioannem significabat, quæ medulam tulit cedri sublimis, & ingressus est a deo intime in Dei cor, vt ad nos protulerit illud, in principio erat verbum, cumque eo peruenit, aquila illa, non fuit, quod ultra præcederet in corde Christi, quia nihil maius diuissimâ trinitate. Hæc secreta intuitus est Ioannes in diuino illo pectore, in quo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter, & sic corporeus Ioannes potuit ad eum accedere, & dicere, quod audiuius, & quod vidimus, quod manus nostræ contrectauerunt de verbo vite, hoc annunciamus vobis. Ideo ergo toties huius meminit, quia eo pectore omnes has diuitias hausit.

Sed ais, Ioanem ego imitari vellem, & in Iesu pectore quiescere, potes quidem, sed audi quomodo, qui agnoscit patrem Dei quæ exuperat omnem sensum in Deo esse, & omnes cogitationes suas amorem, ipem, delicias in solo Deo quærit, hic est qui in hoc pectore recumbit, qui implet illud Psa. dicitur etiam in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Sic quiescebat quæritur.

Exe. 8.

Apo. 21.

Luc. 10.

1. Ioan. 1.

Psal. 36.

Cant. 2.

Psal. 72.

Cant. 1.

Bern.

Psal. 33.

Psal. 44.

Psal. 72.

loquitur, *leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Sic qui ait, quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Tam placet Deo somnus hic, quies hæc, vt adiuret Cant. 1. adiuro vos filia Hierusalem, ne suscitatis, nec euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Sed vbi hæc inuenias, quæris, in pia, vtique contemplatione diuinæ bonitatis, & beneficiorum eius, in assidua colloctione animæ cum Deo suo, ibi omnia obliuisci anima solet præter Deum ibi in pectore ipsius quiescere. Quod expertus Ber. ait stans in domo solitudinis quasi onager solitarius, os meum aperio ad te Domine, & attraho spiritum, & nõnunquam Domine quasi clausis oculis ad te inhiati mitis in os cordis, quod non licet mihi scire, quid sit, saporem, quidem, sentio dulcedinem a deo confortantem, vt si perficeretur in me, nihil ultra quærerem. Hoc etiam expertus erat, qui dixit, gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus. Quis verò a deo sui inimicus est, qui hæc gustare non appetat? Sed vt hæc gustes, audi filia, & vide & inclina aurem tuâ, & obliuiscere populû tuû & c. id est, ab omni re terrena, ab omni mundi consolatione discede, & solum Deum quære, solum Deum suspira, sicut qui ait, quid mihi est in cælo, & à te & c. Qui ergo cor à terrenis cogitationibus, & voluptatibus separauit, perueniet ad hanc felicitatem mundo incognitam. Quam philosophiam Christus docere venit in mundum, qui puer nõquit reprobare malum, & eligere bonum, ideo nascitur in præsepio, vbi vilitas, asperitas, & paupertas sùma, repudiat ergo omne, quod mûdus ambit, diuitias, delicias, & honoré. In quo mirâda hominû dementia est, qui felicitatem optantes, hæc terrena quærunt, quæ non solum felicitatem non præstant, sed maximo nobis sunt impedimento, ne eam assequamur. Sicut ergo in omni motu est terminus à quo, medium, & finis, sic cum homo à falsa in veram felicitatem tendit, primo debet discedere à visibilibus, & eorum amore, deinde tendere in cælestia consideratione, & amore, & virtutum exercitio. Quod etiam sancti patres docent dicentes, mysticę theologiæ duo esse officia, quibus ad perfectionem venit, carnalium affectuum mortificatio, & contemplationis studium, sicque homo à se ipso

A ipso deficientes, & in Deû trãsiens è terreno cælestis euadit. Quã etiam Theologiam Plato sæpe inculcat, & longissime declarat: sed eam tandem duobus verbis concludit, dicens, hominis felicitas in auersione, & conuersione sita est, id est, in auersione à terrenis, & ad cælestia conuersione. Sequitur in Euãgelio.

Et dixit, quis est qui tradet te. Se etiam hinc Ioannes commendat, quod illi Christus aperuerit proditorem. Quando nouit rex alicuius domestici proditorem, maximè considerat, cui ex domesticis illam declaret, ne forte etiam is, cui ipse fudit secretum, proditoris socius sit. Securus Christus est, à Ioanne nullam ei imminere proditorem, fidentissimum sui in eum animum ostendit aperiens ei proditorem. Quod verò Petrus tunc se ipso consequi ausus non est, vt proditorem nõuerit, hoc per Ioannem obtinere curat, ei innuens, vt quærat. Quo nobis insinuat, vt ea quæ à Deo obtinere non valemus nostris meritis, per Ioannis intercessionem curemus nobis concedi, qui dilectus cum sit, exauditur. Sed Petrum de Ioanne sollicitum audiamus.

Domine hic autem quid. Vellet eum sibi socium adiungi in passione, ne solus ipse esset. Multi enim vt recta faciant, ac iusta, expectant, vt alij talia primum faciant, ne ipsi singulares appareant. Sed non sic tibi agendum est, sed crucem porta, licet solus relinquaris, solus enim non es qui Christum sequeris. Licet ergo socios tuos videris, se vitijs tradere, vel aliam viam sequi, tu Christû sequere, de socio nihil cures, quid sit, cum tibi Christus socius sit, qui ait, *sequere me.* Vbi etiam nota, quod cum sibi Christus præclarum nuncium dedisset mortis crucis, optauit, quid simile Ioãni, & hoc optasse credendum est, cum ait, *Domine hic autem quid?* Vbi aduertenda maxime Petri mutatio, qui enim sic crucem perhorrebat, vt Christo crucem suam dicenti responderet, absit à te Domine, non erit tibi hoc, iam crucem non horret, imo eam Ioanni precatur. Nec hoc mirum est, viderat, enim in Iesu suscitato, & gloriose mirabile crucis fructum, quid mirum illam iam magni faciat sibi & Ioanni etiã optet eandem. Iam experientia nõnit veritatem dicti illius honestauit illum in laboribus, & com

pleuit

Matth. 16

Sapientia

pleuit labores illius. Crucem ergo magnificiunt sancti, tum quia eam sibi vident maxime proficuum, tum quia in ea Deum maxime glorificant. Sic cum dixisset Ioannes, significans quia morte Petrus esset clarificaturus Deum, interrogat continuo Petrus. *Hic autem quid?* id est, qua morte clarificabit te? Pro cuius intelligentia nota initio Ecclesie fuisse summam malitiam hominum, & summam patientiam sanctorum, malitia quidem maxima, & obdurata, impletum tunc est illud Psal. induit maledictionem sicut vestimentum, (ecce exteriorem malitiam, sicut vestimentum exterius) & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius, ecce interiorem summe radicatum. Adorabant tunc vitulum cum letitia, & gaudio, quod tantum est malum, ut Moysen tabulas frangere compellat legis. Quod ipsum est malum, quod Ezech. vidit, senes, scilicet, idola colentes floribus ad naves admotis, quando enim in peccato iam delectaris, exultans in rebus pessimis, letaris, cum male feceris, iam in profundum mali descendisti.

Contra malitiam tantam opposuit Christus testimonia, non tam doctrinae, quam sanguinis. De quo. 1. Ioan. 3. tres sunt, qui testimonium dant in caelo, pater, verbum, & Spiritus sanctus, & tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt. Ecce tria in terra testimonia. Spiritus sanctus, qui visibiliter dabatur in confirmatione, sequi per linguas ostendebat, aqua baptismi, qua fiebat maxima mutatio vitae, & sanguis martyrum. De quo martyrum testimonio praeclare loquitur Psal. eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam, mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus, testimonia tua credibilia facta sunt nimis, id est, aqua multa, quae sunt populi multi dederunt vocem magnam contra Christum, & mare ipsum imperij Romani mirabiliter elatum est omni sua potentia contra Christum, sed mirabilis tunc apparuit Dominus, cum mirabilis fuit in sanctis suis Deus Israel dans fortitudinem plebi suae, benedictus Deus. Patientia enim, & sanguis martyrum praeclarum exitit Christi testimonium, ideo martyres testes dicuntur, ad enim martyr est Graece: testimonia haec vere credibilia facta sunt nimis, quia nullum certius est testimonium, quam illud, quod sanguine

A confirmatur. Ideo Petrus, ego Domine, clarificabo te morte crucis, Ioannes qua te morte clarificabit? quale ipse reddet testimonium? Vere Ioannes illustre dedit testimonium frater Christi est, ex eodem patre, & matre, ex eodem patre, ideo similis est Christo in gratia, ex eadem matre, & ideo datur ei sciplus sicut Benjamin in quo augurari solet Ioseph, id est calix passionis, in quo solet Deus augurari, & dignoscere, qui sint sui: passione enim electi probantur, an Deo fideles sint, hunc ergo sciphum ei promisit Christus cum ait, calicem quidem meum bibetis. Bibit vero ingressus dolium feruentis olei, quod si Deus miraculo illum seruauit, martyrij palmam non amisit. Bibit etiam relegatus in Patmos insulam. Sed maxime bibit adstans cruci Christi, cum enim diuersa genera suppliciorum in republica sint, ut nobiles & ignobiles puniantur, diuersis quidem supplicijs, licet eadem morte, sic Petro, ut occidatur, crux conceditur, sicut Christo, Paulo ensis, Matthaeo lancea, Bartholomeo gladius, Iacobo ensis, alteri Iacobo fustis, sed quid Ioanni reseruatur? utique Christus crucifixus, hic fuit eius gladius, hic eum martyr fecit, & idem doloris gladius, qui cor Mariae transuerberauit, scilicet, Christus in cruce, hic idem Ioanne martyr fecit. O illustrissime martyr, quem Christi dolores martyrem effecerunt, reliqui martyres corpore passi sunt, & corpore quod odio prosequerantur, ideoque non multum curabant, si illud pateretur, sed Ioannes in Christo dilecto summe passus est, & in anima transuerberata dolore, calicem quidem meum bibetis, vere calicem Christi bibit

C Ioannes, dum Christi passione ipse torquetur, merito iuxta eum in caelo est, qui ei est adeo coniunctus in

terra.

In Circu

In Circuncisione Christi Domini.

Thema. Vocatum est nomen eius Iesus. Luc. 2.



MIRE nostram spem erigit, quod Deus negotia nostra inchoet sanguine fuso, & nomine Iesus usurpato, quod significat hominum propugnator. Loquitur sanguine, loquitur, & nomine, quod sanguis loquatur, Paulus affirmat, dicens melius clamare, quam sanguinem Abel, qui vindictam clamat, sed Christi sanguis misericordiam quia solo amore funditur, nunc enim melius dicere possumus ecce quomodo diligebat eum, quam cum Iudæi viderunt eum solum lachrymantem, nunc enim lachrymas & sanguinem fudit. Clamat ergo sanguis iste ad patrem, & exauditur, clamat ad nos, ut audiamus, eumque diligamus. Simul vero nomine clamat, vocans nos ad se adeo dulci nomine quo ostendit esse se hominum refugium. Dulcissimum profecto nomen ac desideratissimum, sicut enim dulcius nihil, nec optabilius salute, ita nullum Dei nomen sic dulce ac Iesus. Ut de eo loquamur, & de salute per eum nobis allata gratia indigemus.

Commune hoc fuit omni religioni latinorum, Græcorum, ac barbarorum, ut aliqua mysteria suæ religionis sublimia solis principibus, & sacerdotibus dicerent, absconderent vero à vulgo hominum. Hoc Parthi, Medi, Aegyptij, Phrygij, Asiani, & Africani fecerunt, Clemens Alexandrinus, ait, Pythagorâ, & Platonem ea, quæ mysterijs erant referta, sic tradidisse, ut sine doctore intelligi non possent, & ea præceperunt, solis principibus, & sacerdotibus reuelari. Origenes & Hylarius dicunt, quod Deus legem Moyfi dedit eam populo exponere præcepit sed altissima mysteria in ea recondita soli Aaroni, & Iosue ostendi, & illi successoribus suis ea exposuerunt, nec vero mysteria ista soli vulgo hominum occultabantur, sed etiam amicis suis

A suis Deus abscondebatur. Vnde Dominus loquens Moyfi ait ego Dñs, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotenti, & nomen meum Adonai non indicaui eis. Vbi primum notandum, vbi dicitur in Deo omnipotenti esse Hebræis in Deo Sadai, vbi Adonai, esse nomen Iehoua, quod dicebatur ineffabile, quia ut Theodoretus auctor est, lege cautum erat, ut solum sacerdos in sancta sanctorum hoc nomen usurparet, & quando legentes legem hoc inueniebant nomen, loco eius dicebant Adonai, id est, Dominus, quem morem interpret sequens ait, nomen meum Adonai pro Iehoua non indicaui eis.

Primo ergo ostendit Deus patribus nomen suum Sadai, quod componitur ex verbo dai, quod significat sufficit, & ex littera sin, quæ proponitur verbo dai, & significat qui, vnde Sadai, idem est, ac qui sufficit, vel qui sufficiens est, quo nomine se Deus ostendit ditissimum, & à quo omne bonum sperare debemus secundum illud Psalmi, dante te illis colligent, aperiente te manum tuam, &c. Sicut enim inter creata sunt quæ damentia, quæ per se subsistunt, quæ substantia dicuntur, alia vero, quæ accidentia nuncupantur, quæ à substantia pendet, sic inter omnia entia Deus independens est solus, sibi que sufficiens, omnis vero creatura ab eo pendet, ille ergo nihil à creatura recipere potest & creatura nihil potest habere, nisi à Deo, si omnis creatura in nihilum verteretur, ad Deum nihil pertineret, homo vero sic à Deo pendet, ut nec cogitare à se quispiam posset omnino. Ideo Psalmes ait, adhæsit anima mea post te, adhæsit, inquit, quasi accidens substantiæ, à qua pendet. Hoc nomen antiquis Deus patribus reuelauit, sed nomen Iehoua vsque ad Moysen in mundo non ostendit.

Iehoua ut Theodoretus ait, & Lipom, in. 6. c. Exodi significat qui est, & aliquid esse facit, & sic est, idè cum illo nomine, qui sum, & hoc dicebatur Dei nomen proprium, & quod nulli creaturæ vnquam comunicauit, quia significat pelagus essendi non limitatum. Alia enim nomina Dei limitata sunt, ut hoc dicant eum esse, & non illud, hoc vero Deum omnia esse ostendit. Refert Lipom, super Exodum. 3. hinc Aegyptios sumpsisse, ut in templis suis scriberent de Deo ego sum

Exod. 6.

Theodor.

Psal. 103.

Psal. 62.

Theod. 13.

Exod. 3.

sum

Heb. 12.

Ioan. 11.

Clemens.

Ori. & Hil.

sum, quod est, quod fuit, quod futurum est, velum meum ne-
mo vnquam reuelauit, id est, nullus est, qui me facie ad faciem
viderit, vel qui abyssum mearum perfectionum agnouerit.

Sic ergo intelligitur, quod dicit Moyse Exod. 6. apparui pa-
tribus in Deo diuite promittente, & omnipotente: sed non in
Deo implente promissa, quia promisi eis terram fluentem lac,
& mel, cuius tamen, nec passum eis dedi, vt dicit Stephanus, ti-
bi vero in Deo Iehoua, qui est, & alia esse facit, id est, implet
promissa, quia eis dabo terram hanc, vel alijs non ostendi meam
infinitatem effendi, vt tibi, vel eis non ostendi vim nominis
mei, ad mirabilia facienda, quando inuocatur, sicut tu experie-
ris.

Sed veniens Deus in mundum faciem suam reuelauit no-
bis, secreta patefecit, impleturque illud Hieremiae. 31. non do-
cebit ultra vir proximum suum dicens, cognosce Dominum,
omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum re-
pleta est iam terra scientia Domini, quasi aquae maris operien-
tis, suumque maximum nomen omnibus palam fecit. *Voca-
tus est nomen eius Iesus.* Hoc nomen ostendit ipsum esse Sa-
dai, diuitem in omnes, qui inuocant illum, vniuersale omnium
remedium, in quo nobis est thesaurus infinitus, meriti, & satisf-
actionis. Ideo Paulus gratias ago Deo meo pro vobis semper
in gratia Dei, quae data est vobis in Christo Iesu, quia in omni-
bus diuites facti estis in illo, ita vt nihil vobis desit in omni gra-
tia. Hoc est, etiam ipsum nomen Iehoua addita litera sin propter hu-
manitatem, modo verè complet promissa, & in lege veteri figu-
rata, licet enim Moyse dederit terram illam, sed ibi promissa
erant alia, scilicet, gratiae abundantia per Christum danda iusiu-
randum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum datu-
rum se nobis: ante ergo apparuerat in Deo promittente, iam
apparuit in Deo implente promissa: iam diuina bonitas
magis enituit, iam nominis diuini inuocati vis apparet in
hoc nomine Iesu inuocato in quo daemona eijciant, & in-
numera miracula fiant. Sed qui saluator hominum dici vo-
luit, vt nomen impleat, nec vacuum portet, omnia, quae ad sa-
lutem hominis necessaria erant, implere debuit, hoc ergo no-
bis hodie videndum, quae sunt quae ad saluatorem spectant, &

quo

quomodo ea omnino, ac perfectissime Christus impleuerit.

Salutis nostrae negotium tria includit, primum, tanquam
principium, secundum tanquam medium, tertium tanquam
finem, primum praeteritum, secundum praesens, tertium futu-
rum, & omnia pertinent ad saluatorem, & ea operari tenetur,
qui saluatoris nomen vsurpat, primum opus redemptio est, se-
cundum iustificatio redemptorum, tertium glorificatio iusti-
ficatorum, nihil enim redimi nos prodesset, si per iustificatio-
nem ad nos non deueniret redemptionis fructus, & iustifica-
tio non adeo proficeret, nisi glorificatio sequeretur, nam si
in hac vita tantum sperantes essemus, miserabiliores essemus om-
nibus hominibus: ideo qui saluator dicitur, vt opus hoc perficiat,
oportet, vt redimat, iustificet, & glorificet, & omnia
haec Christus perfecit factus nobis, vt Paulus ait, iustitia sancti-
ficatio, & redemptio iustitia nos redimens, sanctificatio iustificans,
redemptio glorificans, & quos praedestinauit, hos, & vocauit, hos
& iustificauit, quos iustificauit, hos, & magnificauit.

Sed quomodo vniuersa haec impleuerit, videamus, & dica-
mus de primo, scilicet, redemptione, peccauit homo peccatum
graue nimis, traditus, est daemoni iustissimè, qui enim magis
credidit, & obediuit diabolo, quam Deo, iustum est, vt ei tra-
datur. 2. Petr. 2. à quo quis superatus est, eius & seruus est,
ideo dicitur daemon princeps huius mundi. Dilexit ille ma-
ledictionem veniet ei, noluit benedictionem elongabitur ab
eo in hac misera seruitute. Quo pacto homo versaretur, quae
misere tractaretur, verbis exprimi non potest, satis fit eum di-
cere daemonis seruum, quem à peccato in peccatum à culpa
in culpam trahebat, & tandem in infernum ducebat. Hanc def-
cribit miseriam Ephes. 2. memores estote, quod aliquan-
do vos eratis gentes in carne, qui eratis illo tempore sine Chri-
sto alienati à conuersatione Israel spem non habentes, & sine
Deo in hoc mundo & praemiserat secundum principem pote-
statis huius aeris. In figura expressa erat haec captiuitas in AE-
gyptiaca seruitute vbi viros nascentes iugulabant Aegyptij,
& Israelitas subiciebant in operibus duris luti, & lateris im-
pediebant Dei sacrificia, & tandem post plurimos labores eos
flagellis cedebant ideo Psal. Quid est homo, quod memores

Aduen.

quis

1 Cor. 15,

1 Cor. 1.

Rom. 8,

Petr. 2.

Eph. 2,

Psal. 137,

eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Vbi in hebræo habetur, quid est Enos, quod memores eius? aut filius Adam, quoniam visitas eum? Hieronymus in traditionibus hebraicis ait. Enos à radice Anas significat, adeo malis esse obrutum, ut euadendi nulla sit spes, attende quo homo peccando deuenerit, ut dicatur Enos, id est, sic malis obrutus, ut ea euadere non possit. Et hac ratione ait Hieronymus, primus homo in mundo natus post damna peccati uisus in morte Abel, uocatus est Enos Gen. 5. qui agnoscens se nomine, uel suo dicente sic malis circumdatum, cepit, inuocare nomen Domini componens orationes uocales, quibus à Deo adiutorium peteret.

Adeo misera erat hæc captiuitas, & tanti mundi clamores inuocantis nomen Dei, ut licet homo Dei esset inimicus, decreuerit tamen Deus, eum liberare, ac redimere à tam misera seruitute, eumque in libertatem asserere. Dignum perfecto decretum bonitatis, & clementiæ diuinæ. Redemptionem misit Dominus populo suo. Licet enim in homine esset culpa, nihilominus tamen in eo perseverauit Dei imago, quæ illum impulit, ut figuram suam mundaret à peccato, & licet inimicus esset, per iniquitatem, sed tamen filius erat, quia naturam si milem diuinæ habebat, & cum condiderit hominem, ut ruinas impleret angelicas, Dei propositum perire non debuit diabolica inuidia id, curante, & cum solum bonitatem suam ostendisset cum his, qui non ceciderat Angelis, oportebat eandem ostendi, & agnosci, cum peccatum destrueret, misertus peccatoris.

Sed quod fuit remedium à Deo tanto malo missum, ut resarciretur? Altissimum profecto dignumque Deo, quod alius ab ipso nec cogitare quidem posset. In creatione dederat homini figuram suæ similitudinis, ad reparationem mittit ipsissimam sui similitudinem, uerbum suum, qui est figura substantiæ eius. Factus fuerat homo ad imaginem Dei in creatione, ad reparationem uero, ipsa Dei imago, ipsum uerbum caro factum est. Sicut enim quando ex aliquo exemplari, exemplum aliquod scribitur, si forte exemplum mendis sit refertum affertur exemplar, & eo corrigitur exemplum. Sic nunc Deus fecit, homo exemplum est diuinæ imaginis, faciamus hominem ad imagi-

Hier.

Gen. 5.

Psal. 110.

Simile.

Gen. 2.

A nem, & similitudinem nostram, illud, ad, significat hominem ad Dei exemplum fuisse conditum, erat homo culpis, mendis que plenus, quia pater mendacij dæmon illum repleuerat eis optimum remedium, exemplar ipsum diuinæ similitudinis ueniat, scilicet filius, ut corrigatur homo, ego sum ueritas, ait ille qua corrigenda omnis falsitas, & ideo filius uenit in mundum qui est (ut sic dicam) originalis figura, & similitudo patris, & sic uerbum caro factum est.

Hoc autem Dei decretum, hoc uerbum in carne positum mundum uniuersum implet spe diuinæ misericordiæ maxima, & plura promittit nobis, quam cogitare ualeamus, & innumera beneficia in naturam humanam descensura ostendit, postquam in illa est diuinum uerbum. Quia si cum solum haberet transcriptum diuinæ imaginis, & hoc delinitum culpis, adeo dilecta à Deo est, quantum ostendit donum ipsi datum à Deo, postquam exemplar habet diuinæ similitudinis, & uerbum ipsum imago Dei in carne est, quæ non recipiet à Deo? Hoc est argumentum Pauli. Si cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus ei per mortem filij eius, multo magis iustificati salui erimus ab ira per ipsum. Quando distantiam unius rei ab altera significare uolumus, dicere solemus, differunt, quasi uiuum à picto, prima Dei imago erat depicta, quæ in homine posita est, secunda uero, quæ iam est in humanitate est uiua, differt ergo inter primum, & secundum donum, quod inter uiuum, & pictum.

C Misit uerbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum, & sic gratiæ, ac fauores humanam naturam post Christum excedunt in immensum antiquas gratias homini collatas. Si ergo prius datus est Deus ipse, quid iam illi negari poterit? quomodo non cum illo omnia nobis donauit? Hinc Psalmus, lætetur Israel in eo, qui facit eum, & filia Sion exultent in rege suo, laudent nomen eius in choro, quasi dicat, lætetur Israel in Deo creatore suo, qui eum fecit, & exemplum suæ imaginis dedit ei, sed filia Sion, id est, Ecclesia exultet in Rege suo, Christo, scilicet, beneficio adeo excellentiori, & eius nomen laudet. Huius exemplum est nobis in Tobia iuniore, quem

Rom. 5.

Psal. 106.

Psal. 149.

Tob. 7.

vidit Raguel patruus, & gauisus ait vxori, quā similis est iu-
uenis iste consobriuo meo. Sed cum nouit eundem esse non
potuit se continere, sed super eius humeros cadens osculatus
est eum, & ait, benedictio sit tibi fili mi. Initio Deus naturam
humanam conspiciebat, vt filij sui similitudinem, iam vero qua
si filium suum quia illi coniuncta est natura in suppositi vnita
tem.

Venit ergo Christus in remedium, & redemptionem cap-
tiuorum. Sed quomodo facienda est hæc redemptio? cui eius
pretium soluendum est? & quod erit pretium? & quomodo
soluendum? Vtique redemptionem misit Dominus populo suo
& redemptionem summam, & copiosa apud eum redemptio
vt præclare impleat nomē suum. Sed cui pretium reddendum
est, vtique patri, non dæmoni, non enim hominem dæmon
possidet, quia iusta eius sit possessio, nam mendacio, & decep-
tione eum rapuit, nec eum tenet propter ius, quod ipse in eū
habeat, sed propter supremi iudicis iustitiam præcipientis ei
tradi in seruum, tenet illū ac custos in carcere vinctum, quasi
carnifex puniendum, vnde redemptionis pretium non est dæ-
moni tradendum, sed Deo, cui debetur, quique eum fecit tru-
di in carcerem.

Sed quod erit pretium huius redemptionis? quæ pecunia?
vtique redimētis sanguis. Nō corruptilibus auro, & argēto re-
dēpti estis sed pretioso sanguine agni immaculati. Lex enim
est, sine sanguinis effusione non sit remissio, & ratio est, quia
in peccato delectatio interuenit, in sanguinis effusione dolor,
at contraria contrarijs curantur, meritò ergo non remittitur
peccatum, nisi sanguinis fusione. Et cum peccatum sit capita-
le crimen dignum morte, in quacumque hora comederis, mor-
te morieris, an non morte digna proditio in regem? quid obse-
cro proditio in Deum? sanguinem ergo fundi pro peccato, ne-
cesse est. Cum peccatum committis, leue tibi videtur, sed verè
crimen morte dignū admittis, quod deleri, nisi Christi sangui-
ne non valuit. Sed nū tantum, ac tā carū pretium pro nobis re-
dimendis, Deus dare voluit? attende quæso. *Postquam consum-
mati sunt dies octo, vt circuncideretur puer. Qui die natiuitatis
lacrymas fundit, hodie sanguinem effundit. Lachrymæ ab ani-*
ma

Psal. 110.

1. Pet. 1.

Heb. 9.

Gen. 2.

A mæ vulnere procedere solent, sanguis à corporis vulnere, vt
ergo ostendat, corpore, & anima nostri remedium agere, &
vtroque se nostra intendere, ideo hodie sanguinem cum la-
chrimis fundit. Quod si pueri sanguis in Circuncisione fusus
paruus esse videtur, ne quantitatem attendat, sed qualitatem,
vna enim gutta mille mundis emendis superest, quia sanguis
Dei est, & virtus in ea diuina, & sic omnia potest. Si enim san-
guis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquina-
tos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis
Christi, qui per spiritum sanctum semet ipsum obtulit, emun-
dabit conscientias nostras ab operibus mortuis. Modo puer
est, parum sanguinis dat, quia parum habet, crescet puer, cres-
centque dies, crescent etiam labores, & vndæ sanguinis per-
fluent ab eo. Sic Tobias, quomodo potueris esto misericors, si
multum tibi fuerit, multum tribue, si paucum, paucum etiā
impertiri stude. Ita nunc Christus parum tribuit, postea vni-
uersum sanguinem dabit. Sanguis iste quid nunc designat, nisi
pluuiam vesperi futura? rutilat enim mane triste cælum. Sed
nunc iam incipit soluere, quia videt super se infinitum debitū,
ideo cito solutionem inchoat perficiet vero in cruce, vbi vni-
uersum fundit pretium, omnem sanguinem, merito ergo per-
fecto tanto opere Iesus vocatur, saluator, quia opus hoc per-
ficit mirè, redimens mundum de toto rigore iustitiæ, & cum
posset sanguinis gutta id perficere, noluit, sed vniuersum dare
sanguinem, vt copiosa sit apud eum redemptio.

Merito hac ratione à nobis laudandus est. Benedictus Do-
minus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem ple-
bis suæ, & cælestes omnes in æternum de hoc tanto opere eū
laudabunt, dicentes, redemisti nos Domine in sanguine tuo.
Tantum in nos hoc est beneficium collatum, vt nullo mo-
do equale reddere possimus, saltem vel eius recordemur, gra-
tias agentes. Esai. Memento horum Iacob, & Israel, quonia
seruus meus es tu, formauit te, seruus meus es tu Israel, non
obliuiscaris mei. Deleui, vt nubem iniquitates tuas, & quasi
nebulam peccata tua, reuertere ad me, quoniam redemi te.
Laudate cæli, quoniam misericordiam fecit Dominus, iubila-
te extrema terræ, resonate montes laudationē, saltus, & omne

Aduen.

G 3

lignū

Heb. 9.

Tobi. 4.

Luc. 1.

Apo. 5.

Esai. 44.

lignum eius, quoniam redemit Dominus Jacob.

Secundum opus redemptoris iustificatio redemptorum est. Primum opus iam omnino perfectum est, sed secundum restat, nec primū prodest alicui, nisi secundū adsit omnes enim qui dānantur redempti sunt, non pro nostris tantum peccatis mortuus est, ait Ioannes, sed pro totius mundi, hic decepti sūt hæretici, hæc confundentes, & ideo redemptionem sufficere dicunt. Ad redemptionem nō fuit necessaria voluntas tua, sine te perfecta est, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundū mitericordiā suā saluos nos fecit, sed ad iustificationē necessaria est voluntas tua cū adultus est, fact⁹ est enim omnib⁹ obtēperantibus sibi causa salutis æternæ, redēptio omnino perfecta est, cū illa dixit, cōsummatū est Heb. 10. vna oblatione cōsummavit in æternum sanctificatos, iustificatio vero durat vsque in mundi finē. Videndū ergo quomodo hoc opus optimē Christus exequatur, cum ad redemptoris officium ac munus pertineat. Hoc opus multa includit, quorum primum vocatio est, quos prædestinavit hos & vocavit. Ad eō extra se peccator est, vt profundē dormienti comparetur, qui magnis vocibus excitandus est. Sed quantas, qualesque Christus dederit mundo voces, quis enarret? ipse enim dum vixit, erat circumiens, & prædicans regnum Dei, & ille, ait, Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alis, & noluisti? Deinde misit suos, in omnem terram, exiit sonus eorum, & in fines orbis &c. Et quemadmodum in primo opere suo sanguini non pepercit: ita in secundo suorum sanguini non parcat sed innumerus sanguis in hoc opere fusus est. Sed quam diligenter hoc opus exequatur, vt ostendam te ipsum in testem adduco, quoties expertus es illud, ego sto ad ostiū, & pulso: quoties interi⁹ te vocavit, quoties exterius, reuocas errantē, amplexaris redētē, sustines redire nolentem, iam minas intentas, iam blanditias, importun⁹ De⁹ nobis est, opportunē & importunē arguit obsecrat, ac increpat. Secundū ad hoc opus iustificationis pertinet vnio nostra, cum Christo, vt membra simus viua eius per gratiam, gratificauit nos in dilecto filio suo, de qua orans patrem ait, vt omnes sint vnū, sicut tu pater in me, & ego in

Ioan. 3.

Titum. 3.

Heb. 10.

Rom. 8.

Mat. 23.

Psal. 18.

Apoc. 3.

Ioan. 17.

16

A te, vt ipse vitis sit, nos vero palmites. In hanc vnionem instituit sacramenta, quibus ei vnimur, & maxime Eucharistiam, de qua dicitur, in me manet, & ego in eo. Hac vnione facta iusti sumus, & participamus gratiam Christi, & omnia eius bona quia vnū cum simus ei eius viuimus vita. Et sicut in vnione mirabili hypostatica homini diuina attributa cōmunicata sunt, sic nos pro nostro modulo Chro vniti eius bona participamus, sicut etiam propter vnionē animę corpus participat omnia, quę in anima sunt. Hoc ergo opus quotidie perficit, & magis magis q; cōsumat, qui cępit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu, vt Paulus ait, tu ergo accede ad eum, & pe-te, vt hoc opus in te cōsumet, si non propter te, propter nomen suum quo se adstrinxit, vt hoc opus perficiat. Dic ei, ministeriū tuū imple. Libēter vero se intēdere huic operi hodie demonstrat non abhorrens peccatores, quorum vestibus induitur, quod valde mirandum est. Quod enim rex pauperem induat, non mirum, nec quod vestem suam ei det, vt Ionatas Dauidi, sed quod Rex pauperis, pannosam & disruptam vestem induat pauperis amore, hoc mirandum maximē. Hoc autem, nunc Christus amoris signum exhibet, in similitudinem factus carnis peccati, quo ostendit, non se abhorrere peccatores, sed querere. Ideo Elias, & Eliseus super mortuos incumbunt, vt ostendant, non abhorrere Deum peccatores mortuos, imo incumbit super eos, sicut super filium pater prodigum quem osculatus est, & amplexatus. Horrent sorores Lazarum, sed non Christus, imo ait, tollite lapidem, illę dicunt, scæter, Christus, exeat. Licet ergo maximis oneraris peccatis, accede ad Christum, saluabit te, quia Iesus est.

Sed adhuc quanta cura negotium hoc iustificationis exequatur ex hac ratione colligi potest. Omnia Christi opera intēdunt honorem, & fructum, honorem patris, fructum nostrum, quod honorem, quæsierit patris, patet Rom. 1. factus est ei, id est, patri, & ego ero ei in patrē, ipse erit mihi in filiū, & nō quæro gloriā meā sed gloriā eius, qui misit me. Quod vero nobis fructū quærat, patet, quia paruulus datus est nobis, & natus est vobis hodie saluator. Vtrūque Angelus cōiūxit, gloria in altissimi Deo, & in terra pax hominibus. Sed consideranda maxi-

Ioan. 6.

Philip. 1.

3. Reg. 17.

4. Reg. 4.

Luc. 15.

Ioan. 11.

Rom. 1.

Ioan. 8.

Esa. 9.

Luc. 2.

G 4

ma

ma Dei in nos dignatio eiusque mirabile artificium in bonum nostrum, ut illud Christus maxime querat, quod illa duo, quae diximus, non sunt ad inuicem separata, ut in hoc querat gloriam patris, in illo profectum nostrum, sed ambo pater coniunxit, ponens gloriam suam, in profectu, ac bono nostro, voluitque pater glorificari in salute, iustificatione, & perfectione nostra. Sic dixit filius Ioan. 15. in hoc pater meus glorificatus est, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Et hoc etiam est illud Pauli ad Philip. & hoc oro, ut charitas vestra magis, ac magis abundet in scientia & in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi repleti fructu iustitiae, per Iesum Christum, in gloriam, & laudem Dei. gloria ergo Dei est, repletos nos esse fructu iustitiae, ex quo manifeste sequitur, quam serio, quantaque animi contentione Christus bonum nostrum, & exaltationem intendat quia cum summe patris gloriam desiderat, ut tantum decet filium, & haec sita sit in nostri exaltatione, hanc summè curat. Hinc ipse ait Ioann. 6. omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non eijciam foras, quia descendendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius, qui misit me, haec est autem voluntas eius, qui misit me, ut omne, quod dat mihi, non perdam ex eo. Nullum ergo rejicit Christus ad eum venientem, quia haec est voluntas, & gloria patris. In cuius etiam testimonium, cum cursum passionis, ut gigas percurrere vellet, ait, ut cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio, surgite eamus hinc. Sed obsecro, quae nobis maior potest esse, consolatio, quod maius spei nostrae adminiculum, quam nosse, Deum gloriam suam posuisse in nostri exaltatione? Si Rex Hispaniarum omnem gloriam suam, & magnitudinem vellet ostendere in exaltando genere tali hominum, quanta spe, qui ex illo essent genere, beneficia poscerent. Pater aeternae, quando à te meruimus, ut negotia nostra filio tuo commendaras, ut propria, & quasi honoris tui, quae sunt commodi nostri? Modo bone Iesu intelligo qua ratione hominibus, tanta bona facias, nec dum natus es, iam sanguinem fundis, non miror, quae facis, & facies

Ioan. 15.

Philip. 1.

Ioan. 6.

Simit.

A cies, cum omnia facias propter patris tui honorem, qui in commodo nostro est. Qua potiori oratione ad te ibimus, quam ista, glorifica in me patrem tuum, & stende in beneficijs mihi conferendis, quantum desideres glorificare patrem. E fonte adeo immenso, qualis est amor gloriae patris, qui riuus profluat, nisi tramites immensae aquae? Hinc etiam nomen usurpat Iesus id est hominum saluator, & propugnator, quia veniens gloriam patris querere, eam sitam inuenit in nostro commodo, & sic adeo serio hoc curat, ut nomen inde sibi vendicet.

Sed dubitas, quomodo gloria Dei maxime apparet in bono nostro. Respondetur, quia in hoc maxime Dei ostenditur bonitas: ostenditur quidem in eo, quod siæ vlllo suo commodo vniuersum condidit, sed magis in hoc, quod bona gratiae homini dederit, volens eum esse gratia, quod Deus natura, sed maxime in eo, quod cum his omnibus ingratus inuentus homo fuerit vnierit sibi naturam humanam vnione suppositis, Quis crederet, cum posuisset imaginem suam in homine, & ille ingratus esset, postea se ipsum collocaturum in humana natura? Quae amatoria pocula ab hominibus Domine accepisti quis à te tantum extorsit beneficium? utique sola diuina bonitas, quae in hoc maxime declaratur. Insuper, cum virtus causae magis appareat in efficiendo, quam in dissipando, licet operibus iustitiae Deus glorificet, glorificabor in Pharaone, gloriosè magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare, sed hoc dissipare est, cum vero miseretur, tunc facere dicitur, ac opus exercere. Vnde cum absolute in scriptura dicitur Deus facere, misericordiam significat. Hoc allegat Iob, contra solum, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam &c. In operibus ergo misericordiae maxime Deus gloriosus est. Ideo Psal. minifica misericordias tuas, qui saluos facit sperantes in te. Merito ergo Christus Dominus saluator dicitur, qui adeo intendit operi iustificationis nostrae, quod secundum est saluatoris munus.

Iam vero de tertio saluatoris munere: scilicet, glorificandi iustificatos, dicendum nobis est, & hoc maxime Christus exequitur. Duplici ratione Ioseph, in optima terra Aegypti fratribus praedia tribuit, prima quia fuit hoc Pharaonis mandatum fratres tui venerunt ad te, in optimo loco, sic eos habi-

Exod. 15.

Iob. 9.

Psal. 16.

Gen. 47. bitare secundam, quia fratres sui erant. Ut ergo maximis bonis **A** homines Christus in cælo dicitur duas similiter sunt causæ: prima voluntas patris eius, secunda, quod fratres eius sumus. Dat ergo hominibus stolam duplicem ut Ioseph, Beniamino, quia frater erat ut erimus. Angelis vna datur diuina visio hominibus hæc, & amplius gloria corporis, in quibus homini datur omnino perfecta salus in utroque homine, ut merito hominū saluator dicatur. Lex nihil ad perfectum adduxit, solum homines duxit in conspectu terræ promissæ, sicut Moyses populum sed à longe eam saluauerunt, sed Christus velut alter Iosue, cui nomen Iesus concessum est, introduxit homines in illius terræ possessionem, cælum aperiens sanguine suo. Habentes itaque fiduciam in introitu sanctorum per sanguinē Christi sciamus cum esse omnino Iesum, nihil ei deficit ad perfecti saluatoris munus. Interrogat **B** Aug. lib. 16. contra Faustum cap. 19. an hoc nomen Iesus, sit aliquando in scriptura prophetatum, & respondet, esse quidem Exod. 23. vbi locutus Dominus de Iosue ait. Ecce ego mitto Angelum meum, qui custodiat te, & præcedat in via tua, & introducat in locum, quem præparauit tibi: obterua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet, cum peccaueris. & est nomen meum in illo. Ait ergo Augustinus, scrutetur scripturas Iudeus, & videat, an de aliquo Angelo dictum sit, est nomen meum in illo, quod vero Christi typum gesserit Iosue patet, quia non Moyses, sed Iosue introduxit populum in terram promissam, quia **C** non lex, sed gratia Christi nos in cælum introduxit. Idem dicit Orig. homilia. 1. in Ioan, & addit, quod qui prius dicebatur Osee quando dux præficit, fitque Christi figura, accipit nomen Iesus, est ergo nomen meum in illo, scilicet, nomen Iesus. Sed cum multi alij typum Christi gesserint, cur hic solus nomen habet eius. Respondetur, Abel Christi typum gessit, sed occisi Isaac immolati, Ioseph venditi, sed Iosue vir cæcis, & triumphantis, & introducentis in terram promissam, quod est finis saluatoris: ideo ille nomen habuit Christi, & non alij. Sed nobis valde considerandum verbum illud, nec contemnendum putes, quia est nomen meum in illo. Visus mundo est, pater Ignatius strenuus quidem miles Cæsarum, sed contem-

nere

A nere milites solemus ad ea quæ Dei sunt, sed ne contemnendum putes, quia est nomen meum in illo, quo mirabilia peregit. An non minima societas est, & tempore nouissimo venit, cum charitas frigit, sed ne contemnendam putes, quia est nomen Iesus in illa: hoc nomen eam effudit per vniuersū orbē, & tres principes nostris diebus traxit ex remotissima Iaponia ad Ecclesiā & innumeros infideles, hoc nomen eam fecit omnibus iustis amabilem, dæmonibus terribilem, & hæreticis formidandam, ut Iesuitas vocent omnes catholicos hæretici Germani.

Omnibus vero nobis Christi exemplo illud colligendum est, ut impleamus nomina nostra, nec vacuum nomen portemus aut inane, Christiani nomen habes? magnū plane nomen, age digna nomine tali. **B** 1. Pet. 2. vos autem genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis, ne degeneretis in belluas, & diaboli mancipia Apoc. 3. nomen habes, quod viuas & mortuus es, non enim inueni opera tua plena coram Deo, nomen Christiani, nomen est vitæ, quia fides viua viuere facit, si mortua est, Christianus mortuus est, fides vero semper clamat cum Rachel Gen. 30. da mihi liberos, alioquin moriar **C** vbi Hieron. quasi filij nostri opera bona sunt, quod ex voluntate candida prodeunt, vnde maledicti in lege steriles sunt, quod in spiritu potissimum est accipiendum. Beata Maria in epistola ad Ignatium ait, mores, & vitam voto conformes. Concordet ergo illorum vitam cum nomine, professio sentiantur in opere.

(. .)

In

1. Petri. 2.

Gen. 30.
Hieron.

Maria.

In Epiphania Domini.

Vbi est qui natus est Rex, &c?

Matth. 2.

Sap. 10.



MA X I M A scientiarum est, Deum quærere, & hæc dicitur in scriptura scientia sanctorum, hodie inquisierunt cū reges, & inuenerūt, illos sequamur, & nos inueniemus similiter. Gratia stella est, quæ nos ducit ad Iesum, vbi deficit natura, & ars gratia proficit, natura integra mater erat, in Deum nos ducebat, sed lapsa nouerca est, nos abducens à Christo: gratia ergo est, quæ hoc perficiet opus. Sed vbi hanc & Christum inueniemus? utique inuenerunt vtrumque Magi in Maria, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, ad eam accedamus, &c.

Orosius.
Simile.

Sicut primo Adamo omnium p̄ncipe in terra condito continuo omne animal diuino instinctu ad eum venit vt ab eo nomen acciperet, ita secundo Adamo vniuersorum hærede in mundo nato: continuo hominum cordibus infedit, principem in mundo esse ortum. Ideo hoc prælagiente Augusto nomen domini oblatum à senatu recusauit, vt Orosius scribit. Sicut enim nouo oriente planeta, qui tunc dominatur, solct tēporis mutatio fieri, & in hominum corporibus insluentie nouæ sentiri, & infirmi melius se se habere, & qui hanc videt mūdi mutationem, nescit quomodo facta sit vel à quo, sed interrogatus Astrologus ostendret sydus, à quo hæc omnis mutatio effecta est. Ita volens Deus imponere finem tempori sterili rigido, infirmoq; dareque initiū tēpori acceptabili, salutifero, & annis maximæ benignitatis, misit in mūdū, vt super eū regnaret planetā nouū, à quo omnia hæc bona procederēt. Sic cecinit Ecclesia, sydus refulget iam nouum, vt tollat omne noxium. Hinc factum est, vt saluatore mundū intrante pax vniuersalis firmaretur, quam ille effecit tanquam princeps pacis

de

A de hocque tempore ex Sybillæ oraculo sumptum est à Poeta. *Virgil.*
Iam redit & virgo, redeunt saturnia regna. Ex tunc piscina
vt dicit magister historiarum, sanare cæpit ægrotos, Angelo
aquam turbante. Ex tunc etiam credendum est, mentibus hominum
multa beneficia collata, multas cordium in melius mutationes,
multas in pectoribus inspirationes, quia iam gratiæ tempus inceperat,
& perfecti agentis est sine mora actionem inchoare. Cum ergo
Christus in mundo ortus esset, agere statim cæpit, quarum rerum
causam ignorarent multi, sed si à Maria & Angelo quæreretur,
dicerent, hæc omnia à Christo bonorum fonte, sydereque nouo
orto procedere, & effici. Hanc temporum mutationem ostendit
Psal. ante faciem frigoris eius quis sustinebit? emittet verbum
suum, & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquæ. *Psal. 147.*
B Cæpit iam annus abundans, de quo Psal. benedices coronæ
anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate,
pinguescent speciosa deserti, id est, benedices omni benedictione
cælesti anno benignitatis tuæ per coronam, per circuitum, nihil non
erit benedictione plenum, visitasti terram, & inebriasti eam,
multiplicasti locupletare eam, prius namque posuerat Deus firmamentum,
vt diuideret aquas, quæ erant super firmamentum ab his, quæ
erant sub firmamento, vnde omnia librata ad nos descendebant,
sed Christo veniente ad nos, rupti sunt cæli, & fontes abyssi
magne aperti sunt. Quod petebat, qui orabat, vt inam disrumperes
cælos, & descenderes. Vnde iam non ad mensuram dat Deus
spiritum, sed abundanter, sicut ergo inquireremus, videreque
curaremus planetam, qui in cælo ortus talem mundi efficeret
mutationem, ita omnibus desideratissimum erat videre Deū
hominem factum, à quo hæc mundi mutatio facta est. Hoc desiderium
stella est, qua Christum inquirimus, nec enim inuenitur, nisi
quæsitus, quærere & inuenietis. Grandis res immensum opus,
Deum inuenire, sed difficile, difficilia quæ pulchra. Attende
difficultatem Iob. 28. habet argentum venarum suarum principia,
& auro locus est, in quo cõstat, sapientia verò vbi inuenitur?
& quis est locus intelligentiæ? Verè nisi ipse se manifestet,
non inuenietur. Ideo sponsa, indica mihi vbi pascas, vbi cubes
in meridie, sed manifestat se quærenti eum. Hinc

Azarias

2 Par. 15.

Azarias Propheta. 2. Paralip. 15. si quæsieritis eum inuenietis, si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Et Assa rex eodẽ cap. si quis non quæserit Dominum Deum Israel, moriatur à minimo vsque ad maximum, à viro vsq; ad mulierem, & subiungit quod fecit populus, in tota voluntate sua quæsierunt Deum, & inuenerunt. Sed Domine non ne difficilis hæc lex est, vt non inueniaris nisi quæsitus? lex quidem iustissima, & dignissima, quæ omnino scribatur, & in publicum veniat, ac obseruetur, non te inueniat Domine, qui non quæserit te, thesaurus tantus non inueniatur nisi quæsitus, & sicut inueniens eum inuenit vitam, qui me inuenit inueniet vitam, ita qui non quærit, nec inuenit, inueniatur à morte. Quærunť reges, & inueniunt, quia in tota voluntate sua quæsierunt eum.

Prov. 8.

Ostendunt vero in tota voluntate sua eum quærere, quod patriam relinquunt, quod tanto discrimine coram Herode alium regem proclamant. Sic Deus quæri vult eo animi conatu, vt ei causa vniuersa contemnantur, si quis non odit patrem, matrem uxorem, & filios, adhuc & animam suam, non potest meus esse discipulus, probatos verosq; amicos Deus desiderat, & ijs se manifestat. Probat tentatque Deus Abraham, tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & offer illum super vnum montem, quem monstrauero tibi, perficit Abraham opus, quantum ex eo fuit, statimque à Deo audit, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicens benedicam tibi. Cura tu, vt talia pro Deo perficias opera, vt merearis audire, quia fecisti hanc rem, sicut enim qui magna munera à rege expectat, in bello constitutus committit se periculis, & in gentia facta perficere curat, vt ei rex dicat, quia fecisti hanc rem non enim cuiusuis labori, & operi hæc verba dicuntur, quia fecisti hanc rem, sed maximo, talibusque operibus quærendus Deus. Et si sic quæseris sine dubio inuenies. Grande opus Deum quærere, & paruus corde, ac pusillus est qui aliud quàm Deum quærit. Filij hominum vsque quo graui corde? vt quid diligitis vnitatem, & quæritis mendacium? Sicut puer, qui volantes sequitur papiliones? quos vel non assequitur, vel si forte assequatur, nihil habet, quasi qui sequitur ventum, & apprehendit vmbra, sic qui attendit ad visa mendacia.

Matth. 16.

Gen. 22.

Simile.

Psal. 4.

A Sed quomodo quæram, & inueniam Deum. Primo hoc firmiter in corde tuo statue. Deum quæsiturus sum, sicut illi, qui ait, tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciam tuam Domine requiram, totum in hoc cor intende. Deut. cum quæseris Dominum Deum tuum, inuenies eum, si tamen in toto corde quæseris. Et Sapi. facile videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab ijs qui quærunt illam, & Pro. 2. si quæseris eam quasi pecuniã, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. Reges hodie quærunt, inueniuntq; sequamur eorum vestigia, ducti enim illi sunt cælesti lumine, iuxta illud Esa. 60. ambulabunt gætes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui, splendor Christi fuit stella illa.

Psal. 26.

Deut. 4.

Sap. 6.

Pro. 2.

Esa. 60.

B Cum natus esset Iesus, ecce Magi. Prius venit Christus, deinde de Magi venerunt, præuenit ille seruos suos, beneficia confert prius, quam officia suscipiat, venit Christus in Bethleem, veniunt deinde Magi, sed Christi aduentus pura misericordia, illorum vero aduentus debitus ex iustitia. Petierat sponsa, veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum, venit iam dilectus, implet sponsa promissum, dás ei poma sua, natiuitas ergo Christi temporalis causa est nostræ spiritualis. Sicut primus Adam naturæ pater, sic secundus gratiæ pater, factus est primus homo in animam viuentem, sed nouissimus Adám in spiritu viuificantem, quasi pater futuri sæculi iam ergo incipit generationem hanc spirituale filiorum Dei. Nec obstat huic generationi, quod puer est, quia sicut primus Adám conditus est à Deo perfectus in vita naturali, vt posset filios generare, ita secundus perfectus est in gratia, generare filios potest, cur enim est? Ideo dictum est, mulier circudabit virum & antequam sciat puer vocare patrem, & matrem, auferetur fortitudo Damasci, & spolia coram rege Assyriorum, in huius ergo testimonium, ecce magi.

Cant. 2.

Iere. 31.

Esa. 8.

Rom. 11.

Magi, id est, sapientes, si enim Paul. dicit se debitorem sapientibus, & insipientibus, quomodo ipsi debitor Christus non erit? qui ergo insipientes pastores ad se traxit, modo sapientibus debitor soluit, ecce magi. Sed quomodo sapientes vocat, qui stultam fecit sapientiam huius mundi? hac lege vocat, vt qui vult sapiens esse inter vos, stultus fiat. Vt, qui sapientes estis.

Sed

estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes. Vide quomodo hi stulti facti sunt, an non stultitia apparet infantem in præsepio positum adorare? humiliatur ergo sapiens, sicut ille, qui ait, nihil me arbitratus sum scire inter vos, nisi Christum & hunc crucifixum, & sic paruulus fiet, implebiturque in eo illud, reuelasti ea paruulis. Ecce ergo Magi, sed pastores prope Christum erant, ideo nocte natiuitatis vocantur, & veniunt reges verò procul sunt, ideo tardius veniunt. Pauper facile accedit ad Christum, prope enim est, diues longe, ideo difficilius, sed Christo veniente, vos, qui eratis longe, facti estis prope, ideo tanto affectu desideratus Christus ab Esa. est, vtinam dirumperes cælos, & descenderes, à facie tua montes fluerent, sicut exustio ignis tabescerent, & aquæ arderent igne, quis mōs non humiliabitur coram Deo puer? aquæ multæ populi multi, Apoc. 14. gentes ergo omnes à calore maximo separatae ardebunt Christi igne. Quando ignis excellit, vincit aquam, quæ do aqua excedit vincit ignem, tantus ergo de cælo descendit ignis, vt omnem vincat aquam, ideo hodie aquæ vertuntur in vinum, vt signetur, omnem nostram frigiditatem per Christum in calorem conuertendam.

Ecce magi, apparuit maxima visio rubi in mundo, sicut ergo ait Moyses, vadam, & videbo visionem hanc magnam, sic dicunt reges, eamus, inquiramus, videamus visionem summam Deum hominem, *ecce magi*. Ecce venit columba in arcam vt manu Noë in eam recipiatur, ecce gentilitas ad Ecclesiam, *ecce magi*. Iam thesaurus est in agro, iam pretiosa margarita in mundo, *ecce magi*, ecce negotiator diues auro plenus venit, vt emat agrum illum, margaritam illam. Iam cum apparuerint viscera misericordie Dei nostri, quibus nos visitauit oriens ex alto, *ecce magi* ecce filius prodigus gentilitas, scilicet, venit, reditque ad patris domum, & prosternens se dicit, pater peccauit in cælum, & coram te, & offerens se in mercenarium, suscipitur in filium, *ecce magi*. audita Salomonis fama venit regina Sabba cum muneribus, *ecce magi*. exploratores gentium veniunt explorare promissam terram, secumque deferre botrum illum, de quo scriptum est, botrus cipri dilectus meus mihi, *ecce magi*, ecce Rebekam ornatam monilibus venientem obuiam Isaac, qua sic ille

latus

latus est, vt dolorem ex matris morte, scilicet Synagoga eirelictum tolleret, atque deleteret, *ecce magi*, ecce Jacob furatur benedictionem Esau, gentes benedictionem Israelis. Hodie repudiatur inobediens Vasthi Synagoga, & introducitur Hester pulchra. O ineffabile mysterium, & omni consideratione, & ponderatione dignissimum, quod in extasim Paulum rapuit, qui eam considerat Dei in Synagoga amorè, & blanditias, quod eam creauerit, nutrieritque quasi dilectum filium, in brachijs portauerit, flagellauerit Pharaonem, duxerit eam per mare & desertum columna ignis, & nubis, pauperit manna cælesti & potauit aqua de petra, constituit eum super excelsam terram cum tamen gentium videretur oblitus, deinde vero descendens in terram, & cum hominibus conuersatus, omnino reiecit Synagoga, gentes in domum suam admittens. Hoc admiratus Paul.

Hoc admiratus Paul. expauescit, nec quid aliud loquatur nouit, quam, o altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, quis cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Rom. 11. A deo est profundum hoc mysterium, vt paucaat omnis, & contremiscat qui illud perpenderit.

Sed obsecro Dñe, quomodo obliuisceris populum dilectum? quomodo vel saltè eius patres non consideras? Abrahamum, qui non dubitauit patriam relinquere, filium immolare? Isaac, & Jacob fideles tibi, quibus tot exhibuisti promissa, Moysen, & David adeo tibi caros? ubi tantus sacrificiorum sanguis coram te effusus? an hæc à tua excidere memoria? & si in eius locum susciperes populum, qui tibi aliquando inseruisset, vel æqualia præstitisset obsequia, non adeo mirum, sed suscipis gètes, quæ adorauerunt sculptilia, dæmones, & infima quæque animalia. Sanè ad hæc dicet nobis Dñs, ab ingratis tollenda esse dona Dei, quæ ille dat pro gratia sua, cui liberit, à Iudæis iuste tolluntur, gentibus misericorditer datur, omnes ergo timeamus, & paucaamus, ne forte perefluamus, & omnes iustitiæ nostræ non recordentur amplius. Nec verò vllus diffidat, quia si volueris Deo ad hæreticos obliuioni tradentur vniuersa peccata tua, & in domum Dei reciperis, sicut nunc gentes suscipiuntur. Ezech. 33. iustitia tua non liberabit eum, in quacumque die peccauerit & impietas impij non nocebit ei, in quacumque die con-

Adsen.

H

uersus

Philip. 3.

Mat. 11.

Esa. 64.

Apoc. 14.

Exo. 3.

Gene. 8.

Mat. 13.

Luc. 1.

Luc. 15.

3. Reg. 10.

Num. 13.

Cant. 1.

Gen. 24.

Gen. 27.

Hester. xi.

Rom. 11.

Ezech. 33.

uersus fuerit. Minus vero fidendum tibi in patribus iustis, & sanctis aduocatis, si impius esse volueris. Sicut enim cum prodicionem molitus est quispiam, omnia patrum eius obsequia obliuioni traduntur, omnis sanguis, quem pro regibus fuderunt, & cū inuenta fuerit, & deprehensa mulier in adulterio, statim obliuiscitur vir omnium obsequiorum eius, & omnis amoris præteriti: solūque recordatur adulterij præsentis. Sic Deus nos ter tecum aget, cauendum ergo nobis maximè, ne reijciamur, & in nostri locum admittatur alius. Nouit enim Dominus Luciferum de cæli altitudine præcipitare, & Iudam ab apostolatu reijcere, & latronem de cruce assumere secum in paradysum, & Magdalenam de immunditia in cælum vsque leuare. Ideo seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta? Quod si & hi, qui iusti sunt, Deoq; adherent, in timore, & tremore esse debent, quidni peccatores paucant? Confide ergo, si vis conuerti in misericordia eius, qui vocat gentes, pæue iustitiam eius, qui dereliquit Synagogam, via enim inter spem, & timorem optima, & secura est ad Iesum inueniendum. Sub his duabus alis protegendi sumus cum Psal. sub umbra alarum tuarum protege me, nec ergo sic in iustitiam declinaes, vt desperes, nec sic in misericordiam, vt vane fidas.

Ab oriente venerunt, egrediuntur de patria, vt Christum inueniant, Herodes manet in Ierusalem, nec inuenit. In lectulo meo (ait sponsa) per noctem quæsiui, quem diligit anima mea, quæsiui eum, & non inueni. Bern. quem in lectulo tuo quærens nõ inuenisti, proculdubio inuenires, si in eius lectulo quæres, in cruce, scilicet, vt ergo Christum inuenias, oportet ab intellectu, & voluntate tua discedere, sic eduxit dominus Abraham de terra, domo, & cognatione, sicut ergo ad fidem oportet intellectum captiuari, quod est educere eum à terra sua, & ad peregrinam ducere, sic ad probos mores captiuanda est voluntas. Deinde te duci à Deo, quo ipse voluerit, patere, nec ei contradicas. Ducit te Deus, per viam paupertatis, infirmitatis, laborum, voluntas tua acquiescere nõ vult, sed cum Deo pugnare, vt altera via ducatur, infelix tu, si volun-

Psal. 2.

Psal. 16.

Cant. 5.
Bern.

A tas vincit tua, tibi que accidit illud, quod de quibusdã Psal. ait dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuetionibus suis, peribis in hac via. Consilium ergo illud suscipe Iob. 22. ac quiesce Deo, & pacem habeto, & per hæc habebis fructus amplissimos. Duci ergo te à Deo permitte, id enim significat, ac quiesce Deo, & pacem habeto, id est, esto contentus sorte, quã tibi Deus tribuit. Cum à sene interrogaretur Ioannes, isti qui sunt? & vnde venerunt? preclare respondit Domine tu scis, optima sane responsio, si dubium tibi subrepsit fidei, dic, Domine tu scis, si dubium, quomodo in tot laboribus mihi iustinetur? Dñe tu scis. Nouit ille qui hæc ordinat, acquiescã ego Deo.

Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus statim, tanto cordis ardore. Cum diuinum videris lumen continuo veni, cum illud tibi acciderit, quod Paulus ait. Deus, qui dixit, de te nebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, quæ re eum festinanter, vt hi qui diebus tredecim longum iter confecerunt, si enim tardus es, & lento incedis gradu, quando ita longum iter conficies? Surge, comede, dicitur Eliæ, longa tibi restat via. Quadraginta annis ambulat Israelitæ, nec in terram promissam ingrediuntur, vide ne similis illis sis, audiasque, quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Refert Cassianus patrum sententiam dicentium, sex mensibus posse facile perueniri ad perfectam passionum mortificationem, Chrysostomus dicit, anno vno id perfici posse: hoc perficiet, qui maximo conatu Deum inquisierit. Hinc agnosces, an stellam habeas te ducentem ad Christum, si Deum anxie quæris omnibus propter eum dimissis, omnia enim vilescunt Deum ex animo quærenti. Pater Siluanus ab oratione egressus oculos claudibat, dicens, quid hic videre vultis? In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis. Quando in te senseris famam, sitimq; maximã Dei, & iustitiæ, stella tibi apparuit.

Stella ratio est naturalis, & fides, Dei inspiratio, & lumen celeste, hæc nos sequi debemus. Sed ais, quomodo ratio naturalis stella est? certè licet hæc nõ satis sit, vt nos ad Deum. Dicitur tamen stella esse apparet in philosophis, qui ea solū ducti, mira de virtute dixerunt, quibus confundri possumus. Tullius in Tusculana ostendit ex doctrina antiquorum, ad nihil hominẽ moueri de-

Psal. 20.

Iob. 22.

Apost. 7.

2. Cor. 4.

3. Reg. 19.

Cassianus.
Chrys.

Psal. 118.

Cicero.

bere nisi ad bonū rationis, nec aliquod bonū hominis esse proprium nisi honestum, vtile vero, & delectabile bona hominis non sunt, ideo minus ducenda, non solum cū rationi aduersantur, sed etiam cum non contra dicunt virtutis, solū honestum bonum dixerūt magnificiendum, an nō stella hæc? quid ad hæc dicit Christianus? Quomodo vero fides, & inspiratio stella sint patet. Sed quidam sunt, qui oculos in cælum leuare nolūt, nec stellā aspiciere volunt, imo quod appareat eis dolēt, nolunt audire, quæ suæ salutis sunt, huiusmodi fuerunt senes illi reprobī. Dan. 13. declinauerunt oculos suos, ne viderent cælū, nec recordarentur iudiciorum iustorum. Et illi de quibus Psal. oculos suos statuerunt declinare in terram, & Iob. 22. qui dicunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Hi sunt, qui conciones fugiunt, optimos quosque, confessarios declinant, consiliarios probos detrectant, libros sanctos legere, & audire recusant, hi stellam videre nolunt, quod signum est maximum reprobationis.

Alij vero stellam videre non renuunt, sed eam cum gaudio aspiciunt tamen eius ductum non sequuntur. De quibus Dñs ad Eze. 33. dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum suū, loquentes, venite, audiamus, quis sit sermo egrediens à Dño, & veniunt ad te, quasi ingrediatur populus, & sedet coram te populus meus, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticū oris sui cōuertunt illos, & auaritiā sequit̃ coreorum, & est eis quasi carmen musicum, quod suauī dulcique sono canitur, & audiūt verbatua, & non faciunt ea. Ad viuum expressit Spiritus sanctus eos, qui modo conciones audiunt, volētes stellā videre, nec eā sequi. Alij stellā vidēt, & sequūtur, sed ad tēpus credētes, in tēpore tētationis recedunt. Cū corā Herode stādū esset, & cū Magis Chrū cōfiteri deberēt, tūc negāt, aspiciūt retrō vt vxor Loth, quos aptos Dēi regno esse Chrīs negat, qui mittit manū ad aratrū, & respicit retro, nō est aptus regno Dei. Quid obsecro est vtilitatis, arma in pugna parare, ea induere, si bellū procedere, si conuersus fueris in die belli? Quid prodest, bene in stadio currere, si media stitit via? sic currite, vt apprehēdatis, quæritē ergo Dñm, & confirmamini, quærite faciem eius semper. 4. Reg. 13. irascitur & merito. Eusebius contra

Dan. 13.

Psal. 16.

Iob. 22.

Ezech. 33.

Luc. 17.

Psal. 104.

3. Reg. 13.

Ioas,

A Ioas, quod tres tantum iecerit sagittas contra Syriam, senim plures iecisset, penitus eam delesset, nunc autem ait, ter tantum superabis eam. Cæpisti bene contra carnem tuam pugnare, tres misisti sagittas, ter eam superasti, si perseuerasses oratione, sacramentorū frequentia, & afflictione corporis, perfecta tui ipsius tibi victoria concederetur; nunc autem retrorsum abiisti, dereliquisti stellam, in media stetitisti via, ad Chrū nō peruenisti, ideo facilē ab inimicis victus iterū succubes. ¶ Alij vero vidēt stellā, & eam sequuntur, perseuerant, & dicunt cum Magis. *Vidimus stellam, & venimus.* Recte aiunt vidimus, & venimus, quia vita christiana duobus constat cognitione, & executione operum. In virtute, dicebāt antiqui, oculi, & manus. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum, cor & brachia exigit, quia affectus, & effectus necessarij sunt. Basilius de modo acquirendi humilitatem ait, considera, & opera exhibe humilitatis, si enim philosophia moralis (ait Arist.) ordinatur in operationem, quomodo fides, & consideratio christiani in hanc non ordinabitur? Sequere ergo stellæ ductum, donec ad Christū peruenias.

Sed prope Ierusalem stella absconsa est, vt esset illis necessarium, inquirere aliam stellam, omnibusque nota esset sui causa aduentus. Quemadmodum coram sole stella absconditur, ita in Ierusalem absconsa est, quia ibi sol aderat, scilicet, scriptura sacra, quæ præstantior lux est qualibet particulari reuelatione. Vnde 2. Petri. 1. narrans reuelationem sibi factā in transfiguratione ait, quam vocem de cælo allatam audiuius, sed habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes. Iam reuelatio Petro facta diuina nobis est scriptura, ideo firmior non est propheticus sermo, quia in illo, tunc vero firmior erat considerata reuelatione vt facta est particulari personæ, merito ergo sidus absconditur coram scriptura firmiori, quam in omnibus præcipuam habere debemus, & ad Ecclesiā eiusque doctores venire, cui subdatur omnes nostræ illuminationes, ac reuelationes, quas sine Ecclesiæ approbatione publicari non permittit concilium Lateranense.

Congregat Herodes sacerdotes, & scribas, quæritque, vbi

Aduen.

H 3

Christus

Cant. 8.

Basilius.

Arist.

2. Pet. 1.

Concil.

Lateranense.

Christus nascatur &c. Et eo cum pergerent Magi. *Ecce stella, quam viderant, &c. Gaudij sunt gaudio magno valde.* Non dicitur eorum gaudium, cum Christum inuenerunt, sed cum stellam, quia illud ineffabile est, illud verò, quo appropinquantes Deo fruuntur, magnum valde est. De quo Plal. Beatus populus, qui scit iubilationem. Iubilatio ait Greg. gaudium est, quod sentiri potest, explicari non potest. Sicut enim qui longum facientes iter, appropinquant iam alteri hemispherio, ubi alia sunt influentia ab his, quæ in nostro, incipiunt iam vicini illi hemispherio experiri eius influentias, sic qui viam in cælum arripientes iam iam proximi sunt cælesti illi patriæ, diuinas incipiunt gustare consolationes. Vnde in scriptura non ij soli beati dicuntur, qui Deum vident, sed & ij, qui perfecti sunt. Beati, qui seruantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Quod si beati sunt qui quærunt, quam beati erunt qui inveniunt? Nec verò dicitur gaudium eorum, cum viderunt primo stellam, dicitur verò cum secundo vident, postquam illam amiserant, quia bonum non agnoscitur, quantum sit, nisi postquam perditum est. Ideo sæpe à nobis diuina tollitur consolatio, vt cum redierit, maiori cum gaudio, ac gustu percipiat. Sicut enim vt odoriferis fruamur, non semper ad nares applicanda sūt, sed aliquoties remouenda, sic diuina consolatio remouetur, vt cū redierit, maiori nos lætitia afficiat.

Inuenerunt puerum, &c. Sed quomodo sic te Deus habet? quo pacto vt Deus adoretur, qui in stabulo est? Maxima profecto eorum fides, qui sine miraculis inter pannos Christum agnoscunt, ac venerantur. An non lynceos fides habet oculos? verè non inuenit tantam fidem in Israel, quia nec post tot miracula eum veneratur. Sed qua ratione sic Deus in ea asperitate, & pauperie tanta? Sane venit bellum gerere, induitque arma bellica vt gigas, sed an non pacificus hic est? utique omnium, qui pacifici fuerunt, maximè pacificus, sed omnium bellatorum maximus debellator, adeo est pacificus, vt sit pax nostra, qui fecit vtraque vnum; adeo bellator, vt dicat, non veni pacem mittere, sed gladium, & vt sit fortior superueniens, vt fortem vincat, vasa diripiat, arma auferat, quid putas reges hos esse nisi vasa, quæ iam diripere incipit? *Spolians principatus,*

*Psal. 88.
Greg.
Simile.*

Psal. 118.

Simile.

Ephes. 2.

Matth. 10.

Luc. 11.

Ephes. 1.

A tus & potestates, palam triumphans illos in semetipso. Veniens ergo in bellum, si auro, gemmis, & sericis ornatus esset, quæ hæc arma essent? essent aurea arma Saulis, quibus non modo non pugnare, sed nec incedere valeret. An bellator fortis ille, qui prius se victum ostendit, quam pugnet? qui armis oneratur, quæ aduersario, non sibi vsui sint? Vis ingredi bellum cædæ mone, mundo, & carne, indueris pretiosis vestibus, comedis in saturnitate, an non arma fers tibi aduersa? hæc omnia arma sunt dæmonis, mundi, & carnis, quibus te ille armis impugnat nisi his? Si ingressus vt videres exercitum, conspiceres milites hos ludentes, illos saltantes, hos citharas tenentes, illos serico indutos, omnes vero sine ferro, & armis, an non exercitum huc irideres, & eum victum putares? Christus ergo pauper, & patiens venit in mundum, quia hæc sunt arma, quibus ille vincendus est. Et si Christus his induitur armis vt vincat, à te quæro, quibus tu te induis, vt pugnes? Christus quidem licet inter delicias esset, vinci non poterat, sed vt tibi esset exēplo, his se induit armis, dicens, quod me videntis facere, hoc facite: ergo lachrymis, paupertate, patientia, vita austera dæmonem, & carnem superabis, & vt hæc arma sumas, eis Christus induitur, vt dicas. Christus mei causa pauper factus, nudus, & patiens, ego pro eo similia peragam, ne confusus abcedam. Attende Viræ modelliam, arca Dei est in papilionibus. *2. Reg. 12.*

C Ioab dominus meus, & duces super faciē terræ discumbunt, & ego domi meæ manebō? absit.

Proidentes adorauerunt eum. Laboranti animus adjicitur, cum viderit laboris sui mercedem, & fructū, venit Christus in laborē, homo nascitur ad laborē, huius laboris merces nos sumus, laborauerat tredecim diebus, datur ei à patre aliquis laborum fructus, aliqua merces, vt sic ad laborandum magis incitetur, integra merces seruetur in finem laboris, cum post passionem dabitur ei vniuersus mundus, dabo tibi gentes hæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos terræ, modo verò primitiæ huius cōcedū in Magis? Et aduerte Dei maximū ordinē cū filio suo, quia quæ à Deo sūt, ordinata sūt, venit ille captiuos redimere. *Esa. vt predicare captiuis indulgentiā, clausis apertione, pretiū huius redēptionis ostēdit. Pet. 1. redēpti estis de vana vestra cō-*

Simile.

2. Reg. 12.

Iob. 5.

Psal. 22.

Rom. 12.

Esa. 61.

1. Pet. 1.

uerfatione, non corruptibilibus auro, vel argēto, sed sanguine
agni immaculati, sanguis ergo pretium est, filius ergo in circū
cūfione partem dedit pretij, signum eius, sic ergo datur nunc
pars mercedis, signumque eius primitiæ gentium signo
pretij signum respondet mercedis, cum vero in passione vni
uerfem effundet sanguinem vniuersum dans pretium, reci
piet plenam mercedem gentes omnes. Accedamus ergo, nos
cum Magis, prociadamus ante eum, adoremus Dominum, qui
fecit nos.

Dominica infra octauam Epiphaniæ.

Thema. Ego & pater tuus dolentes, &c.
Luc. 1.



MAXIMA, tum lætitia, tum spe affecti sumus, videntes à longinquo adductos reges esse à Christo Domino, & quod qui à deo longe erant, facti sunt prope. Sed mirabilis res hodie, contra ponitur, dum videmus Iesum à dulcissima matre in Hierusalem amissum, ut si lætatus nimium es: videns Deum adeo sollicitum in conferendis beneficijs sic etiam timeas, videns Mariam absque culpa Christum perdidisse, ne forte tu eum amittas. Giichipieros est Christi doctrina, id est, acris, & dulcis, quia dulcis, & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via, dulcis quidem, sed aliquid acris retinet, quia rectus, & tale est temperamentum ipsius, ut hæc intelligantur, opus est gratia,

Psal. 24.

Simile.

Sicut qui navigant mare, lætitia aliqua perfruuntur, sed mirata dolore, licet enim prospero vento ducantur, & necessarijs

vita

- A** vitæ abundant, tamē pericula maris eos deterrent, ne omnino lætari possint. Ita qui in hoc mari magno, & spaciolo mūdi huius versamur, adeo fœlices esse nō possumus, quin vita nostra dolorib⁹ implicet. Si prauos hōmines spectes, id videbis facillē, impletur enim in eis illud Sapiētis, risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. In vita vero iustorum id similiter contingere Euangelium hodiernum ostendit, dum lætis, ac prosperis aduersa, ac tristitia succedunt. Et ratio horum manifesta est, quia vita nostra media est inter cælum, & infernum & sicut medium participat extrema, ita vita hæc aliquid habet è cælo, vbi totum gaudium est, aliquid ex inferno, vbi totum tristitia. Sic Iob ait, post tenebras videbo lucem, & rursus post lucem expecto tenebras. Hinc Chrysof. homi. 8. in Matthæ. *Prou. 13.*
- B** Misericors Deus mæstis rebus quædam iocunda permiscet, quod in omnium sanctorum vita reperies, quæ mirabili varietate contexta est. Sic Ioseph tristatur videns sponsam grauidam, lætatur continuo Angelo ei aperiente secretum. Lætatur Christo nato, tristatur circuncisione lætatur regum adoratione, tristatur exilio in Aegyptum, lætatur vitam cum eo ducens in Nazareth, sed iam eo amisso luget. *Iob. 17. Chryf. Matt. 2.*

Hic verò successuum varietate mirabilis redditur vita sanctorum, fiuntque varij, & maculosi fœtus Iacob, in illis namq; Gen. 30. varietas virtutū apparet, ut anima dicatur esse in vestitu deaurato circumdata varietate. Sicut enim perfectio, & pulchritudo mundi constat ex varietate omnium rerum, & diuersæ voces harmoniam conficiunt, sic iusti vita si vnisona esset, non adeo decora appareret, nec locus esset exercitio omnium virtutū, quæ in anima otiosæ esse non debent. Quærit Gregorius *Psal. 44.* quid beato Iob deficiebat, ut flagellari fuerit necesse, cum omnij virtute ornatum se ipse ostendat. c. 31. hoc, inquit Gregorius ei deerat, ut nosset etiam inter flagella gratias agere. *Iob. 31.*

Voluit autē Deus in Maria vniuersa bona congerere, & in ea omnium bonorum summam colligere. Et quemadmodum *Simile.* insignis pictor Zeuxis, ut effigiem perfectam Iunonis depingeret, pulcherrimas omnes virgines Agrigentinas conspexit ut ex quaque earū, quod pulchrius erat, colligeret, & in imagine Iunonis reponeret. Sic diuinus ille artifex, cū Mariam effi

H s cere.

cere voluit, omnia considerauit, quæ in sanctis regna, & decora erant, & in Maria vniuersa congescit, voluitque in ea mundum collectum, breuemque conicere. Et sicut philosophi ostendunt, hunc mundum omnino perfectum, quod continet omnes rerum species, & differentias possibiles, ita in Maria vniuersæ conuenerunt virtutes, & exercitia earum in gradu perfecto, ad quod diuersi fuerunt necessarij successus vt locus esset exercitio virtutum omnium. Ideo iam adfuit tempus prosperum, iam aduersum. Vt ergo nunc eius patientia, spes, humilitas, fides, & cum diuina voluntate vnitas apparerēt, exercebanturque, amisit puerum Iesum. Ex hoc vero sequitur, beatissimam Mariam vniuersos sanctos in immensum excedere, omnium enim bona in illa sunt, & mali nihil. Cui ergo comparabo te, vel cui assimilabo te, non Eue, quæ dicta est mater viuentium, quia illa occidendo obsuit, Maria viuificando profuit, vnde magis illa mater morientium dici potest, quæ prius occidit, quàm pariat, sed Maria mater est viuentium, quæ nobis vitam edidit. Nec verò comparabimus Mariam Saræ, licet enim illa pepererit Isaac, risit tamē incredula, at Mariæ dicitur, beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. Nec Rebecce quæ duos portauit in vtero, Maria vero vnum, sed geminæ substantiæ gigantem. Nec Racheli parienti filium dexteræ, quia tanto dolore illum edidit, vt eo mortua sit, at Maria exultans filium dexteræ Dei edidit mūdo. Nec verò Hester, quæ populū liberauit ab interitu, nec Indith, quæ caput abscidit Holophernis, nec Iaeli, quæ Sisarā interemit, illæ enim humanū præstitere auxiliū, Maria diuinū, illæ homines interemere Maria diabolū. Nec Iosē, quæ inter spinas versat, Maria enim lōgè ab omni peccato est, nec lunæ, quæ aliquādo deficit, Maria vero nunquā, nec soli, qui aliquādo obscurat, Maria nequaquā. Cui ergo cōparabimus te? plane Deo omnia bona continenti. Vt ergo nihil in ea desiderari possit, nunc affligitur filij amissione, vt omnium virtutum exercitio locus sit. Sed earum virtutum, quas diximus, exercitium nunc videamus in Euangelio.

Ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi. Exod. 34. Deut. 16. ter in anno apparebit omne malleolum tuum coram Domino, in festo agni, pentecostes, &

Exod. 34.
Deut. 16.

Luc. 1.

Gen. 25.
Gen. 35.

Hest. 2.

A tabernaculorum. Attende legis rigorem, dum omnes ire in Hierusalem tenerentur. Sed suauitas legis gratiæ apparet, cum in omni loco offertur oblatio munda, & adeo prope sit tibi templum Dei tui. Sed quam diuerso corde, & amore in hoc templum Christus venit, quam tu venias, ille enim ad templum venit eo amore, ac dulcedine, qua in vterum virginis, & ea dilectione, qua crucem ascendit, in altare descendit nunc, & si iterum sanguinem fundere pro nobis oporteret, sine dubio funderet. Si cor Christi videres, & immensam eius charitatem, tunc conuenienter missæ sacrificio adesses, & semel sic astans ditissimus prodires, sed nunc tepide accedis, nulla consideratione. Eo affectu missam auditurus accedere deberes, quo ad Christum in cruce perentem accessisses, cum enim ille eo veniat affectu, quo in cruce venit, illo tu accessurus eras vt ei responderes.

B Sed audi, in festo die Christus amittitur, quia multi sic ad templum accedunt, vt in eo perdant Deum. Sanguineis sanè lachrymis deplorandum, quod vbi maior conquirenda gratia esset, ibi vniuersam amittis. Offerens sacrificiū Saul regnū amittit. Deumque offendit, Ozias incensum offerens lepra impletur. Quoties mundus ingressus es templum, & leprosus exis? Cū festum dismagit Pharaonatis sui, caput abscinditur pincernæ, & in Christi natali multi spiritualiter pereūt. In cōuiuio Assueri amittit Vasthi regnum suum. Videndū ergo tibi, quomodo festa celebres, iā enim sic celebrari solent, vt in eis potius Deū offendas, & amittas, quàm inuenias. Et maxima cura seruādū est tibi cor, ne Deus ab eo recedat. Præclarū festū celebrauit Salomō offerēs mille sacrificia pacifica, sicq; Deo placuit, vt audierit ab eo, pete, quod vis, vt dem tibi, petit ille sapientiam, & placuit petitio eius, sed melius postulasset, ait Ambrosius, si diceret, da vt sic te possideā, vt nunquā amittā. Hoc super omnia à Deo petendum est. Fortissimus Sampson fuit, sed omnis eius fortitudo à paruis pendebat capillis. Licet robustissimus sis, caue, ne locum des prauæ cogitationi, hac enim via dæmon ingreditur cor tuum. Quid prodest omnia tua seruasse. Si Deū non seruas? Vt thronum suum seruet Salomō, leuculos in gradibus eius ponit, sed in corde suo custodiā nō posuit, ne Deū amittat

1. Reg. 13.

4. Reg. 15.

Gen. 41.

3. Reg. 3.

Amb.

Jud. 17.

3. Reg. 10.

mittat

i. Par. 9. mittat. *i. Paralipo.* duo erant in templo ianitores, qui officium A etiam suum exercebant, cum arca egrediebatur, sed ut quid ianitor in publicis vijs? iunt ne ibi ostia? minime quidem, sed maius est ibi periculum, ideo maior custodia exigitur, & ideo ianitores ibi esse oportet, quia omni loco seruandum cor est omni custodia, maximè tamen vbi maius imminet periculum. Ait *i. Reg. 16.* Dauid ad Ioab, filij mortis estis, quia non custodistis dominum vestrum regem, an non dignus morte, qui Christum non custodit? Qui ergo in templum venit, ut vana videat, quid mirum Christum amittat in templo? & qui incipiens Deo seruire, cor & sensus non custodit, quid mirum si Christum perdat?

Remansit Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Anno duodecimo ætatis amittitur Christus, quia hac ætate est maximè discrimen. Non perditur auicula, cum in nido quiescit sub matris alis, nec cum maiuscula est, & optime volare nouit, sed cum volare incipit, nec id bene nouit facere. Duodecimo anno pueri, puellæque oculos aperire incipiunt, tunc volare volunt, tum periculum imminet, ideo eis cauendum, filij tibi sunt, erudi illos à iuuentute sua, ait sapiens.

Eccle. 7. Sed mirum valde, quod non cognouerunt parentes eius. Ex his quæ *Iob. 9* lamentatur, illud vnum est, si venerit ad me, non videbo eum, si abierit, non intelligam. Ita modo factum est, abiit Iesus, & non cognouerunt parentes eius. Sic de *Sansone* dicitur, nesciebat, quia Dominus recessisset ab eo. Cum Deum animæ assistere adeo sit necessarium, quod Deus discedat, nec sentiat, dolendum maxime. *Ezech. 10.* egressa est gloria Domini à limine templi, & stetit super Cherubim, & eleuantia Cherubim alas suas exaltatae sunt à terra coram me. Manifeste apparuit, Deum recessisse à Hierusalem, cum penitus destructa est. Sic perspicuum tibi est, Deum à te recessisse, cum te vides in peccato esse, qui diuina tractabas, iam humana curas, & terrena solum. Sed quod deplorat *Iob*, & merito, hoc est, quod discedat Deus, nec sentiat. Vbi *Gregorius*, sæpe cum prospera nobis cuncta succedunt, æstimamus nobis Deum præsentem, cum aduersa, eum absentem putamus, & è diuerso contingit. Videt *Sampson*, se integrum, nec aliquid ei deesse, credit, ut superare posset hostes, sed ingruentibus inimicis videt.

Domi-

A Dominum à se recessisse. Hinc *Osee. 7.* alieni comederunt orbem eius, & ipse nesciuit. Hoc ergo anxios sanctos reddebat, quod poterat Deus recedere, cum ipsi non noissent. Ideo lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, quia peruigili cura nobis custodiendus Dominus est, ne forte recedat ignorantibus nobis. Nunc in terra inimicorum sumus, oportet speculam conscendere, nec dormire, ut *Isboerth*, qui ideo perimitur.

Sed mirum hoc valde, vbi amissus sit Iesus, cum ad festum ascēdissent, & dies consumassent: festos, obtulerat holocausta *Iob* pro filijs, ne forte peccassent, optima patris oratio pro filio, ne peccet filius, & tamen media die post oblatum sacrificium, domus corruit, & filij pereunt. Venit *Tobias* à mortui sepultura, nec ob id comederat ea die, & tunc excecatur eum Deus. Hæc iustorum probatio est. Sic *Mariæ* contingit, obsequitur legi, deuotissime celebrat festum, & tunc puerum perdit. Quod male agens flagelletur, quid mirum? quod sustineat videns se ea commereri quæ gratia? sed quod benefacientes patiamini, hæc est gratia. Hoc verò cum iusto Deus agit, ut postea duplum ei reddat, sicut *Iob* *Tobiæ*, & *Mariæ* contingit. Et apparet amitti Deum cum non amittatur, præsens enim est, licet non agnoscat. Sic contingit *Magdalenz*, coram se Christum habet, nec agnoscit, & querit, quem habet, signum verò est, quod habet, cum querit, si non haberet, non quæreret, ipse præses facit, se quæri. Si ergo videris, cum benè egisti, mala te expectare, probatio iusti est, ne doleas, cito auerit tibi remedium à Deo.

Cum ergo domum *Mariæ* intraret, nec videret Iesum, qui ad eam vnus apertis solebat procedere, interrogat de eo *Ioseph*, qui ait, tecum venire credebam. En perditum puerum, qualis hic fuerit *Mariæ* tristitia, quis eloquetur, vere magna est, velut mare contritio tua. Qui fluctus cogitationum qui venti timoris perflant? quæ tempestas illa? verè omnis sapientia eorum deuorata est. Audi *Ruben*, puer non comparer, & ego quo ibo? quid dicent *Ioseph*, & *Mariæ*? D. Bonaventura ait, collegit se *Mariæ* in cubiculum, vbi prosternens se cum lacrimis ad Patrem sic loquitur. Pater æternæ dedisti mihi

filium.

filiū tuū misericordia tua magna, ego indigna eram illo, & nūc sum, amisi illū, redde mihi lētitiā salutaris tui, sine eo enim viuere nō possum, & si ei inferuire nō mereor, sed nec eū merui recipere, sicut misericordia accepi, misericordia iterū recipiā. Ad filiū vero sic loquit, fili mi Iesu, Iesu fili mi, vbi modo es? ostēde mihi faciem tuam, & salua ero, sonet vox tua in auribus meis indica mihi vbi pascas, vbi cubes, quia à te pendet anima mea, aut tu veni ad me, qui nosti, vbi sim, aut me ad te duc. Si tantus fuit dolor Adæ, & Euæ cum paradysum terrestrem amiserunt quis Ioseph, & Mariæ dolor, cum se viderunt sine paradiso illo suo cælesti, sine arbore illa vitæ, sine illo botro benedicto, sine fonte illo diuino? Si adeo anxius fuit Abraham, cum nōdum perdidisset risum suum Isaac, sed cum perditurum crederet, quibus anxietatibus æstualet Mariæ cor perditio Isaac risu suo? Si mater Sisaræ anxia erat Iud. 5. expectans filium, prospiciens per fenestras, vt à nuru consolanda esset, quis credendus Mariæ dolor fuisse?

Iud. 5.

Sed Domine quid vulneras tanto dolore dulcissimam matrem? Ait Tobias focero suo, ego noui, quia pater meus, & mater mea modo dies computant, & cruciatur spiritus eorum in ipsis. Quomodo tu Domine non attendis dolorem Mariæ, & Ioseph? Sed non deerit Christo responsum, ego dispono matris regnum, sicut disposuit mihi pater, pater dereliquit filiū, vt dicat, Deus meus, vt quid dereliquisti me, derelinquit filius matrem, vt simile dicere possit. Simul vero in matre nobis exemplum relinquit, vt sciamus, & ab ea discamus, quomodo nobis Deus quærendus sit, cum amissus à nobis fuerit.

Tbob. 10.

Mat. 27.

Primo eum quærit statim, nihil differt, vulnerata erat charitate in corde suo, & hoc differunt vulnera cordis, ab alijs vulneribus, quod alia ab vno effici, & ab alio curari possunt, at cordis vulnera à nullo curari possunt nisi ab eo, qui eorum causa fuit, ideo cor Mariæ curare alius non valet, quam filius, ideo cōtinuo eum quærit, quia in eo vnicū est medicamentum. Docetque nos primum omnium, si Deum perdidimus, continuo ac sine dilatione, quærere. Secundo nos docet, regredi in Hierusalem diuerso, quo venimus, itinere. Descenderat ab Hierusalem, modo ascendit. Descendens ab Hierusalem in Ierico in

Luc. 10.

cidisti

Acidisti in latrones, qui spoliauerunt te & vulnerauerunt te, regredere in Hierusalem diuerso itinere, perdidisti Deum superbia, quære humilitate, perdidisti delicijs, quære asperitate. Sic Magos per aliam viam reuersos, dicit Gregorius.

Greg.

Tertio docet nos, dolentes quærere, sic enim ait. *Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* Audi sponsam, surgam, & circuibo ciuitatem per vicos, & per plateas, quæram, quem diligita anima mea: Num quæ diligit anima mea vidistis? Qualis est dilectus tuus ex dilecto? candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Præparat se nūc Maria ad tēpus illud, in quo eū quærit vestigio sanguinis, & tertio die fuscitatum inueniet. Discamus ergo nos dolentes quærere, quem perdidimus. Si verè

Cant. 5.

nosset homo, quid amiserit, cum Deum perdidit, dolore disrumperetur. Ideo prouidit Deus, vt cum primum homo viuere agnoscat, & dolet Deum perditum, continuo eum inueniat, alias enim anima, quæ perfecte Deum nosset, si absque eo se videret, omnino periret. Sed qui Deum amisit, nec dolet, nec sentit, sed ridet, quomodo inueniet? An nō stultitia hæc summa, Deum perdidisti, & gratis id tibi datum credis, quod vt assequaris, Deum amissisti? audi quosdam Num. 11. dicentes, vt quid nos ex Aegypto eduxisti, vbi comedebamus pisces gratis? sed num gratis comedebatis pisces? an non in labore, & sudore? Simile nunc peccator pronunciat, gratis mihi hoc datum est, nihil mihi stetit, Deum perdidisti, & dicis gratis tibi hoc datum? Perdidisti Deum, dolore eum quære,

Num. 11.

sic enim Baruc ait, sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, sic iterum decies tantum conuertentes requiretis eum. Sed quomodo requiram? dolore, si dolore omnis res amissa inueniretur, nihil non inuentum esset, dole ergo, & dic confesario, Deum amisi hac de causa, & inuenies. Maxime Deus cōqueritur & merito, quod eum amiseris, nec tamen doleas, quod explicat Eze. 24. fili hominis ecce tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & nō planges, neq; plorabis, neq; fluent lacrymæ tuæ, & mortua est vxor mea, feci quæ sicut præceperat mihi, & dixit populus, quare nō indicas nobis, quid ista significant, quæ tu facis? Et dixi, hæc dicit Dominus, ecce

Baruc. 4.

Eze. 24.

ego

ego possidiam sanctuarium meum, superbiā imperij vestri, & desiderabilia oculorum vestrorum, & facietis, sicut feci, ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis, coronas habebitis in capitibus vestris, non plangentis, neque flebitis, non plorat Ezechiel, vt ostendat, eos non plorare, cū sanctuarium Dei ab eis aufertur. Sic tu amisisti Deum, nec ploras. Nolite pueri effici sensibus, monet Paulus, puer deplorat, quod domunculam luti ab eo confectā quispiam deijciat, vel pomum ei eripiat de manibus, si verò primogenitura, & maioricatus lite ab eo tollatur, nihil dolet, quia puer est, nec id agnoscit. Per similis huic peccator est, qui temporalia dolet incōmoda, Deū perdidisse nō dolet. 1. Reg. 5. dicitur Heli filiorum mors, exercitus vniuersi interitus, & nihil dolet, sed vbi nō inominatur arca Dei capta tunc moritur, quia super omnia Deum amittere deplorandum est. Illudque per agendum, quod Michæ, qui dolore, & clamoribus insequitur tribum Dan, dicens, deos, quos mihi feci tulistis, & omnia bona mea, & dicitis, quid ploras? quid tibi est? An non hoc summe dolendū, quod nobis Deus ablati sit? quere ergo Christū dolens cum Maria, & inuenies.

Sed vbi quieuerit, vel quid comederit his tribus diebus Christus Dominus, nescitur. Bernard. ait, elemosynam petiisse. Verisimile etiam est, eum, qui patris iussu in his, quæ patris erant, fuit, & ob hoc matris cibum dereliquit, à patre cibum accepisse, & sicut ductus à spiritu sancto in desertum, ab Angelis ministratum est, ita iussu patris in Hierusalem relictus cum sit, ab eisdem Angelis pastum.

Inueniunt ergo eum in templo. O si ibi ecclesiastici inuenirentur, o si ibi pueri essent in his, quæ patris sunt occupati. Basil. in exam. arma militiæ nostræ à puerilibus annis nobis exercenda sunt. Et in hac parte imitari debemus vitulos, qui antequam cornua habeant, iā incipiunt à tenera ætate se exercere in pugnā, ac si ea haberent. Ergo tu in his, quæ patris tui sunt, cura esse. Salomō nullum de filiis Israel seruire voluit, sed erant viri belatores, & ministrabant ei, non vult Deus Christianū occupari vilibus rebus, sed altissimis. Sed ais, non ne curam domus geram? ego vobis parco, ait Paul. his, qui in mundo sunt secularibus irretiti, quæ intelligit per carnis tribulationes, sed si illa in

D9

A Dei gloriam effeceris, de re omnium infima suprema efficies, quæ est diuina quædam alchimia, qua aurum ex omni fit metallo. 3. Regum dicitur, in arca solum legis tabulas fuisse 3 Reg. 8. Hebr. 9. Glossa. sa hæc concordans ait, licet hæc omnia in arca essent, sed sola lex ibi esse dicitur, quia reliqua ad legem pertinebant, nec ab ea diuersa erant, quādo secundum legis ordinem ibi erant, & sic sola lex ibi esse perhibetur. Sic ergo omnia tu facito in Dei gloriam, & in nullo alio, quam in Deo diceris occupari, & in corde tuo sola Dei lex esse dicitur, poterisque cum Christo dicere, in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Deut. Deut. 22. prohibetur, arbores in vinea esse, ne vites impediunt fructificantes, sed circum circa bene poterant esse. In corde ergo tuo, solus consistat Deus, circa cor reliqua sint, sed propter Deum. Omni ergo tentationi hæc verba respondere poteris, quid est, quod me querebatis, nesciebatis, quia in his &c. Primū verbum ex ore Christi auditum hoc est, quasi dicat, memineris, me nō solū filium tuū esse, sed & puerum, cuius negotia perficere teneor, oportet me operari omnia eius, qui misit me. Hoc verbum Christi clypeus tibi est omni tentationi, vt paruos Babylonis allidas ad petram, in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse, Pater meus Deus est, ego filius eius, factio nem Patris sequi teneor, non inimicorum eius. Væ filij desertores, qui à Deo deficientes inimicis eius adhæretis. Nec vero inter notos inuenitur Christus, quia hic est Deus, qui amicos suos præcipit exire à terra, à cognatione, à domo patris, vt se illis manifestet. Nō inter notos, quia notus in Iudea Deus, sed iam non ibi inuenitur, quia sui eum non receperunt. Nō est iā in cisterna veteri Ioseph, sed inter Aegyptios. Sic Abraham, non inter suos, sed inter alienos Pater dicitur multarum gentium. Et Ioseph à patribus venditus in terra aliena exaltatur. Et Moyses à parentibus expositus, à filia Pharaonis excipitur. Noluit aperire sponsa, & cum aperuit, iam ille declinauerat, atque transierat, scilicet, ad gentes. In Ecclesia ergo, quærendus est Christus Dominus in templo sancto suo. Nobis verò etiam non inter cognatos, & notos inueniendus, quia caro, & sanguis non reuelabit tibi: hi enim impedimento no

Aduen.

I

bis

bis esse solent diuinis rebus.

Descendit cum eis, & venit Nazaret. Præclarum socium Maria defert, bene comitatam eam dicere possumus. Hoc est præmium querentium Deum, vt inueniant cum ingenti gaudio, conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, ait Iacob ad Ioseph Gen. 46. & Thob. 3. non delectaris in perditionibus nostris, sed post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymas, & fletum exultationem infundis, secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo consolationes tuæ laticaucrunt animam meam. Sed attende, quod Maria nunquam amplius perdidit Christum. Si amisisti Deum, & rursum inuenisti, sic eum custodi, vt amplius non amittas. Sed interrogas, quomodo serua bo? Respondetur. 3. Reg. 10. lanceas aureas & scuta aurea fecit Salomon, quæ in templo collocauit, in eius custodiam. Sed ais an non ex ære meliora arma fierent in templi defensionem? bene quidem, sed hoc in mysterio factum est, vt enim Deum in corde serues, opus est charitas, per aurum significata. Sua deo tibi, emere aliquid dignum, vt locuples fias. Dilectione Dei, & eius operibus optime seruetur Deus. Sed si tanto auro locuples non fueris, sic quod Roboan, qui ea fecit ex ære, si feruorem charitatis, quo Deum conserues, non habes, salum timore, & mortificatione eum tibi serua. Sed obijcis, arma hæc graua sunt, concedo tibi quod graua sint, an non miles grauibus armis operatur, vt bellum ingrediatur? vt vitam seruet.

Proficiebat Iesus aetate, sapientia, & gratia. Vidit regina Sabba sapientiam Salomonis, & ait, vere diligit Dominus Israel, quando eis dedit regem sapientem, qui eum gubernet, & si mul doctorem, qui eum doceat. Quanto potius dicendum, diligere Deum Ecclesiam, quando Christum nobis dedit in regem, & præceptorem? Multa nobis docuit in natiuitate, & in circuncisione sua, sed his non contentus hodie alia docet. Quem admodum tuba montis Sinai crescebat, protendebanturq; sonitu, sic Christus Dominus vere mundi tuba, hodie nos docet, primum templum adire libenter, secundum, in eo manere, etiam consummatis diebus, conferreque cum doctoribus de diuinis, vt in templo

A templo non ita cito discedas, vt audias conciones, & quæ ad salutem tuam pertinent. Dixerunt, ait Augustinus coli voluerunt in diebus festis, sed nunquam in eis homines docebantur de his, quæ ad bonos pertinent mores, at in Dei templo de his edocemur. Tertium, matrem, patremque relinquere, vt in his, quæ patris cælestis sunt, sit. Quartum esse obedientem, subditumq; illis, vt tu docearis maioribus subdi. Et tandem exemplo te docet, crescere in omni bono, quotidieque proficere. Descendit in hortum suum sponsa, vt videat, an arbores, flores, fructulque parturiant, non satis putare debes, si arbor sis in horto Dei plantata, nisi crescas, flores, fructusque proferas, quia iustorum semita quasi lux splens, & crescens vique ad perfectam diem, donec sol efficiaris, crescendum tibi est. Et si omnis arbor iubetur fructum dare iuxta genus suum, cum tu arbor sis ex Dei genere, vt Pau. ait, Dei genus sumus plantata Dei manu, in horto illius eius irrigata sanguine, an non cælesti, diuinique fructum proferre teneris?

Incrementum magnū in temporalibus Deus in suis noluit. Quatuor fuere in mundo monarchiæ, quibus illæ Dei nutu datæ sunt, vt ipse ostendit Nabucodonosor, cum in Dei populo fuerint viri præclari, quibus eas committere potuit, nullam vnquam eis dedit, sed Chaldeis, Persis, Medis, Græcis, Romanis, gentibus denique. Noluit enim Deus, suos nimium crescere in mundo, sed in virtute. Arbores fructiferae vt in plurimum non nimium crescunt, infructiferae tamen supra modum. Si ergo crescere vis, imitare Christum in his, quæ superius diximus. Si vis filium tuum crescere, duc eum in templum, vt Maria Christum. Sed nunc multi dicunt, puer exercendus est in his, quæ mundi sunt, quæ si non nouerit, aptus mundo non erit. Similes hi sunt quibusdam Israelitis, qui videbant gentes filios suos sacrificare Moloc, eos igne adurentes, & bene eis videbatur, eos Moloc offerre, sed succendere non placebat, ideoque filios per ignem ducebant, vbi licet non omnino perirent, tamen aliquantum comburebantur, & ex igne illo nigri deformesque exhibant. Sic tu ais filium, filiaque meam non omnino de mundi offeram, sed transiet tantum per ignem Moloc, per facili vanitates, & deliramenta, vnde foedus nigerque procedat.

Aug. 7. de ciuitate.

Prou. 4.

Gen. 1.

Acto. 4.

Dan. 4.

Simile.

Eze. 29.

Iud.18.

cedat. Memoriae proditum est in libro Iudicum, Michæ relictam à parentibus copiosam substantiam, & idolum cum ea, putates magnū quid se ei reliquisse, idolum autē causa extitit euerfionis totius substantiæ, sic putas, si filiam comptam, ac ornata habueris, & alijs vanitatibus deditam, melius nuptum iri, deciperis multum, hoc idolum eam perdet, malus odor huius ignis eam destruet. Deo ergo offer filios tuos cum Maria.

Concio prima in Dominica secunda post Epi- phaniam.

Thema. *Nuptiæ, &c.* Ioan. 2.



Numera Ecclesiæ status tres præcipui numerantur, virginum, continentium, & coniugatorum, licet Deo omnes placeant, sed maxime virginitas, deinde continentia, postremo coniugium. Omnes hos sibi gratos Christus ostendit, honorabilesque exhibuit, virginitate in matre, continentiam in Anna prophetissa, cui reuelatus in templo est, coniugium hodierna die. Licet autem status virginis, & continentis potior sit matrimonio, potest tamen coniugatus multas virgines, & continentes excedere, merito & gratia, & sæpissime excedit. Sicut adamas natura sua excellentior lapillus est smaragdo, sed aliquando adeo imperfectus est adamas, perfectior verò smaragdus, ut preciosior hic sit illo. Cuius rei licet innumera sint exempla, illud tamē potissimum ex Augustino sumamus. Interrogat ille, quid causæ sit, quod in Ecclesia Psalmi iugiter, & tota die recitentur, nec aliquid scripturæ sic vsurpetur, & repetito canatur ab Ecclesia, ut Psalmi? Respondet, sanctos patres dixisse similem esse diuinam scripturam aule magni principis. Psalmos verò dixisse, in hac domo esse. veluti vo-

lup.

A voluptatis hortum, quia in illis omnes diuinæ scripturæ flores, & omnia, quæ gratiora iucundiora, ac dulciora sunt, continentur, atque adeo quemadmodum eo tempore, quo amantissimus est hortus, in eo diutius commoraris, quia ibi amantissimū tibi est habitaculum, ita Ecclesia maxime in Psalmis versatur, ut in horto voluptatis suæ. Sed dum in eis commoraris, attende etiam illud Psal. confitebor tibi in vasis Psalmi. Vasa Psalmos appellat, ut intelligas, cum eos recitas, vasa te Domino tuo offerre. Sicut verò vas non vacuum, sed plenum oportet dare, ita si Psalmum recitas, absque deuotione, & attentione, vas vacuum obtulisti, si vero plenum pinguedine deuotionis, vas de disti refertum potu. Sic ergo Psalmi, & reliquæ orationes nobis Deo offerendæ sūt, ut dicere possim, sicut adipe, & pingue

Psal. 78.

Bdine repleat anima mea, & labijs exultationis laudabit os meū. Psal. 62.

Sed in eo quod dictum est, Aug. iterum considerationem figit. Attende, ait, cui commisit Deus hortum domus suæ construere, cui Psalmos componendos tradidit. Præcipua hæc scripturæ pars, in qua semper comorari Ecclesia deberet, videtur committenda vel Mariæ, vel Ioanni Baptistæ, vel Euangelistæ, non sic factum est, sed Dauidi vxorato, & qui simul multis nupserat vxoribus, qui plures filios ex eis susceperat, qui regni impeditus erat negotijs, qui bellis continuis erat occupatus, ut vix è manu eius clypeus, & lancea eriperetur. Mirabile profecto, hunc virum, qui mundi rebus, ac occupationibus adeo irretitus videtur, sic secundum cor Dei fuisse, ut hortum scripturæ sacræ ei Deus committeret componendū.

C Quo vel maxime apparet, in statu matrimonij sanctissimum tibi esse licere, facileque tibi esse multas virgines superare, nec aliquo statu, vel occupatione posse te iure causari, aut dicere, impediri te à Dei obsequio, & ab his quæ sanctissima sunt, si modo velis in ijs animum non implicari tuum. Tantus profecto vir Dauid fuit, in cuius laudem Eccles. 47. dicitur, quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filijs Israel. Habent vero græca pro à carne, a salutari, & intelligitur per salutare hostia pacificorum, quæ pro salute Domino offerebat, cuius adeps solus cremabatur, pectusculum autem, & armus dexterarum sacerdotis, reliquæ carnes edebantur cum gratiarum actione ab of-

Eccles. 47.

Aduen.

I 3

feren-

Simile.

Aug.

Simile.

ferentibus. Similis ergo dicitur Dauid adipi, qui Deo sacra-
fuerat in sacrificio pacificorum, quo sign. ficatur, quod quem
admodum in eo sacrificio adeps præ carne reliqua separatus
erat, & quali sanctum Deo comburebatur, cum caro à sacerdo-
te, & laicis comederetur, sic Dauid separatus à filijs Israel etiã
iustis, & qui carnes sanctæ Deo oblatæ erant. Mirum profecto
id est, quod homo adeo sæculo deditus exterius, tã se Deo da-
ret interius, vt adeps Deo crematus fuerit. Hinc subiungit Ec-
clesiasticus Psalmorum compositionem, de omni corde suo
laudauit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum, & stare
fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit mo-
dos. Licet ergo in inferiori verberis statu, adeps esse potes
Deo, ne diffidas. Ideo hodie Christus nuptias honorat, in eis
que primum signum fecit. Hiero. eximius virginitatis laudator
matrimonium Abrahæ cum virginitate Ioannis Baptistæ con-
fert. Matrimonium Dauidis sanctum etiam extitit, & vir fuit il-
le secundum cor Dei, adepsque sacrificij.

Hic status est velut radix, & truncus arboris, sine quo reli-
qui status nõ cõsisterët. Tanquã radix ergo in terra est propter
curas, & occupationes in his, quæ terræ sũt, de quibus Pau. tribu-
latione tamé carnis habebũt huiusmodi. Vbi D. Th. id est, occu-
pationes & afflictiones terrenas. Sed addit, ego itaq; vobis par-
co, scilicet, in his, quæ mũdi sunt occupari, quia hoc necessariũ
est ad filiorum educationem. Huius vero radices rami alti sunt
virgines, & continentes. Et sicut hortulanus radici vniuersa
beneficia cõfert, & eam irrigat, circa eam fodit, ramos verò al-
tos amputat, sic omnes delitiæ mundi conceduntur his, qui nu-
bũt, virginibus, & continentibus, mortificatio, & pœnitentia
seruatur, his arcta via, & semita, his strictiores leges, his deniq;
putatio, qua superflua omnia ab eis absconduntur. Hinc Pau.
volo vos sine solitudine esse, qui sine vxore est, solicitus
est, quæ sunt mundi. quomodo placeat vxori. Nec tamen
propterea excusari debent, qui matrimonio iuncti sunt, à
mortificatione, & pœnitentia, licet enim status non eos sic
stringat, tamen necessitas maior vrget propter innumera peri-
cula, quæ imminet. Ideo Iesus & Maria in his sunt nup-
tj. Ne putes Christum à domo tua exclusum, & opera fan-

Hier.

3. Cor. 7.
D. Tho.

Simile.

1. Cor. 7.

Astitatis, quia religiosus non es. Fecit Salomon tria atria in tem-
plo forissecus, alterum quinque erat cubitorum, alterum sex, 3 Reg. 6.
alterum septem, sed omnia templo coniuncta, atque
conglutinata; quia licet in Ecclesia diuersi status sint, sed
omnes Deo coniuncti esse debent per bona opera, ideo se-
quitur.

Vocatus est autem Iesus. Quia vt vxorem conuenientem
habeas, vocandus tibi Iesus est. Notat Rupertus, vt Eva Rupertus
produceretur, immisit Dominus saporem in Adam, id est, ex Gen. 2.
tafin, qua in Deum raptus fuit, vt tibi ostendat, sic tibi ac-
cipiendam vxorem, vt primum oculos, sensusque claudens
in Deum rapiaris, ne ergo decore, aut alio, quod sensu perci-
pitur, mouearis, sed in Deum, & eius voluntatem inspicere,
B & sic tibi est quærenda vxor. Et adduxit eam ad Adam, quia
vxor bona datum Dei est, & vt matrimonium tuum sit tibi
optimum, à Dei manu tibi accipienda vxor est. Constituit eã
coram Adam, nec eum obligat, vt nubat, debet enim esse libe-
rum matrimonium, nec parètes in hoc filijs imponant necessi-
tatem.

Deficiente vino. Dubium est, quomodo vinum deficere
possit, vbi vitis est vera, quomodo bonum, & lætitia deesse
potest, vbi Deus est. Præclare Gedeon respondit Ange-
lo dicenti sibi, Dominus tecum, si Dominus nobiscum quo
modo tanta mala patimur? De hoc etiam conqueritur Pro-
pheta, etiam ne viduam, apud quã vtcunque sustentor, affixi
sti? Vbi Deus est, quomodo afflictio esse potest? Deus & rubus
C spinis referta, ac ardens, magna, & inaudita visio, nam vbi
Deus est, nihil aliud nisi gloria posse esse videtur. Respon-
det Chrysost. Duplici ratione temporalis consolatio deesse
solet, vbi Deus est. Prima, tantum bonum Deus est, vt
ille tibi merito sufficere debeat, etiam si omnibus alijs te ca-
rere sit necesse. Domum habitationis suæ Deus vacuam vult
ab omni alio habitatore, ipse enim eam implet. Non solum
arca Dagõ dejicit, sed eum penitus è domo expellit. Sic. 1.
Reg. 5. caput, & manus Dagon super limen erant quod est ex 1 Reg. 5.
transportam. Ideo Christus venit in virginem, ad stabulum,

Rupertus
Gen. 2.

Ind. 6.

3 Reg. 17.

Chrysost

1 Reg. 5.

Esai. 66. vbi nullus habitabat, super quem autem respiciam, nisi super A pauperulum, alij transferunt super vacuum. Vis Deum possidere? cogita ipsum tantum bonum esse, vt omni alio velis carere libenter propter eum, si taliter eum suscepèris, diuertet ad te libenter, qui non odit patrem, matrem, vxorem, filios, adhuc & animam suam, non potest meus esse discipulus. Quod vero impedit Dei in te aduentum, id est, quod plura vis cum eo retinere. Secunda ratio, deficit, ait Chrysol. vinum consolatio nis humanæ, vbi Deus est, quia hæc vana est, fallax, & falsa, nec coram Deo nisi verū subsistit. Vis nosse fallaciam humanæ consolationis? considera Danielis arborem grandem, cumque diuersum cogitaret rex, quem illa significabat, vocem audit dicentem, succidite arborem, dispergite fructus. An non arbor magna homo diues in domo sua? putat ille se cælum tågere nobilitate, diuitijs terram operire, fructus maximos contempletur, sicut euangelicus ille diues, qui solus cogitabat habitare se super terram, coniungens domum domui, sed ecce subito venit interitus eius, sententiaque Dei auditur, succidite arborem præcindite ramos &c. Præcipit Deus morti, corpus illius hominis in carcerem sepulture da, animam vero in infernum. Et antequam vox hæc audiatur, in medio conuiuij eis vinum deficit. Acciditque eis, quod Iong sub hederæ vmbra quiescenti, præcipit Deus vermi, & eam corrodit, & arefacit. Ecce vinum illius mulieris meretricis in poculo aureo, quem bibunt reges terre, & dum bibunt, dulce sapit, at plenum veneno est, & cum fuerit haustum, continuo intima viscera commouentur. Non immerito nos admonet Sapiens, ne intuearis vinum, quando flauescit, quando splendet in vitro color eius, ingreditur blande sed in nouissimo mordebit vt coluber, & quasi regulus venena duffundet. Ideo expergiscimini ebrij, & omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quia auferetur de ore vestro. En vinum defecit in mundi conuiuijo.

Præterea *deficiente vino*. Non solum peccatoribus vinum deficere solet, sed iustis solent aliqua terrena deficere, in quibus peccatores abundant. Si peccator es, & cuncta tibi prospera succedunt, vinum redundat, mali signum id est. Hoc enim illud est Amos. 5. qui subridet vastitatem super robustum & depopu-

Amos. 5.

A pulationem super potentem agit, quid est subridet vastitatem? Sanè minister insensatus videns herū subridentē, putat bonū signum esse, iamque placatum Dominum putat, sed minister intelligens illa subrisione agnoscit animum Domini iratum, cito effulurum indignationem, magni enim viri cōtumelijs provocati iram risu quasi dissimulant, vt est apud Virgilium, & Homerum. Cum ergo in peccatis existens videris tibi prospera succedere, videtur Deus tecum ridere, sed subridet, continuo vastitatem super te missurus. Illa verò Dei dissimulatio etiam eo tendit, vt bona aliqua, quæ hic egisti, hic etiam præmio afficiantur, quia in æternum illud non merentur. Sic ad Ezech. Dominus ait, nihil dedi Nabucdonosori pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus Tyrum, ideo dabo ei regnū AEgypti, & obstetricibus AEgypti domos Dominus edificat. pro misericordia in Hebræos exhibita. Et Romanis imperiū cōcessit, vt moralibus eorum virtutibus præmium aliquod daret. Et. 4. Reg. 7. Iehu promittitur regnum in quartam generationem pro obsequio Deo præstito, cum enim in retributione iustorū his danda non sit retributio, hic datur.

Vinum non habent. Multi misericordes esse possent in re publica, etiam si non possent ipsi pauperibus erogare eleemosynam, si vel saltem monerent diuites, ac potentes de pauperum miserijs. Id modo exemplo suo Maria nos docet, si ergo opere nihil potes, verbā, ac intercessionē præbe, potentes admonens de pauperū indigentia, quibus multum poteris inopes iuuare.

C *Quid mihi, & tibi est mulier?* Maximam ingerit dubitationem hæc Christi responsio, quæ dura videtur. Exponitur verò à sanctis dupliciter. Primo, quid ad te, & ad me, spectat vini defectus, qui solum inuitati sumus? Secundo, quid mihi tecū est? quod magis accommodum est Hebræo idiomati. Sicut illud. 2. Reg. 16. quid mihi, & vobis filij Sarui? vt cunque verò accipiat, durè sonat. Est ne aliquid reprehensione dignum in Maria, vel in Christo? Dico ergo primo, non acerbè hic Maria tractatur verbis, cum operibus, & miraculo præstito conestetur, quod etiam facile apparet in spectis his, quæ Maria dixit, in quibus summa eius fides, spes, & charitas, & modestia elucet, fides, cum primum ostenditur, quia nullo ante facto

miraculo primum hoc summa fide exposcit, nec verbo **A** duriore deficit, sed fidenter ministris dicit, quodcumque dixerit vobis, facite, nec pluribus Christum vrget verbis, sed vnico repræsentat penuriam, omnia filio relinquens, & committens. *Vinum non habent.* Quasi dicat, nihil opus est à me sapientissimum admoneri, vides ipse defectum, quid faciendum tu nosti. Charitas etiam Mariæ maxima elucet, cum enim ad illam remedium non pertineret, quia inuitata, ad huc curat vt proprium, quod alienum est, verè talis fides non erat in Israel. Simul etiam ostendit summam obedientiam, quam non exemplo solo, sed verbo omnibus sæculis commendauit dicens, quodcumque dixerit vobis facite, quasi dicat, qui ad cælestes vocati estis nuptias, & patrem **B** audistis dicentem. Matthæi. 17. ipsum audite, modo accipite aliud matris præceptum, omnia, quæ dixerit vobis, facite, non solum audite, & magnificite, sed opere facite, ille enim cepit facere, & docere, nullus ergo de sola fide gloriatur.

Matth. 17.

Acto. 1.

Origen.
August.
Metaphr.

Prou. 31.

Galat. 4.

Gene. 3.

Sed vbi in Maria omnia talia, vt diximus, fuere adeo absoluta vndique, quomodo durum verbū audit, quid mihi, & tibi est mulier? Et primò verbum mulier asperum videtur, cum non eam dicat matrem. Respondetur primo cum Origen. & August. nomen hoc sexus est, quod etiam virginibus conuenit. Notat Metaphrast. in sermo de vita & dormit. Mariæ, bis in Euangelio Mariam mulierem dictam post Christum natum, octies verò matrem Iesu appellatam. Sed ad **C** singularem Mariæ laudem hic, & in cruce ab eo dicitur mulier, sicut enim se dicit filium hominis, id est homo per excellentiam, sic Maria mulier dicitur per excellentiam quasi illa mulier rara sit, quam ardenti desiderio Salomon exquirebat in Prou. mulierem fortem quis inueniet? Et ideo Paul. de ea semel loquutus, eam mulierem dicit, factum ex muliere, quia sicut ab alia muliere initium peccati, sic ab hac muliere iacitium boni est. Hoc ergo nomine ostenditur, hanc esse in signem mulierem, de qua scriptum est in Gen. inimicitias ponam inter te, & ipsam, & ipsa conteret caput tuum.

Cum ergo eam mulierem Christus dicit, ornat eam maximo titulo, quia est mulier non quæcumque, sed illa excellentissima

A tissima, quæ contriuit caput serpentis, quæ desiderata à Salomone, quæ erat futura mundi remedium. Vnde statim ea vocata muliere dicit, consumatum est, quia semen huius mulieris debebat negotium mundi consummare. Mulier etiam dicitur à significatione, quæ est molliens virū, quia hæc Deū molliuit, hæc primum miraculum hodie impetrat, hæc impetrauit eius à cælis à terra descensum.

Mat. 27.

Sed verba sequentia adhuc durè sonant. *Quid mihi, & tibi?* Cynil. lib. 2. in Ioannem, Chrysolom. homil. 20. in Ioan **Cyrilus** nem contrarium colligunt, scilicet, reuerentiam, quam filius **Chryf.** matri debet, exemplo eius, quam hodie Christus præstat. **Maximus.** Maximus homil. 1. in festum Epiphaniæ, & Gaudentius tractatu. **Gaudenti.**

B 2. dicunt, Mariam spiritu prophético afflatam petiisse vinum, & ministris dixisse, *quodcumque dixerit vobis facite.* Quibus verbis patet, illi duram responsonem non fuisse, cum secura de miraculo fuerit. Sed quomodo verba ista aspera non sunt? Audi Iustinum philosophum, insignemque martyrem in lib. **Iustinus** quæstio. quæstione. 136. interrogat, an liceat parentes aspernari, & respondet omnino non licere, sed obijcit, videtur Christus aspernari, cum dicit, quid mihi, & tibi? respondet, sentus est, nostræ curæ nõ est, nec ad me, vel ad te pertinet, si vinum deficiat, si tamen ex singulari tua charitate vis, ne deficiat vinum, dic ministris, vt quæ dixero, faciant, non igitur verbis matrem increpuit, quam operibus cohonestauit, hæc Iustinus. Quod verò additur. *Nondum venit hora mea.* Sic est accipiendum, licet tempus miracula patrandi nondum venerit, tamen propter te, & petitionem tuam, faciam miraculum ante tempus constitutum, cum non sim alligatus tempori, quia miracula alia non fecit vsque ad Ioannis incarcerationem, sed quia Mariæ nihil negari potest, propter eam hoc præuenit miraculum.

C Augustinus explicat, nondum venit hora mea, in qua me ostendam filium tuum, in cruce, scilicet. Alij vt Chrysolomus nondum apparuit necessitas, quæ est tempus faciendi miracula. Et tandem Richerius libro. 3. de laudibus virginis capit. 19. ait, increpata Maria non est, quia omnis expers culpæ, quod filius manifestauit, faciens

Iustinus

Aug.

Chryf.

Richerius

quod

quod petijt, nec enim faceret, si male peteretur, sed propter nos responsio illa data est instruendos, primum non à matre accepisse, vnde miracula faceret, sed à patre, vnde se Deū ostendit, secundum ne in spiritualibus agendis parentum curam geramus, nec ad eos nimium afficiamur, sed solum Dei spectem⁹ gloriam.

Sed secundum legitimum sensum, quo Christus significat quid mihi, & tibi, id est, quid mihi tecum est, est enim hebræa phasis, cum duo datiu media coniunctione ponuntur, id significare vt Ioel. 3. veruntamen quid mihi, & vobis Tyrus, & Sydon? & Matth. 27. nihil tibi, & iusto illi, & Mat. 8. quid nobis, & tibi Iesu filij Dei, pro quo nos dicimus, que me quieres, vel que tienes tu que ver conmigo? sic ergo accipiendo, communis expositio est, hoc miraculum non secundum naturam quā à te accepi facturum sum, sed secundum diuinitatem, in qua nihil mihi tecum commune est, & ideo te nunc non agnosco, quando vt Deus operaturus sum, quando vero secundum humanitatem, quam à te habeo, patiar, tunc te agnoscam in cruce & discipulo te commendabo, ideo subiungit, nondum venit hora mea, id est, hoc passionis tempus, quando te agnoscam, ita Augustinus Beda. Diuus Thomas Lyra, & interlinealis. Dicendum ergo, verba hæc dura non fuisse, quia in verbis non tantum attendendum est, quid sonant, sed quo vultu, & quomodo proferantur, nam eadem verba diuerso modo prolata, & iracundiæ, & amoris esse possunt, vultus ergo, & vox tollunt illam ambiguitatem. Hæc ergo verba dixit matri Christus vultu hilari, & dulcissimo, qualem semper cum matre habuit, ac si diceret. Quid properas? sine modo paululum, faciam, sed tempus commodius expecto, agnouit Maria filiū annuisse suis precibus, ex eo quod ministris dixit, quodcumque dixerit vobis facite. Quod verò sibi annuerit, nō ex verbis colligitur, ergo collegit Maria ex vultu, & modo dicendi, expectauit verò, ait Chrysof. vt defectus vini manifestaretur, vt miraculum esset clarius.

Sed vltimo dicamus, Mariam hic dure tractatam, atque à filio reprehensam in maximum nobis commendandum mysterium. Quod tanta est in nos Mariæ charitas, & beneuolentia,

vt

A vt videatur reprehensione digna. Deum à sanctis reprehensum propter ineffabilem in peccatores misericordiam sæpe audiui in scriptura. Iam diuina misericordia dicitur excessus Dei, iam propter nimiam charitatem suam, iam multus ad miserendum, iam vino inebriatus, iam obiurgant illum prophætæ, vt Ionas, & Habacuc. quare non respicis contemptores, & taces deuorante impio iustiores se? & Psal. vsque quo peccatores Domine, iam de hoc murmurant, qui prima hora venerūt iā filius senior irascitur. Ad quid hæc omnia in scriptura inducuntur? num in Deo culpa? nunquid reprehensione dignum? absit, sed vt tanta significetur misericordia, vt limites excedat humani iudicij, & superabundans videatur, vt ergo eius magnitudo declaretur, licet sit iustissima, de ea tamen, vt de reprehensibili solet loqui scriptura. Simile hodie Mariæ cōtigisse videtur, tanta eius in nos misericordia, cura, charitasque vt oret pro omnibus, etiam ad eam non pertinentibus, etiam pro profligatissimis, cui Christus, quid ad te, & ad me de his, qui inimici sunt? Quasi eam reprehendit Christus, non quod reprehensibile illa præstiterit, sed vt maxima, & superabundans eius in nos cura demonstraretur. Quia hæc est illa sponsa Isaac, que non solum homini, sed & camelis potum tribuit, & in hoc dignoscitur Dei sponsa, si peccatores omnes recipiat, si etiam eos, qui longe sunt, trahat. O vnicū hominum refugium, si superatus fuerit ab inimicis populus tuus, peccaturus enim est tibi, & conuersus orauerit in domo ista, tu exaudies de cælo, & reduces eos in terram suam: tu ò beata virgo templum hoc es,

C ò ergo vnica spes nostra salue, tu quæ anteueris miraculorum tempora, fac vt ante tempus recipiamus à filio tuo, quæ propter nos non meremur, te enim præsentem factum est, vt vsus rationis acceleraretur ante tempus Ioanni Baptistæ, te petente ante tempus miraculum hoc factum est, te ergo petente donentur nobis continuo, quæ in longum erant tempus differenda,

Implete hydrias aqua. Refert hic Iansen. ex Epiphanio hoc die aliquos fontes manasse vinum pro aqua in tanti miraculi recordationem. Versa aqua in vinum est, quod miraculum prognosticum fuit eius, quod Deus cū suis facturus est, ibi sicut enim aqua

Ioel. 3.

Mat. 27. &

8.

Aug. D. Th.

Beda. Lyra.

& interlin.

Chryf.

Haba. 1.

Psal. 93.

Mat. 20.

Luc. 15.

Gen. 24.

3. Reg. 8.

Iansen.

Epiphan.

aqua in vinū, vertitur contra reprobis vinū in aquā, his duobus A
vniuersa constat scriptura. A qua enim tribulationum iustorū
in vinum vertenda est consolatio, contra vinum consolatio
num improborum in tribulationis aquas vertendum. Ezech.
39. egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent
& comburent arma, clypeum, & hastas, arcum, & sagittas, ba-
culos, & contos, & succendent ea igne septem annis, & non
portabunt ligna de regionibus, neque succident de saltibus,
quoniam arma succendent igne. Modo ignis succenditur tri-
bulationū in arboribus iustorū, sed postea peccator, qui arma
fuit diaboli, lignū erit, quo ignis inferni succendatur. Vt ergo
omnis iustus confidat, aquas tribulationis eius in vinum con-
uertendas, hoc primum miraculum operatur.

Præterea. *Implete hydrias aqua.* Timoris, vt vino gratiæ, B
& charitatis impleamini. Hoc vinum ab eo accipere debemus,
qui ait, ego sū vitis vera. Vidit tres propagines pincerna Pharao
nis & ex altero eorum vinū Pharaoni exprimebat, tres propagi-
nes tres sunt personæ diuinæ, à quibus procedit vinum gratiæ,
sed singulari ratione ab vna propagine vinum hoc colligimus,
à Christo, scilicet, qui hanc nobis dat & meretur, per quem ha-
bemus gratiam, & redemptionem restituti vt pincerna in era-
dum pristinum. Sed primum, ait Christus, implete hydrias
aqua timore, scilicet, cuius defectu innumera peccata inun-
dant. Ideo Plalm. confige timore tuo carnes meas. Chrylost.
quis tenebit equum ferocem, nisi timoris freno? iste est fortis
armatus, ait Bernar. custodiens atrium suum: replendi ergo su-
mus hoc timore. De Christo ait Esa. replebit eum spiritus timo-
ris Domini. Sed hūc timorem, cum seruilis est, vertit Chri-
stus in vinum amoris, cum perfecta charitas foras mittit timo-
rem.

Præterea. *Implete hydrias aqua.* Gregor. homil. 6. in Ioan-
nem, etiam si stultum id videatur, & vino efficiendo contra-
rium, vt hinc discas Christi mysteria. Sicut aqua illa verbo
Christi versa est in vinum, sic ex vino fit sanguis Christi, ver-
bo Christi accedente, nec curiose inquirendum, vt quid
aqua infunditur? quodcumque dixerit vobis facite, quia quod
stultum videtur, mysteriū est grāde. Sic Naaman iussus mergi

A in Iordane, ait, vt quid hoc? nōne meliores fluuij Syriæ? nō ag-
noscebat vim, quæ erat in prophetæ verbis, quā obediens exper-
tus est. Sic in Baptismo, quæ est ista tanta virtus aquæ, vt corpus Aug.
tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo, ita in reliquis est sacra-
mentis, quibus verbo virtus diuina additur. Similiter te habe-
re debes cum Deo, in omnibus his, quæ de te voluerit, subijce-
re illi, & quo voluerit dirigere perge, licet tibi appareat minus
conueniens, nihil vino magis aduersum, quā aqua, & hac Deus
vinum conficit, tibi videtur incongrua infirmitas, paupertas,
Deus tamen perficiet opus suum, quo illi placuerit medio.

Quodcumque dixerit vobis facite. Primum, quod à Dei spon-
sa petit Plalm. est, audi filia, & vide, ne sis velut aspis surda obtu-
rans aures suas, quæ non audit vocem incantantium, audi vo-
cem cælestis incantatoris, fietque in te quod in incantata aspi-
de, quæ nulli nocet, sic qui diuino verbo incantatus est, nulli
est nocuus, nullum mordet, aut lædit, videt, ac si non videret,
habet vxorem, quasi non habens. Audi ergo Christi vocem, &
esto ei quasi concha se aperiens rori cælesti, & eum cum colle-
gerit, clauditur, fiuntque in ea margaritæ, sic suscipe in te Dei
vocem, & omni bono plenus eris. Audite audientes me, & co-
medite bonum, & delectabitur sicut in crassitudine anima ve-
stra, inclinate aurem vestram, & venite ad me, & feriam
vobiscum pactum sempiternum Esa. 55. Sed quod
hoc pactum? tu eris mihi sponsa, ego spon-
sus tuus, dilectus meus mihi, &
ego illi, &c.

Psal. 44.

Psal. 47.

Esa. 55.
Cant. 2.

Cencio

Ez. 39.

Ioan. 15.

Gen. 40.

Psal. 118.

Chryf.

Bernar.

Esa. 9.

Gregor.

2 Reg. 1.

Concio secunda in Domi- nica secunda post Epi- phaniam.

Thema. Nuptia facta, &c. Ioan. 2.



RIMVM Christi signum hodie factum Ioā. testatur, & Mariæ oratione factum est, ostendit ergo hodie Maria duo, primum misericordiam in nos, voluntatemque nostris necessitatibus accurrendi, secundum potestatem, qua efficaciter obtinet, quod nobis velit accurrere, misericordia eius certos nos facit, quod possit, dignitas matris ostendit. Huic matri dictum verè est, quod Salomon dixit, pete mater mea, nec enim fas est, ut auertam faciem tuam, eius ergo intercessione gratiam nobis concedi exoremus.

3. Reg. 2.

Basil.

Mat. 19.

Basil. de abdicatione rerum ait, qui vult omnes saluos fieri Deus, diuersos instituit status, vt omnibus prouideretur remedium facile salutis, vt si tibi hic non congruit, altero possis facile vitam ducere. Et cum virginitatis status altior sit, & difficilior, de quo proinde Iesus dixit, qui potest capere, capiat, noluit ad tantam difficultatem quempiam obligare. Solet quidè Dñs, aliquid difficile petere, vnde graua quèdā hominibus offert discrimina, quibus hominem probat, vt nō absq; difficultate cælū petatur, sed ad perpetuas vincèdas quæ in statu virginū sunt, obligare noluit. Matrimonium ergo cōcessit, quo hominū species propagare, & fragilitati hominū prouisū esset, qui non se possent cōtinere. Ipse ergo primū matrimonium instituit in paradiso, quod postea cōsecrauit in sacramentū, & est eximium sacramentum in significatione, significat enim vnionem verbi cum humanitate, & Ecclesia, vt Pau. ait, sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Cum enim status

Eph. 5.

A status hic multum habeat ex his, quæ ad mundum, & carnem spectant, voluit illum spiritualem reddere, sacramentum instituens, & cum plura habeat impediencia viam spiritus, voluit in eo gratiam dare, qua spiritualiter in eo vita duceretur, & impedimenta vincantur. Gregor. est quædam via plana, facilis, in qua obstaculum nullum est viatoribus, est alia difficilis inter vepres, & ramos, in qua impedimenta sunt, quæ viatores detinent, & aliquando vulnerant. Via quidem virginum plana, & sine impedimento, coniugatorum verò plena impedimentis. De quibus Paul. 1. Corint. 7. tribulationē tamen carnis habebunt huiusmodi. Vbi D. Tho. per carnis tribulationes intelligit occupationes in temporalibus, sollicitudines, curasq;. Contra omnia ista impedimenta sacramentum instituitur, quo **B** gratia confertur, & vt in sacramentum consecraret, venit Christus ad nuptias, quia virgo viam in cælum agit, sed equo vinctus, facileque plus itineris conficiens, sed vxoratus quasi pauper, qui oneratus filijs, & vestibus pedibus iter agit multo labore, & sero deueniet hospitium, cælum quidem veniet, sed oneratus, lassatus, & multa cum difficultate, à qua ne vincatur, gratiam in sacramento recipit.

Greg.

Simile.

1 Corin. 7.

D. Tho.

Simile.

Sed vt his qui matrimonio iunguntur, ostendatur quomodo se in hoc statu habere debeant, regulas ex Euangelio, colligere licebit, scilicet, vt fiat matrimonium in Chana Galileæ, adsit Christus, & Maria, & discipuli: Quæ vt commodius intelligantur, & optimum proponatur exemplum his, qui matrimonio iuncti sunt, attendendum est, qualiter se Christus Dominus habuerit in duobus matrimonijs, in quibus ipse sponsus est, quorum figura est humanum coniugium, atque adeo illa debet imitari, vt perfectum sit.

Primum Christi matrimonium celebratum est in virginis utero, cum verbum diuinum humanitati nostræ in supposito vnitate copulatum est, quod aliqua ratione matrimonium dicitur, propter naturarum conuenientium diuersitatem licet persona vnica sit, secundum fuit cum Ecclesia, quæ congregatio fidelium est, quod celebrari cæptum est eodem tempore quo primum, sed perfectum in cruce est, cum dixit, cōsummatū est. Videndum ergo nobis est, quomodo se in his Aduen. K habuerit

Matth. 27.

habuerit coniugis Christus Dominus, inde enim quasi ex exemplari colligere debent, qui matrimonium contrahunt, qualiter se habituri sint.

Et primum omnium intentio, finisque illarum desponsationum, & quod impulit, vt desponsaretur, non fuit sponfarum nobilitas, pulchritudo, aut diuitiæ, quæ in sponsis nullæ erant, nec verò delectationis, & dulcedinis desiderium, quoniam his desponsationibus, id non est assequutus, sed crucem, sed dolores, sed opprobria. Intendit ergo filios procreare in gloriam, & honorem patris sui, patriarchas, martyres, virgines, confessores, & dum in cælum redeat, duabus turmis filiorum congregatis, sanctorum, scilicet, ex veteri, & nouo testamento, vt alter Iacob, qui dicit, ecce regredior cum duabus turmis, faciles ei apparent labores omnes, quos pertulit, nec solum seruit quatuordecim annis vt Iacob, sed triginta tribus, & denique vsque ad mortem, & multo plures laborasset, si opus esset, ò maximus amor sponsi, si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & misit Deus filium suum factum ex muliere, vt adoptionem filiorum reciperemus, vt talis in mundo generatio esset, quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob, voluit humanæ naturæ, & Ecclesiæ desponsari, & vitam profundere non dubitauit, hic finis, hæc intentio desponsationum Christi fuit.

Sed videamus vnionem, dilectionem, huiusque opera cum sponsis. Vnio summa est cum natura humana, maxima post illam, quæ est in trinitate, maxima cum Ecclesia, vt vna sit cum ea caro, vnus spiritus, amor inexcogitabilis, qualis vniuerso libro Canticorum exprimitur, & opera illum satis testantur, cum enim in sponsis non esset aliud, quam dolores, & miseræ, spiritus vero ornatus esset infinitis perfectionibus, sic tamen sponsas dilexit, vt earum dolores, miserias, & paupertatem assumens sibi, illis contulerit diuitias suas opera, nobilitatem, pulchritudinem. Perpice an hæc fecerit, & primò cum prima sponsa humanitate, scilicet, dilexit eam, sibi que vniuit vnitate suppositi, & omnia infirma, quæ eius sunt, sibi assumpsit, de eo que vsurpantur, eique tribuuntur, sicque dicimus, Deum passum, crucifixum, flagellatum &c. contra omnia, quæ spiritus si sunt

A si sunt maxima de sponsa dicuntur, sic dicitur homo Deus, adorandus ab Angelis, creator cæli, & terræ, tanta enim vnitas eius cum humanitate est, vt idiomatum sit communicatio. Cum secunda verò sponsa similiter ac cum prima se habet suo ordine, Christus enim dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt exhiberet sibi gloriosam, Ecclesiam, non habentem maculam &c. mortuus est, vt illa viueret, pauper factus, vt eam ditet, sanguinem fudit, vt lauaret eam, eius macula accepit, vt sua ei bona tribueret, & qui eam tangit tangit, pupillam oculi mei, ad eam mittit omnes administratorios spiritus, dulcedines, deliciasque cælestes, ecce finem desponsationis Christi, ecce vnionem, amorem, & opera eius cum sponsis suis.

B Hoc exemplari ob oculos posito, facile erit nosse, quale debeat esse matrimonium inter fideles, si enim illud figura est matrimonij Christi, illud per omnia debet imitari. Sicut ergo Christus non intendit sponsæ pulchritudinem, ita fidelis cum vxorem ducit, intendere non debet præcipuè speciem, ac decorem, sicut fecerunt filij Seth ducentes in vxores filias Cain, sicut scriptura dicit, videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt vxores ex omnibus, quas elegerant. Nec verò intendere debet delectationem, vt septem viri Saræ filię Raguelis, propter quod in eos dæmon potestatem habuit. Sed intendat generationem filiorum Deum timentium, ac colentium, sicut intendit

C Tobias Angeli monitu, & sancti patres, quam doctrinam Tobix Raphael longe diseruit, & eo factum est, vt dæmon contra eum nihil agere potuerit. Deinde coniugum dilectio similis esse debet Christi dilectioni in Ecclesiam, & humanitatem suam. Ephes. viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, iam non sum duo, sed vnacaro, ait Paul. illudque colligit ex illis verbis, sum duo in carne vna, vnde debet diligere vxorem tanquam se ipsum. Qua ratione non seorsum familiam condidit Deus, sed ex viro eam desumpsit, vt eam diligeret tanquam partem sui, & nos. Ad eam

Eph. 5. 1

Zacha. 2.

Gene. 5.

Tob. 3.

Tob. 6.

Eph. 5.

Gene. 2.

Eua.

Gen. 32.

Esa. 53.
Gala. 4.

Psal. 23.

Ephes. 2.

1. Pet. 3.

Ephes. 5.

Euæ datur, vt nouerit vir fortitudinem suam communicare mulieri, & fortitudine virili mulieris infirma portare. Mulier verò tanquam caput virum reuereri debet. Ideo Paulus, mulieres subditæ sint viris, sicut Domino, quia vir caput est mulieris. Vnde Pet. sic ornabant se sanctæ mulieres, vt Sara, vocans Abraham dominum suum. Multis nobilibus mulieribus nunc mos est, viros dominos vocare, vsus est scripturæ; primū à Sara vsus habitus, & à Petro laudatus. Sicut ergo Christo subiecta est Ecclesia, ita mulieres subditæ sint viris suis in omnibus Ephes. 5. Filij etiam educandi sunt in Dei timore, qui finis coniugij est. De quo innumeratum dicta, tum exempla in scriptura diuina reperies passim. Quæ omnia vt recte fidelibus præstari possint, maximum beneficium in lege gratiæ concessum hominibus est, dum matrimonium sacramentum à Christo est institutum, quod digne suscipientibus gratiam confert, vt castitas seruetur coniugalis, mutuaque fidelitas, & amor, & educatio bona filiorum fiat. Qui vero hoc sacramentum in mortali peccato recipit, hanc non accipit gratiam, imo mortaliter peccat, estque sacrilegus, ideo optimum est consilium conuerti ante desponsationem. Verum tamen est postea recedente fictione gratiam huius sacramenti dari.

Ex dictis sequitur, qua ratione multa infausta sint matrimonia, & in eis vinum deficiat lætitiæ, nec fidelitas seruetur, nec amor, nec filij educati sint, vt decet, quia nuptiæ tuæ factæ non sunt in Chana Galilæe, non in eis Christus fuit, non intentione debita nuptias ingressus. Chana zelum significat. Galilæa transmirationem: matrimonium ergo in Chana Galilæe fit, cum ea intentione nupsisti, eo zelo, vt filij præcreentur, qui à terra in cælum transmigrant, cum sit Dei amore, & gloriæ eius desiderio, & in Galilæa, id est, trasmigratione matrimonium contrahit, cum qui habeat vxores, tanquam non habentes sunt. Si verò nupsisti tanquam equus, & mulus, vt libidini vaces, & Deum à tua mente repellas, quid mirum si Asinus in te potestatem habeat, quod sonat dissipator, si nupsisti vt filij Seth propter pulchritudinem, quid mirum dicat tibi Deus, quod illis dixit, non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, & quod ex hoc matrimonio gigantes oriantur, vt olim,

1. Cor. 7.

Gen. 6.

qui

A qui rem publicam turbent, & perimant.

Si etiam non vocasti Iesum, & Mariam, si causam istam cū Deo non tractasti oratione, sacrificijs, & eleemosynis, sed solum cum amicis, & consanguineis, quid mirum si tibi non ex voto succedat? Hinc Sapiens, domus, & diuitiæ à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens. Et Ecclesiast. pars bona mulier bona, & dabitur viro pro factis bonis, tu verò, vt tibi bona mulier detur, non à Deo obtinere factis bonis, sed vanitatibus, vestibus, nutibus id te assequuturum credidisti, illa verò, vt sibi acquirat virum bonum, putat sibi exterminandam faciem vnguentis, quid mirum si innumera veniat incommoda? Sic nupsit Esau cum ijs, quæ offendebant patris, & Rebecca oculos. Quam aliter Abraham, & Eliczer, vt sponsam conuenientem accipiant Isaac, orant Dominum, & mulierem piam, & misericordiam exercentem querit Eliczer, & datur ei Rebecca, id est, impinguata. Si tu ergo à Domino vxorem petis oratione, dabit Dominus impinguantem domum tuam, si Deum ducem haberes, & Angelum eius in via tua & desponsatione tua, vt Tobias, concedet tibi vxorem optimam, si vt Dauid præliareris prælia Domini, concederet tibi Deus filiam regis in coniugem, si in operibus optimis exercitatus vinceres Gariatsephar, reciperes Axam in vxorē Iud. 1. cui irriguum datur superius, & inferius.

C Sed forsitan ais, nupsiam, non vt debui, & ideo deest vinum mihi, nunquid remedium non est? est certe, vt ergo aquæ in vinum vertantur tibi, vt omnis dolor in consolationem, fac, quod Maria præcipit ministris, quodcunque dixerit vobis facite, Ecclesiastes qui custodit præceptum, nõ experietur quicquam mali. Si christianam institueres nunc vitam cum omni domo tua, omnia tibi prospera essent, ad te enim respiceret sententia illa, dicite iusto, quoniam benè, nihil enim infaustum & infœlix iusto euenit. Amico tuo aliquando congaudes, & fausta acclamas, vulgo dicitur, *dalle el para bien*, aliquando verò cum eo contristaris, & de infaustis doles, vulgo dicitur, *dalle el pesame*, sed iusto cum nihil infaustum sit, semper dicitur ei, quoniam benè, *siempre le da el para bien*, etiam cum patitur, etiam cum moritur, quoniam preciosi eius labores, preciosa &

Aduen. K 3 mors.

Prov. 19.

Eccle. 26.

Gen. 27.

1. Reg. 17.

Iud. 10.

Eccle. 4. 8.

Esai. 30.

mors. Si iustus es multa accident tibi mala, tibi sapius filius. A inobediens est, quia tu patri tuo Deo non obedis, cum malum exemplum filijs ostendas, illos bonos esse desideras? nec lac, nec cibus sic in eius vertitur substantiam vt patris exépla, quæ filijs intimis herent visceribus, si mala verba, prauaque opera in te vident, peruerso cibo, potuque quid boni in eis esse poterit?

Dan. 13. Audi quid de Susana scriptura loquatur, erat timens Deum, parentes enim illius, cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem, sicque illa adeo casta fuit, vt dixerit, melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Dei mei, optima profecto responsio omni tentatio ni, sic eam liberavit Dominus, & aquam laborum & tribulationum eius vertit in vinum lætitiæ & honoris. Quod verò de matrimonio statu dictum est, verum etiam habet in omni alio statu quia enim sine diuino consilio, nec recta intentione statum tuum ingressus es, inde vniuersa mala tua procedunt. Si enim sacerdos Dei zelo, & amore sacerdotium ingressus esset, vnus regno integro sufficeret, obisteretque diuinæ iræ, & igni, vt Aaron, & Samuel, modò vero tales sunt sacerdotes, non qui iram Dei mitigent, sed potius prouocent, quia sacerdotes facti sunt, non vt Deo placerent, & ab his, quæ mundi sunt, fecernerentur, sed vt ambirent honores, vt Alcimus, Anas, & Caiphas, vnde mirum non est, vobis ea contingere, quæ illis. Eo corde deberes sacerdos ordinari, quod ore protulisti, vsurpans David verba, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, pars mea Deus in æternum. Tu vero sacerdos factus es vt comedas, & bibas, sicut filij Heli, Ophni, & Phinees, quid miraris, si Deum habeas iratum? Vis sacerdos fieri, nec inspicias, an donum habeas orationis, & castitatis, vis ædificare templum Domini, cum nec domum tuam ædificaueris, nec scias fundamenta ponere, nec ædificata armis propugnare, vt faciebant re ædificantes templum. Vis officium Moyfi, nec tamen tabernaculum separatum habere ab alijs, Aaron esse, nec tamen laminam auri habes in fronte nomine Dei sculptam; quid miraris si deest tibi vinum, imo si verum sic in fel aspidum? Et tandem si in status tui laboribus non ad Deum accedis, vt modò Maria, sed ad Pythoniã, vt Saul, quam

Psal. 15.
1. Reg. 1.

2. Esd. 4.

1. Reg. 17.

A quam speras consolationem? quod vinum nisi quod Saul, quod Ochozias consulens Acharon? Si ad Deum accederes cum Psal. ad dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me, verteret aquam tuam in vinum.

4. Reg. 1.
Psal. 116.

Vocatus est autem Iesus. Tales esse debet fidelium nuptiæ, vt ad eas vocari Chrs posset. Auderes ne tu ad tuas eum vocare nuptias? minime quidem, tot enim in eis profana tot peccata, tot excessus, vt coram Iesu ea agere ne utiquam auderes, vbi enim Iesus, omnia modesta, ac temperata esse oportet, alias inter te & Iesum non conueniret. **Amos. 3.** nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? quasi dicat non conuenit mihi vobiscum, quia legem meam violatis, ideo non ambulauimus, nec erimus simul, ideo rejiciam vos. Ideo cum sanctis esse, & ambulare dicitur Deus, quia eorum consentiunt voluntates **Iosue 1.** sicut fui cum Moyse, ita ero tecum, non te deseram, neque derelinquam **Gen. 5.** ambulauit Henoc cum Deo, & in cap. 6. Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. Sic tibi peragenda omnia, quæ ad matrimonium pertinent, quasi præsens esset, & vocatus Iesus hi vocauerunt eum ad nuptias, quia ante sacramentum non erant, vocari necesse fuit, modo vero cum sacramentum sunt, ipse adest non vocatus.

Amos. 3.

Iosue 1.
Gen. 5.
Gen. 6.

Vinum non habent. Iam incipit Maria officium suum peragere, quia mediatrix est omnis boni nostri, & tanquam mater omnium, quæ ad filios pertinent, curam gerit. Sed interim attende dæmonis astutiam, suadere conatur, in Dei conuiuio vinum deesse, in suo vero abundare, hacque persuasione conuiuas omnes ad se trahit. Si à te interrogem, cur dæmonis domum petis? cur eius conuiuium frequenter respondes, videatur mihi vita hæc dulcis, ac læta, contra Dei conuiuium asperum apparet, & sine dulcedine. Sed quod insignis hæc falsitas sit, ostendendum est, videndumque in Dei conuiuio vinum esse principio bonum, in fine verò optimum, excellentissimumque, contra in dæmonis conuiuio principio malum, sed in fine pessimum, & fel draconum vinum eorum. Sed vt hoc intelligas, te, si modò animalis sis, rectum huiusce rei iudicem nequam quam esse scito. **Audi Paul. 1. Corint. 2.** animalis homo. **Cor. 2.**

non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur, spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Quo loco **D Tho.** ait, cum anima sit actus corporis, animalis ille dicitur, qui alligatus corpori corporea solum percipit, & eis solis afficitur. Ideo Iudas Apostolus in sua canonica, hi sunt qui segregant semetipfos, animales, spiritum non habentes, hi spiritualia non percipiunt, quia vt dicitur **Eccles. 3.** multa supra sensum hominis ostensa sunt tibi, & **Eccles. 2. 2.** cum dormiente loquitur, qui narrat sapietiam stulto, omnia enim quæ Dei sunt, stulta ei apparent. **Eccle. 10.** in via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, omnes stultos æstimat, vnde ex defectu intellectus sic iudicat animalis, quia spiritualiter examinatur, id est, quia spiritualium examinatio fit spiritualiter, nam inferior non potest iudicare ea, quæ sunt superioris, sicut sensus nõ potest iudicare de intellectu, sic nec intellectus de his, quæ sunt spiritus Dei. Sed spiritualis iudicat omnia, quia nomine spiritualium accipimus substantias incorporeas, & animam nostram, qua parte non alligatur organo corporeo, & illuminatur diuino lumine, & accenditur charitate, quod cum in aliquo fit, homo dicitur spiritualis. Sed quomodo hic iudicat omnia, & non iudicatur? Respondetur cum **Diuo Thom.** qui recte se habet in se rectum etiam iudicium habet circa singula, qui verò recte non se habet in se errabit iudicans, vigilans enim recte iudicat se vigilare, & alium dormire, sed dormiens non habet rectum iudicium de se, nec de vigilante, vnde res non sunt tales, quales videntur dormienti, sed quales vigilantem, eadem ratio est de sano, & infirmo in iudicio sapientum, de debili, & forti circa iudicium ponderum, & peccatore, & studioso circa agibilia, vnde. **5. Ethic.** dicitur, studiosus regula est omnium humanorum. Ideo **Pau.** ait spiritualis iudicat omnia, quia illustratus à Deo, verum habet de omnibus iudicium, carnalis secus, quia obscuratus est, & male se habens, vnde iudicare non potest spiritum, sicut nec dormiens vigilantem. Inde **Pau.** mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Et præterea, nullus recte inter duos diiudicare potest, nisi vtrumque agnoscat, omne enim iudicium præsupponit appre-

hep

Ahensionem iudicandorum, peccator ergo, qui diuina non gustauit, de his iudicare non potest. Constituatur ergo iudicium hoc in eo, qui & diuina, & humana gustauit, ad eam ergo viros, qui in vtroque fuerunt conuiuio, & ab eis audiamus differentiam inter Dei ac mundi conuiuium. Consulamus regium **Psalmem**, qui gustauit ea, quæ mundi, & carnis sunt, & ea, quæ Dei, ille enim post concupiscentias suas aliquando peregrinatus delicijs carnis fruitus est, in Dei etiam mensa sæpe versatus est, quale vero repererit vinum in mundi conuiuio, sæpe testatus est, ostendens fel esse draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile, contra vero de Dei conuiuio ait, quã magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timere tibus te, & versus ad eos, qui in alia sedent mensa, ait, gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus, gusta, ait, etsi multo maiorem dulcedinem in eo nõ reperies, recede. Et **Malachias** propheta, conuertimini, & videte, quid sit inter seruientem Deo, & non seruientem ei. Sicut enim qui vnum ex litigantibus audit, dicit, nihil iustius, quam quod hic loquitur, qui verò & alterum audit, diuersum iudicium profert, sic peccator vnus solum audiuit, solum ea, quæ carnis sunt, expertus est, diuina non gustauit. Tandem certa est veritas illius, **Esa. 65.** ecce serui mei comedent, & vos esurietis, ecce serui mei bibent, & vos sitietis, ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini, ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ contritione cordis, & præ angustia spiritus ululabitis. Licet ergo aliquid dulcedinis in vitijs sit, plus tamẽ est amaritudinis, & licet aliquid asperum in virtute, sed plurimum est dulcedinis.

Implete hydrias aqua. Erant sex hydriæ aquæ in purificatione Iudæorum, quia vt dicitur **Mar. 7.** Pharisei, & omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus, nõ mâducant, tenentes traditionem, seniorum & alia multa, quæ sunt tradita illis seruare baptisimali calicem, & vrceorum, & æra mentorum, & lectorum. In hunc ergo usum positæ erant sex hydriæ, quibus significatur in sex mundi ætatibus, quæ Christum præcesserant, nihil omnino fuisse præter aquam, omnia erant vmbra frigida, egena, & vacua elementa: veniens verò in mundum **Christus** omnia vertit in vi-

K 5

num

num. Discurramus modo per sex mundi ætates, & aquam eam contem-
Gen. 2. **Gen. 2.** contem-plemur frigidam, quam Christus in vinum vertit pre-
 tiosum. Vide aquam primæ ætatis, formatur Adā ex terra vir-
 gine die sexto, datur ei vniuersi dominium, ex latere eius dor-
 mientis educitur Eua, quid hæc omnia nisi aqua frigida? tol-
 le hinc aquam istam, veniat vinum, veniat horum veri-
 tas, & adimpletio. Ecce sexta mundi ætate formatur Chri-
 stus ex terra virginea, daturque ei potestas in cælo, & in terra,
 & ex latere illius in cruce dormiētis prodit Ecclesia pulchrior
Ephes. 5. **Gen. 4.** quam Eua, quia non habens maculam, nec rugam, sed vt sit san-
 cta, & immaculata. In eadem ætate educit Cain Abel in agrum
 eumq; occidit sola inuidia, propter quod scelus vagus, & pro-
 fugus eicitur super terram à conspectu Domini. Hoc quid
 aliud quam aqua frigida est? tolle aquā, veniatque vinum, popu-
 lus Iudaicus inuidia sola extimulatus, educit Christum extra
 ciuitatem, eumque in agro occidit, propter quod à Deo male-
 dictus, profugus, & dispersus versatur in vniuersa terra. Veniat
Gen. 6. **Gen. 6.** secunda hydria, ætas secunda in Noe, fecit ille arcam, vt mun-
 dum saluaret, videt arcum in signam fœderis, plantat vineam,
 & vinum bibens nudatur. Tolle aquam, veniat vinum,
 quis mundum exiguo ligno saluauit nisi Christus? quis arcus
 fœderis nisi Iesus? quis inebriatus amoris vino nisi Iesus, in cruce
 nudatus, à Iudæis irrisus, à gentibus coopertus? Veniat hy-
 dria tertia ab Abraham vsque ad Moysen, plena sanæ aquis figu-
 rarū, illud, numera stellas si potes, sic erit semen tuum, filium in
 sacrificio ducere, hæc omnia in vinum Christus vertit vni-
 uersa implens. Illud Isaac, ecce odor filij mei quasi odor agri
 pleni, cui benedixit Dominus, ille Iacobi baculus, illa scala, quid
Gen. 21. **Gen. 27.** nisi aqua? en vinum Christus in quo odor agri pleni, scala nos-
 tra, ipse in baculo trāsīuit Iordanem, & regressus est cum dua-
 bus turmis. Quid Ioseph venditis triginta argenteis, & salua-
Gen. 29. **Gen. 29.** tor mundi dictus, & fastigium virgæ eius adoratum, nisi aqua,
 quam in vinum Christus reddidit, ea omnia veritati reddens?
Gen. 41. **Gen. 41.** Veniat quarta in Moysen, plena est hydria immensa aqua fi-
 gurarum rubo, virga, sacrificijs, arcu testamenti, agno paschali,
 vacca rufa, quid ea omnia nisi aqua in vinum per Christū ver-
 sa? Veniat quinta in iudicib; & regibus Israel, quid Iosue, Ieph-
 te,

A te, Sampson, Gedeon, Dauid cum Goliath pugnans, sapiens Salo-
 mon? tolle aquā hanc, veniat Christus, qui verus est Iosue, nos
 introducens in terram promissam, fortior Sampson, plusquā
 Salomon, fortior Dauide? Reliqua etiam in sexta ætate per Ma-
 chabeos gesta, omnia in figura contingebant illis, quæ Chri-
 stus plenus gratia, & veritate impleuit. Id enim significat ple-
 num esse veritate id est, impletionem omnium eorum, quæ figu-
 ris, & vmbri fuerant prius expressa. Et cum per Christum veri-
 tas, & gratia data sit, verè aquam mutauit in vinum, cum legem
 mutauit in gratiam. Ideo primo miraculo aquam in vinum ver-
 tit, quia eo voluit finem sui aduentus in mundum ostendere,
 qui fuit mundo gratiam, lætitiāque spiritus concedere. Im-
 pletum est illud Ioelis, dabo eis vinum, & oleum, & redunda-
 bunt torcularia. Vinum suū dæmon dederat, sed illud, de quo
 Prouer. 4. comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bi-
 bunt, sed fel draconum vinum hoc, an non venenum terrena
 delectatio, quæ animam inficit, ac interficit? Vinum vero Chri-
 sti gratia eius est, spiritualisque delectatio, quæ sub cruce, &
 mortificatione est, torcular vnde procedit hoc vinū crux est.
 Quis vero carnali mundo persuadeat, sub cruce, ac pœnitenti-
 a, vinum esse lætitiæ? verè lætitiā est, vinum est, sed abscondi-
 tum in hydria aquæ, quam magna multitudo dulcedinis tuæ
 Domine, quam abscondisti. Hoc est Christi mysterium, & le-
 gis gratiæ sacramentum, sicut ille sub humanitate passibili diui-
 tias diuinitatis contexit, sic sub cruce, ac mortificatione po-
 suit diuinitatis stillicidiū, & spirituales delicias potiores omni-
 bus terrenis, hoc est legis gratiæ proprium, hoc eius my-
 sterium, hoc eius sacramentum, huc ergo acce-
 damus audientes illud, bibite amici, &
 inebriamini charis-
 simi, &c.

Ioan. 1.

Ioel. 2.

Prouer. 4.

Deut. 32.

Psal. 36.

Cant. 5.

Domi-

Dominica Tertia post Epiphaniam.

Thema. Domine si vis poses
Matthæi. 8.



DVO miracula nobis hodie proponuntur in Euangelica lectione, alterum leprosi, Centurionis alterum, vtriusque fides magnificanda est, sed præcipuè Centurionis dicentis, *Domine non sum dignus, &c.* Quæ verba adeo placuerunt Christo Domino, vt dixerit admirans, non inueni tantam fidem in Israel, & Ecclesia ea reposita in locum sacrationem Missæ ante Eucharistiæ sumptionem.

Rupertus.

Rupertus hic ait, his duobus miraculis significari salutem spirituale per Christum dandam populo Iudaico, & gentili, leprosus Iudæus legi subditus erat, quem ideo ad sacerdotes mittit, vt legis deferat munus, & ideo Iudaicum populum recte significat, Centurio ex gentium erat populo, Vterque populus infirmabatur, vterque Christi eget auxilio, iustitia autem Dei perfidem Iesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt in eum. Non est distinctio Iudæi, & Græci, omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Rom. 3. quoniam quidem vnus est Deus qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. Vt hæc palam faciamus, necessaria est gratia, &c.

Rom. 3.

Perpetua admiratione dignum est, adeo paratum Deum esse remedio nostro, sic nostris attendere commodis, ac nostra agere, ac si ille nostri indigens esset & in bono, ac comodo nostro eius esset sita beatitudo, cum tamen eius hoc nihil intersit, sed verum sit illud Iob, quid prodest Deo, si iustus fueris? aut quid ei conferes, si immaculata fuerit vita tua? Contra vero nos ita negligentes sumus in Dei obsequio, in voluntate eius implenda, ac si ad nos hæc nihil pertinerent, cum maxime nostra

Iob. 22.

A nostra intersit. Hoc verò hic vel maxime perspicere licet, quod cum voluntates duæ necessariæ sint, vt peccatori sanitas, & diuina gratia reddatur, altera Dei, altera peccatoris, sicut in reconciliatione duorum inimicorum, vtrique debent conuenire voluntates Deus voluntate sua præsto est, tu verò secus. Sine tua voluntate, Deus te iustificare non vult, postquam illa peccasti, sed quid amplius à Deo desiderare poteramus, quam vt diceret, fiat voluntas tua, sicut volueris, ita sit. In hoc ergo mirabile est, quam facile noster Deus dicat, volo, mundare, quam præpta sit diuina voluntas, vt has conciliet amicitias, quæ facilis ad ignoscendum, imo ad rogandum, & vrgendum hominem vt eas ineat, quasi sua interesset, non nostra. Contra verò quam difficilis & morosus homo, cuius omnino interest, quæ tardus, ac durus. Accidit aliquando, hominem in puteum aut fluium cadere, & cum de vita mortali periclitatur, quæ ventus est, adhuc tamen sic anxie liberari curat, vt si aliquid manuteneat, quo speret se liberandum, omnino non dimittat, licet ei abscindatur manus, adeo corporalia discrimina, & pericula vitare, curamus. Cum vero peccator in eodem versetur discrimine amittendæ æternæ vitæ, non curat, non angitur. Attende discrimen, in quo se versari, dicit Psaltes, cum ait, emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis. Et iterum, veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me, & iterum ne absorbeat me profundum, nec vrgeat super me puteus os suum. Mittit ad te Deus versantem in hoc periculo manum suam, tenet manum tuam, & tamen tu

Simile.

B Dei reijcis manum & auxilium, summus profecto animæ salutis despectus insensibilitas maxima. Est tibi apud iudicem causa capitalis, ex qua vita, honor & vniuersa substantia pedit, nullum non lapidem moues, vt tibi ex voto succedat, omnium etiam minorum te seruum exhibes, dum putes aliquid tibi profuturum, quod si aliquando iudicis voluntatem potes expiscari, si eum beneuolum reddere, te coram eo humilias, & multa promittis, & quæ potes præstas. Et tamen cum sit tibi causa altera, à qua pendet vitæ æternitas, felicitas summa, honor æternus, & iudex ad te diuertit, te rogat, amicitias tecum

Psal. 148.

Psal. 68.

Psal. 68.

Simile.

inire vult, & eum reijcis. Si vel scintilla in nobis rationis permaneret, nihil aliud nobis agendum esset, quam ad huius iudicis pedes nos prouoluere, vestigia pedum exosculari, veniam petere, meliora promittere. An non amens, qui succensas videns vicinorum domos, suamque iam proximam incendio, nec querit auxilium ferentes, aquam dantes? Vides tibi appropinquare inferni ignem, & innumeros eo igne consumptos, nec aquam gratiæ quæris, quæ ignem extinguat?

Simile.

Nos ergo difficiles ac morosos reddit insipientia & inscitia nostra propter quam stulti dicimur, Deum vero facilem, ac benignum, etiam si millies sit repulsus, præstat summa bonitas, & infinita charitas. In temporalibus nobis concedendis, aliquando difficilem se exhibet, sed in gratia, & peccatorum remissione nunquam, nisi facillimum, ac promptissimum. Cuius rei ratio in promptu est, est enim Deus pater, pater verò amans vnice filium, si nouit, aliqua filio pernecessaria esse, in his concedendis benignus, præsto, ac facilis est, at si filius ab eo petat non necessaria, sed voluntaria, quæ appetitui potius & voluptati deseruiant, quam necessitati, vt in ludo consumat, & comessationibus, in his pater licet amantissimus, difficilem se præstat, & austerum, non facile donat. Ita verum hominis malum, summum discrimen, extrema necessitas est peccatum, huic continuo accurrit Deus infinita sua bonitate, & amore permotus, non sic in temporalibus, quæ sæpe in concupiscentias nostras petimus. Sic Iacob. 4. petitis, & non accipitis, eo quod malè petatis, vt in concupiscentijs vestris infumatis. Ex quo facile perspici potest summum peccati malum, & summum Dei odium in illud, quia semper paratus est illud omnino delere, ac destruere, & quamuis vt peccatum deleatur necessarius sit eius sanguis, vt ad munditiem leprosi, adhuc dicit, *volo*. Summum illud esset odium, quod ego inimicum prosequerer, quando vt eum confoderem, qui ad scapulas meas est, non dubitarem, me ipsum prius

Simile.

Iacob. 4.

Simile.

trans

A transuerberare, vt inimicum simul occidam. Vetus homo noster, ait Paulus, simul crucifixus est cum eo, vetus homo est homo peccati, huic vt Christus crucifigeret, se crucifigi voluit, & vt vitam, & regnum peccato adimeret, sibi vitam eripi pailus est. Summum etiam odium inimici esset, quem vt occideret quispiam, non dubitaret, filium suum occidere, qui inter eos medius esset. Illud pater æternus in peccatum odium ostendit, vt filium de medio sustulerit, vt peccatum deleat. Facilitas ergo veniæ, quæ peccatori conceditur, non est argumentum leuitatis peccati, sed potius summæ eius grauitatis, summi odij, quo illud Deus prosequitur, dum semper est paratus, illud destruere, ac delere, licet ei vita adimeretur. Est autem indicium summi in nos amoris, summæque beneuolentiæ.

Rom. 6.

Vt ergo opere impleat, quod dictum est, vt peccatum destrueret. Cum descendisset Iesus de monte, sequuta sunt eum turba multa. Vocat Christum Paul. Dei virtutem, & Dei sapientiam, ostendat se Dei sapientiam in monte, quo docuit viam vitæ, aperiens os suum, nunc descendens ostendit se Dei virtutem in miraculis, quibus doctrina confirmatur. Descendit etiam, vt eum sequi possimus, si enim in cæli stetit monte, quis eum sequi, aut consequi valeret? Quis est homo, ait Salomon, qui possit sequi regem factorem suum? non poterat homo ascendere ad Deum, descendit Deus ad hominem, post hæc in terris vilus est, & cum hominibus conuersatus est. Baruc. 3. Factus est nobis via, veritas vitæ, exem-

1. Cor. 2.

Eccle. 2.

Baruc. 3.

Ioan. 14.

Cplum, excusatio nulla nobis relinquitur, si eum non sequimur, ille descendit, vt operibus impleat, quæ in monte verbis docuerat, vt verax inueniatur, qui dicit, cæpit Iesus facere, & docere, sicut enim artifex postquam verbo docuit discipulum, opere eum iterum docet, instrumenta artis manu propria capiens, & illis operans, & tunc plene instituitur discipulus, ita Christus prædicauerat paupertatem, descendit cum diues esset, pro nobis adeo factus pauper, vt dicat, vulpes foueas habent & volucres cæli nidos filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet, dixerat, beati, qui persequuntio mem patiuntur, descendit, vt opere illud impleat, qui

Acto. 1.

Simile.

Luc. 9.

Mat. 5.

cum

1. Pet. 2. cum malediceretur non maledicebat, cū pateretur, non comi-
 A. minabatur, dixit, beati misericordes, descendit misericor-
 dias faciens, & hac arte innumeros post se rapit, sequuta sunt eū
 Psal. 7. turba multa. Sic Plal. exurge Domine Deus in præcepto,
 quod mandasti, & Synagoga populorum circumdabit te. Ex-
 A. Arist. plum enim, quod ob oculos ponitur, multo magis nos mouet
 quam quod solo auditu percipimus, vt Arist. ait. Cum Chri-
 Plal. sti doctrinam audis, virtutem auditu percipis, cum exemplū
 intueris, oculis virtutem vides, dicebat vero ethnicus Plato,
 adeo pulchra virtus est, vt si oculis cerneretur, mirabiles sui ex-
 citaret amores. Hac ratione curauit Deus semper in mundo ef-
 se viros omni virtute præditos, qui exemplum sint virtu-
 tum, eam ob oculos nobis proponentes. Sic inter mundi
 corruptelam voluit Noe esse iustum, ac temperatum. A bra-
 ham peregrinātem, ac obedientem, vt spei, & fidei,
 ac obedientiæ exemplum mundus haberet, in Aegyp-
 tum Ioseph ducit, vt castitatis, & timoris Dei sit exem-
 plar, & tres pueros in Babyloniam, vt orationis, & diuine
 laudis magistri sint. Iob ponit inter dracones, & struthiones,
 vt mirabile patientiæ det documentū in aduersis, & in prospe-
 ris modestiæ, & misericordiæ, sic Thobiam, Dauid, & omnes
 denique iustos in mundum destinauit, vt illi exemplo essent.
 Sed quia horum exempla non adeo magna erant, non adeo il-
 lustria, tandem ipse factus est exemplum nostrum, dicens,
 exemplum meum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita
 & vos faciatis, ad hoc ergo ē monte descendit.

Ioan. 13.

Ecce leprosus. Si Deus non descenderet, quis ad eum acce-
 dere auderet? antequam descendisset, sanctissimi ad eum vix
 Exo 19. accedebāt, Moyses in montem ascendit, nec accessit ad Deum,
 Exo 3. donec eum vocauit post dies aliquot, ad rubum aspicere idem
 non audebat, nec mirum, quia tanta est diuina maiestas, vt cor-
 ram ea tremant potestates. Sed qua de re tremunt? num de of-
 fensa aliqua in eum? absit, sed quia ei obsequuntur, tremunt,
 quia tantæ inseruiunt maiestati. Non vidisti aliquando loquen-
 tem vel inseruientem regi, qui turbatur, & tremat præ maiesta-
 te eius, quem alloquitur? sic tremunt quodam modo potesta-
 tes, quia infinitæ inseruiunt maiestati, cui pares esse non pos-
 sunt

A sunt obsequio. Sed ò vilissime peccator, quomodo non tremis
 offendens Deum, cum tremant potestates, ei obsequentes? ler-
 uite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, tāta enim
 Psal. 2. maiestas timenda est, etiam cum eam diligis, & ei obsequeris,
 quomodo ergo timenda cum offenditur? Sanctorum timor, &
 reuerentia non seruilis sed filialis est, agnoscentes infinitum
 deberi obsequium tanto Deo, infinitumque amorem, cum
 autem vident, se id præstare non posse, timent, reuerentur, ag-
 noscuntque nihil esse, quod præstant, sicut qui debens mil-
 le, & vnum tantum habens, illud dat creditori, timens dat, &
 tremens. Videt Hester. Assuerum in regni folio sedentem, au-
 ro, & gemmis fulgentem, timet, & cadit exanimis, donec descē-
 dit ille de folio, & eam amplexatur, tunc recuperato animo, au-
 det eum alloqui. Vt ergo accederemus, descendit Christus de
 monte, iam confidenter accedit leprosus, iam erāt appropin-
 quantes ad Iesum publicani, & peccatores, accede & tu, sed
 reuerenter vt leprosus.

Sed attende, quis accedat. Leprosus. Eorum, qui in terra ver-
 sabantur, leprosi maximè erant destituti, ac ab omnibus dereli-
 cti à ciuitatibus arcebantur, nullus ad eos accedebat, sub dio
 semper erant, hi ergo ad Christum accedūt, non abundantes
 in sæculo, non potentes. Loquutus sum ad te in abundantia
 tua, & dixisti, nō audiam, ait Ieremias. Deum audire nolumus
 in prosperitate. Hoc nos docet Salomon, hoc Roboan, hoc il-
 li, de quibus, in crassatus est dilectus, & recalcitrauit, dereliquit
 Deum factorem suum. Nihil est, quod Dæmon non obtineat
 à corde delictijs dedito, sedit populus meus manducare, & bibe-
 re, & surrexerunt ludere, id est, idola colere. Diaboli adinuen-
 tio est, te delicijs onerare, multa tibi dare, quibus inniti possis
 in terra. Dei verò ad inuentio, hæc omnia tollere, vt ad eū acce-
 das cum leproso. Nouit nos fictor noster Oseæ. 4. quasi vacca
 lasciuens declinauit Israel, Vbi Chaldaus vertit, quoniam si-
 cut bos, qui saginatur, & recalcitrat, sic rebellat propter multi-
 tudinem bonorum. Israel. Hinc Ierem. 5. saturauit eos, & ma-
 chati sunt, in domo meretricis luxuriabantur, & Oseas vitis
 frondosa Israel, fructus adæquatūs est ei, secundum multitudi-
 nem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terre sue

Aduen.

L

exube-

Psal. 2.

Hester. 14.

Iere. 22.

Deute. 32.

Exod. 32.

Oseæ. 4.

Iere. 5.

Oseæ. 10.

Zachar. I.

exuberabit simulaeris. Zachar. I. videt Angelum equo insidentem, & plures eum sequentes, qui dicunt propheta, perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit, id est omnes in securitate, & abundantia sunt, tunc propheta ad Deum, & viquequo Domine non misereberis Hierusalem, & urbium Iuda, quibus iratus es? quasi dicat, totus mundus in pace, & delicijs, & populus tuus afflictus, & mærens? Respondet ei Dominus, deciperis à Zacharia, reputans iram quam potius misericordiam dicere debuisti. Zelatus sum Hierusalem, & Sion zelo magno, & ira magna irascor super gentes opulentas, quasi dicat, amore maximo prosequor populum meum, quem afflictione castigo, & ira maxima in eos moueor, quos in delicijs vitam ducere permitto. Iræ Dei indicium, non est tribulatio, sed prosperitas, quia hæc à Deo homines abducit, non illa. Osee, 8. aurum suum, & argentum suum fecerunt idola sibi, ut interirent.

Osee. 8.

Hieron.

Chrysof.

Ambro.

Hester. 13.

Accedit ergo dicens. Domine si vis, potes me mundare. Hieron. Chrysof. Ambro. laudant maxime huius leprosi fidem, qui fatetur Christi omnipotentiam, orauitque sicut Hester. 13. Domine mi Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui tuæ possit resistere voluntati, si decreueris saluare nos, cōtinuo liberabimur, subest enim tibi, cum volueris posse. Sap. 12. tam est tibi facile posse, quam velle, si vis potes. Sed cum potentiam fateatur, de voluntate videtur dubitare. Chrysof. dubitat, an sibi magis expediret infirmitas, quam salus vel si spiritu nouit quantum leprosi mundatio Christo stare debuit, & quod sanguis eius ad hoc fundendus esset, recte dicit, si vis, potes, sed quis à te medicinam tantam exigit vel, petere præsumat, nisi infinita bonitas, & misericordia tua hoc exigit, per viscera misericordiae Dei nostri, quibus visitauit nos oriens ex alto? verè zelus Domini exercituum faciet hoc. Sed quid Christus respondeat, audi.

Luc. I.

Volo. Attende domine, quid respondeas, hoc enim verbo deuinceris, ut sanguinem fundas, qui ad leprosi mundationem necessarius est, adhuc volo, vide domine quod ad leprosi mundationem necessarium est lignum cedrinum, & hyssopus, id est crux, in qua positus humilieris, adhuc volo, vide domine, sumenda

tibi

Esa. 53.

Psal. 50.

At tibi lepra nostram, ut reputeris leprosus, etiam si vniuersa ista mihi sustinenda sint, nihilominus volo, d. verbum amoris, & misericordiae infinitae, cum liuore eius sanandi simus, & omnes iniquitates nostrae in eo ponendae, dicit volo. Asperges me domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem de albabor, hyssopo sanguine pleno tingebatur leprosus, hoc me Domine asperge, sanguine tuo me munda, d. sacratissime sanguis, medicina leprae nostrae. De Dei potentia dubitat nullus, quod possit te saluum facere, si de voluntate dubitas, audi, volo, & ad huius probationem manum extendit, ut nullus dubitandi locus relinquatur, & omnis tollatur pusillanimitas. Quoties extendit Dominus manum suam, ut voluntatem eius curandi te videas, nec de ea dubites. Non extendis tu amico manum tuam, & tamē voluntatem tuam ab eo credidisti, quanto potius Deus tibi credendus, cum videris extensam eius manum? Ostensio voluntatis manus, & eius opus est. Quando hoc praestitit Abraham, extendens manum ad immolandum filium, dixit Deus, nunc cognoui, quod timeas Deum, nouerat hoc prius, sed eo verbo significat, opus voluntatem declarare. Multis hoc dici posset, extende manum tuam, stultus enim confrengit manus suas, & carnes suas comedit, extendit ergo Christus manum, ut voluntatem manifestam faciat. Nec verò extendit manum duram, sicut olim, cum extendebat manum, ut supplicium inferret, ut super Ozam, super filios Aaron, super Dathā, & Abiron, illa manus extensio id ipsum erat, quod nunc est, cum iudex dicit, manu extensa esto vincetus, sed modo extendit manum, ut benefaciat, ut curet, & sanet. *Cōfestim, mūdāta est lepra eius, d. diuinus contactus quanta operaris mirabilia, nonne tangeres modo Domine omnes, qui hic sunt, leprosi, ut curarentur? si potes Domine, cur non vis? vult quidem Deus, sed ordinate vult, te, scilicet, volente, seruato voluntatis privilegio. Sic modò ad leprosum, si tu vis, per me non stabit, mūdare. Venit Deus in paradisum ad Adam, ut eum curet, & ambulat, concedens ei locum poenitentiae, ille fugit, à Deo elongatus est, & sic miser mansit. Si tu d. peccator, fugis, si à Deo elongaris, si cōfiteri detrectas, si concionem non audis, quo pacto sanādu es? ne fugias cum Adam, siste te Deo, & vicario eius, & curaberis.*

L 2

ris,

ris. Sed verè sicut sunt pauperes infirmi, qui omnino curari, & sanari nolunt, quia illa infirmitate vtuntur in paupertatis suæ leuamen, sic sunt infirmi spiritualiter, qui infirmitate delectantur, curari nolunt. Sicut concessa Israelitis libertate excundi à Babylonica captiuitate, quidam ea vti noluerunt, quia radices in Babylonia misceant, substantiam ibi plurimam habebant, bene eis ibi erat, sic multi sunt peccatores, qui exire à peccato nolunt, altas ibi miserunt radices, ibi delectantur, & conuiescunt. Mirum nõ est, illos à Babylonia exire nolle, opima enim erat, & ciuitas, & terra, sed mirum est, quod à tam misera seruitute dæmonis exire nõs, fieri ne potest, vt sub tali domino bene habeas? sine Deo tuo esse vis? demens, ac amens es.

Sed audi adhuc. Multiplex erat olim lepra, & omnis lepra inficiebat alios, erat lepra domus, lepra vestium, lepra carnis, maculæ enim in domibus, in vestibusque apparebant, vt in carne, quid nunc putas esse figuras pannorum, ac tapetium, quæ in domibus sunt diuitum? lepra domus hæc est, multi sunt, qui hac visa lepra inficiuntur, volentes, & ipsi ornare domus suas pictis tapetibus, auro, & serico fulgentibus, tot etiam vestium colores, tot superfluitates indumentorum quid aliud esse putas, quàm lepram vestium? & quot sunt, qui hac visa lepra inficiuntur, videntes enim alias, vel alias ambulare in veste preciosa, volunt ipsæ similiter indui, sicut Salomon in omni gloria sua licet hoc statum suum non deceat. Lepra carnis luxuria est, & denique omne peccatum, quod corpore committitur, idè in peccati supplicium Deus lepra inficiebat peccatorem, vt per eam agnosceret interiorem animæ lepram. Sic Oziam sacrilegum regem lepra percussit, sic Mariam murmurantem, sic Giezi auarum. Si in omni murmurante, omni sacrilego, omni auaro lepra nunc apparet, quot leprosi viderentur à nobis? Misericordia Dei magna fiebat, tunc lepram apparere, vt se quisque agnosceret, & lepra exteriori interiorem videret, & curaret, nunc verò quia non apparet, interiorem nõ videmus, nec curamus. Intra ergo cor tuum, agnosce lepram tuam, prouoluere ad Christi pedes, pete ab eo sanitatem, ad hoc enim templum venisti. Ezech. 46. ostendit templum, quod quatuor portas habebat, nec verò intrans, templum exire poterat per portam, per quam in-

traue-

trauerat, sed alia intrandum erat, alia exeundum, quia si per eam, per quam intrabat, exibat, tergum ad altare omnino vertendum erat, hoc ergo sit tibi documentum, à templo exire non debes vertens Deo tergum, sed faciem, inimicus Dei recedere non debes, nec qualis intraisti, exeas, aliquando superbus, auarus, leprosus intraisti, non recedas, donec munderis, obsecramus pro Christo, reconciliamini nunc Deo.

O quis modo rugitus leonis dare posset, vt tremore concuteret corda vestra, eaque ad pedes Christi deiceret, & Babylonicas turres vestras solo æquaret. Esai. 21. clamauit leo, sed quid ad hanc vocem factum est? cecidit cecidit Babylò, & omnia sculpilia eius contrita sunt. Vtinam adeo efficax esset speculatoris vox, vt idola vitiorum cordis tui in terram deiceret. Superbe, inhoneste, auare vis sanari? hoc horrendum est, quod sanari non vis, Ezech. 24. immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui & nõ es mundata à sordibus tuis, tua culpa nõ mundaris, tu diligis magis tenebras quàm lucem, infirmitatem quàm salutem. Deus enim semper vult, ad hoc descendit è monte, & dicit, volo, extēditque manum. Ideo super alas Cherubim propitiatorium erat, vt ostēdat desiderium ad nos volandi, propitiationem que mittendi, etiam si cum vitæ suæ discrimine id efficiendum sit. Sicut enim manus Moyse sana in sinu extēta leprosa visa est, ita Christus in sinu patris mundus, cum extendit manum, vt nos tangeret, leprosus reputatus est, & adhuc mundare nos vult, ne ergo fugias, ne recedas, licet enim fugias, non effugies manus eius, sed comprehendet te. Audi Oseam. cap. 8. in gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum Domini, pro eo, quod transgressi sunt fœdus meum, & legem meam, præuaricati sunt. In gutture tuo, ait, sit tuba, quod est idem ac illud Esai. 56. clama, ne cesses, quasi tuba, exalta vocem tuam, addit, quasi aquila super domum Domini quasi dicat quemadmodum aquila, cum venari vult, vt pascatur, videt perdicem, aut leporem inter herbas, illa verò sursum eleuatur, & super nubes conscendit, putat lepus, vel perdix discedere aquilam, sed continuo alas colligit, & quasi sagitta in prædam venit, & eam discerpit, sic peccator inter delicias, herbasque versatur, dissi-mulat Deus, exaltatur Deus, peregre proficiscitur, pecca-

Aduent.

L 3

cor

Esai. 21.

Ezech. 24.

Exod. 3.

Osee. 8.

Esai. 56.

Similitudo.

2. Paral. 26

Ezech. 46.

tor tunc dicit, moram facit Dominus meus, elongatus est, circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat, sed hora, qua non sperat, venit Dominus eius, cum diuidit, & partem eius ponit cum hypocritis, subito venit hora mortis, & in tempore vindictæ disperdit eum, & in gehennam mittit. Mone ergo eos, vt tantum caueant periculum, & dic eis, Deum si milem aquilæ. Modo descendit ex sublimi monte, non vt aquila, sed vt pastor, vt medicus, vt te sanet, accede ad eum.

Luc. 7.

De secunda Euangelij parte, scilicet, seruo Centurionis paralytico, addit Luc. 7. erat illi pretiosus. Hac ratione Deus illi percutit, nihil enim temperale vult nos habere pretiosum, & si aliquid nobis tale est, de medio illud tollit, vt cor nostrum liberè in Deum tendat, nec ab vlla impediatur creatura. Sic Adam in delicto Abel percussus, Abraham in Isaac, Iacob in Ioseph, vult Deus solum esse pretiosus in corde nostro, solus ille sit thesaurus noster, iusto Dei iudicio fit, vt sit tibi simplicium creatura, quam inordinate dilexisti, & illa sit tibi causa suspendij, vt capilli Absaloni, quos ille pretiosos habebat: vbi ergo posuisti cor tuum, ibi manus Deus ponit, vt te affligat, quia vt Augustinus dicit, minus te amat, qui aliquid amat, quod non propter te amat. Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui in vobis habitat, vt Iacobus ait, mouetur Deus Zelot nostri, ideo id, quod habes, & possides, sic habe, vt quasi non habens sis, quod possides, quasi non possideas, quod vteris, quasi non vtereris, ne Deus tollat à te, quæ nimium diligis, sit tibi pretiosum, quod æternum est, & auferri non potest, non quod momentaneum quod decidere non potest, non quod decidit, idola cadunt, at arca Dei manet semper.

Augst.

Iacob. 4.

1. Cor. 7.

1. Reg. 5.

D. Thom.

Prouer. 9.

Hic Centurionis seruus significat appetitum, qui natura nobis seruus est, ita Diuus Thomas, hic qui dum ratione obtemperat, & quasi marcipium tractatur, bene habet, at vbi ratio eam habet pretiosum, demittet eum, tunc male habet. Vnde Sapient. 9. qui delicate marcipium suum, sentiet illum conuinacem, & ideo male habentem, ac paralyti dissolutum. Quia Eua, quæ eundem significat appetitum, fuit Adam pretiosa, nec eam commiserat, male habuit uterque, & om-

A nes eius filij. Vis videre quam tibi sit pretiosus appetitus tuus, vt ei indulgeas, Deum contemnis, vt eum non contristes, infernum iurare non reculas. Paralyticus hic appetitus est, quia ad omne bonum ineptus est, contra quod Elai. 35. confortate manus dissolutas, & debilia genua roborate. Sed in Capharnaû est id est in villa pulchra, & delectabili, ideo enim appetitus languet, quia in delicijs versatur, nam spiritus malus, qui appetitum mouet, in malum, ambulans per loca arida, requiem non inuenit, sed vt dicitur Iob. 40. requiescit in vmbra calami, in locis humentibus. Incidit in paralytim appetitus Saulis. 1. Regum. 15. quia præda Amalech erat pulchra, & delectabilis. Cuius appetitus inter delicias stabit, vbi vidimus fortissimos corruisse? Appetitus etiam iste dicitur malè torqueri, quia cura rationi subditur, est in loco sibi à natura dato, in loco conuenienti, & ratio ei dominans, omnes passionem, quæ bellæ feroces sunt, ligatas, & domitas tenet, ne se inuicem discerpant, cum verò à ratione deordinatur, male torquetur, tum quia in loco à natura sibi conuenienti non est, vnde torqueri necesse est, ac male se habere, ac extra locum suum, tum etiam quia effrænes passionem inter se inuicem pugnant, seque mordent, & consumunt, sicut feræ, quæ ligatæ in pace sunt, solutæ pugnant. Bern. aliud appetitus honoris vult, aliud deliciarum, &c. Male ergo torquetur, si enim tentationis diem vocat Pauli malam, vt possitis stare in die malo. Ephes. 6. qualem diceret diem, qua spiritus victus est.

Luc. 11.

Iob. 40.

1. Reg. 15.

Bernar.

Ephes. 6.

Rom. 6.

Zach. 9.

Ephes. 5.

Ego veniam, & curabo eum. Solus Christus, & eius gratia hunc curare valet appetitum. Hinc Paulus, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum. Aduentus verò Christi in Eucharistia maximè curat appetitum, est enim singularis huius sacramenti effectus, passionem domare, & contactu carnis Christi sanctificatur caro nostra, Hinc Zachariæ. 9. quid enim bonum eius est? & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? De vino ait Ephesios, 5. nolite inebriari vino, in quo est luxuria, quod ergo vinum germinare potest virgines, nisi sanguis Christi? Caro Christi

Rom. 6.

infirma veterem hominem cruci affixit. Rom. 6. eumque debilem reddidit, id ipsum modo operatur gloriosa? Domine non sum dignus. Postquam verba hæc humiliter dixeris, permittit eum domum intrare tuam, humiliter quidem tractandus, sed suscipiendus, non eijciendus est. Petrus dicit, exi à me Domine, quia homo peccator sum, malè profecto collegit Petrus, male disseruit, hæc homo nouit, malè inferre. prauè arguere.

Luc. 4.

Attende pefsimè inferentes, hic homo multa signa facit, occidamus ergo eum, imo credamus ei, deberet inferre, hic est hæres, occidamus eum, imo demus ei hæreditatè, comedamus, & bibamus cras enim moriemur, imo ideo pænitentiam agamus, sic Petrus, exi à me, quia peccator sum, imo dicere debuit quia peccator sum, veni ad me, quia non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Sic multi indiscreta reuerentia Deum à domo sua eijciunt, dicentes, non sum dignus. Sic Genesaritæ simulata reuerentia eum à sinibus suis expulere. Si expectas dignitatem præcipuam, vt eum recipias, quando eum recipere poteris? præpara ergo te, vt potes, dic, non sum dignus, & suscipe illum, ideo enim homo factus est, vt peccatores saluos faceret.

Ioan. 11.

Matth. 21.

Sapien. 2.

Matth. 9.

Matth. 8.

Dominica quarta post Epiphaniam.

Thema. Saluos perimus, &c. Matth. 8.



RIVSQVAM in hanc nauiculam, de qua hodie in Euangelio, Christus ingrederetur, illam ingressus fuit, de qua dicitur, Prouer. 31. facta est, quasi nauis institoris, de longe portans panem suum. Mulier fortis, de qua sapiens loquitur, proculdubio Maria est, facta que est nauis de longe portans panem, dum Christum è caelo in terram traxit, quod ille panis sit, ipse testatur, ego sum panis viuus, quod de longe al-

latus

Alatus sit, ostendit, cum subiungit qui de caelo descendi, panis vero hic dicitur suus, id est, Mariæ, quia illum genuit, & illum nobis porrigit. Oremus ergo illud Esai. 58. frange esurienti panem tuum, & dicet illa, venite, comedite panem meum petamus ergo gratiam.

Esai. 58.
Prouer. 9.

Profundissima mysteria in Christiana religione nobis proponuntur, & adeo profunda, ac alta, vt de eis Esai. 53. dixerit, Domine quis credet auditui nostro? & Haba. nemo credet cum narrabitur. Sed talia proponuntur motiua, ac testimonia, vt credantur, quæ licet rem euidenter veram non faciant, faciunt tamen euidenter credibilem, & credenda à viro cordato, & prudenti, & qui non credit, contumax est rebellisque etiam naturali lumini dictanti, talia taliter proposita credi debere. Et licet

Esai. 53.
Haba. 1.

B fundamentum cui fides nostra innititur, sit diuina veritas, de quo Ioannes ait, qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se, tamen vltra hoc testimonium, alia plura voluit Deus esse, quibus rationem fidei nostræ vniuerso mundo reddere possimus, iuxta illud 1. Per. 3. parati semper rationem reddere de ea, quæ in verbis est fide, ac spe. De quibus Psal. 92. testimonia tua credibilia facta sunt nimis.

1. Ioa. 5.

1. Pet. 3.
Psal. 92.

Ex quibus testimonijs vnum non contemnendum est, mutatio cordis humani ab extremo in extremum, à malo in bonum quæ sæpè fit in Ecclesia per sacramenta, per verbum diuinum, & reliqua, quibus conuersio peccatoris in ea curatur. Sæpe enim contingit, vt sit homo seruus peccati, captus, irretitusque à dæmone, & adeo subditus passionibus proprijs, vt vile mancipium sit, vt dici ei merito possit illud Hiere. 2. nunquid seruus est Israel, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam, super eum rugierunt leones. Conspicit se homo à peccato quasi per vim trahi, & agi quasi libertate careret, nihilque morari, nec vllò detineri modo à peccato committendo. Postea verò cor omnino mutari sentit, videtque diuinam manum interius missam per foramen, liberatè eum à misera seruitute, & captiuantè eos, qui se ceperat. Intueturque tantam affectuum mutationem, vt plus multo odio prosequantur iniquitatem, quam ante dilexerat. Dicitque cum Psal. iniquitatem odio habui, & abominatus sum, legem autem tuam dilexi, & iuravi, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ, &

Hierem. 2.

Psal. 118.

L. 5 hoc

Prou. 31.

Ioan. 6.

hoc tanta animi contentione, vt si in hac re sanguinem vnuer-
sum fundere opus esset, faceret proculdubio, ac libenter. Quis
mirabilem hanc mutationem efficere potuit? quis est petra du-
rissima largissimas aquas eduxit? quis petrosa in delicias translu-
lit paradisus? quis tam misere mortuum in vitam reuocauit diui-
nam? Multo melius hic vsurpare possurus verba Magorum,
quam illi, dicentes, digitus Dei est hic, & illud Psal. hæc mu-
tatio dexteræ excelsum. De quo ad literam Esa. 14. cum Christi
prædixisset aduentum in mundum subiungit, & erunt capien-
tes eos, qui se ceperat, & subijcient exactores suos, & erit in die
illa, cum requiem dederit tibi Dominus à labore tuo, & à con-
cussione tua, & à seruitute dura, qua ante seruisti, sumes para-
bolam istam cōtra regem Babylonis, & dices, quomodo cessa-
uit exactor, quieuit tributum, contriuit Dominus baculum,
impiorum, virgam dominantium, cedentem populos in indig-
natione plaga insanabili. Hoc maximum diuinæ virtutis in ho-
mine operantis signum est, quo diuina agnoscitur potentia.
Ideo ait Ezech. 34. & scient, quia ego Dominus; cum contri-
uero cathenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium
sibi. Hoc enim opus solius est gratiæ saluatoris. Vnde Pau. Ro-
ma. 7. condelector legi Dei secundum interiorem hominem,
video autem aliam legem in mēbris meis repugnantē legi mea-
tis meæ, & captiuitatē me in lege peccati, infelix ego homo quis
me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum
Christum, sola enim gratia Christi tenere potest hominē, ne
in alia, & alia peccata incidat, ac prolabatur. De quo opere Psal.
ait, ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum, & honorabi-
le nomē eorū corā illo. Liberat, ait, peccatorē ab iniquitate, &
peccato, & insuper ab vsuris peccati. Sed quæ sunt peccati vsu-
ræ? vsura dicitur in cōtractibus, quādo ratione mutuatæ pecu-
niæ ad certū tēpus vltra ipsum capitale redditur etiā aliqua alia
pecunia, & si statuto tēpore nō sit solutio, additur plus de pe-
cunia. Sic vsura in peccatis dicitur, quādo præter peccatū pri-
mū commissum propter illud incurrit homo secundū peccatum,
illud secundū vsura primi peccati meritō dicitur, & tertium, &
quartū, & reliqua deinceps vsura maior peccatū appellatur. Mo-
do ergo in Messie laudē ait Psal. q̄ sua gratia liberabit suos nō a
peccat

Exod. 8.
Psal. 76.
Esa. 14.

Ezech. 34.

Rom. 7.

Psal. 71.

Simile.

A peccato solum, in quo sunt, sed etiam ab alijs peccatis, quæ cō-
missuri erant ea ratione, quia in peccato primo erant, qua ratio-
ne merito peccatū cōparatur lapidi projecto in aquā, qui vn-
dam excitat, & illa vnda aliam, & sic consequenter. Hinc Osee. 4. maledictum mendacium, homicidium, furtum, adulterium
inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit, idest, vnum pecca-
tum aliud, ab omnibus ergo his liberat nos seruatoris gratia,
Addit, & honorabile nomen eorum ceram illo, idest, sic libe-
ratos non vt vilia mancipia tractabit, non vt emptitios seruos,
sed vt amicos maxima beneuolentia, nō exprobrans illis ante
actæ vitæ crimina.

Hoc verò fidei nostræ testimonium, & gratiæ diuinæ vim,
B Christique virtutē hodierno miraculo significare voluit Chri-
stus Dominus maris tempestate sedata. Quid enim cor impij
est? an non, vt dicit Esa. 57. impij autem quasi mare feruens,
quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in lu-
tulentiam, & conculcationem, non est pax, impijs dixit Deus. Quid
enim magis declarare potest cor passionibus varijs excedenti-
bus agitarum, quam mare feruens? mare ventis agitarum? quis
nisi Deus valeat illud quietum, tranquillumque efficere? quis
ei terminum præscribet, nisi omnipotens? Sic Iob. 38. quis
conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua pro-
cedens? & dixi, vsque huc venies, & non procedes amplius, &
hic confringes tumētes fluctus tuos. Solius Dei hoc opus est,
quod non nos tantum, sed & ipsi ethnici agnouerunt, nā Stoi-
corum philosophorum schola, & doctrina in hoc præcipuē di-
rigebatur, quomodo homo liberari posset à peccatis, quæ sola
mala reputabant, quorū comparatione nullum aliud malum di-
ci poterat, tamen ipsi tandem dixerunt, & cum eis Plutarchus
in lib. de his qui tarde à numine corripiuntur, hoc negotiū à so-
lo Deo effici posse, solius Christi, & gratiæ eius hoc est, ac Euā-
gelij. quod virtus Dei est in salutē omni credenti, quis ergo est
hic, cui veni, & mare obedunt? planē Deus, cuius voluntati
non est, qui resistat. Est & aliud fidei nostræ testimonium, quod
hac maris tranquillitate significatur, & quod illud? Certē se-
pè cōtingit viā in cœlū agētibus in Ecclesiæ nauicula, subito ex-
oriri tempestatē tantam, qualem expressit Psal. dixit, & stetit
spiri-

Osee. 4.

Esa. 57.

Iob. 33.

Plutarchus

Rom. 1.

Psal. 106.

spritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius, ascendunt vsque ad cælos, descendunt vsque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat, turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Sed quæ est tempestas ista? sane valida tentatio, maxima tribulatio, sed continuo accedente ad Christum eo, qui sic tentatur, dicenteque salua nos, perimus, illud fit, quod in Psalm. sequitur, clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos, & statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius, & quod hodie in euangelio dicitur, *facta est tranquillitas magna*. Mutatur enim tempestas in tranquillitatem, dum tentatione cessante fit pax maxima in corde, quæ exuperat omnem sensum, an non hoc diuinæ virtutis maximum testimonium? Audi Psalm. mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus, testimonia tua credibilia facta sunt nimis, quasi dicat, miræ maris, & fluctuum eius elationes, sed mirabilior multo Deus, eas sedans, quo testimonium credibile nimis potentia eius nobis exhibetur. Bernardus ait, experientia ipsi compertum, Iesum inuocatum præsentaneū esse remedium omni tentationi, & tribulationi. Idem de se fatetur Hieronymus in grauissimis carnis tentationibus, cum nullibi remediū inueniret, in Iesu inuocato inuenisse. Quod ipsum Deum esse ostendit, iuxta illud Psalm. 55. in quacunque die inuocauero te, ecce cognoui, quia Deus meus es, quasi dicat, cum te inuoco, experior auxiliū tuum, quo velut aperto testimonio intelligo, te mihi Deū auxiliatorē esse, Vt hoc discipulis testimoniū daret, horribilē hodie tēpestatē insurgere fecit imperio suo. Vnde Orig. hæc tēpestas non ex se orta est, sed paruit potestati imperātis, qui educit vētos de thesauris suis.

Ascēdēte eo in nauiculā. Greg. 17. Moral. c. 12. & Ambr. Ser. 11. de mirabilibus, per hanc nauē Ecclesiā intelligūt significari, Nauis figura sua Ecclesiā repræsentat, sicut enim prora, puppisque nauis per angusta est, mediū verò per amplū, latumque, sic nascētis Ecclesiæ primordia inspexeris, paucos inuenies fideles, ad quos loquitur Christus, nolite timere pusillus grex, si sine etiam consideres, similiter pauci inuenientur, sic & idem ait, putas ne veniēs filius hominis inueniet fidem in terra? Eccle-

Psalm. 92.

Bernard.

Hieron.

Psalm. 55.

Orig.

Greg.

Ambros.

Luc. 12.

Luc. 18.

A siæ in medio multitudo fidelium extitit maxima, verè per ampla. Sic, & luna, cui assimilatur Ecclesia, pulchra vt luna, initio, & sine parua, cum plena in medio magna est. Et licet nauicula dicatur parua, sed nihilominus eius fortitudo maxima est. Multis de causis periclitari potest, atque perire nauis, vel incendio, vel ventis, vel obruta aquis vel inimicis eam capientibus, vel vetustate, vel disiunctione lignorum, vel nimio pondere. Omnia ista in Ecclesiā insurgunt, nec tamè prævalent, sed adhuc manet, permanebitque, militat contra eam ignis concupiscentiæ, aer superbiæ, onus omnium peccatorum, vetustas, & antiquitas, inimici infideles, dissidium inter fratres, sæpè expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Expugnant eam à foris inimici infideles, intus etiam ab his, qui intra eam sunt, peccatoribus impugnatur, nec tamen vincitur, maxima profecto nauis fortitudo hæc est. Sed vnde tanta? certè quia Christus in ea est, ego vobiscū sum vsque ad cōsummationē sæculi. Reliquæ gentium Synagogæ disruptæ sunt naues, quæ proculdubio pereūt. De quibus Psalm. 106. viam ciuitatis habitaculi non inuenierunt, efurientes, & sistentes anima eorum in ipsis defecit.

Psalm. 128.

Matth. 28.

Psalm. 106.

Hiero. per hanc nauiculam, quam Christus intrat, intelligit iusti animam, quam dicit esse nauim illam, de qua Prouer. 31. facta est quasi nauis infitoris, quia sicut nauis onusta mercibus quæ in sua patria magis abundant, per mare petit peregrina, vt illic venditis, quæ attulerat, cariora ad domum reportet, sic anima perfecta virtutum diuitijs gaudet onustari, quibus maiora diuinæ gratiæ dona meretur. Optimum est ergo commercium, cum bona, quæ valemus operātes, primo hanc à Domino mercedem recipimus, vt ad maiora agēda proficiamus, deinde gloriā consequamur. De longe verò panē portare dicitur, quia è cælo præmium quærit, de propè verò panē portat, qui remunerationem terrenam quærit, cui dicitur, receperunt mercedē suam. Nunc ergo illud est nobis aduertendum, gustauit, & vidit, quoniam bona est negotiatio eius, infitores sumus omnes nos, temporalia dātes, vt habeamus æterna non præclara negotiatio, cū calicē aquæ frigidæ dans, retributionē accipis æternam? Quis nūc voce præconis audiret celebratissimas

Hieron.

Prouer. 31.

Simile.

Matth. 5.

mas

Apoc. 3.

mas nūdas, in quibus preciosissima quæq; diuēderētur, ære minuto, an non omnes eo properarēt, vt breui diuites essent? cum audis, suadeo tibi emere à me aurum ignitum, vt locuples fias, cum audis, æterna pro temporalibus diuendi, ac distrāhi, cum audis, venite, emite absq; argento, & absq; vlla cōmutatio ne vinum, & lac, verè adeo magna sunt, quæ nobis dātur, adeo minima, quæ exigūtur, vt verū dixerit, qui ait, pro nihilo saluos facies illos. Et adhuc negligentes, socordesq; sumus in hac cælestium negociatione, quodcūq; ergo potest manus tua, instāter operare, quia exiguū laborabis, & inuenies tibi multam requiē, incōparabileq; thesauros pro nihilo tibi datos cōspicies.

Ambro.

Ecce motus magnus factus est in mari. D. Ambros. dicit hanc

Beda. Glos.

D. Thom.

Iona. 2.

Iosue. 7.

Hier. 30.

Genes. 29.

Genes. 29.

Psalm. 100

tempestatem exortam propter Iudam, qui iam reprobus erat, idem dicit Beda. Glossa, & D. Thom. qua in re aduertendum nobis est, quanta mala in domum illam veniant, in qua reprobis commoratur. Sic propter inobedientem Ionam mare turbatur, & omnes qui cum eo, sunt in nauī periclitātur, propter Achā furem Israel vincitur, propter Dathan, & Abiron domesticū obruuntur. Hier. 30. ecce turbo Domini furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum cōquiescet, eo ergo tempestas venit, vbi impij sunt. Contra verò propter iustū multa bona veniunt ijs, qui cum eo sunt, sicut propter Iacob benedixit Dominus substantiæ Laban, & propter Ioseph benedixit domui Egypti. Attende ergo ne in domo tua sit peccator, ne propter eum corruas. Audi Dominum, magnæ domus regiū psaltem, oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum, ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat, non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam, qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Vide an in domo tua tempestas sit, an sit domus turbata, si hoc forsan est, perspice, an aliquis Ionas sit in domo tua, an aliquis Iudas, si ne dubio propter illum tempestas orta est, projice eum, non enim cessabit tempestas, donec Ionas procul abigatur. Sed obijcis, minister mihi est, qui licet peccator sit, mihi tamen utilis est, fidelis est seruus, mecum consentit. Sed rogo, quomodo tibi fidelis erit, qui Deo infidelis est? cui plura debet, tibi, an Deo? si ei, cui plura debet, infidelis est, quomodo fidelis erit

A ei, cui minora, & pauciora? ¶ Vel forsan iste motus factus est in mari, quia Christus in eo erat, antequam Christus ingrederetur, tranquillitas erat magna, eo intrante tempestas orta est, quia dum anima sine Deo est simulata, ac ficta fruatur pace. Sic ait seruator noster, cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet, tunc dæmon ait, quod Holofernes, ego nunquam nocui viro, qui voluit seruire Nabucdonofori, pacem inquit spiritus cum dæmone, & carne, inierunt fœdus cum morte, & cum inferno pacem fecerunt. Sed ecce in pace hac amaritudo mea amarissima. De hac pace Christus loquitur, non veni pacem mittere, sed gladium. Sed cum à statu peccati recedit homo, tunc tentationes insurgunt, tunc tribulationes, nec ideo mirari, aut turbari debes, signum enim est Christum in te esse. Optime de hac re Chrysol. ad Stagiritem monachum maximam dæmonis vexationem patientem, Vt quid interrogas, cur tanta à dæmone sustineo? non mireris, Cum in foro stat gladiator, & posito in terra ense, & chirotheca expectat, vt aliquis ea sumat, vt cum eo decertet, si tu hæc sumis, vt contra eum certas, teque exerceas, si fortè quereris, & diceris, quid contra me solum certas, me impetis, me percutis, non vero circumstantes, responderet sane tibi, contra te certo, quia tu accinctus es, vt mecum contendas, tu gladium accepisti, contra reliquos, qui solum intuentur, non ego contēdo. Sic, inquit Chrysol. quid miraris, si te dæmon impetit, si te impugnat, tu cum sæcularem vitam reliquisti, descendisti cum eo in pugnam, tu in stadium venisti, & in agonem, arma cōtra dæmonem accepisti, quid ille faciat, nisi tecum pugnare? Greg. illos tentare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. Chrysol. fur non eo intrat, vt furetur, vbi paleæ sunt, aut ligna villa, sed vbi aurū, & preciosa quæq; nauis, quæ vacua est, vel si aliquid portat, nihil tamen habet precio dignum, latrones, & piratas, non timet, nō ad eam illi accedunt, nec eam persequuntur, quam verò nouerunt auro, gemisq; onustam, hanc insequuntur, hanc vincere curant. Sic dæmon eam insequitur animā, de qua dicitur, multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu supergressa es vniuersas, Sic Antiochus audiens

Luc. 11.
Iudith. 11.Esai. 38.
Matth. 10.

Chrysol.

Simile.

Grego.
Chryso.

Prover. 30.

Rto.

1. Mach. 12. Ptholomaidem ciuitatem opulentam eam expugnare curat. Si
1. Reg. vii. cut ergo totum pondus praelij versum est in Saul, sic omnis de-
 monis ars, omnis eius vis in Christum Dominum, quem cum in
 se anima nostra, vt nauis velut, insurgit in eam mare, & motus
 magnus in eo fit aduersus illam.

Glossa. Tertio tandem, in Christi nauem irruit tempestas, vt doceat
 mur, ait *Glossa*, nullibi securos nos, & licet videas in te Christum
 Dominum esse adhuc caueas, tibiq; prouideas, beatus enim vir,
 qui semper est pauidus *Proue. 28.* adhuc in periculis pleno mari
Bernar. ri versaris. Bern. nusquam est securitas, nec in caelo, nec in mari
Iob. 4. diso, multo minus in terris, in caelo cecidit Angelus, in paradiso
 Adam, Iudas de schola Saluatoris. *Iob. 4.* ecce qui seruiunt
 non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem, quanto
 magis qui terrenum habent fundamentum, qui habitant domos
Bernar. luteas, consumuntur velut a tinea. Bernard. periculum probat
 transeuntium raritas, pereuntium multitudo. Hoc vero ad eos
 dicimus precipue, qui cum peccata euouerint, ac si in gratia
 confirmati essent, continuo nihil curant, nihil solliciti sunt de
 salute, non trepidi, no pauidi. Ante oculos semper hoc tibi sit,
 vitam hanc tentationem esse, plenam laqueis, vt magno Anto-
 nio ostensum est, referente Athanasio, nobisque maxime canen-
 dum, vt dicitur Deuterono. 4. custodiigitur semetipsum, &
 animam tuam sollicite. Si audires, in hac ciuitate centum esse
 viros, qui coniurationem contra te fecerunt, vt te de medio
 tollant, qua te sollicitudine custodies? quomodo noctu non
 procederet, quibus te munires armis? Quod in vitæ tempora-
 lis custodiam faceres, in vitæ spiritualis tutelam facere oportet,
 vniuersus contra te infernus conjuratione inita armatus
Prouer. 25. est, ne ergo dormias, sicut ille, de quo *Prouerbio. 25.* dicitur,
Beda. & eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator
 amisso clauo. Vbi Beda, in mari, ait, dormit, qui in huius
 mundi tentationibus positus, negligit motus vitiorum, qui sunt
 fluctus, reprimere, & clauum amisit, quo gubernatur nauis,
 quando considerationem perdidit futurorum.

Cant. 5. Ipse vero dormiebat. Mirum profecto, nonne tu Domine il-
 le es, de quo *Cant. 5.* sponsa loquitur, ego dormio, & cor meum
 vigilat, vocat sponsum cor suum, ostenditque, eius flagrantis
 amorem

A amorem, qui eum dormire non finit, sed vigilare cogit,
 vt nobis prouideat, etiam dum nos oblitus eius, somno corripi-
 mur, quomodo ergo nunc dormire diceris? Præterea nonne tu
 Domine verus ille Iacob, qui *Gen. 31.* ait, die, noctuque æstu
 vrgebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, nonne tu
 pernoctabas in oratione, etiam cum tui in periculis non essent,
 quomodo de te modo audio, ipse vero dormiebat? De te re-
 gius psaltes ait, non dormitabit, neque dormiet, qui custodit
 Israel, & *Iob. 38.* concentum caeli quis dormire faciet? & *Psal.*
 131. si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormita-
 tionem, sed nihilominus dormire perhibetur ab Euangelista,
 & a psalte, qui ad eum loquitur, exurge, quare obdormis Do-
 mine. Somnus iste plenus est mysterio, & mysterijs, vnde nostram
B excitat considerationem. Primo enim dormit ingruente tem-
 pestate, quia modicum suos patitur tribulari, quasi eorum obli-
 tus, quid enim est, cum iustum permittit tentari, aut tribulari?
 quasi dormit Dominus, Ideo psaltes, obliuisceris inopiæ no-
 stræ, & tribulationis nostræ. Sed super ceruicem dormit, vt dicitur
Mar. 4. facile excitatur, quia breui exurgens liberabit eum.
 Sic *Esai. 54.* ad punctum, & in modico dereliqui te, & in mise-
 rationibus magnis congregabo te, in momento indignationis
 abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sem-
 piterna misertus sum tui. Et *1. Pet. 5.* Deus autem omnis gratiæ,
 qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, mo-
 dicum passus ipse perficiet, confirmabit, consolidabitque. Ex-
 pendenda verba illa sunt, ad punctum, in modico, & modicum.
 Qua in re se Dominus cum iusto habet, ac qui preciosum, sed
 vitreum vas in altum proiecit, & cadere finit, donec prope terram
 cum sit, illud colligit, tenetque, ne frangatur, quo intendit, non
 vas frangere, sed artem ostentare suam, qui nouit illud eripe-
 re, cum iam perditum videbatur. Sic *Psal. de iusto* loquitur,
 cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum
 suam. Hoc item hodie facit, cum surgens imperat ventis, & ma-
 ri, & tranquillum redditur. Omnis enim tentationis, & tri-
 bulationis iusti finis est pax, tranquillitasque magna. *Tobi. 3.*
 hoc autem pro certo habeat omnis, qui te colit, vir insipiens
 non cognoscit, & stultus non intelliget hæc, sed qui te colit
 Aduen. M quod

*Gene. 31.**Psal. 120.**Iob. 38.**Psal. 131.**Psal. 4.**Mar. 34.**Psal. 43.**Esai. 54.**1. Pet. 5.**Simile.**Psal. 33.**Iob. 3.*

Psalms. 91. quod vita eius si in probatione fuerit, coronabitur, si autem A
in tribulatione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit,
Non enim delectaris in perditionibus nostris, qui post tem-
pestatem tranquillum facis, & post lacrimationem, & fletum
exultationem infundis, sit nomen tuum Deus Israel benedi-
ctum in sæcula. Hoc etiam Raphael ad Tobiam dixit, quia ac-
Iob. 12. ceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te, & misit
me Dominus, ut curarem te, post tribulationem Iob, & Tobia
continuò consolatio sequitur, & tranquillitas magna.

Secundo dormit Christus, cum contra suos mundus insur-
git, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam, quasi
Psalms. 37. ea non videat. *Palmo. 37.* factus sum sicut homo non audiens, B
& non habens in ore suo redargutiones, & per prophetam, &
Esa. 57. ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es. Non audis in-
numera iuramenta, & detractiones non vides innumerat
peccata? dormit, dissimulatque Dominus, sed caue, ne quan-
do excitetur, & increpet ventos, & mare, excitatus est tanquã
Deut. 32. dormiens Dominus, & quasi potens crapulatus à vino, & per-
cussit inimicos suos in pœstera, opprobrium sempiternum
dedit illis. Modò verò quasi dormit, hincque occasionem li-
berius peccandi quidam sumunt. Sic impij dixerunt, non vide-
Psalms. 93. bit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Intelligite insipien-
tes in populo, & stulti aliquando sapite, qui plantauit aurem
non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? C

Tertio tandem dormit, ut in se nobis exprimat pacem, se-
curitatemque viri iusti, qui inter vitæ huius incommoda, at-
que pericula securus quiescit. Videas hominem sæculi huius,
quolibet ingruente malo statim angitur, turbatur, affligi contra ve-
Prouer. 12. rò homo Dei nullo turbatur malo, non contristabit iustum,
Iob. 1. quicquid acciderit ei, dormit securus, non excitatur, non tur-
batur, veniant ad eum nuncij, ut ad Iob. perierunt greges om-
nes Chaldejs inuadentibus, dicet, Dominus dedit, Dominus
abstulit, sit nomen Domini benedictum, en dormit: Iob. Per-
Iob. 2. cutiatur in carne, in filijsque, dicet cum Iob, sicut Dominò pla-
cuit, sic factum est, en somnum, magna profecto pace frui-
tur, qui perfectè iustus est, & tanta, ut eam turbare valeat nullus.

Venti omnes, commutationesque aeris in inferiori regione
sunt, in superiori verò aeris parte omnimoda quies, paxque
est,

A est & perturbatio nulla, ut in cacumine Olympi montis est cõs-
picuum, vbi nec pluuia, niues, vel venti. Sic ergo terreni ho-
mines in inferioribus degentes perturbationibus quatiuntur, *Esa. 58.*
ille verò, cuius conuersatio in cælis est, cui dicitur, sustollant
te super altitudines terræ, liber est à perturbatione nimia, Gre-
go. 4. moral. memoriæ prodit, suo tempore fuisse Dei seruum
Stephanũ nomiæ, cuius messem inuidus quidam succendit,
quam solam in victum sibi, & discipulis habebat, quod ei nun-
cians quidam dixit, vè, vè Stephane, quid tibi contigit? succen-
dit ille vniuersam messem tuam. Respondit Stephanus, imò vè
quid illi contigit, qui hoc fecit, nam mihi quid contigit? en ip-
se dormiebat. Et quando à perfecta virtute aliud nobis com-

B modum non proueniret, quam hoc, quod dictum est, ut, sci-
licet, incommoda vitæ huius non nos turbarent, ac angerent,
maximè illa nobis curanda foret. Sicut enim ij, quibus mem-
brum aliquod incidendum est, vel qui torquendi sunt, aliquo
ebibito poculo, vel cibo insensibilitatem, & somnum curant,
ut grauissimos dolores non sentiant. Sic cum omnes nos post
peccatum torturæ, incisionibusque plurimis addicti simus,
iam nobis præcindenda salus, iam substantia, iam vxor, iam fi-
lij, iam torquendi infirmitate, iam detractione, comparanda
nobis perfecta virtus esset, ne ista vltra modum nos torqueât.
Sic exponit Gregor. illud Iob. 5. homo natus ad laborem, auis
ad volandum. Homo, inquit, qui homo solum est, cui vitio

C datur, nonne homines estis, quia terrenus est, & terrenis affe-
ctus, multa patitur, labori maximo addictus est, perfectus verò
vir, qui quasi auis in alta volat, & in cælis conuersatio eius est,
non hæc patitur, quæ ille, non ijs angitur. Nec mirum quia nõ
est hic thesaurus eius, ideo nec cor eius, vnde in his non tan-
gitur eius cor. Considerasti ne pauperem, cuius vniuersa sub-
stantia est vnum argentum, si hoc perdidit, angitur, angustia-
tur, quod si ditissimus homo amittat, ridet, quia thesaurus ei
manet multus, illi verò nihil superest eo amisso. Iusto, cum
omnia temporalia amiserit, infinitus manet thesaurus, Deus
scilicet, ideo ei plorandum non est, sed illi, cui nihil manet, illis
amissis, quia Deum non habet.

Accesserunt ad eum discipuli eius, Dñe salua nos, perimus. Hoc illa

tempestate intendebat, vt ad eum accederent, hoc tribulatione, & tentatione intendit, vt ad eum accedas, quod cum non feceris, frustra diceris à Deo percussus. Hierem. 5. frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt, frustra factum dicitur, quod sine intentato caruit. Psalm. dissipati sunt, nec compuncti. Esai. 9. perdidisti populum meum, & non est reuersus ad me, & non est reuersus populus meus ad percutientem se. Flagellatur seruus, qui male committit, & inter flagella mala eadem repetit, frustra flagellatur, in quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationem.

Domine salua nos. Quia in omni tentatione, & tribulatione ad Deum nos oportet accedere, vt nobis sit auxilio, quoniam ille prima causa est, cui si placueris, & eum tibi feceris placatū, perfecisti negotium tuum. Ideo monet Apostolus, nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum. Hoc edocere tenentur patres filios suos à pueritia, vt in omnibus ad Deū accedant, sed nūc docent eos, vt confugiant ad consanguineos, vel amicos, & inde omnis nostra perditio est, quod ad Deum non venimus. Audi conquerentem de hac re Deum Esai. 43. non

me inuocasti Iacob, nec laborasti in me
Israel, & adipe victimarum tua-
rum non inebriasti me, &c.

Do-
c

A Dominica quinta post Epiphaniam.

The. Simile est regnum calorū homini, qui seminauit &c. Matth. 36.

DIFFICILE profecto illud est explicatu, qua ratione ductus Deus noster, tam longa expectatione improbos expectare velit, ac pro arbitrio agere eos sinat, maxime verò cum intolerabiles iustis fiant. Quod Sara ferre non potuit, cum vidit Ismael ludentem cum Isaac, quod Paulus interpretatur, persequentem, quomodo is, qui secundum carnem, persequatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. Iustorum hæc videtur querimonia, quam eorum nomine Psaltes. 93. proponit, vsque quo peccatores Domine? vsque quo peccatores gloriabuntur, effabuntur, & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniustitiam? populum tuum Domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexauerunt. Eandem questionem proponit Abacuc. 1. mundi sunt oculi tui, ne videant malum, & ad iniquitatem respicere non poteris, (id est, eam approbare) quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorē se, & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem? Vel facies homines similes piscibus, in quibus minores à maioribus deglutuntur, vel non videris curare hominum occisionem, plusquam si pisces, & reptilia occiderentur. Ad eam mira hæc Dei in malos patientia est, vt multi propter eam Dei negauerint circa humana prouidentiam, necesseque fuerit, aliquando in scriptura huius rei rationem reddi, ne Deus dereliquisse terram videretur. Sic 2. Pet. 2. non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti. Hæc hodierni Evangelij materia est, de qua nobis longius differendum.

Aduent.

M 3

Simile

Simile factum est regnum calorū homini qui seminavit bonū A
femen. Maximi momenti parabola ista fuit, de qua singulariter
 discipuli interrogant, dicentes, ediffere nobis parabolam ziza-
 niorum, & eam ipse disseruit. Ostendit tantorum virorum in-
 terrogatio, & Christi dissertio aliqua hic maxima latere myste-
 ria. Qui seminat bonum semen est filius hominis, ager autem
 est mundus, bonum vero semen hi sunt filij regni. Sed quam
 bonum semen iustus sit, quis dicendo consequi poterit? Lo-
 quitur de sapientia Salomon dicens, præposui illam regnis, &
 sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Hæc
 verò cælestem sapientiam iustus possidet, maior ergo est om-
 ni diuite, omni potente, omni rege. Deinde quid est sapiens? B
 verè sapiens nihil est aliud quam chronographus iusti, quæad-
 modū reges chronographos habent, qui res gestas ab eis me-
 moriæ prodant, ea scribentes, reges verò superant in immen-
 sum chronographos suos. Ita iustus chronographū habet, quid
 sapiens nouit? quæ scriptis mandat? quæ loquitur? utiq; iustorū
 magnalia, eorum diuitias, & præclara facinora. Si ergo tanta
 res sapientia est, tantus vir sapiens, ut ei conferri non valeat
 rex, hic verò sapiens iusti est chronographus, tantumq; inter
 iustum & sapientem distat ac inter Regem, & chronographū,
 quid iustus obsecro erit, si eius chronographus tantus est? Et
 tandem attende hominem, cui omnia naturalia Deus conce-
 deret, & nihil boni in natura esset, quod ei non daretur, gratia C
 tamen careat, considera aliū vt Iob in sterquilinio, qui nihil bo-
 ni ex his, quæ natura dare potest, habeat, sit tamen in eo mini-
 ma gratia, hos duos homines inter se confer, & interrogo te
 quis altero potior tibi videtur? sine dubio ille, qui gratia dona-
 tus est, licet alijs careat, & quemadmodum in regis domo fi-
 lius hæres superat vilem seruum, sic is, qui iustus est, superat
 illum omnibus naturalibus bonis ornatum, iustus enim fi-
 lius, & hæres in domo Dei, alter verò seruus, vilis, nec dig-
 nus honore. Ideo Sapiens ait, si quis fuerit consummatus in-
 ter filios hominum, & ab eo abfuerit sapientia tua, in nubi-
 lum computabitur. Semen ergo præclarum iustus est, ex
 quo plurimum sibi fructus colligit Deus, hoc semen a deo præ-
 clarum à solo Deo potuit in terram prouenire. Sed seminat
 bonum

Sap. 7.

Simile.

Sap. 9.

A bonum semen in agro suo, non in alieno, rectè enim nouit, se-
 minantè in alieno agro, semen iactum amittere. Vis tu à Deo
 seminari? vis te à Deo excoli? esto ager eius, ne te alienes ab-
 eo, vt peccator, qui à Deo abalienatus, alteri domino se tradit.
 Quomodo conuersa es in prauum vinea aliena, ait Hierem. ab
 alienati sunt retrorsum, quia possederunt nos domini absque
 te, alterius ager cum sis, non te colit Deus, nullum bonum tibi
 deesset, si à Deo excoleris, lumū verò est matum, à Deo
 non esse cultum. Et hæc est imprecatio illa Daudica in mon-
 tes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniat super vos. Et nubibus
 meis mandabo, ne pluant super eam, venit super eam loco. 2.
 quæ cinis, & ignis, pluet super peccatores laqueos. Iustus ve-
 rò Dei cultura est, Dei agricultura estis, ait Paulus, æquum ve-
 rò est, vt talis appareat cultura, taleque semen. Hinc Dei popu-
 lus dicitur hortus, vinea Dei, paradifus voluptatis, reliqui verò
 populi dicuntur horridus mons, & silua, hoc autem interesse
 debet inter fidelem, & infidelem, quod inter hortum summè
 elaboratum, & siluam. Ideo Esai. Et eris quasi hortus irriguus,
 cuius non deficient aquæ.

Cum autem dormirent homines. Tunc contra nos vires demò
 resumit, cū dormimus. Cum vincere Sanfonem Dalila voluit,
 eiusq; fortitudinè tollere, dormire eū fecit. Dormis miser ho-
 mo? pessimus tibi erit somnus iste, lethargū pateris. Dormiētē
 Holofernè Iudith interemit, & Sifarā Iael, & Isbofeth inimici
 eius, infimę mulieres in strenuos duces præualuerunt, quia illi
 dormierunt. Hinc Esaias, filij tui proiecti sunt, & dormie-
 runt in capite omnium viarū. Similes peccatores sunt dormiēti
 bus in media via, quos currus transiens misere perdit. Luxu-
 rioso dicitur, & eris quasi dormiens in medio mari, & quasi so-
 pitus gubernator amisso clauo. Quid putas in causa fuisse,
 quod in plura lapsus sis peccata? dormisti, & inde super te po-
 testatem dæmon habuit. Hic monet nos Paulus, non sumus
 noctis filij, nec tenebrarum, non dormiamus, sed vigilemus,
 & sobrij simus. Ad Assur ait Naum, dormitauerunt Pasto-
 restui ò Assur, & Psa. dormitauerunt, qui ascenderunt equos,
 & Prou. 6. vsque quo piger dormies? quando consurges à som-
 no? paululum dormitabis, & veniet tibi quasi viator egestas.
 Hic autē somnus negligentia nostra est, & incuria, quā omnes

Hierem. 2.
Esai. 26.2. Reg. 17.
Esa. 5.
Psal. 10.
1. Cor. 3.

Esai. 58.

Iudit. 16.

Esai. 51.

Prouer. 5.

1. Thes. 5.

Naum. 3.

Psal. 75.

Prou. 6.

Simile.

cauere debemus, maximè tamen prælati. Corripit hominem maligna febris, quæ eum somno grauat, atque opprimit, excitas dicens, excitare, somnus enim tibi nocet, respondet, verum dicis, & continuo rursus dormit, vincitur enim ab humore prauo. Sic tibi dormienti in peccato contingit, excitat te prædicator, tu dicis, verum est illud, quod mihi dicitur, oportet me illa, & illa cauere, & vitam in melius mutare, sed continuo in somnum incidis propter excedentem mundi amorem. Nouit inimicus tempus, quo venire debet, & nocere potest, scilicet, quando tu dormis, nouit enim, si tempore vigiliæ venerit, nihil damni illaturum, sic fur te dormiente domum intrat, vigilate ergo iusti, & beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videatur turpitudine eius, ait Ioannes, omnibus ergo dico, vigilate.

Apoc. 16.

Venit inimicus eius, & superfeminauit zizania in medio tritici, & abiit. Demonstrat hic, quod error post veritatem existit (ait Chryso. st.) quod rerum exitus testatur. Etenim post prophetas fuerunt pseudoprophetae, post Apostolos pseudoapostoli post Christum Antichristus. In hoc ergo agro boni permixti sunt reprobis, quid mirum in terra has esse factiones, cum in celo etiam fuerint. In terra ergo continuo diuisæ sunt ciuitates duæ in Cain & Abel, vtriusq; factionis initium, progressum, ac exitum mire describit Aug. in libris de ciuitate Dei. Et in ipsa Ecclesia, vt dicit Aug. de hæresi. cap. 69. & definitur Concil. constan. Sess. 5, sunt boni malis permixti, est arca Noe continens animalia munda & immunda, est arca, Matth. 3, continens triticum & paleas, est sagena Matth. 25, continens pisces bonos & malos, est nuptiæ ad quas veniunt prudenter fatuæq; virgines, est cæna, in qua est etiam non vestitus veste nuptiali, est deniq; ager, in quo triticum & zizania. Nec vero ideo sancta dici non debet, à potiori enim nomen accipit, sicut ciuitas nobilis dicitur, licet sint in ea plures viles, & infimæ notæ, iusti verò præcipua pars sunt, Psal. ad nihilum deducit in conspectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat. Vt hoc bonorum, malorumq; discrimen notaret Deus, dicit ad Abraham, Gen. 13, faciam semen tuum sicut puluerem terræ, & in c. 15, ait, suspice caelum, numera stellas si potes, sic erit semen tuum.

Chryf.

Aug. ciuit.

Dei.

Concil. cõst.

Sess. 5.

Matth. 3.

Matth. 25.

Matth. 19.

Psal. 14.

Gene. 13.

15.

A tuum. Vbi Glossa, populus Christianus, cuius pater in fide est Abraham, comparatur nunc arenæ maris propter carnales, & improbos, nunc stellis cæli propter bonos, qui virtutibus fulgēt. In medio vero tritici zizania feminat, quia ibi maximè conatur malum effundere semen, vbi Deum bonum misisse conspicit. Ex gentibus nõ adeo curat euertere multos, ac fidelem vnum, & iustum plusquam mille peccatores, & vnum perfectum quàm plures imperfectos, Ambrosi. vigilet maximè iustus, cui multa sunt pretiosa, quæ perdere potest, Chryso. fur diuitem impetit non pauperem, quo quis à Deo plura recepit, eo dæmon illum maximè persequitur, Salomonem dictum dilectum Domini insequitur, donec idola colat, cum vidit Apostolos Christi corpore suscepto, maximè profecisse, tunc Sathanas expetiuit eos, vt cribraret sicut triticum, dormierunt illi, & ideo postea fugerunt. Moneris etiam bonus esse, licet in malorum medio verferis, esto triticum, licet alij sint zizania, esto castus, etiam in terimpudicos, vt Ioseph in domo Putipharis, esto Leth, etiam in medio Sodomorum, Iob etiam in terra Hus etiam inter scorpiones, Daniel etiã in medio Babylonis, Iudith casta etiam in tabernaculo, Holophernis.

Glossa.

Ambrosi.

Chryf.

Luc. 22.

Abijt. Quia recessisse dæmon se simulat, grano enim derelicto, in te pessimo, nouit, quod illud operabitur, pullulabitq; tempore suo. Superbam in te immisit cogitationem, nouit ille, suo tempore te derelinquendum à Deo, specie obicit mulieris, & abiit, suo tempore te per eam molestia afficiet, cauendum maxime à malo semine, quod si in te manet, pessimum reddet fructum.

Cum autem creuisset herba, apparuerunt & zizania. Mirum in modum crescit, apparetq; zizania. Cum omnem terram se ambulasse, & cõculasse iactaret dæmon, vnum Iob Deus ostendit feruentem sibi. Describendum certè, tot hominum millia dæmonem sequi, paucos verò Christum Dominum. Finge nunc principes duos inter se bella gerentes, alterum naturalè regni regem, tyrannum alterum: Rex ergo voce præconis sic suos alloquitur ciues, mihi bellum gerendum cum tyranno est pro salute, libertateq; vestra, ego prius arma induam, aciem penetrabo, & cum tyranno certabo, milites qui me sequi voluerint, indumentis meis indui debent, cibo quo ego vtor, illi utetur, & vincentibus regnum paratum est, mili-

Iob. 1.

Gen. 6.

res enim meos filios reputabo, & quasi filijs vniuersa ministra-
 bo. Quis obsecro ciuium adeo benignum regem nõ sequatur? A
 quis sub eius vexillo nõ militet? maximè si ex altera parte vide-
 ret clamantem tyrånum, qui vexillum meum sequentur, máci-
 pia esse mea debent, tormentis multis addicta, & in æternum
 crucianda. Hæc dæmonem clamare, illa Christum, facile vide-
 bit quisq; & tamen pauci Christum sequuntur, omnis quippè
 caro corruerat viam suam. Et sicut initio solum octo animæ
 iustæ inuentæ sunt, quæ saluaretur, & in quinq; illis ciuitatibus
 decem iusti reperti non sunt, ita nunc pauci iusti inueniuntur.
 Res sanè omnino deploranda, & in sola humana natura inuen-
 ta, omnis enim natura vt in plurimum finem suum assequitur,
 solum humana natura in paucioribus illum cõsequitur, miran-
 tur hoc Angeli, & dicunt.

Domine nõne bonum semen seminasti, vnde ergo habet zizania?
 Præclara profecto dubitandi ratio, qua ducti etiam Angeli du-
 bitant. Miratur multi, quomodo Dauid iustus cum esset, adeo
 vt diceret, non habitabit in medio domus meæ qui facit super-
 biã, filios tamè deperditos habuerit? Quomodo Ezechias, qui
 non peccata solum, & idola insequutus est, sed & eorũ vmbas,
 delens serpentem æneum, filium tamen habuit Manassem,
 qui in ipso Dei altari idola erexit? Quomodo Samuel adeo
 innocens, filios adeo discolos habuit, vt propter eos ipse reie-
 ctus sit ab vniuerso Israel? Hæc, quæ diximus, licet mira videã-
 tur, sed nõ adeo miranda sunt, facile nãq; quispiam dicet, licet
 illi sancti essent, non tamen quæ volebant poterant. Hoc verò
 mirum valde est, cum Deus infinite bonus sit, & omnipotens, C
 tãtumq; operis pofuerit in virtutis officijs curãdis, adeo bonũ
 semen seminauerit, adhuc tamen innumera peccata sunt. Quã
 tam adhibuit Deus curã curã Israel, ne idola coleret, creationẽ
 Angelorum prohibuit à Moyse describi, in tẽplo figuras solis
 & lunæ esse noluit, nihilominus solem, lunã, stellas, vitulos, &
 vilissima coluit animalia. Quãtum curauit seruari castitatẽ, pro-
 hibens scortum esse Israelitam mulierẽ, puniens capitali pœna
 adulteram, & virginem, quæ in domo patris nefas perpetraret,
 dans sacrificiũ, quo adultera agnoscat aqua illa maledicta, ni-
 hilominus tamen ardebat Hierusalem luxuria, quasi clibanus,
 vt

A vt Oseas ait, omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum. Osee. 7.
 Et Hier. dicit in desertũ se velle dare, ne hoc videat. Hoc verò Hier. 9.
 miradum magis, cum vt peccato regnũ adimeret, semetipsum
 tradidit Deus in mortem, & adhuc peccata regnant, vnde er-
 go habet zizania?

Deinde si ex parte hominis hæc rem pẽsare voluerimus, du-
 biũ est maximum, vnde tanta zizania? Primò quid dulcedinis
 est in peccato, vt ita diligatur? si voluntas nostra natura sua du-
 citur in bonum, & odit malum, quomodo peccatum diligit,
 quod est ipsissima malitia? Si nõ placet cibus quotidianus quã
 libet dulcis, sed nauseat homo super eo, si lassitudine cõficitur
 homo assidue durãs in aliquo opere etiã bono, quomodo pla-
 cet peccatum cibus mortis, & malitiæ opus? Si peccatũ est con-
 tra hominis naturam, & cõtra rationem, omne enim peccatum
 aduersatur rationi, quomodo hoc tã violẽtum perperuum est,
 cum nullum violentum perpetuum sit? Quid quod peccatum
 est contra ipsum, qui peccat, nam vt dicit Psalm. 10. qui diligit
 iniquitatem, odit animam suam, cum adeo naturalis sit nostri
 in nos amor, quomodo peccatũ admittimus? Si omnia nostra
 bona, & optima esse volumus, domum bonam, vestimentum
 optimum, cibum præclarum, quomodo teipsum, & animam
 tuam deteriora esse vis? Deinde peccatum est contra vniuersum
 mundum, est deordinatio vniuersã, quia omnis mundus
 subiectus est homini, & cum homo Deo subditur, omnis crea-
 tura ei subiecta est, cum dæmoni, omnem rem creatã dæmoni
 subiecit, quomodo ergo est peccatũ? Insuper, peccatũ est con-
 tra omnẽ legem diuinam, & humanã, contra Euãgelium, cõtra
 philosophiã, ab omnibus reprobatur, cõtra illud venit diluuiũ,
 cõtra illud ignis de celo, & innumera supplicia, aduersus illud
 venit Deus in carne, cõtra illud gratia, & sacramẽta; quomodo
 ergo adhuc peccatũ est? Quid q; peccatũ cõtra Deũ est, qui si
 perire posset, peccato periret, quia peccãs alium sibi proponẽs
 vltimũ finẽ Deo derelicto, illũ facit Deũ suũ, & cũ duo dij esse
 nõ possint, sicut qui aliũ regẽ in Hispania statueret regnũ Philip-
 po adimeret, sic peccãs Deo tollit Deũ esse, quãtũ in se est. In-
 super est Christum conculcare, eum iterum crucifigere, si tan-
 ta proditio peccatum est, quomodo adhuc peccatum extat.

Inimi-

Inimicus homo hoc fecit. Homo humanitatem significat, & sicut Deus seminans bonum semen homo dicitur, sic dæmon zizania seminans homo dicitur, non quod verè sit homo, sed quod humanitatem simulat, cum te decipit, amicum tibi se ostendit, sed fraudulentus est. Attende qua arte ad Euam accesserit, quasi res illius curaret, eamque benevolentia prosequeretur. Sic etiam ad Christum accessit eum tetans, amicum loquens, eique bona precatus, sed certe meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odietis. Annon simulata amicitia consilium dat Achitophel Absaloni, ut iniuriam irroget patri, quæ prorsus omni careat venia? Nouit dæmon nos nisi sub boni specie nihil appetere posse, ideo fucatum boni colorem nobis proponit, sed caue miser inimicus homo est, si humanitatem ostendit, inimicitias in corde gestat. Id sane tecum dæmon agit, quod inimicus facere solet, ut te iugulet, ad ostium domus noctu pulsat, cumque dicas, quis est, qui vocat, respondet mutato nomine, dicitque se alterum esse, ut incaute aperias, caue ergo. Sed quid facit inimicus homo? contrarium diuino semini semine seminavit, quid seminavit Christus in terram veniens, quod est bonum semine eius? paupertatem seminavit spiritus, unde ergo auaritia tanta? despectum raundi, unde ergo tantus exortus est mundi amor? crucem, unde tantus deliciarum appetitus? humilitatem, unde ergo superbia tanta? vere inimicus homo hoc fecit. Si Christus seminavit semine bonum & diuitias, voluptates, & fastum non seminavit, non ergo hæc bona sunt semina, zizania ergo hæc sunt ab inimico seminata, ut nos somno opprimat ait Basil. & consopitos peccare faciat, sicut Loth vino inebriatur, somno opprimitur, luxuria deijcitur, hi sunt gressus peccatorum, delicijs se tradunt, his succedit negligentia somnus, huic peccata multa.

Sinite utraq; crescere vsq; ad messem. Logum spacium impijs apparet hoc, quod dominus eis concedit vsque ad mortem, dicuntque, non est prope vastitas, edificemus domos, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Sed unde nosti de homo, mortem longe esse? venit finis, finis venit, dominus prope est, ecce venio cito, & cum venerit messis, peribunt fuditus impij. Cum viginti quatuor milia hominum, qui adorauerunt Beel segor (qui erat Deus luxurie) prostrati sunt in deserto, Moyses ostendit iugulatos peccatores

iustus,

Gene. 3.

Matth. 4.

2. Reg. 14.

Simile.

Basil.

Gen. 19.

Job. 21.

Hiero. 7.

Apoc. 1.

Num. 24.

A iustis, dicens, aspice qualis fuerit malorum finis, & vos quam felices, qui ab illa declinastis via. Mirum profecto nobis spectaculum proponetur in die illo messes magnæ, in iudicio, scilicet, cum videamus Synagogam peccatorum, illosque alligatos in fasciculos ad comburendum, dicatque Christus in die amici mei peccatores igni destinatos eterno, vos vero in regnum, lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Sed initio propositæ difficultati respondeamus, quibus rationibus Deus malos tolerat vsque ad messem, quarum illa sit prior. *Ne eradicetis simul & triticum.* Qui enim hodie zizania est, cras forte erit triticum, Hiero. hic datur locus penitentiæ, & monemur, nec cito amputemus fratrem, quia fieri potest, ut ille, qui hodie noxius deprauatus est dogmate, cras respiscat, quod si hodie euelleretur, eradicaretur triticum, non quod hodie est, sed quod

B cras erit, quia ut Aug. dicit, natura transmutare non potest zizania in triticum, at gratia id efficere valet, D. Tho. 1. p. q. 68. art. 4. ait, virtus appetitiua sequitur apprehensiuam, homo ergo apprehendit prima principia immobiliter, sed conclusiones non sic, ita appetit vltimum finem necessario, sed media libere, unde in his mutare potest, nec enim sicut Angelus immobiliter inhaeret, qui inde expectatus non est ad penitentiam, homo vero expectatur. Hinc Greg. super illud Job. 10. memeto quæso, quod sicut lutum feceris me li. 9. mora. c. 36. ideo irremissibiliter peccauit dæmon quia tanto robustius stare potuit, quanto carnis commixtione non tenebatur. Sed homo accipit corpus, quo minor seipso est, quæ infirmitas misericordiam mouet iudicis. Sicut ait Psal. ipse autem

C est misericors, & propicius fiet peccatis eorum, & recordatus est quia caro sunt. Et hac ratione petit Job misericordiam, memento, quod sicut lutum feceris me, infirmitatem carnis considera, & reatum laxa. Sicut ergo citharædus non frangit continuo chordam distemperatam, maleque sonantem, sed eam temperat, & aptat, sic nobis faciendum, non eradicemus zizania, sed curemus ut triticum sit. Quis eradicaret Paulum, Matthæum, Magdalenam, Petrum, & similes, cum peccatores erant, eradicasset vsque triticum, quod nunc sunt. Nullus in hac vita desperanda est correctio, quia ut dicitur sunt homines, & iumenta saluabis Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus, sub peccatorum frigiditate in iustos

Psal. 57.

Hiero.

Matth. 13.

Aug.

D. 1. ho.

Simile.

Psal. 35.

fauros.

Iob. 38.

fauros abscondit Dominus, vt ad Iob. 38. loquitur, nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? Vbi de hac re plura Greg. sulcat de puluere egenū, & de stercore erigit pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Insanabilis fractura peccati legi erat, sed non gratiæ, iam nulla plaga pessima, cui curatio non fit.

Greg.

1. Reg. 2.

Secunda ad idem ratio. *Ne eradicetis triticum.* Id est, iustorum merita, coronasq; elaboradas malorum persecutione. Vnde Aug. de quæstio. Euang. versans hoc verbum ne eradicetis simul & triticum ait, hoc dicitur, quia boni dum adhuc infirmi sunt, opus habent in quibusdam malorum cōmixtione, siue vt per eos exerceatur, siue vt eorum cōparatione magna illis exortatio fiat, & inuitetur ad melius. Et idē Aug. omnis malus ideo viuunt, vt corrigatur, aut vt per eum bonus exerceatur.

Aug. de quæstio. Euang.

Aug.

Pro cuius expositione notandum, in omnibus naturalibus reperiri cōtrarietatem quādam, qua alia agunt, alia patiuntur, & hoc pacto mūdus iste conseruatur, vt patet in elementis, & animalibus. Hinc illorū philosophorum opinio orta est, qui dicebant, omnia secundum litē fiunt, dicebant enim, pacem omnium esse corruptionem, litē verō generationē, quia cū pax erat omnium rerū, atomi iungebantur, efficiebaturq; chaos, & confusio rerū, cum verō litigabāt atomi, diuidebantur, fiebatq; generatio omnium. Quod licet sit figmētum, sed aliquomodo verum esse cōfirmat Arist. ostēdens, principia rerum naturalium cōtraria esse debere. Hinc ortum etiā habet, vt omnis ludus hominū in quadā inter se litē, & cōtentione sit. Eūdem ordinem

Arist.

Eccli. 33.

in spiritualibus. Sic Dñs voluit, vt perpetua lis sit iusto cum demone, cum carne, cum mūdo, qui collectio est hominū impiorum, & per zizania intelligitur. Hinc Eccli. 33. cōtra bonū malum est, & contra mortem vita, & sic cōtra virum iustum peccator, & sic inuicem in omnia opera altissimi, duo cōtra duo, & vnus contra vnus. In cuius figurā Iud. 3. dicitur, hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israël, & omnes, qui non nouerant bella Chananeorum, & postea discerent sibi, cōtra certare eū hostibus, & habere cōsuetudinem preliandi. Cū ergo coronadus non sit, nisi qui legitime certauerit omnes nos bellatores Dñs esse vult, & ideo milites nobis aduersos reli-

reliquit, quibus cum pugnemus, & vincamus. Hac ratione de omnibus sanctis Pau. Heb. 11. enumeratis his, quæ passi fuerāt, dicit, fortes facti sunt in bello. Ad hoc zizania relicta est, quomodo enim patientia Iob enituisset, nisi Chaldei essent, à quibus pateretur, amici, & vxor, qui eum vexarent, dæmon, qui eum insequeretur? Quomodo Abel virtus enituisset, si Cain non fuisset? Quomodo Iacob, nisi esset Laban? Quomodo Ioseph, nisi fratres, & domina ei insidias molirentur? Quomodo Moyses, nisi Dathan, & Abiron? Quomodo Dauid, nisi esset Saul, Semei, & Absalon? Quomodo omnium martyrum coronæ elaboratæ fuissent, nisi adessent persecutores eas elaborantes? Nō enim granum sinapis nisi cōtritum vim ostendit, nec odorifera, nisi in igne fragrantia apparent, Abel esse renuit, quē

Heb. 11.

B Cain malitia non exercet, ferrum quippe nostræ mentis ad cacumen non potest venire veritatis, nisi eum eraserit alienæ lima prauitatis. Et quēadmodum lapis, in optima collocadus edificiij parte, elaborandus est, cumq; elaboratur, instrumenta ferrea eum elaborantia hebetantur, & cōsumuntur, ipse verō lapis perficitur, nec dices, vā lapidi, sed vā instrumentis. Sic cū impius persequitur iustum, ne dicas, vā iusto, sed vā impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. Vā, ait Propheta, Assur virga furoris mei, non vā flagellato, sed vā virgæ. Ad hoc ergo relicti improbi sunt, vt iustos exerceant, vt sint eis ac Gabonita. Israeli, de quibus Iosue. 9. referuntur quidem, vt viuant, sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna redant, aquasque comportent. Indiget iustus virga, indiget aqua, sit Gabonita, qui ea illi comportet. Sed ita malorum persecutionem iustis attemperat Deus, vt illis sint utilitati, non damno, Psalm. 124. non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas, sint inimici eos exercentes, non tamen superantes.

Esai. 3.

Esai. 10.

Iosue. 9.

Psalm. 124.

C Tertia ad idem ratio, relicti improbi sunt, vt iustis in temporalibus sint adiumento, volens namque Deus suos alibi prius intendere, peccatores relinquit, vt temporalium curam gerant, iusti que alant. In figura hoc expressum est 3. Reg. 9. horum filios, scilicet, Ethæorum, & similitum, fecit Salamon tributarios,

3. Reg. 9.

butarios, de filiis autem Israel, non constituit Salomon seruire
 quendam, sed erant viri bellatores, & ministri eius, & princi-
 pes, & duces, & præfecti cureuū & equorum. Sicut Isralitas no-
 luit vilibus intendere Salomon, & ad hæc alios cōstituit, ita no-
 luit Deus, iustos nimium temporalibus intendere, ad id pecca-
 tores reliquit. Hinc Psalm. labores populorum possederunt, vt
 custodiant justificationes eius, & legem eius requirant. De hoc
 ad litteram Eccle. 2. homini bono dedit Deus sapientiam, & sciē-
 tiā, & lætitiā peccatori autē dedit afflictionē, & curam superflua
 vt addat, & congreget, & tradat ei, qui placuit Deo. Hoc etiam
 est, quod superius dictum est de Gabaonitis, Iosue. 9. reser-
 uentur quidem, vt viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis lig-
 na cędant, aquasque comportent. Sicut in domo magna, ait
 Paul. non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed lignea, & fi-
 ctilia, ita in Ecclesia, de qua Baruc. 3. o Israel quam magna est
 domus Domini, & sicut in domo regia non solum nobiles,
 illustresque sunt, sed infimi quique ad infima munera, ita in
 Dei domo infimi infima curantes relictī sunt in nobilium mi-
 nisterium. Cuius rei figura extat 4. Reg. 25. rex Babylonis de
 pauperibus terræ reliquit vinitores, & agricolas, principes verò
 ac nobiles secū duxit. De his Philip. 3. qui terrena sapiunt, no-
 stra autem conuersatio in cælis est, sapientes terrena vt conuer-
 santibus in cælo ministrent, reliquit Deus.

Quarta ad idem ratio est, quia nullus est ita iustus, qui non
 peccet, septiesque in die cadat, nec è contra quispiam adeo pra-
 uus, qui aliqua bona non habeat, ideo iusti hic tribulantur, vt
 mala exoluant, quæ faciunt, peccatores vero hic subsistere per-
 mittuntur, & plura bona accipiunt, vt hic eis retribuatur, quod
 in iustorū retributione eis nõ est retribuendum. Hęc ambo ex-
 primuntur Gen. 25. deditq; Abrahā cūcta, quæ possederat Isaac
 filio suo, filiis autem concubinarum largitus est munera, & se-
 parauit à filio suo Isaac eos, dum adhuc ipse viueret ad plagam
 orientalem, id est, bona immobilia Isaac dedit, mobilia verò re-
 liquit. Temporalia omnia mobilia esse, tempus ea mutans osten-
 dit, æterna vero immobilia sunt, hæc iustis largitur Deus, illa
 peccatoribus. Sed quod ad orientem separauit filios cōcubina-
 rā, ostendit prosperitatem temporale, secundū illud Ezech. 8.

vigin-

A viginti quinque viri dorsum habentes ad templū Domini,
 facies vertebant ad orientem, & adorabant ad ortum solis,
 id est, prosperitatem temporalem, vt ibi notat Gregor. Tem-
 poralia verò concedi propter opera bona in peccato facta,
 doctrina est omnium sanctorum, de quo doctores in 4. distin-
 ctione. 15. & Aug. asserit, prosperitatem Romanis concessam
 propter moralia bona opera. Et licet meritum proprie non
 sit in operibus illis sine gratia, est tamen meritum de congruo
 circa bona temporalia, vt dicit D. Tho. Bonauent. & do-
 ctōres loco allegato. Et hoc manifeste patet Ezechiel. vbi
 cum Dei mādato Nabucdonosor Tyrum expugnasset, ait Do-
 minus, non est reddita merces ipsi, nec exercitui eius pro
 feruitute, qua seruiuit mihi aduersus Tyrum, ego faciam
 eum regem Aegypti, & erit merces ei, & exercitui eius. Vbi
 Hieronymus ait, ex hoc quod Nabucdonosor accepit mercedem
 boni operis, intelligimus, ethnicos, si quid boni fecerint,
 non absque mercede Dei iudicio præterituri. Hoc est
 zizania relinquere aliquo tempore crescere, sed adeo paruo
 tempore id conceditur, vt nihil reputandum sit. Ideo Psal.
 ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum multipli-
 cata fuerit gloria domus eius, quia cum interierit, non sumet
 omnia. Et iterum, vidi impium superexaltatum, sicut cedros
 Libani, transiui, & ecce non erat. De quo optime Iob. ego
 vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius
 statim. Vbi Grego. firma radice in terra figitur, quia toto de-
 siderio in terrę amore solidatur. Vnde primus Cain in terra ci-
 uitatem fecit, quasi in terra fundamentum posuit, attollitur
 verò, cum prospera assequitur, aduersa non sustinet, liberè
 peccat, tunc infirmi trepidant, sicut ait Psal. mei autem pene
 moti sunt pedes, fortes verò prospiciunt, quæ post gloriā pæ-
 na sequatur, vnde despiciunt, quod foris videtur conspicuū,
 illud est, maledicere pulchritudini eius. Quasi enim per amē-
 nū pratū in suspendium ducitur, qui per prospera in interitum
 tendit. Quinta ad idem ratio est, mali relinquuntur, vt splen-
 deat amplius iusti bonitas, quia omnia propter electos. Quod
 initio moral. Greg. notat. ideo dicit, Iob in terra iustus esse, vt
 cōspiciamus, inter gentiles bonum eum fuisse. Hinc ipse c. 30. ait,

Aduen.

N

ait, Iob. 30.

Greg.

DD. 4. 4.

15. Aug.

D. Tho.

Bonau.

Ezech. 29.

Hierony.

Psal. 48.

Psal. 36.

Iob. 5.

Greg. ibi.

Psal. 72.

Greg. moral.

initio.

2 Pet. 2.

ait, frater fui draconum, & socius struthionu. Hinc 2. Pet. 2. cōmēdat Loth, quod inter malos bonus extiterit, & iustum Loth oppressum à nefandorū iniusta conuersatione eripuit. Malorum enim vita eum tangebatur, non delectando, sed cruciando. Hinc ad Philip. in medio nationis prauę atque peruerse, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Hinc Apoc. dicitur Ecclesię Pergami, scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanę, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Hinc Cant. laudatur Ecclesia, sicut lilium inter spinas. Opposita ergo iuxta se posita magis elucescunt, sicut quę circa imaginem adiacentia ponuntur, eam faciunt elucere amplius, sic malitia peccatorum virtutem bonorum illustrem magis reddunt. De qua re optime Greg. moral. cap. 29. vbi adducit illud Ezech. fili hominis increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas, vbi ait, ab initio boni malis permixti sunt, paleę granis, vt boni fulgeant amplius, &c.

Philip. 2.

Apoc. 2.

Cant. 2.

Greg. 20.
mor. Ca. 29.

Dominica Sexta post Epiphaniam.

The. Simile est regnum celorum grano sinapis.
Matth. 13.

Marc. 4.



M hodiernas parabolas Dominus proponere vellet, refert Marcus cap. 4. pręmississe Dominum hęc verba, cui assimilabimus regnum Dei, aut cui parabolę comparabimus illud? Quę questione dum veluti hesitabar, cui rei potissimum conferendum esset regnum Dei, magis attętos voluit reddere auditorum animos, ostendens eligere se ex multis similitudinibus eas, quę potissimę essent. Omni verbo diuino attentio summa debetur, quam vt exigerent prophetę, dicebant, hęc dicit

Esa. 1.

A dicit Dominus, & hęc ratio adco efficax Esaia vifa est, vt ea sola à cęlis, & vniuersa terra attentionem peteret, audite cęli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus loquutus est, hodie non solum Deus loquitur, sed ex thesauris sapientię suę selectissima profert, ad quę intelligenda petendum nobis est cum Psalm. da mihi intellectum, vt discam mandata tua, licet multa luce pręditus esset, multosque annos posuisset in diuina lege intelligenda, adhuc in ea erant abscondita alia, & alia secreta sapientię, ad quę nouam lucem exoptat, inde ait, mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea, scrutari est intima penetrare, nec in cortice conuiescere, ad hoc nobis gratia est necessaria, quam Marię interuentu petamus.

Psal. 118.

B Cum hodierna die ad populum Christus sermonem haberet, nihil loquitur nisi in parabolis, sic hodie Mat. sine parabolis non loquebatur eis. Quod Chrysof. intelligit, tunc nihil loquutum pręter parabolas, vt impleretur illud Psalm. aperiam in parabolis os meum. Rationes plurimę à sanctis dantur, quibus Christus in parabolis loquutus sit, de quibus Dionysius de cęlesti hierar. c. 1. & 2. & Aug lib. contra mendaciū c. 10. & 11. de ciuitate cap. 19. & D. Thom. 1. part. quęst. 1. art. 9. & 1. 2. q. 101. ar. 2. Sed qua potissimum ratione parabolas quas hodie dixit proposuerit ostendit Mar. 4. eas proponens, cum ait, loquebatur in parabolis, pro vt poterant audire, vt se captui audientium accommodaret, quę ratio à D. Tho. sic exponitur, Ad suauitatem diuinę prouidentię pertinet, vt cum ad creaturam loquitur, accommodet se eius naturę, & modo intelligendi, hominum verò natura hęc est, à sensibilibus ad intelligibilia, & spiritualia duci, quia omnis eius cognitio ortum habet à sensu. Inde Dionys. vbi supra cap. 1. ait, impossibile est, aliter nobis lucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circunuelatum, hac ratione similitudinibus, ac parabolis opus habet. Quod si quispiam dicat, hęc poetarum esse figmenta componentium. Respondit D. Thom. vbi supra, aliter poeta similitudines vsurpat, aliter Deus, poeta namque cum fabulosa, & quę nihil sunt, tractet, similitudinibus ea exornat, atque eleuat, vt intelligi possint, sed Deus diuina

Chryf.
Psal. 77.Dionys.
Aug.D. Tho.
Mar. 4.

Dionysius.

D. Tho.

tractans similitudines proponit ratione omnino aduersa, quia diuina tanta sunt, vt intelligi, ac percipi à nobis non possint in se ipsis, & similitudines, ac parabolæ eas ad nostrum captum trahunt, nobisque aptant, ac accommodant, ea deprimendo. Similitudo ergo nobis proponit intelligibilia, coaptatque intellectui, fabulosa eleuans, diuina verò deprimens. Similitudoque illa memoriæ mandat rem, cuius est similitudo. Sicut adamantem auro includis, vt seruetur, & illum collo tuo in torque portas, sic diuina doctrina in parabolæ auro conseruatur, ne à memoria nostra excidat, sed ante oculos nostros versetur, in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi: visa enim parabolæ imagine, quæ semper ante oculos versatur, recordatur continuo rei, per illam significat, secundum illud Eccles. 39. sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit, narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit, occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur, non in domus ianua sistit, sed ingreditur intus, nec in aureis literis libri stat, vt puer, sed scientiam & doctrinam inuestigat.

Psal. 118.

Eccl. 39.

Hoc verò in hodiernis parabolis nobis est peragendum. *Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod minimum est.* Alia semina minora sunt, vt papaueris & rutæ, sed minimū dicitur si naps, ait Albertus magnus, proportione. quia comparatum ei, quod producit, minimum est, vel minimum est, id est, ex minimis est vnum, in arbore vero crescere dicitur, & aues ibi quiescere, quod licet apud nos non ita sit, est tamen sinapis sic crescens in Egypto, & terra promissa.

Qua similitudine illud primò aduertendum nobis est, duo esse regna, alterum terrarum, alterum cælorum, quæ in hoc conueniunt, quod ambo regna dicuntur, sed multum per omnem modum inter se distant. Primo, quoniam magnitudo, pulchritudoque regni terrarum in exterioribus est, exterius magnum, pulchrumque est, interius vero secus. Et sic diuina scriptura illud confert iam cedro, iam arbori cælos pertingenti, iam monti maximo. Sed magnitudo regni cælorum in intimis est, ideo sinapis grano comparatur, quod maxi-

mum

A num virtute est, non exteriori apparentia. Secundò, regnum mundi principio magnum est, & pulchrum, sed in fine puluis, & cinis est, vt in Danielis statua ostensum fuit, in qua aurum, argentum & æs in cinerem versa sunt. Regnum Dei contra, initio paruum, in fine verò maximum. Hinc Deus suos monet, non contemplari, quæ nunc videntur, sed quæ non videntur, quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ non videntur, æterna. Exod. multa in tabernaculi ministerium vasa fieri præcipit, sed ante omnia ait, faciesque duos lebetes ad suscipiendos cineres, vt ostendat. primum nobis curandum esse vt cineres colligamus, finem rerum intuentes, initium statuæ aurum erat, at finis pedes lutei. Ne ergo mireris magnam arborem Danielis regnum Nabucdonosor significans, quoniam succidetur, nec despicias granum sinapis, quoniam in magnâ arborem crescit. Quicquid habueris, si Deum non habes, nihil est, si habes eum, licet nulla possideas, omnia tenes, quia si ne Deo illa magna in nihilum redigentur, & cum Deo granum sinapis in immensum crescit. Notat Cypria. illud 3. Esd. cum habitatores Hierusalem templo fiderent, nec cogitare possent Deum eos perditurum, ne forte amitteret domum elaboratam, plenamque auro, & argento, quasi hæc Deus magnificeret, tunc tradidit eos in manus Nabucdonosor regis Babylonis, & domum illam demolientes incenderunt, & populum captiuum deduxerunt, & tamē ait Cyprianus, continuò non permisit ignem tangere vestimenta trium puerorum seruatorum suorum, vt ostendat plures facere vestimentum serui sui, licet attritum, quam omne aurum, & argentum. Ideo letamini in domino, & exultate iusti, & gloriâmini omnes recti corde, licet enim modò sitis granum sinapis, aliquando tamē crescetis in arborem magnam. Contra timeat peccator, quicquid habeat, & nihil se habere credat, sine dubio enim contiget ei illud Esaiæ & relinquetur filia Siõ sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. Dum in vinea fructus est, adest in vmbraculo custos eius, cum verò fructus nõ est, recedit, cum in te sanctitatis fuerit fructus, aderit tibi Dominus, recedet verò quando hic fructus non fuerit, & vastabitur ciuitas cordis tui.

Daniel. 3.

2. Cor. 4.

Exo. 27.

Cypria.

3. Esd. 6.

Esai. 7.

Simile.

Aduent. N 3

Sec

Hieron.
Matth. 21.
Chrysof.
 Sed quodnam est hoc cælorum regnum, quod simile si na-
 pi dicitur? Hieronymus intelligit doctrinam Euāgelij, de qua
 dicitur, auferetur à vobis regnum Dei Chrysof. regnum Dei,
 quod regnat in fidelium mentibus, alij Ecclesiam, alij Christum
 intelligunt, sed vt omnia colligamus in vnum Ecclesia dicitur
 granum sinapis, est enim illa initio parua, tum ratione capitis,
 tum ratione primorum parentum, tum ratione doctrine, tum
 ratione minimi gregis, qui initio Ecclesie fuit, & denique rati-
 one vitæ omni altitudine terrena destitute. Primò granum
 est sinapis ratione capitis, de quo Paulus ait, exinanivit se met-
 ipsum, vno verbo explicat Pau. quid vniuersa in vita Christus fe-
 cerit, scilicet, exinanire se, minimum se prestare. Greg. granum
 fuit, cum moreretur, arbor cum resurgeret minimum omni-
 bus feminibus, iuxta illud Esaiæ, nouissimum virorum, & des-
 pectum. Hinc ille ait, discite à me, quia mitis sum, & humilis
 corde. Secundò ratione Euangelicæ doctrine, quæ minima est
 1 Corint. 1. nos predicamus Christum crucifixum Iudeis scā-
 dalum, gentibus stultitiam, & infra, placuit Deo per stultitiam
 predicacionis saluos facere credentes. Deinde docet nos, om-
 nem altitudinem terrenam fugere, pauperes esse, humiles, ab-
 iectos, nõ malum pro malo reddentes, & nisi efficiamini sicut
 paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Et hic est sensus
 verborum illorum Christi, qui soluerit vnum de mādatis istis
 minimis, dixerat enim Euangelicas beatitudines, quæ omnes
 humillimæ sunt & minimæ. Tertio, ratione eorum, per quos
 promulgata hæc lex fuit, 1 Cor. 1. quæ stulta sunt huius mūdi
 elegit Deus, vt confundat sapientes, quæ infirma sunt, vt con-
 fundat fortia, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt destrueret,
 sanè minimi sunt hi, de quibus dicitur, ea, quæ non sunt, &
 1 Corint. vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & co-
 laphis cedimur, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus
 omnium peripsēma vsque adhuc. Vnde ille ait, quod vni
 his minimis meis fecistis. Deniq; initio pauci in Ecclesia
 vt eis diceret Christus, nolite timere pusillus grex, ecce Eccle-
 siam omni ratione minimam granumque sinapis.

Crescens verò maior fuit omnibus oleribus, est enim lapis
 ille abscessus sine manibus, qui confregit statuam, & creuit

montem

A montem magnū, & impleuit vniuersam terram Dani. 2. Verè
 fons paruus creuit in fluuiū magnū, & in aquas plurimas redū-
 dauit. Audi incrementū grani sinapis, primò in capite, erit ger-
 me Dñi in magnificentia, & gloria, & fructus terre sublimis, ex
 celsior cælis factus, Ephes. 1. suscitans illum à mortuis, & con-
 stituens ad dexteram suam in cælestibus super omnem princi-
 patum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne
 quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futu-
 ro, & omnia subiecit sub pedibus eius, & ad Philip. 2. humili-
 uit semetipsum &c. id est, granum factus est sinapis, propter
 quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est su-
 per omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Hæc
 est arbor illa Danielis, cuius altitudo nimia, fructus copiosus,
 folia pulcherrima, subterquam requiescunt animalia terræ, &
 In ramis aues cæli, id est, Angeli, qui à Christo illuminantur, &
 fouentur vt à capite. Vnde & ipsis Angelis dicitur Gen. 18. re-
 quiescite sub arbore. Et Eccles. 14. de sapiētia dicitur, statuēt
 lios suos sub tegmine illius, & in ramis illius morabuntur, pro-
 tegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requies-
 cet, quod de iustis hominibus & de Angelis in Christo quies-
 cētibus accipitur. Secūdo, Euangelica doctrina crescit in mag-
 nā arborē, Hier. cōfer Chri doctrinā doctrinis philosophorū,
 splēdori eloquētiae eorū, & cōpositioni sermonū, & videbis mi-
 nimā christianā doctrinā, sed illa cū creuerit, nihil mordax, nihil
 viuudū, nihil vitale demonstrat. At vero Christi doctrina aliter
 multo se habet: crescit enim in arborem grandē. Et Ambros. Ambros.
 sermone. 2. ait, sicut cum sinapis succum sumimus, vultu cōtri-
 stamur, fronte contrahimur, ad lacrimas prouocamur, & ip-
 sam salubritatē corporis nostri cū quodā fletu austeritatis acci-
 pimur, illinc enim nos amaritudo exasperat, acrimonia pene-
 trat, hinc calor ignei saporis accendit, & toto perturbati corpo-
 re, tūc magis sani efficimur, cū amplius deploramus. Ita omni-
 no cū fidei Christianæ præcepta percipimus, cōtristamur ani-
 mo, affigimur, corpore, ad lacrimas prouocamur, & ipsā nostrā
 salutē cū quodā fletu, ac mærore prosequimur, inde enim cō-
 tristati habitu magis salutē cōsequimur, si amplius defleam iuxta
 illud

illud vos plorabitis, mundus autem gaudebit, hæc Ambrosius. Et deinde, quod humile de Deo fides prædicauit, ostendit summum Dei esse opus, & infinitæ argumentum bonitatis, & quæ tantam suadebat hominibus in hoc mundo humilitatem, ac abiectionem, tantam præstat in venturo celsitudinem, qualé nec odorati, vel suspicati vnquam fuerint philosophi, nec vero credibilem putauerunt. Vnde Porphyrius nos irridet, quod speremus Dei facialé visioné, quæ putat impossibilé. Tanta denique bona pollicet, vt nec ocul^o viderit, nec auris audierit nec in cor hominis cõscenderint. Et tandé ecclesia minima initio, in arborem crescit, cum illud impletum est à solis ortu vsque ad occasum magnum est nomé meū in gentibus, & Psal. plantasti radices eius, & operuit terrā &c. Vide incrementum Colossens. 1. in verbo veritatis Euangelij quod peruenit ad vos, sicut & in vniverso mundo est, & fructificat, & crescit, sicut & in vobis.

Ex quibus colligitur, quomodo nos crescere oporteat, ar vero christiana id ostendit, vt efficiaris granum sinapis. Diuersa plane via Dei à via nostra, sicut distant cæli à terra, sic viamcæ à vijs vestris, via mundi incipit à magno, & terminatur in paruū, incipit à turri Babel, quæ cælum pertingat, & terminatur confusione, incipit ab auro, & terminatur in lutum, vt statua Danielis, incipit in magna arbore, & terminatur in germen paruum. Deus verò contra, incipit à paruo, & terminatur in magnum, incipit à grano sinapis, & terminatur in magnam arborem, à minimo ergo tibi incipiendum est. Esa. 37. mittet id, quod saluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquū est, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum, prius mittenda est radix deorsum, sic nanque omnis planta crescit, cum primum radices deorsum iecerit, sic & omne ædificium, ait Augustinus post humiliationem erigitur, prius enim fundamenta deorsum iaciuntur, quia omnis, qui se humiliat, exaltabitur.

Iustè mirari possumus parum virtutis incrementum, etiam in his, qui spiritualementiam sunt ingressi, cum tamen præ manibus habeant instrumenta virtutis maxima, sacramenta plenagratiæ, quomodo ergo non crescis? quomodo non proficis

in ora-

A in orationis exercitio, in omni denique perfectione? Aggei. 1. ^{Aggei. 1.} ponite corda vestra super vias vestras, seminastis multum, & intulistis, parum, comedistis, & non estis satiati, bibistis, & non estis inebriati, operuistis vos, & non estis calefacti, & qui merce des congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Hoc tibi contigisse, causaris, qui multis diebus seminasti in oratione, elemosynis, cõfessione, communionem, & omnia videntur in sacculum pertusum congregata, cum profectum animæ tuæ non videas. Ego vero tibi respondeo, tu vis arbor esse magna, sed nõ cogitasti, quomodo prius fieres granum sinapis, nunc vero hæc regulā tibi statue, minimū in omnib^{us} te ipsum fac, multa potes, facere quib^{us} humiliaris, quibus minor appareas, etiā seruata fratutui sorte, aliquid potes de pretiosa veste, & supellectili tollere, aliquid de ciborum apparatu minuere, cum minimis, & humilibus conuersari, cura denique nouissimum virorum te efficerere, quod si hæc perfeceris, sine dubio granum sinapis eris, crescesque in omni opere bono fructificans in arborem grandem. Qui enim minimos se exhibent, Deo placent, qui humilibus dat gratiam. Quidnam aliud esse putas, quod Deus ab initio sæculi paruos maxima beneuolentia est prosequutus, & humilia respicit in cælo, & in terra? An non duo primi fratres erāt Cain & Abel, è quibus minorem elegit maiorem reprobauit, denique respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem non respexit. Duo item Abraham filij Ismael, & Isaac, Ismael natu maiori reiecto, in Isaac, ait, vocabitur tibi semen, sic etiam cum reliquis minimis se habuit, de quo alibi plura diximus. Veniens vero in mundum hoc idem ingenium ostendit, increpans prohibentes paruulos ad se venire, finite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum. Sed vt quid hæc? num placet Deo pusillum corpus? in mysterio vtique hæc facta sunt, vt ostendat Deus placere sibi humiles Aug. ad eremitas, audite miraculum magnum fratres, erigis te, & Deus fugit à te, accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, humilias te, & Deus descendit ad te, quare hoc? quia excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit, humilia respicit, vt extollat, alta à longe cognoscit

N. S. vt

Mala. 1.
Psal. 79.
Colos. 1.

Esa. 55.

Dan. 2.
Dan. 4.

Esa. 37.

Aug.

Mat. 19.

Aug.

cit vt deprimat. Accedit ad Deum Pharifæus & fugit Deus ab eo, elongat se Publicanus, & Deus venit ad eum. Sed hoc in nobis mirandum valde est, quod fidelis, qui gloriatur, se caput habere Christum Dominum humiliatum, qui eius humiliatio nem, crucemque adorat, qui in Ecclesia versatur, quæ schola est humilitatis, tanquam granum sinapis, gloriaturque quod à parentibus antiquis sit in hac Ecclesia, quam dicit antiquam suam domum, su solar, adhuc tamen humiliari erubescit. Si aliquis gloriatur, quod in statu sit vel illustrium, vel mercatorum & tamen erubesceret opera exercere illius status, irridendus esset quasi stultus, vel erubescere statum, & opera eius, vel si de statu gloriaris de operibus etiam eius gloriare. Sicut ergo in arte aliqua crescere nequitia potest, qui opera artis illius erubescens ea non exercet, ita in Ecclesia minima vt sinapis crescere non potest, qui se non humiliat ac deiecit. Optime ergo arguit. 1. Pet. 5. humiliamini igitur sub potèti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Sequitur in Euangelio.

Quod accipiens homo, seminavit in agro suo. Maximum hic notatur mysterium, cum Christus Dominus tot haberet semina, quæ feminare poterat in agro suo, omnibus relictis granum sinapis seminat, potuit eligere sibi delicias, diuitias, dignitates, & tamè non hæc elegit sed humilitatem, & crucem. Posuerat in paradiso arborem vitæ, nunc autem in Ecclesiæ paradiso granum sinapis. Vis tu seminare delicias, diuitias, celsitudinem, Christus contraria seminat, & qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt, in laboribus plurimis in carceribus abundanter in mortibus frequenter, circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egètes agustati afflicti. Et sic monemus omnes, obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere à carnalibus desiderijs. Hortum florum tu tibi velles, dat tibi Christus granum sinapis, velles delicias, datur tibi crux. Præceptum in lege fuit, non semines terram diuerso semine, velles seminare in corde tuo semina duo, fidem Christiani, & vitam ethnici, velles Deo placere, & mundo, hæc simul esse non possunt, quoniam omnino contraria sunt. Vt vim sinapis adimas, mel misces, velles cum Euangelij fide delectationes tuas miscere, Christo & carni inseruies, sed qui in carne sunt Deo placere non possunt.

Non

A Non indueris veste, quæ ex lino, lanaque contexta sit, vt dicitur in Deuteronomio. Velles in vestimento tuo duas telas, gentium & Christi, sed hoc impossibile est. Huiusmodi est qui audit sacrum, & mulieres respicit comptas, qui delicias sequitur Christum credens. Semina ergo in agro tuo sinapim dumtaxat, crescet in arborem, in qua requiescunt cæli aues. Hoc omnino impossibile videtur peccatori, quod in cruce, & pœnitentia sit delectatio, paxque inuenienda. Hæc fuit Moyfi dubitatio, & incredulitas, cum ei præcipitur, aquam educere de petra, ea virga, qua aquas in sanguinem vertit, & mare siccauit, quomodo, inquit, hac virga aquam educere poterò, qua contraria effecta sunt? & quo pacto ex petra aqua exire poterit? **B** Sitis cõsolationis & gaudij aquas, ait tibi Deus, sume virgã pœnitentiæ, sume flagella percute corpus tuum, & inuenies requiem animæ tuæ, dubitat peccator, & ait, an cõsolutio mihi erit aqua que refrigerij ea virga, qua sanguinem elicio? certè ita fiet Dei gratia. Quod dubitaret Moyfes non mirum, id enim viderat nunquam, sed nec audierat, at quod fidelis hæc dubitet mirum, cum id sapius & viderit, & audierit ab omnibus sanctis, qui in cruce gloriati sunt, & in ea requiem inuenerunt. Mandibula asini fuit Sansoni gladius, quo plurimum fundit sanguinem, & eadem fuit illi fons aquam scaturiens, pœnitentia enim gladius est carni, spiritui vero fons gaudij. Mira profecto virgæ potentia, quam postquam Moyfes expertus fuit, semper eam manu tenebat, vt scriptura testatur, quia iusti experti pœnitentiæ vim eam semper manu tenent. Si autem hanc relinquis virgam, & ab ea fugeris, accidet tibi illud Amos, quod fugiens vrfum, offèdes colubrum, fugis tu pœnitentiæ asperitatem, & offendis maius supplicium, memoremque in culpa.

Simile est regnum calorum fermento, &c. Satum mensura est, ait Hieronymus ex Iosepho continens modium & dimidium Italicum. Fermētum variè in scriptura sumitur, aliquando pro humana doctrina Mat. 16. caute à fermento Pharifæorum, qui hominum traditiones docebant. Vnde Orig. homil. 5. in Leuiticum ait, cum fermentum à sacrificijs penitus excluderit, Leui. 2. postea tamen Leui. 7. super fermentatos panes sacrificium poni præcepit, sed intuere, quia non pars sacrificij sunt, sed,

Dent. 22.

Num. 20.

Judith. 16.

Exod. 17.

Amos. 5.

Hieron.

Matth. 16.

Orig. homil.

5. in Leuit.

1. Pet. 5.

Gen. 2.

1. Pet. 5.

Leui. 19.

Rom. 8.

sed super eos sacrificium ponitur, quia humana doctrina non admittitur ad diuina mysteria, bene tamen super illa poni possunt, eloquenterque tractari. Super fermentum posuit sacrificium Paul. 1. Cor. 5. dicens, corrumpunt bonos mores colloquia praua, & ad Titum. 1. Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres pigri, sicut quidam ipsorum poetae, quae sumptit ex fermento Graecorum.

Secundò fermentum significat nequitiam, cum enim fermentum massam transmutet quando fermentum malum est, & ex iniqua massa relictum, viciatum denique, massam totam perdit, sic si in malum mutetur homo fermentum malitiae ei adhaerit. 1. Cor. 5. expurgate vetus fermentum, ut sitis azyma. Vnde Orig. hom. 23. super Nume. celebritatem azymorum celebrat, qui fermento caret nequitiae. Vnde cum dicitur, si aliquid fermenti reperitur, exterminetur anima illa de populo, propter malitiam dictum est, quam esse in nobis Deus non patitur.

Tertio significat Christi doctrinam, vel Christum ipsum, vel Apostolos mundum fermentantes, & in bonum transmutantes. Fermenti calor, ut Arist. docet, humidum panis marurat, leuat, sapidum reddit, & digestionem praeparat, cuius signum est ait Arist. quia nihil de fermento secundum substantiam materialem in pane inuenies, quia totum spirat in spiritum, & ubique per pastam diffunditur, sicut spiritus per corpus. Haec verò operatur in nobis Christi doctrina, sumus nos massa insipida, vsui inepta, tria sata habemus singuli, rationem, irascibilem, concupiscibilem, erat etiam mundus vniuersus ante Christum massa talis, qualis sine gratia esse poterat, in tria sata diuisus in tres, scilicet, mundi plagas, sed diuinum verbum per vniuersum sparsum est mundum quasi fermentum, & illum sapidum efficit, impletumque est illud Sap. 7. per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, & prophetas constituit. Lex vetus in suis solemnibus azymos panes dabat, fermentare non potuit, quae gratiam Christi non habebat. Haec verò mundi fermentatio durabit, donec totum fermentatum sit, quia ut dicitur Mat. 24. praedicabitur Euangelium regni in vniuerso orbe, & tunc erit finis.

1. Cor. 15.
Tit. 1.

1. Cor. 5.
Orig. homil.
23. in Num.

Arist.

Sap. 7.

Mat. 24.

A Ambros. in Lucam, fermentum est Christus Dominus, quia licet ex eadem farina qua massa, sed diuersa vi, sic Christus in humana natura, sed vi diuina, fermentat tria sata, scilicet, spiritum animam & corpus. 1. Thes. 5. ipse autem Dominus sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in die Domini nostri Iesu Christi seruetur. Tunc verò fermentatum est totum, cum diuina gratia totus homo interior, exteriorque Deo subijcitur. Et idem sermone. 5. sicut fermentum cum in cumulum conspergendum est farinarum, confringitur, comminuitur, dissipatur, & ipsum omne dissoluitur, ut disperfam illam farinae multitudinem in vnum vigorem constringat, atque in solidum corpus redigat, quod in pulueris modum ipsa diminutione languebat, faciatque coniunctione sui vtilem esse massam, quod propria dissolutione videbatur inutile, sic Christus mundi fermentum diuersis passionibus contractus est, ut sic omne genus humanum solidaret, & filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum, & sic in corpus eius reducti sumus, quoniam sumus corpus Christi, Ephes. 5.

B Ex quibus colligitur, qualis mundus erat sine Christo, eiusque doctrina, & qualis nunc homo, qui sine Christo est, inutilis insipidus, veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Hinc sepius peccator insipiens dicitur, quasi sine sapore. Iustus verò sapiens, quia sapidus. Nunc ergo nullus causari potest naturam suam, dicens bilis in me dominatur, vel sanguis me commouet, iam fermentum in mundum venit homines transmutans in Deum, & ex tigribus & leonibus reddens agnos. Hanc dicat, qui natura ducitur, Turce, Scythaeque, haec loquatur, quibus fermentum Euangelij non est, sed christianus, cui est ad manum fermentum, eo vtatur, peccatum vobis non dominetur, non enim estis sub lege, sed sub gratia, dominatur in te peccatum? impossibile tibi apparet ei repugnare? ignoras legem, in qua es, lex ista ait, dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, recipe diuinum sacramentum, quod verè fermentum est hominem mutans, in Christum, ut ille dicit, in me manet, & ego in eo, Iacobi. 1. in mansuetudine suscipite in situ verbum, quod potest saluare animas vestras. Si homo captiuos redimeret, qui cathenis plurimis tenerentur, si soluto pretio

Ambros.
In Luc.

1. Thes. 5.

Ioan. 11.

Ephes. 5.

Psal. 38.

Rom. 6.

Ezec. 34.

Ioa. 6.

Iacob. 1.

Simile.

vin-

vincula eorum nunquam soluerentur, sed cathenis ligati A perpetuo incederent, non esset illa perfecta redemptio. Nunc autem copiosa apud Deum redemptio est, nos ergo liberavit ille à dæmonis seruitute, vincula etiam dirupit, dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Audi clamātem, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum, alias enim gratis Christus mortuus esset, tibi ergo facilis medicina est, fermentum prope est. Insignes illæ victoriæ, quibus Deus suos olim mirificauit, in lege gratiæ commutatae sunt in spirituales victorias omnium inimicorum nostrorum. Ad hoc eum venisse testatur, qui dicit, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, sicut enim temporalia promissa in lege facta, spiritualiter promissa nobis sunt, sic victoriæ victorias spirituales ostendunt.

Sed ais, appetitus ego vim sentio captiuantis me in lege peccati gratiæ verò vim non experior. Respondetur, primum omnium in mundi conuersione mirabilis profecto apparuit fermenti huius vis, dum fermentatus est vniuersus mundus paruo fermento adhibito duodecim Apostolorum, sed in te, qui minor es mundus, si eius vim non experieris, primum illud prouenit ex eo, quod à Deo petere auxilium non vis, nec eo oblato vti facile qui in puteum cecidit, exire inde potest, oblato sibi fune, sed si eam non petit, & oblatam reijcit, non exibat. Quomodo experiri vis gratiæ vim, si eam à Deo non petis? & oblatam tibi reijcis? Secundo, multa facis, quibus obicem gratiæ ponis, inimicis tuis arma largiris, dum corpus tuum delicate nutritis, in peccati occasionibus versaris. Si cum ab hostibus obfessa est ciuitas, & à rege auxilium eius postularét, alia ex parte inimicis arma, cibosque præberent, vt quid illis auxilium ferendum est? Quid ergo tu caufaris vim gratiæ non tantam esse, quam tu reijcis? cuius auxilio vti non vis? imo hostibus arma ministras, dum corpori delicias tradis? Accipe ergo fermentum, reconde illud in corde tuo, in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi, & tunc eius vim experieris. Fermentum etiam homo spiritualis est, quia alios in Deum ducit, qualis omnis fidelis esse debet, vt illud impleat, sic luceat lux vestra coram hominibus, &c.

Psal. 129.

Psal. 115.

Rom. 7.

Luc. 1.

Psal. 118.

Matth. 5.

Domi-

A Dominica in Septuagesima.

Thema. Voca operarios, & redde illis mercedem. Matthæi. 20.



B

ICVT in morte Domini panis luctuosus domus vniuersa operitur, sic hodie Ecclesia tribus induitur, quod primi hominis casum, & mortem representat. Nec vero ideo contemnenda domus, quod luctuosa sit, Salomō enim postquam superbam sibi domum ædificauerat, & domum filiae Pharaonis, & domum saltus, prælegit sibi domum luctus, dicens, melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. Cum omni etenim dulci esca hamus latet dæmonis. Sic rex Tyri in delicijs paradisi periit, & Adam se, & nos in paradiso perdidit. Si ergo in domo deliciarum perditus sumus, inueniamur in domo luctus. Talis hodie Ecclesia facta est ideo suspendit citharas, & alleluia, ad hæc gratia necessaria est.

Hac parabola intendit Christus Dominus ostendere, in quo sit meriti magnitudo, occasione iuuenis diuitis, qui à pueritia mandata seruauit, sed auditis cōsilijs tristis abscessit, qua ratione nouissimus factus est, & Apostoli qui serius in vineam venere dominicam, primi facti sunt.

Est ergo notandum, meriti magnitudo ex tribus recipitur pensatur, primo, ex diuturnitate temporis. Hac ratione qui longo tempore tibi adheferunt ministri, maioribus muneribus afficiuntur, hac ratione merita latronis magna non extiterunt, si milliter eorum, qui licet multis annis, sed in Dei gratia paucos vixerunt. Solum Deo viuis tempus illud, quo in gratia es, Sap. 4. senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata, cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectus

Eccles. 7.
Ezech. 8.

Sapient. 4.

Iob. 3.

Et utis vita immaculata. Hinc *Iob. 3.* de die peccati dicitur, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Caue ergo, ne & tu dicere possis illud *Psal. ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te, mensurabiles dies, id est, breuissimos, vnde substantia meritorum minima est, multum sine dubio in Dei Domo defertur senioribus seruis, sic Ezechias ait, memento quæso, quod corde peccato seruijerim tibi.*

Simile.

Secundo pensatur magnitudo meriti ex arduitate seruitij. Sunt tibi duo famuli primus per decem annos tibi obsecutus est, secundus per vnum mensem, sed hic hoc mense tui causavi tam periculo exposuit, te à morte, & inimicis seruauit, plus habet coram te meriti hic quam ille. Hac ratione quilibet martyr excedit omnem confessorem quantumuis magnum (ait *D. Tho. de verita. q. 26. art. 6. ad 8.*) in præmio accidentali, & in essentiali excedet multos, qui diu Deo seruijerunt, licet martyr paruo inferuierit tēpore. Hac ratione merita latronis iusti magna fuere, quæ priori ratione magna non erant. Hac de causa parua sunt merita nostra, quia in his quæ facilia sunt Deo obsequētes, in difficilibus deficiamus. Contra quod dicitur. *2. Tim. 2.* Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Bonus miles eo properat, vbi maximum imminet discrimen, & sicut debilis vulnere accepto deficit, fortis eo magis accenditur ad pugnandum. Sic verus Dei seruus vbi difficile inuenit pugnam, eo se committit, & quasi in præceptis, & in baratrum discrimini se dat, sciens, quod prius merebatur propter operis bonitatem, nunc etiā propter difficultatē. Dicitq; quod Dauid regi Achis in die

D. Thom de ver. q. 26. ar 6. ad 8.

belli nūc videbis, quæ facturus est seruus tuus. Ita cum arduum quid aut difficile tibi occurrerit dicere Deo debes: nūc videbis, quid tui causa faciā, aut patiar, nunc fidelitatem in te meā ostēdam. Hinc sancti discrimina maxima obiere, & ob hoc maxima fuerunt merita eorum, & præclara laude digna, vt ducū Dauid, de quibus diuina scriptura memoriæ prodiit eximia gesta.

*2. Tim. 2.**1. Reg. 28.**2. Reg. 23.**Simile.*

Tertio pensatur meritum ex maiori gratia, & charitate. Sūt tibi multi famuli, sed vnus inuenit gratiā in oculis tuis, & solo amore ducitur in tui obsequio, nihil sibi lucri appetens, huius obsequia gratiora tibi sunt. Hac ratione oblatio viduæ offeren

tis

Luc. 21.
Atis duo ara minuta maximi fuit meriti, & ob hanc causam ostēditur hodierna parabola, eos qui nouissima hora in vinea laborauerunt, plus præmij assecutos, licet enim Deus præmium ac mercedem det secundum meritum, gratiam tamen pro bene placito dat maiorem, vel minorem, diuidens singulis pro vt vult, nec potest quispiam causari, quod minus acceperit. Sicut enim in creatione nulla creatura ex postulare cum Deo potest, quod altiori natura donata non sit, quia cum omnia fecerit ex nihilo, quod voluit, cuique dedit, de eoque gratias agere debet creatura, quia cum nihil esset, aliquid facta est. Sic in gratuitis omnia fecit ex peccato, quod est ex nihilo, vnde cum plus, vel minus gratiæ cuiquam datur, nullus causari, vel conquiri iuste potest. Hinc est, quod cum laborantibus vndecima hora in lege gratiæ maior sit collata gratia quam in lege naturæ, & scripta, maiori etiam donantur mercede. Et cū Apostoli primitias spiritus habuerint, nullus eis æquari poterit quantumuis labore, propter eorum excellentiorem gratiam. Meritū verò hac vltima hora maior est hominibus collata gratia, quia Christus eius fons præfens extitit illi, & hoc in vniversum contingit, quod quo res magis appropinquat fonti, & causa alicuius perfectionis, eo plus recipit, quod propinquius est igni, callidius, quod soli, lucidius, quod aquæ, frigidius. Sic cum de plenitudine Christi omnes accipiant gratiam, propinquo res Christo eam plus debuerunt participare. Et præterea, gratia seruat naturæ ordinem, quæ ab imperfecto ad perfectum præcedit, prius enim est quod imperfectius, vt patet in gradibus essentiæ, & in fructibus terræ, & omnis ars, quæ naturam imitatur, præcedit ab imperfecto ad perfectum, sic ergo gratia fuit initio in lege naturæ & scripta in gradu imperfecto, ideo Paul. dicit statum illum puerorum, & nihil ad perfectum legem adduxisse, iam vero status est virorum. Cooperatio vero eorum, qui maiorem gratiam receperunt vltima hora apparet in eo, quod nulla facta cōuentione in vineam venerūt. Quod charitatis maioris argumentum est, dum non mercede, sed amore ducti sunt.

Ex dictis vero sequitur manifeste, teneri nos, qui in hac vltima hora sumus, præcedere eos, qui in lege naturæ, & scripta ver

Aduen.

O

lati

fati sunt, fratres notissima hora est, in lege gratiæ vocati sumus **A**
 ad vineam, & cui plus datur, plus & exigitur ab eo. Ideo mon-
1. Pet. 2. net nos. **1. Pet. 2.** vos autem genus electum, regale sacerdotiũ,
 gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius
 qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Sicut
 ergo ex copiosiore pecunia plus lucri, ex maioribus viribus
 plus laboris, ita ex abundantiori gratia copiosior petitur fructus.
Gala. 4. Quemadmodum enim qui sterile prædium alicui locat, non
 tot fructus ab eo exigit, ac ab eo, cui prædium locat abundans,
 ac pingue, sic antiquis dedit Deus legem sterilem, elementa
 vacua, egena, & infirma, vt Pau. ait, lex vero gratiæ, & eius sa-
 cramenta gratiam continent, pinguia, & medullata sunt. In illa
 enim lege gratia erat per participationem, & quasi per reuerbe- **B**
 rationem à nostra in illam, quia à Christo omnis participatur,
 quæ nostræ legi adest verè, & realiter antiquæ solum figura-
 tiue, & reuerberatione colligitur, sic in gratia philosophan-
 dum est. Iam Euangelij, in quo hæc describuntur verba pen-
 semus.

Exijt primo mane. Libenter huic operi incumbit, ideo
 summo mane ad illud surgit, qui aut misericordiam operetur
 venit, vt homines ad se trahat, sed vt iram exerceat, atque vin-
Gen. 3. dictam, vespèri venit, vt Adam deambulans ad auram post me-
 ridiem, deambulans non currens, sed vt misereatur, ascendit
Psal. 17. super Cherubim, & volauit super pennas ventorum, super pen-
 nas ventorum, summam ostendit velocitatem, quia citissimus **C**
 aer est, sed si ei adderes alas omnino velocissimus esset, vt De-
 misereatur velocior est alato vento, si eo indiges, inuoca eum,
 citius tibi aderit quam alatus aer, non erit quasi Hispanicũ au-
 xiliũ, quod tardum dicitur, vt vero irascatur, difficilis est. Hiero-
 glyphicis literis **A** Egyptij utebantur, Deumque pingebat ló-
 gis naribus, sic etiã Deus hieroglyphicis ad eos loquebatur, vn-
Psal. 144. de ait, patiens & multũ misericors, vbi Hebræa habent longis
 naribus, non breuibus, quia non facile eum ira corripiet, peccat-
 ſi, & in tantum vltionem differt, vt prius pœniteas quam vltio-
 nem adhibeat. Sed ad quid exijt Deus?

Conducere operarios. Licet nos Deus nõ conduceret, tenere
 mur, ei inferuire, sed ne aliquid auferis, cõducere te vult. **Petr.**
 ad

A ad Clementem lib. 1. recognitionum ait. Si in paupertatem
 homo deuenerit, & ob id filius eius negaret eum patrem suũ,
 & adhereret diuiti quasi parenti, abominandum hoc filij faci-
 nus esset, licet ergo Deus pauper esset, & dæmon diues, Deũ **Clemens.**
 deserere non deberemus, quia pater est, ne audiremus expo-
 brantem. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Do- **Simile. 1**
 mini creatoris tui. Sed iam attende, diues est pater tuus, condu- **Dent. 32.**
 cere te vult, quasi patri teneris ei sine conductione seruire, sed
 non id exigit, sed quasi alienus esses, te conducit, quis iam ne-
 gabit parentem diuitem conducentem, & mercede tanta? No-
 uit Deus naturam hominum, quasi conditor eius, hoc inter
 Deum & hominem interest, Deus, vt natura nobilissimus, ni- **B**
 hil agit necessitate, aut vtilitate ductus, ideo cum potuisset mĩ-
 dum ab æterno condere, noluit, sed in tempore, vt ostende-
 ret nulla necessitate, aut vtilitate ad hoc motum, sed sola boni-
 tate. At homo adeo egens, & lucri cupidus est, vt sine vtilitate
 non moueatur, & ideo licet virtus per se esset expetenda, quia
 vt Seneca ait, rerũ honestarũ fructus in ipsis est, & Aristoteles **Seneca.**
 in problematibus ait, in Olympo virtuti, & sapientiæ nulla fuis- **Arist.**
 se præmia proposita, cum ceteris certaminibus proponerentur,
 quia nec in terra digna his præmia inueniri possunt, & quia
 ipsa sibi præmia sunt, nihilominus tamen agnosces Deus nos
 lucri cupidissimos, cõducere nos vult. Sic Luc. 6. ait, mensurã **Luc. 6.**
 bonam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinus **1 Cor. 13.**
 vestros. Et **1. Cor. 15.** itaq; fratres stabiles estote, abundantes in
 omni opere Domini, scientes, quoniam labor vester non est in **Esa. 45.**
 anis in Domino. Et Esa. 45. non dixi Iacob, frustra quærite, **Psal. 18.**
 me, quoniã vt dicitur Psal. 18. etenim seruus tuus custodit eã
 & in custodiendis illis retributio multa. Hæc verò retributio,
 quæ priscis longe erat, cælo nondum per Christum, iam prope
 est coram oculis. Esa. 40. ecce merces eius cum eo, & opus eius **Esa. 40.**
 coram illo, id est, in promptu habet mercedem operis, quam la-
 borantibus tribuat. Si ergo laboras, ne angustieris; quiescat vox
 tua à ploratu, est merces operi tuo, ait Hiero. conductionis ad vi- **Hier. 31.**
 neam es, non gratuito venisti. Tu vero tâta mercede à Deo cõ- **Thren. 5.**
 duci nõ vis, sed à dæmone nullo, vel fere nullo pretios, **Thren. 5.**
A Egypto dedimus manus, & Assyrijs, vt saturaremur panibus

pane solo accepto in vinea dæmonis laborare vis? sed nec hūc A
integrum accipies, vt ibi subditur, pellis nostra exusta est quasi
clibanus à facie tempestatum famis. Sicut prodigo contigisse,
Euangelica narrat parabola, qui fame perit, nec filiquas percor-
rum accipere poterat.

Sed conduxit operarios, Pater familias conducens Deus
est, conducti operarij homines sunt filij eius, & quia pater est,
eos operari vult. Constituerat Deus à principio paradysum, in
quo posuit hominem quem plasmauerat, vbi omnimoda re-
quies erat, non ibi cognouit homo Deum, expulit eum inde,
dicens, in delicijs non me agnoscit. Sic Salomon, diuitias ne de-
deris mihi, ne forte satiatus alliciar adnegandum Deum. Hac er-
go ratione ex paradiso fecit Deus homini vineam, in qualabo-
ret, & ex delictijs in laborem eum vocat, dicitque illi, in su-
dore vultus tui vesceris pane tuo, Quid habeant delicia nesci-
mus, hoc tamen planè nouimus, quod hominem dissoluant, &
perdant. Dauid in persecutionibus iustissimus, nec de inimico
vindictā sumit, in delicijs vero fidelem trucidat seruū. Voluit
Acab ex vinea hortum facere deliciarum, & Iezabel id perfecit,
sed à canibus laceratur. Status tuus laboris est, vinea data ti-
bi est, in qua labores, tu eā vis hortū facere deliciarum, & in la-
bore hominū non esse, sed omni excusato labore deliciarum, per-
bis planè. Ne vero dicas filius Dei sum, magni regis filij labo-
rare non debēt, venit naturalis Dei filius, vt laboret, ne tu labo-
rem detrectes, quanto tempore hæres paruulus est, nihil dif-
fert à seruo cum sit dominus omnium, tanquam seruis labori-
bus traditus est in laboribus iuuentutis meæ, per hos labores C
ducit Israel ad terram promissam, per eosdem tu ducendus es,
vt denariū recipias beatitudinis. Manasses in delicijs regni per-
ditus, in captiuitate inuenit Deum. Et Pauli ipse in paradiso re-
uelationum securus non erat, ideo datus est ei labor, stimulus
Sathanæ, qui eum colaphizet. Quicumque ergo sis teneris la-
borare, vocatus es in laborem, putant principes mundi nihil ad
eos pertinere laborem, sed nō sic, quia homo nascitur ad labo-
rem, & omnis homo vt Iob ait, nullus enim ab opere suæ salu-
tis vacare debet, nullus à penitentia labore, à sustinenda tri-
bulatione immunis, nullus denique otiosi permittitur.

A Sed exijt primo mane, hora tertia, sexta, nona & vndecima
Vbi primo aduerte hoc Euangelio omnem excusationem tol-
li peccatoris, nullus enim dicere potest, se non vocatum, quia
omnes vocat, & omnibus horis, ego sto ad ostium & pulso, Apoc. 3.
in omni lege in omni hominum statu. Ita Grego. hic, Esai. ex
pandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui gra-
ditur in via non bona post cogitationes suas. Memor esto,
quot inspirationibus pulsauerit cor tuum Deus, quot audie-
ris conciones, quot consilia recta, omnia hæc Dei vocationes
sunt. Sic Hierem. misi ad eos omnes, seruos meos prophetas Hieremi. 7.
per diem, confurgens diluculo, & mittens, & non audierunt,
nec inclinauerunt aurem. An non merito tecum expostula-
bit Deus, quod dæmon vix ad te oculum coniuuet, & eum se-
queris, plenè nō vidisti mulierem, iam concupiscis, & cum
te Deus toties vocet non eū sequeris? ianuam cordis tui pādis
omni trāseunti, omni dæmoni, omni peccato, soli Deo clausa
manet. An non merito dicet, quia vocaui, & renuistis, ego quo
que in interitu vestro ridebo? an non merito pertrāsbibit, ac de-
clinabit te, sicut sponsam aperire nolentem? Cum ergo toties
exierit, & vocauerit, omnis aufertur excusatio. Si dicis, ò si
Deus me à pueritia vocasset, vocauit te, Dominus ab vtero
vocaui me, quia continuo nascens donatus es fide, & gratia,
& cum ad rationis vsum deuenisti, te vocauit, vt eum sequere-
ris, & antequam alius te conduceret, ille accessit, & rogauit te.
Si dixeris, ò si vocasset me iuuenem, & hoc præstitit, quoties
audisti, adolescens tibi dico, surge. Si dicas, ò si me virum
vocasset, vocauit planè, quoties ostendit tibi sæculi vanitatem?
quoties vicinum mori vidisti. Verè nulla manet excusatio, om-
nis iniquitas oppilabit os suum, sicut obmutuit inuitatus ad-
nuptias carens veste nuptiali.

Præterea, toties vocat, quia quanuis primæ vocationi res-
pondere deberemus, sed multi tunc prætedunt excusationes
pendere alijs, & alijs horis vocat. Vocat Elias Elisæum, qui ait, sta-
tim vado, sed prius domum parentum it, bobesque mactat &
populo conuiuium exhibet. Ita semper dilationes querimus,
cum à Deo vocamur, manereque in foro otiosi volumus. Nes-
cio quid habeat fori amplii habitatio, quæ sic detinet plures
Aduent. O 3 homines

Luc. 15.

Gen. 2.

Prou. 30.

Gen. 3.

2 Reg. 11.

3 Reg. 21.

Psal. 71.

Gala. 4.

Psal. 87.

2 Cor. 12.

Iob. 5.

Apoc. 3.
Esai. 65.

Hieremi. 7.

Prou. 1.

Cant. 5.

Hier. 1.

Luc. 7.

Psal. 106.

Matth. 22.

3 Reg. 19.

Gen. 13. homines. Loquitur Abraham ad Loth, elige quam malueris terram, eam tibi relinquam, & alio discedam ille vero relictis montanis elegit vallem amantissimam, ubi tot excreuere vitia, ut à Deo per ignem perdita sit regio illa. Male elegit, ait Ambrosius experientia id comprobante, inde enim in captiuitatem ductus est, & demum omnis eius substantia ibi perijt. Similis huic peccator est, cui placet multum fori tum amplitudo, tum copia rerum, relinquit montes altos virtutum, delicijs se tradit, dæmonis conductionem sequitur, & perit. In cuius conductione illud primum peccatori proponitur, ut animam dæmoni perpetuo tradat, an non miser homo, qui tale paciscitur? Ambrosius ait, finxere poetæ, gigantes dijs bellum indixisse, & ad hoc montes super montes posuisse, ut sic in cælum deuenirent, & cum dijs bellare possent, quod vanissimū fuit. Sed simile quid peccator tentat, ait Ambrosius, contendit cælum penetrare, montem super montem collocans, honorem super diuitias, delicias super diuitias, hoc enim vanum esse quis nesciat? Omnino hac fori vita impossibile est, in cælum deuenire, maxime tibi, qui à Deo conductus es, & in vineam vocatus. Et ratio est manifesta aduersus fidelem, nullus enim hominum, etiam si à Deo vocatus non sit ad laborem, hac vita poterit in cælum deuenire, quid obsecro fidelis, qui à Deo vocatus est? Si destructa Sodoma est, cum à Deo conducta non fuerit, quia fornicata fuit, quid de te fiet, si fornicaris, cum à Deo conductus castitatem promiseris? Si Babylonem, & Tyrum euertit propter superbiam, cum eas non conduxerit, nec prophetas ad eas miserit, an non tu euertendus meritis, qui humilitatem promissisti? Si Aegyptum propter gulam flagellauit, quo pacto tu impunitus eris?

Quid hic stas tota die otiosi? Sed quomodo Domine otiosos eos dicis, qui tot irretiti sunt occupationibus, ut per eas non liceat confiteri, vel orare? Chrysostr. ait, primum dicit eos otiosos, non adulteros, vel homicidas, quia quidam sunt, qui se se nec vitijs tradiderunt, nec virtutibus, generatio quidem hominum, qui multis malis se non tradiderunt, tepidi tamen sunt, tempus in vanum consumunt, mundi rebus nimium dediti,

qui

A qui nec Deo inseruiunt, nec dæmoni, sed quasi in biuio consistunt, ludunt, fabulantur, bene comedunt, sed alia parte dicunt, neminem lædo, nemini vim infero, vita hæc periculis plena est ait Chrysostr. meritoque in Ecclesia damnanda. *Quid hic stas otiosi.* Quod alibi otiosi sint non mirum, quod in lege naturæ, aut scripta, non adeo intenderent homines suæ salutis, non ita mirandum, sed hic, in lege gratiæ, in nouissima hora, quando vidisti Dei in te infinitum amorem, quando Christum laborantem inspexisti, quando innumera ab eo recepisti beneficia, quando talibus frueris sacramentis, quando apertum tibi cælum est, hic te otiosum esse crimen est. Tæpus nunc est laborandi, quiescendum postea, sicut Deus, qui septimo die requieuit post sex dierum laborem, si verò modo otari, & quiescere vis, laborabis in æternum, & viues adhuc in finem.

Voca operarios, & redde illis mercedem. Voca, ait, operarios, non stertentes, aut otiantes, sed qui strenuè in vinea laborauerunt. Mali operarij dicuntur, sed iniquitatis, non vineæ, & iustitiæ, cum ergo operarij iustitiæ conuenerint, ut mercedem recipiant, qua fronte operarij iniquitatis accedent? exhibabitur, & dicetur eis, quomodo vis metere, ubi non seminasti? quid cum laborantibus coniungeris, qui vitam in lusu, & otio transegisti? qui mihi nunquam vixisti, aut laborasti, quid à me petis? laborasti in via perditionis, in operibus luti, & lateris inseruisti Pharaoni, mudo, ac diabolo, hi dii tui, ad eos cõfuge, ut tibi mercedem præstent. Hierem. 2. in tempore tribulationis sue dicent, surge, libera nos ubi sunt dii tui, quos fecisti tibi? surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ. Expergiscimini ergo fratres, qui cælestem mercedem desideratis, nolite errare, Deus non irridetur, quoniam quæ seminauerit homo, hæc & metet. Gala. 6. qui seminat in carne sua de carne metet corruptionem, qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam, quid enim dicerent operarij iustitiæ si eis desideres æquarentur? Nec vero tibi blandiaris de fide, & diuinis beneficijs tibi præstitis. Si enim non laboraueris in vinea, implens diuina mandata, nihil tibi illa omnia proficient, ut hodie ostendit Paul. in epistola prima, Corint. 10. nolo vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes

O 4

nes

nes sub nube fuerunt, omnes mare transierunt, sed non in pluribus eorum beneplacitum fuit Deo. Imo hinc perpetuo rodendi materiam vermis ille fumet, quod cum fidem habuisti, & in vinea fuisti Ecclesie facile æterna tormenta vitare potuisti, nec tamen vitaueris.

Voca ait operarios, & redde illis mercedem. Mira Dei bonitas, non expectat exoptulari mercedem, sed eam illi præstat, & vocat operarios eam recepturos. Arist. ait, liberalis etiam occasiones dandi excogitat, quod maxime Deo conuenit, ut quid enim mundum creauit, nisi ut vasa haberet, in quæ suam bonitatem effunderet? ideo non ab æterno illum condidit, ut intelligamus, non propter se, sed propter nos, non necessitate, sed bonitate ductum, ut eum conderet. Attende eadem bonitatem in eo, quod ille te vocauit omnibus horis adeo sollicitè, ut aptaret in te vas, in quo diuitias effundat, ut occasiones dandi habeat ampliores. Eadem apparet bonitas in eo, quod laborantibus vna hora integram diei mercedem præstat. Quid vero est te vocare ad pœnitentiam, nisi occasiones dandi querere? Quod Exo. 25. expressit, vocans locum suum propitiatorii non palatium, non thronum iudicij, non solum regni, sed propitiationem, ut accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ ei, ut apud eum propitiationem esse, & omnem misericordiæ sciamus. Deinde in operarijs illud considerandum est, in laboris fine omnes remuneratos, quia qui perseverauerit vsque in finem hic saluus erit. Initio operis diuersitas fuit, alij primo mane cæperunt, alij hora tertia, sexta, & nona, & vndecima, sed in perficiendo diuersitas non fuit, omnes enim perfecerunt opus suum quia vsque in finem perseverandum nobis est.

Insuper ait voca operarios. Romani censores si forte offensus in vrbe quempiam ociosum, interrogabant eum, quare te vteretur, intuebanturque eius manus, an calle obduruissent, & inde dijudicabant, esset ne artifex, an potius vagus, & inutilis reipublicæ, & si talis apparebat, relegabatur. In iudicio vocati sunt operarij, ut vero agnoscat, qui operarij fuerunt, qui vero vagi, & otiantes, omnium manus inspiciendæ sunt, ut si signum est laboris, vel otij. Sic Iob ait, qui signat in manu hominum, ut nouerint singuli opera sua, ibi apparebunt peccatores,

Arist.

Exo. 25.

Iob. 37.

Ares, qui nunc in labore hominum non sunt, & in eorum manibus conspiciuntur opera eorum, & forsitan calle obductæ apparebunt, sed non ex iusto labore, sed ex pilæ ludo, & similibus. In iustorum vero manibus apparebit labor in his, quæ Dei sunt, positus, in cilicio, castigatione, elemolyna, & hi verè operarij dicentur. Ecce quo pacto signet in manu hominum Deus, quia ex operibus manuum quisque dignoscitur.

Erunt nouissimi primi. Sed quomodo hæc esse possunt, an non dicitur Psal. 61. reddet vnique secundum opera sua, & 1. Cor. 13. Secundum proprium laborem, & Iob. 34. opus hominis reddet ei? Respondetur, ad meritum non solum attendi

Btur, quid agas, sed quali corde, & charitate. Homo respicit manus solum, sed Deus præcipuè cor. Quod scite dixit, qui ait Deum potius aduerbia, quàm verba præmio afficere, quia potius at tedit cor, & quo pacto, qua deuotione, & charitate opereris, quàm opera ipsa, ut in vidua pauca offerente patet. Perfectus sine labore operat, imperfectus labore, maius tamè est perfecti meritum. Et in humanis est nobis huius exemplum, aureum nummum das pictori in singulos dies, & duos argenteos fodienti vineam, & hic plus laborat illo, sed tu attendis laboris qualitatem, potius quam laborem. Si verò obmurmuret, qui fodit, ego plus laboraui illo, dicitur ei, ille in auro, & pictura, tu in gleba, maior ergo fuit labor pictorum, sed nouissimi vna hora plus merentur, priores enim ad

Cvineam venerunt conuentione facta, at nouissimi sine aliqua conuentione, ut Euangelio attestante patet, vnde hi solo amore laborauerunt. Hæc à sanctis notatur differentia inter populum Iudaicum, & Christianum, quod ille conductus est, omnia præmio ob oculos proposito operabatur, & pollicitatione terrena. Hinc Dominus ait, nunquid semini Iacob dixi, ut gratis seruiret mihi, & Mala. 1. quis est ex vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis. Sed Christianus populus adeo est longe à pollicitatione terrenis, ut ea omnia nihili ducat, & relinquat Dei causa, quod si eternam spectet retributionem, non tamen adeo illa mouetur, ut non potius moueatur Dei amore. Ideo ei dicitur, oculus tui caluarum, quia simplex est eius in Deum intultus, operantur

Psal. 61.
1. Cor. 13.
Iob. 34.

Luc. 21.

Mala. 1.

Cant. 2.

tanquam filij in domo parentis, amore, non mercede condu-
cti. Plus ergo apud Deum est hora vna huius obsequij, quam
integer dies illorum, Deum enim diligere amore concupiscenti-
æ parum quid est, sic enim & domum, & pallium diligis, illud
verò potius, si Deum diligas amore amicitia. Hinc sæpius ac-
cidit, vt pauci dies pluris apud Deum habeantur quàm anni
multi. Sic Sapien. consummatus in breui, expleuit tēpora mul-
ta. In temporalibus id sæpius videmus, vt plus lucri habeat vno
anno copiosus mercator, quam alter, qui minimum pecuniæ
in lucro ponit centum annis. Quod maximè locum habet in
spiritualibus, quæ maximè à gratia pendunt. Optimum certè
est laborare, ideo Paul. gloriatur, se plus omnibus laborasse, &
ad discipulum ait, labora sicut bonus miles Christi Iesu, & ad
Galat. bonum autem facientes non deficiamus. Sed valde no-
bis considerandum est, quo fine laboremus, vt simus in labo-
re non mercenarij, sed filij, alias enim plurimo labori minor
merces respondebit, simileque erimus populo Iudaico merce-
nario, cui dicitur Deutor. advena ascendet super te, eritque
sublimior, erit in caput, & tu in caudam, quia ethnicus popu-
lus ad Deum conuersus, vna hora laborans vt filius, eum præ-
cessit. In omnibus ergo diuinam spectemus gloriam, eius amo-
re ducamur, potius quam præmio, aut pœna, licet hinc quoq;
iuuandi simus, est enim charitas maxime mercenaria, cum
mercedem nõ expectet, quia eo plus mercedis recipit, quo mi-
nus illam respicit.

Similiter etiam solet, maiori labori minor respondere fru-
ctus, & sic etiam esse primum nouissimum, quia is, qui labo-
rat, plus confidit in labore suo, quam in Dei gratia, quod his
contingit; qui nimis intenti sunt labori suo, illumque magni
faciunt, & conqueruntur, quod plurimum laborantes, non tã-
tum fructum recipiant. Alij verò post plurimos præstitos labo-
res, dicunt, serui inutiles sumus, implorant gratiam Dei, & de
se, deque labore suo diffidentes, dicunt cum Iacob, Gene. mi-
nor sum cunctis miserationibus tuis, & mirantur, obstupe-
suntque cum Dauid, quòd illorù labores acceptare velit De-
us, eisque vti in obsequium suum 2. Reg. quis sum ego, & quæ do-
mus patris mei? Hi plus accipiunt gratiæ & mercedis pro labo-

Sap. 4.

1 Cor. 15.

2 Tim. 2.

Gala. 6.

Deut. 28.

Luc. 17.

Gen. 32.

2 Reg. 7.

A re suo, de gratia enim Dei sentiunt, vt decet & humilitate sua su-
periores sũt his, qui plus laborauerunt. Sicut tibi nimium placet
feruus, qui pluribus obsequijs præstitis, dicit, seruus in-
utilis sum. Ne ergo superbiat primus, esse potest nouissimus,
nec desperet nouissimus, esse potest primus. Strenui milites
nec desperant, si semel victi sunt, nec arma deponunt, si semel
vicerunt, sed victi fortius pugnant, vt gloriam amissam recu-
perent, & victores cauent, ne per incuriam gloriam victoriæ
amittant, nam labor, & cura amissa recuperant, negligenti-
a verò iam acquisita perdit.

Præterea, erunt nouissimi primi. Quia plures, qui in statu sũt
superiore, inferiores erũt in gloria ijs, qui in statu sunt infimo:
B Altior religionis status est, quam matrimonij, sed plures ma-
trimonio coniuncti erunt in cælo superiores religiosis, quia
ex matrimonio religionem fecerunt, & religiosi ex religione
in matrimonium defecerunt. Potiores erant Iudei gentibus,
& tamen dicitur, multi ab oriente, & occidente venient, & re-
cumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum, &
filij regni eiicientur foras. Excelsior sacerdotum status, sed sa-
cerdotibus dictum est, publicani, & meretrices præcedent vos
in regno cælorum. Altior Leuita Samaritano, sed hic per mi-
sericordiam excelluit. Ne ergo fidas, & securus sis, quòd in sta-
tu es optimo, si opera non præstas præclara, nec diffidas in sta-
tu infimo, sed cura opera maxima operari.

Multi sunt vocati pauci verò electi. Sed quorsum hæc verba?
C Respondit Caietanus, familiare est sapientibus, obscura de-
clarare exemplo alio accommodato, sic cum Christus Domi-
nus hac parabola voluerit significare libertatē, & liberalitatē
suam in donorum distributione, commodissimum huius va-
rietatis exemplum, inducit in gratia vocationis, quasi dicat,
omnes ad me voco, dans omnibus auxilia necessaria, sed alijs
maiora, alijs minor pro mea voluntate, ex quo provenit, vt
ex multis vocatis pauci sint electi: ij, scilicet, qui maioribus,
& efficacibus auxilijs vocati sunt, ita iustificatis, & electis, alijs
maiora dona gratiæ, maioraque auxilia præsto pro mea liber-
tate, & bonitate, ex quo provenit nouissimos esse primos,
vt in Apostolis apparuit. Sed objicis, omnes vocati vene-
runt

Matth. 8.

Matth. 21.

Luc. 10.

Caietan.

runt ad vineam, omnes laborauerunt, & denarium acceperunt. Ergo omnes vocati electi sunt. Respondetur, æquiuoce accipitur nomen, vocati, quidam enim vocantur, nec laborant, vel nec in vineam veniunt, qui, scilicet, auxilia acceperunt necessaria salutis, sed eis vti non sunt. Secundo dicuntur alij vocati, qui ultra illud auxilium aliud donum à Deo acceperunt, scilicet, vt eo vtantur, hoc secundum à Deo pete, vt fiat in te illud Psalmi, multiplicasti misericordiam tuam, & illud multiplicasti locupletare eam, & illud multiplicasti magnificentiam tuam, idest, super primam misericordiam vocationis adde secundam, vt vocatione trahamur. Hos enim non inuitat Deus solum, sed quodammodo compellit intrare in conuiuium, & manducare. Sed ais, non hoc agendum est meo voluntate, & libertate? Ita sanè, sed hoc nouit Deus, in cuius manu cor est, vt faciat te velle, quæ ille vult. Hoc significat Paulus dicens, vocatus Apostolus, & vocatis sanctis, quos prædestinauit hos & vocauit, idest, efficaciter vocatis, sicut initio temporis, vocatis rebus omnibus dedit eis esse naturale, qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, hoc Dei dicere & vocare est efficere. Sic in esse gratiæ efficax vocatione efficit, quæ dicit esse ingratæ genere sic vocati electi sunt, sed hi pauci numerantur, &c.

C
Domi

Psal. 35.
Psal. 64.
Psal. 70.

Luc. 14.
Rom. 1.
Ephe. 1.

Rom. 8.

A
Dominica in Sexagesima.

Thema. Semen est verbum Dei, &c.
Luc. 8.



NON minus æstimandum est, nosse, qua ratione probè, ac vtiliter his, quæ possides, vtaris, quam eadem possidere, & ipsorum dominium habere. Licet enim multa possideas, eaque pretiosissima sint, si eis tamen recte vti ignores, aut nihil tibi proderit, aut potius non parum nocenti afferent. Quod aperte docet Sapiens, cum ait, est & aliud malum, quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines, vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud hoc vanitas, & miseria magna est. Si miseria magna est, bonis abundare, nec eis vt expedit vti, magnificanda erit scientia, quæ bonum rerum vsum edocet. Verbum Dei infinitus thesaurus est hominibus est enim vniuersorum malorum remedium, & bonorum initium, simile Manhu cõtinenti omnis saporis suauitatem, à peccato enim hominem immunem seruat, dicente Psalm. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi, à peccato munus, dicente Christo Domino, vos mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis. Deinde vitam præstat, vnde ait, verba, quæ ego loquor vobis, spiritus, & vita sunt, & inde Petrus ait, quo ibimus? verba vitæ æternæ habes? illuminat etiã hominum mentes, vt Psalm. ait, declaratio sermonum tuorum illuminat, & iterum; lucerna pedibus meis verbum tuum, & in mentis semitis meis, item corda inflamat, nam ignitum eloquium tuum vehementer, & tandem fecundas animas reddit in omne opus bonum, vt pluuia terram. Hinc Esai. quomodo descendit imber & nix de cælo, & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat

Eccle. 6.

Sap. 16.

Psal. 18.

Ioa. 15.

Ioa. 6.

Psal. 118.

Esai. 55.

dat semen ferenti, & panem comedeti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, quæ omnia verbum Dei thesaurum infinitum esse demonstrat. Sed quid obsecro tibi proderit, si recte vti ignoraueris? quin potius affirmare auderem tibi nociturum, quod non obscure dicit Petrus. 2. Petr. 2. melius enim erat illis, non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Vt ergo diuino verbo probe vti noueris, præsens Euangelium proponitur, in quo id edoceri. Sicut enim, vt omnes scientiæ perfectæ addiscantur, adiuuenta est scientia logica, quæ modum cæterarum scientiarum magistra, duxque nuncupatur, ita præsentis Euangelij doctrina edocet, quomodo reliqua omnia Euangelia vtiliter sint audienda, atque adeo Euangelium hodiernum dux, & lumen reliquorum omnium dici potest, ideoque summa audiendæ attentione, gratiam ergo imploremus intercessione Mariæ.

Desiderium rebus omnibus inest maximum se effundendi in alia, & naturam suam communicandi. Aug. lib. 1. de doctrina Christiana, omnis res, quæ dando non deficit, dum habetur & non datur, nondum habetur, quomodo habenda est. Hoc vero creaturæ desiderant, quoniam summa illarum perfectio est, dum non tantum res in se bona est, sed causa etiam bonitatis alterius. Cum verò bonitas ac perfectio in Deo nostro infinita sit eius maxime proprium est, se effundere, ac esse suum tribuere alijs. Hinc est, quod naturaliter omnem suam substantiam filio tribuit vnigenito æterna generatione, huius verò æternæ generationis semen est dicere patris ad intra.

Nec in eo tantum diuina bonitas stetit, & quasi gradum fixit, sed decreuit in numero filios extra se creare, quibus suæ naturæ faceret copiam, & in quos se effunderet, quique similes essent naturali eius filio. Ideo per Esa. ait, nūquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus, si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero? ait Dñs Deus tuus, en generationem filiorum. Hi verò adoptionis filij similes naturali sint oportet. Hinc Paul. quos præsciuit, & prædestinauit, cõformes fieri imagini filij sui, Ezechielis. 1. de animalibus illis sanctis dicitur

& si-

A & similitudo hominis erat in eis, vbi Glossa interlinealis ait, id est, similitudo Christi, quia vt ibi Glossa ait, sancta animalia non essent, nisi Christi similitudinem habuissent. Hinc rursum Paul. filioi, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Cum ergo similes Christo Domino futuri sint, similes erant semine, & generatione gignendi. Diuina locutione, & diuino dicere ad intra generatur filius naturalis, iuxta illud Psalmi, Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te, Dominus ait, dicens filius meus es tu, genui me. Simili ergo ratione diuina locutione ad extra diuino verbo exterius factò producuntur filij adoptionis, similis enim filius simili generatione, & simili semine producendus est. En semen huius generationis est verbum Dei. Hoc manifestis verbis Christus Dominus ostendit dicens, illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus. Id ipsum Iacobus expressit, cum ait, voluntarie genui nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius, verbo veritatis geniti sumus in Dei filios. Inde etiam Psalmus ait, quanta mandauit patribus nostris, nota ea fecere filijs suis, vt cognoscat generatio altera, filij qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filijs suis, vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant, ecce diuino verbo patribus nostris tradito, & noto factò filijs, eos generant in Dei filios obedientes diuinis præceptis. Merito ergo nunc cælestis magister dicit, semen est verbum Dei. Et præterea clamat hodie Christus summis vocibus, vt ostendat similitudinem aliam inter productionem filij naturalis Dei, & filiorum adoptionis, & quæ nam illa? Certè sicut pater vt filium producat vniuersas suas exerit vires, omnem adhibet conatum, vniuersam suam omnipotentiam effundit, sic Christus Dominus, vt verbo suo nos regeneret in Dei filios, vitam & sanguinem vniuersum profundit, hic vires adhibet suas, hic conatum, quia hoc opus eius per excellentiam est.

Mira profecto verbi diuini vis ac dignitas, cum nos efficiat Dei filios, quæ Christus explicuit, cum ait laudanti matrem, quoniam imo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud, quasi dicat, ait Chrysostomus, laudasti matrem meam, & probe laudasti,

Gala. 4.

Psal. 2.

Ioan. 10.

Iacob. 1.

Psal. 77.

Luc. 11.

Chrysost.

2. Petr. 2.

Simile.

Aug.

Esa. 66.

Rom. 8.

Ezec. 1.

disti, dicens matrem meam esse, quasi arborem ex fructu, sed audi
 maius aliquid, quod mater mea habet, quod audit verbum Dei,
 & custodit illud, summa diuini verbi laus, est hæc excellentius
 præstantiusque est, verbum Dei audire, & custodire, quam ma-
 trem Dei esse, & summa laus matris Dei hæc est, quod ver-
 bum Dei audit, & custodit, sic enim efficitur filia Dei, & simil-
 lima Christo Domino. Sed sicut semine in terra recipi non satis
 est, vt fructus nascatur, nisi alia adsint, ita verbum Dei audire
 non sufficit, vt filius Dei efficiaris, nisi obserues illud. Hinc
 Christus Dominus ait ad auditores aliquos diuini verbi, quid
 me vocatis Domine, & non facitis, quæ dico? Sicut prodest ni-
 hil, medicum vocare, si ei non pareas, hodie docet, quæ sint il-
 la, quæ impedimento sunt diuino verbo, cælestique semini, ne
 ex eo orientur filij Dei, simul etiam qui sint qui eo vtuntur, vt
 par est, & fructum referunt. Audiamus ergo cælestem magistrum
 hæc differentem.

Exijt, qui seminat, seminare semen suum. In quibus verbis
 multa expendenda sunt, quorum illud sit primum, quod Deus
 ipse nunc processerit in mundum, vt verbum suum prædicaret
 hominibus, nec contentus, Angelos, & homines in hoc opus de-
 stinasse, ipse in id munus obtempus in mundum venit Aug. 6. de tri-
 nitate ait, sicut tu interiorius verbum concipis, quo ipse intelligis,
 sed deinde conceptum verbum voce quasi induis, & sic perci-
 pitur, ac intelligitur ab alijs, sic diuinum verbum à patre ab æterno
 productum carnem induit in tempore, & factum est nobis vox,
 quam vidimus, audiuius, & manus nostræ contrectauerunt,
 vt Ioannes ait. Qui ergo per seruos, Angelos, scilicet, & propheta-
 tas verbum suum ante seminauerat, nunc exijt, vt seminet semen
 suum. Multum interest cum agriculturam exerces, si per seruos il-
 lam exerceas, an per te metipsum. Si enim Dominus instat ope-
 ri, multo melius perficitur, quam si minister, & ideo videtis De-
 um noster, parum proficere mundo, quod prophetas, & Angelos
 in hoc opus miserat, ipse venit, & exijt, qui seminat &c.

Ingens verò pondus in corde nostro habere debet, vt verba
 Christi Domini audiamus, & opere impleamus, quod ipse è calis
 descenderit, & nobis ea loquutus fuerit. Hanc rationem mirè
 ponderat Apostolus, qui cum dixisset, multi seriam, multisque

modis

A modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime
 diebus istis loquutus est nobis in filio, ostendit continuo nos
 summe deuinctos, vt illius verba suscipiamus, dicēs, propterea
 abundantius oportet, obseruare nos ea, quæ audiuius, ne for-
 te perefluamus, si enim qui per Angelos dictus est sermo, fa-
 ctus est firmus, & omnis præuaricatio, & inobediētia accepit ius-
 tam mercedis retributionē, quomodo nos estugiemus, si tan-
 tam neglexerimus salutē, quæ cum initium accepisset, enarrari
 per Dominum, ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est. Sicut enim
 omne regis præceptum implendum est, etiā si per ministros nobis
 proponatur, illud tamē præcipue, quod ipse rex suo ore impe-
 rat, ita, quæ Deus nobis loquutus est, summe memoria retinē-
 da, & opere implenda. Multa Dominus Israeli mandauit, sed decem
 decalogi præcepta ipse Deus loquutus est vniuerso Israeli au-
 dicti, nec illa voluit Moysen promulgare, sed ipse Deus loqui-
 tus est, vt tenacius inhererent, quæ præcipua erāt, cætera verò
 Moyse loquutus est, & ille populo, ita D. Th. 1. 2. q. 100. ar. 3. &
 manifeste colligitur ex c. 20. Exo. vbi dicitur, loquutus est Do-
 minus cunctos sermones hos, & ponit decalogum, cumque popu-
 lus Deum loquentem sustinere non posset, dixerunt Moyse, loque-
 re tu nobis, & tunc subiungit scriptura, loquutus est Dominus
 ad Moysen. Sic ergo, vt omnia, quæ nostram salutem spectant,
 præcipua memoria & custodia seruaremus, ore proprio ea nos
 docuit, seminans semen suum.

Christus ergo seminat semen suum, reliqui verò semine Christi,
 hinc prophete dicebāt, hæc dicit Dominus, Christus verò ait, ego au-
 tem dico vobis, quia illi alienum semine, Christus verò suum semina-
 bat. Sicut ergo semine debet esse decussum à generante, sic Dei ver-
 bum à Deo ipso, hinc Dei minime plurimæ in prophetas prophetas
 tes de corde suo, ac annuntiantes, non quæ eis Deus mandauerat,
 sed quæ illi volebant, de qua re inferius dicemus.

Secundum in his verbis, *seminare semine suum*, aduertendum est, Chri-
 stum Dominum diuina verba seminasse in mundo longe diuersa ab his
 quæ prophete seminauerant, longe potentiora, & de quibus me-
 rito dicere posset, verba, quæ ego loquor vobis, spiritus & vita
 sunt. Et Paulus viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilis for-
 gladio ancipiti. Omne quidem semine viuus & efficax esse oportet,

Aduent.

P

& la-

Luc. 6.

Aug.

1. Ioan. 1.

Simile.

Heb. 2.

Simile.

D. Th.
Exo. 20.

Matt. 5.

Ioan. 6.

Heb. 4.

& latentem vim habere, quod si huiusmodi non fuerit, semen non erit, sed est nihilominus semē vnum alio melius, ac potētius, & vt ita dicā virtuosius, & virilius, ex quo plus fructus sperandum est. Prophetę Dei verba disseminauerūt, cumq; illa semen essent, efficaciam ac vim habebāt insitā, vt hominum corda permouerēt, & ad Deū adducerent. At verò Christo Domino semen aliud seruatū est longe potentius, maiori virtute præditū, vt corda hominū post se raperet. Audi verba, quę seminauerāt prisci patres, atq; prophetę, Moyses ait, hæc sine reddis Domino popule stulte, & insipiēs? nunquid nō ipse est pater tuus, qui fecit & creauit te? interroga patres tuos, & annuntiabūt tibi, sed quid annuntiabūt? quid prædicabunt? quod iacent semen? certe illud quod sequitur, inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastę solitudinis, cōstituit eū super excelsum terrā, vt comederet fructus agrorū, vt suggeret mel de petra oleūq; de saxo durissimo. Audi simile semē, si audieritis me, bona terrę comedetis, sin autē, gladius deuorabit vos. Vium quidē, & efficax semē hoc, quo plurimi generabantur in Deifiliis. Sed nūc attende Christi Dñi semē longe diuersum, quod in mundo seminavit, vi præditum incōparabili, vi diuina. Sic Deus dilexit mundū, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternā. An non potentius semen hoc? Si miris verbis extollebāt prophetę beneficia Israeli collata, cum eductus est ex Aegypto, mare sicco vestigio pertransit, Pharaone submerso, Māna de cælo accipit, & tandē promissam terrā, quibus verbis pro sua magnitudine extolli poterit, quod pater æternus filiū suum donauerit mundo, quod eū eruerit à potestate tenebrarū, & demonis, & trāstulerit in regnū filij dilectionis suę, quod Christi sanguine peccata vniuersa deleta sunt, quod cæli ianua nobis referata? Sed quam vim, & efficaciam in corde nostro verba hæc habere deberēt? Audi quid in Pauli corde hæc efficerēt, charitas Christi vrgeret nos, estimātes hoc, quoniā si vn⁹ pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnib⁹ mortuus est Christus, vt qui viuūt, iā non sibi viuāt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Asserit Paulus, vrgeri se hoc semine, quasi vim cordi eius inferret. Sicut enim potētissimū, ac virtuosissimū semē etiā in reg-

Dent. 32.

Esa. 1.

Ioan. 3.

2. Cor. 5.

Ara sterili, ac minus vberi fructum profert, supplens vi sua terrę infirmitatē, sic verba Christi Domini vniuersum mundū fructificare fecerūt, etiā deserta, & inculta, mōtes, & colles, vt prophetę sepe prædixerāt. Hinc Psa. pinguecēt speciosa deserti, & exultatione colles accingēte, & Esa. germinabit sollicitudo, & florebit sicut liliū, id verò impletum ostendit Paul. quam spem scihcet, audistis in verbo veritatis Euāgelij, q̄ peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mūdo est, & crescit, & fructificat, mira profecto seminis vis, quod in omni prædio fructum refert. Quādo enim mūdus audiuit immēsam illā Dei dignationem, qua dignatus est homo fieri, sanguinem fundere, vitā dare, obstupuit, & ad Deum supplex venit. Et vere adeo ingentia sunt, quę in fide Christiana nobis proponuntur, vt si æstimarentur, vt par est, fatis sint, hominem extra se ducere, & sanctissimum facere. Annon potentiſsimum semen infernus æternus? gloria sempiterna? Deus homo factus, & cruci affixus pro te? Merito semen dicitur quando calorem, vitam, & viuādam habet virtutem, nec emortuum est, vt reliquę philosophorum doctrinæ, de quibus Psa. narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Simile Christo Domino verbum eius est, tanquā fructus arbori, vnde sicut ille sic homo est, vt intus Deus sit, ita verbū eius interiori vi diuina ornatur, nec semen solum est, sed potētissimum, longe potentius eo, quod in lege antiqua seminatum est. Vnde per Esa. ait Dominus, ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua, nunc orientur. Exijt ergo Christus Dominus, seminare semen suum, quod adeo nobis est suscipiendum.

S Tertio aduertēdū est, aliter verba illa accipi posse, exijt qui seminat seminare semen suū, vt fator pater æternus sit, semen vero verbum suum substantiale Christus Dominus, quod in carne seminavit, dum illam ipsi copulauit, & in corde credentiū per fidem idem verbum seminat, vt fructum referat. Sequidem semen Christus Dominus compellat, cum ait, nisi granū frumētī cadens in terra mortuū fuerit, &c. Quę verò retulerit fructum, declarat, cum ait, si mortuū fuerit, multum fructum affert. Ab initio quidem fuit verbum hoc semen, à quo cuncta inuisibilia, & visibilia processerunt. Hinc Paul. fide intelli-

Psal. 71.
Esa. 35.
Colos. 1.

Psal. 118.

Esa. 43.

Ioan. 12.

Heb. 11.

Ephē. 1.

Ioan. 1.

Esai. 53.

Gala. 4.

Aug.
Ephē. 5.
Aug.

gimus, apta esse sacula verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Et Ephē. 1. quia in ipso condita sunt vniuersa, siue quę in cęlo, siue quę in terra, visibilia & inuisibilia, omnia in ipso constant, omnia enim virtute continebat hoc semen, omnia per ipsum facta sunt, mira verbi vis & fecunditas. Seminatum in carne hoc semen est, cum homo factus est, cum verò semen esset potentissimum, ibi mirabilia produxit, de quibus Esai. generationem eius quis enarrabit? videbit semen longeuum. Produxit semen hoc vniuersos filios Dei, misit enim Deus filium suum, ut adoptione filiorum reciperemus, omnis iustus: pica est ab hoc procedens semine, cuius ut vis nobis innotescat, omnia sacramenta, quibus regeneramur in Dei filios, à verbo vim accipiunt, quod in eis vicem forme habet, Aug. accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, in Baptismo id manifestum est, dicitur te Paul. mundas eam lauacro aquę in verbo vitę. Vnde Aug. quę est ista tanta virtus aquę, ut corpus tagat, & cor abluit nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur. In pœnitentię sacramento idem manifestum est, absolutione enim gratia conceditur. In Eucharistię verò diuinissimo sacramento, quid verba consecrationis efficiant, quis loquatur? idem vero in reliquis est sacramentis, à verbo ergo exteriori mirabiles effectus prodeunt, ut ostendant virtutem quę in Christo Domino, verba patris, semineque miro est.

Simile.

Hoc ergo verbum primum in carne seminatum, per fidem feminatur in credentium cordibus, sicut vero semen in terra absciditur, sed illius virtutem suggit, & ad se trahit, ut fructum producat, radices altas mittit, quibus terram penetrat, & aliquando etiam rupes, ita Christus Dominus in corde seminatus per fidem, si ei obstaculum non ponas, si in iniustitia Dei veritatem non detines cor ad se trahit, vulnerat, penetrat, Sagitaueras tu domine cor meum charitate tua, ait Augustinus. Audi, quem ex hoc semine fructum à nobis desiderat Petrus, animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite attentius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei viui, & permanentis in eternum, quia omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos fani, exaruit fœnũ, & flos eius decidit, verbum autem

Aug.
1. Petri. 1.

A Domini manet in æternum, hoc est autem verbum, quod Euangelizatum est vobis. Nec mirum, hic à nobis exigatur fructus, recepto semine tanto. Si enim ex hoc semine, vniuersa quę facta sunt, precesserunt, si omnes filij Dei ex eodem prodierunt, quid mirum si à te petatur, ut filius Dei renascaris, ex Deo natus.

Sed vnde nam illud prouenit, ut semen tantum & adeo potens parum in corde tuo fructus proferat? Respondetur, ex quo factum est semen cordis humani, vim suam attemperauit terrę, ut sine illius concursu fructum non faciat, quia ergo plura sunt corda, quę verbum istud non recipiunt, ut debent, atque adeo nec illi cooperantur, inde est, quod fructum non faciat. Hoc verò proposita nobis hodie Euangelica declaratur parabola, quam explicare temeritatis esset, ait Greg. cum Christus istam explanauerit.

Aliud cecidit secus viam & conculcatum est, & volucres cęli comederunt illud. Via publica infideles sunt, sicut enim omni culturę inepta est via, sic infidelis, sicut omnes libere viam transeunt, sic dæmones in infidelibus libere discurrunt, quia vbi nulla Dei cognitio, & respectus est, non est, qui transire quenquam prohibeat. His dæmones dicunt illud Esaię, incurua re, ut transeamus. Prope hanc viam sunt ex fidelibus illi, qui fide solum ab infidelibus distant, qui verbis fatentur, se nosse Deum, factis autem negant, ut Paul. ait, qui nihil minus faciunt, quam si fideles non essent, qui tradiderunt se Sathanę in operationem omnis immunditię. Similes effecti diuerso rario, quod omne hominum genus recipit, ita isti omne peccatum, ut dicant illud Eccles. 2. omnia, quę desiderauerunt oculi mei, non negavi eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluntate frueretur.

In his Dei verbum fructum non refert, tum quia conculcatur, tum quia diabolus facile ab eorum cordibus verbum rapit. Conculcatur ab his Dei verbum, super caput enim illi collocant mundi leges, sub pedibus verò Christi mandata. Et si aliquando verbum Dei audiunt, non id præstant desiderio proficiendi, nec vitam in melius mutandi, sed ut Christiani appareant, & suis morem gerant, nihili enim ab ijs penditur Dei

Aduen.

P 3

ver-

Simile.

verbum, licet infinitus sit hominibus thesaurus. Si in hoc suggestum nunc conscendisset homo, qui saccos deferret plenos argento, auro, lapidibus pretiosis, ut illos effunderet, quanta aviditate properarent homines, ut ea colligerent. Anno divina sapientia, quæ hic effunditur, pretiosior est auro? an non omne aurum in cõparatione eius arena est exigua? si ergo quæsi eris sapientiam, quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam, tunc inuenies timorẽ Domini, & sciẽtiã Dei reperies, Sapiens ait, in pretio ergo summo Dei verba tibi sint, nec ea sub pedibus, sed super caput colloca, ab his vero, qui ea cõculcãt, facile dẽmõ tollit. Infelicissimum hominũ genus hoc est, omnia ab eis diabolus rapit, etiã quæ bona sunt natura sua, si eleemosynã faciunt, propter mundi gloriã illam largiuntur, atq; adeo vanitas illam tollit, si sacrum audiunt, aliud cogitant, corpore solum ibi ad sunt, cor enim eorum longe est à Deo, si verbum Dei audiunt, venit diabolus, & tollit de corde eorũ, ne credentes salui fiãt. Nihil sic curat dẽmõ à corde tuo tollere, ac Dei verbum, cum enim illud abstulerit, omne bonum abstulit, quia semen omnis boni illud est. Impleturque in his illud propheta, tu seminabis, & non metes, tu calcabis oliuam, & non ungeris oleo, & mustum, & non bibes vinam. Vis diabolus non tollere à te verbum auditum? imple illud opere continuo. Es corpore infirmus, dicit medicus, hanc sume potionem, licet amara sit, continuo in domum pharmacopoliæ properari vis, & potionem ebibis, licet nescias certõ, an tibi profutura sit, cum ad concionem venis, medicum cõsulis animæ tuæ, cum dicit tibi, restitue aliena, potionem purgatiuam tibi dat, cum dicit, da eleemosynam, venam scindere præcipit, ei ergo statim obedi, illi obtempera, & cauebis periculum illud, quod Christus Dominus explicat esse in his, qui circa viant sunt.

*Miche. 6.**Simile.**D. Tho.*

Aliud cecidit in petrosa, & natum aruit, &c. Diuus Thom. hoc dicit esse auarõs, duros, sui nimium amantes, hæc enim molle extra fines suos facile diffunditur, ut aqua, sic durum intra se constringitur ut lapis, & huiusmodi est, qui se omnium diligit, qui omnia ad suam refert commoditatem, & se ab omnibus quarit, & Deum propter se quarit, & in

Atem amplectitur, sed sine villo sui incommodo. Orant, dum illis est dulce, & denique secij mentæ, sed non passionis. Similes *Simile.* hirundinibus, quæ primò vere adsunt, in hyeme recedunt, hi radices non habent, nec sunt in charitate radicati, & fundati. In his quæ factu facilia sunt, Deo obsequuntur, in difficilioribus resiliunt, tempore tentationis recedunt. Facilia Christiani opera sunt, fidem profiteri, sacro interesse, & concioni, quod etiam principes magni præstant, hæc illi libenter faciunt, opera difficilia sunt, iniurias remittere, substantiam pauperibus elargiri, mortificationem in corpore circumferre, hæc illi renuunt, in itinere plano gradiuntur, in petroso offendunt, tempore tentationis recedunt. Ne putes in via Dei te profecisse,

B etiam si plura pietatis opera præstiteris, nisi probatus tentatione, & tribulatione, dicere possis cum Psalm. probasti Domine cor meum, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Annon mirandum, quod Israel transferit mare, & diuinas laudes decantauerit, sed in prima tribulatione defecerit? cum deest ei aqua, continuo murmurat. Venisti ad templum, peccata confessus es, sacram synaxim sumpstisti, & domum reuersus, leuis iræ occasio te perdit, hi, ait Christus Dominus, radices non habent, sed quas, ais, radices? firmissimum certe propositum Deo adhærendi, licet substantiam, honorem, & vitam amittas, sicut Psalmista, qui ait, *Psal. 118.* iuravi, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ, & Paulus, qui *Rom. 8.* ait, quis nos separabit à charitate Christi, &c.

Sed ais, quomodo has radices ego mittam, ne de illis sim? Respondeo, radices non misit in virtute, qui consideratione diuinorum caret, ille verò, qui hac vsus est, altas in virtute radices iecit. Sicut enim ictibus clauus figitur parieti, ut securus, ac constans sit, ita consideratione animus virtuti infigitur, & radicitur. Hinc de iusto Psalm. ait, in lege Domini voluntas eius, & continuo addit, & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Profunda enim diuinorum consideratio, facit voluntatem firmiter Deo inherere, & fructum reddere. Illud verò appositissima similitudine explicat, addens, & erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & foliũ eius non de

fluet, quia ex profunda diuinarum rerum consideratione humor vitalis, & deuotio colligitur, qua facile Deo in omnibus obsequimur, non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem projicit ventus à facie terræ, quia facile à virtute dimouentur.

Aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spine suffocauerunt illud, qui à solitudinibus, diuitijs, & voluptatibus, &c. Qui multis sæcularibus negotijs irretitus est, qui diuitijs abundat, qui delicate nutrit corpus suum, vellent nunc me audire dicentem, rectam viam in cælum eos tenere, sic que Deo placere, & fructum referre posse, vellent equidem hæc ego eis dicere, si possem, at non possum, quod si id dixero non Euangelium prædicabo, sed doctrinam à capite & corde meo, quod absit. Audi Deum per Hieremiam de his prophetis dicentem, visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini dicunt his, qui blasphemant me, locutus est Dominus, pax erit vobis, & omnibus, qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt, nõ veniet super nos malum. Non mittebam Prophetas, & ipsi cur rebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Sed & tu noli hæc audire, quæ placent, sed quæ Dominus præcepit, ne de illis sis, qui dicunt, loquimini nobis placentia, & de quibus Paulus, coaceruabunt sibi magistrorum prurientes auribus. Sicut ergo legatus, ac nuncius, ea nunciare debet, quæ is præcipit, qui eum mittit, non verò, quæ ille vult, ita prædicator verbum Dei seminare tenetur, non verò verba sua. Si ergo Dominus vocat spinas, & impedimenta diuini seminis diuitias, voluptates, & solitudines, quid aliud ego loqui possum? Quomodo ego lætificare potero eum, quem Deus non lætificat, imò contristat? Vis tu omnes voluntates tuas implere, tibi in omnibus placere, & insuper vt ego tibi dicam, id rectum esse, Deoque beneplacitum? quomodo ego id dicere tibi possum, cum verbum Dei diuersum loquatur? Audi Esaiam ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & infra dum non facis vias tuas, nec inuenietur voluntas tua, tunc delectaberis super Domino. Vis tu omni delicia ac voluptate perfrui, & concionem velles, quæ te consolaretur, quomodo id ego præstare potero, cum Christus dicat, væ qui habetis

Hiere. 23.

Esai. 30.
2. Tim. 4.
Simile.

Esai. 58.

A hic consolationem vestram, væ vobis, qui ridetis, quoniam *Luc. 6.* flebitis? Si multa bona opera ab alio exigit concionator, dicit ille, strictiorem nimium eum esse, & in angustias redigere audientem, an hoc semen meum est? an hoc verbum meum? & non potius Spiritus sancti, qui ait, mane semina semen tuum, & vesperi ne cesset manus tua, quasi dicat, nõquam cesses à bono opere, labori semper incumbere. Dicis, nõ ad hoc teneor, sit ita, nõ teneris, sed forte, ait Sapiens, eleemosyna, quam mane dedisti nullius fuit meriti, erit verò, quæ vesperi sit, hoc innuit, cum ait, nescis enim quid prius oriatur. Nunc ergo si solitudinibus, diuitijs, & voluptatibus irretitus es, quid tibi dicam aliud, quam quod Christus Dominus ait, hæc impedimenta *Seneca.* esse diuini verbi? Imo & Seneca ait, qui pluribus sæculi occupationibus irretitus est, bona conscientia esse nequaquam potest.

Vides aliquem diuitijs, delicijs, honoribus abundantem, ne ei inuideas, impedimenta illi plurima sunt, ne in cælum tendat. Impedimenta belli vocabat Cæsar victum, & alimenta, suppellectiliaque militum. De qua re mire Chryso- *Chryf.* tomus homil. 39. in Paulum, qui ait, si hominem videris opulentum, satellitibus & adulatorum turba stipatum, non est cur animo deiciare, gemit potius, lachrymare, aduoca Dominum, qui illum inter amicos numeret suos, & quanto res illi felicius succedunt, tanto tu illum lugeas magis, peccatores enim lugere semper quidem oportet, præsertim vero cum opibus, & tranquillitate fruuntur, quemadmodum egrotos, cum crapulantur, & inebriantur. Sed sunt, qui cum audiunt ista, ita misere comparati sunt, vt ob hoc acerbè gemiscant, dicantque, lachrymis se dignos esse potius, qui habeant nihil, recte dicis, qui habes nihil, non quia non habeas tu, quod ille, sed quia felicem rem opes iudicas, innumerabilibus lachrymis es deplorandus. Nam si quis sanus valensque felicem iudicet molli lecto ex morbo decumbentem, miserior est, quam æger ipse, qui bonorum suorum nullum habet sensum. Hæc Chrysof. Vides contra hominem, cui nec diuitiæ, nec deliciae sunt, & si aliquando ijs abundauit, abstulit eas Deus, illum zelare, hunc felicem crede. Sicut enim ager, in quo frumentum *Simile.*

seminatum est, aliquando plenus est spinis, & alijs inutilibus herbis, quæ agrum quidem pulchrum reddunt, at impedimenta illa sunt frumenti, & hæc ratione ut frumentum proficiat, illa omnia tollit agricola, & ager quidem imminutus deformisque apparet, sic tamen fructus ex eo colligendus est. Ita omnino res se habet in homine, qui diuitijs abundat, & delicijs, & altera parte fidelis est, frumenti ager est, sed spinis, & inutilibus herbis plenus, quæ illi quidem exteriorem tribuunt decorem, sed interiori priuant, ac expoliant, agricola Deus est, utque ager fructu abundet, inutiles tollit herbas, diuitias, scilicet, honores, ac voluptates, marcidus, tenuis, & indecorus nunc videtur, sed sic fructum reddet vberiore, quia illius impedimenta sublata sunt. Sed qua ratione, ais, hæc impedimenta sunt? & vniuersum ad se hominem rapiunt? Respondetur, spinæ hæc naturales terræ fructus sunt, verbum autem Dei insitum est aliunde, illæ filij naturales sunt, hoc adoptione, hinc fit, ut hominis vires ac mentem, amorem & cogitationem ad se potius trahant spinæ, ideo tollendæ, ut corde bono, & optimo fructum referamus.

Hiere. 4.

Ideo Hier. nouate vobis nouale,
& nolite serere super spinas, &c.

Domi-

A Dominica in Quinquagesima.

The. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Luc. 18.

B



VO de Deo nostro docet Christiana religio dissimilia valde, & quæ primo conspectu contraria apparent. Docet enim altissima, & humillima, & utraque intellectui nostro difficilia sunt. Quæ ratione apud Esaiam Seraphim velabant Dei faciem, & pedes, quia alta & humilia

Esai. 6.

Dei fugiunt cognitionem nostram. Sed in his, quæ alta sunt non adeo scandalum passi sunt philosophi, atque in his, quæ humilia, quia naturaliter intellectus noster fertur, ut magna de Deo credat. Quæ ergo difficilius credidit, ea sunt, quæ ad Christi humanitatem, & passionem pertinent. Et ideo vocatur Christus petra scandali, & lapis offensionis. Et Paulus ait. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, ijs autem, qui salui fiunt, id est, nobis, Dei virtus. Quod adeo verum est, ut ipsi Apostoli audientes Christi passionem manifeste prædictam, non intellexerint verbum.

1. Petr. 2.

1. Cor. 1.

Argumentum, quo humana sapientia utebatur contra crucem Christi, & quo Celsus utebatur (ut refert Origenes libro secundo, contra eundem,) hoc fuit. Aut humiliatio, & passio Christi fuit à necessitate profecta, aut à voluntate, si à necessitate, defectum arguit potentia, cum non poterit non pati, si à voluntate, fuit dementia, ac stultitia talia sustinere hominis causa. Ex quo sequi videtur,

Orig.

Chri-

Colof. 2.

2. Reg. 6.

Christum aut minus potentem, aut insipientem fuisse, non ergo Deus esse potest, Deus enim, & sapiens, & potens est. De hac vana argumentatione, ac philosophia ait Paulus: Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi huius, & non secundum Christum. Accidit Christo cum humana sapientia, quod Dauidi cum Michol. De qua sic dicitur: Michol filia Saul prospiciens per fenestram vidit Dauid Regem subsilientem, atque saltantem coram Domino, & despexit eum in corde suo; exuerat enim Dauid vestes regias. Hoc ipsum Christus praestitit, ut animas in caelum duceret, quod Dauid, ut Arcam testamenti in domum suam. Exiit vestes diuinas, non eas relinquens, sed occultans; Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Et ut pelliceret daemones a nobis, sicut Dauid a Saul, & ut peccatorum nostrorum clamor non audiretur, ipse clamore grandi, & dulcisono clamauit, ut verò clamor altior esset, oportuit distendi chordas in passione, & ipsum multa pati, ac deijci. Nec intellexit humana sapientia celsitudinem, ac magnitudinem, quae in hac humilitate latebat, & ideo despexit eum. Sed vnde tibi despicibilis apparet, mihi amabilis magis videtur, ait Bernar.

Bern.

Esai. 53.

Heb. 10.

Psal. 39.

Ad argumentum ergo humanae philosophiae respondeamus. Aiebat illa, aut voluntate, aut necessitate suscepit mortem, dicimus voluntate eam suscepisse. Oblatus est, quia ipse voluit. Et ego pono animam meam. Et in Psal. ait (quem explicat Paulus de Christo) sacrificium, & oblationem noluisti, corpus autem adaptaisti mihi, Deus meus volui. Sed ait humana sapientia. Si voluntate suscepit, si vitare potuit mortem, stultè fecit moriens. Respondeo, stultitia est hac in re in humana sapientia, & ortum habet hæc stultitia ex ignorantia diuinæ bonitatis, ac amoris. Si homo nosset, quantus Deus noster in bonitate sit, non ei appareret incredibile, quod hominis causa mortem suscepisset, sed mortem videt, non dilectionem. Et regulam diuinorum operum, desumit ab experientia humanorum, cumque videat, inter homines tantam bonitatem, ac amorem non inueniri, credit in Deo non esse. Nec intellexit stulta sapientia, in infinitum distare amorem diuinum ab humano, & ideo

A ideo effici ab amore diuino ea, quæ ab humano procul sunt. Hinc Psaltes. Non est similis tui in Dijs Domine, & non est secundum opera tua, quasi dicat, sicut excedis vniuersos natura, ac bonitate, ita operibus. Hinc etiam Psaltes. Ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum, caligo sub pedibus eius. Quæ verba enarrans Gregorius 17. Moral. capitul. 13. ait, Cherubim abundantiam sapientiae significat, pennæ ventorum affectus animarum, cum ergo ait, ascendit se Deum super Cherubim, & pennas ventorum, significat, ea opera Deum fecisse, quæ excedunt vniuersam humanam sapientiam, ac dilectionem, quia sicut dilectioni illius nostra æquari non valet, ita nec operibus opera. Et inde est, quod caligo sit sub pedibus eius, & posuerit tenebras latibulum suum, quia eius dilectio tanta est, ut nulla humana sapientia illam attingat. Et hoc est quod Habacuc ait Dedit abyssus vocem suam, altitudo manus tuas leuauit. Id est Abyssus immensa diuinæ dilectionis dedit vocem, id est, significationem, qua se ostendit, & tunc altitudo humanae sapientiae manus leuauit, in signum admirationis. Ita exponit Gregorius dicens. Exclamare mens humana compellitur, dum altitudine considerationis in requisitionibus suis eo ipso, quo latius extenditur, angustatur.

Psal. 58.

Psal. 17.

Greg.

Gre.

Habac. 3.

Ex quo tandem sequitur, hoc ipsum, quod infimum, & despicabile videbatur humanae sapientiae altissimum esse, & omnihonore dignum, si enim necessitate ductus mortem suscepisset, abiecta fuisset, sed voluntate, amore, ac bonitate suscepit, & ideo infinitam arguit bonitatem in Deo nostro, ostenditque quod optimus sit, & ideo quod magnus, & maximus. Et ideo summa Deo gloriare resultat ex hoc opere, quod proinde ille vocat opus suum per excellentiam. Recte ergo Sapiens monet. Sentite de Domino in bonitate. Hinc nobis colligendum est, summè gaudere, quod optimo, ac amatissimo Deo seruimus, à quo innumera bona sperare possumus, quoniam pro inimicis, ac exteristalia fecit, quid pro domesticis, & amicis non faciet? Recte Psaltes, quam bonus Israel Deus his, qui recte sunt corde. Quod si duo fratres in domum maximi principis assumpti, ut ei ministrarent, sibi inuicem congratulantur, quod tanto digni

Psal. 72.

digni honore habiti sint, & quod maxima sperent beneficia, multo potius nos, quibus ea felix sors accidit, ut Deo minime optimo, maximo, amantissimo, congratulari inuicem debemus, quod talem habeamus Dominum, & herum, a quo innumera bona sperare possimus. Et hoc est, quod Paulus agit, cum ait. Sed si immolor super sacrificium fidei veltrae, gaudeo, & congratulor omnibus vobis, id ipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi. Id est? Obtuli ego in sacrificium Deo vos ad eum conuersos, qua ratione persecutionem patior usque ad mortem. Ego quidem congratulor vobis, quod fidem Christi susceperitis, quod tali heri adhaeritis. Vos congratulamini mihi, quia eius causa patior. Gloriarum profecto fideles postum? Iu per omnes infideles quod Deus noster dulcissimus, ac amantissimus est, & talis ab Ecclesia praedicatur. Et propterea de labijs Ecclesiae dicitur in Canticis, Fauus distillas labia tua soror mea sponsa. Sicut enim (ait Gregorius) fauus mellis continetur in ceras casulis, ita in praedicatoribus Ecclesiae mel est doctrinae, dum passionem Christi annunciant, dum Deum clementissimum, & pietate plenum praedicant. Non sic gentium Dij, sed crudeles, & in misericordes sunt, & sanguine hominum delectantur. Cum ergo Christus manifestis verbis passionem suam annunciat, illi nihil intelligunt, erat verbum hoc absconditum eis, quia tanta est ostensa diuina bonitas, ut ab humano intellectu non capiatur.

Sed proponitur nobis Christi passio, & ascensus in Ierusalem, ut in regnum assumatur per passionem, ut impleatur illud Psalmi. Ego autem constitutus sum ab eo rex super Sion montem sanctum eius, & ideo ait. Ecce ascendimus Ierosolymam. Cumque hanc viam ageret ait Lucas capite. 19. His dictis praecedebat ascendens Ierosolymam, Cum alias vias agebat, ibat cum discipulis, nunc vero cum in passionem properat, praecedit eos, quia in regnum tendit summo gaudio, & desiderio, ut noueris, multa debere Christo, quia pro te passus est, sed plura propter eximia illius charitatem, qua libenter passus est, & plura pateretur, si oporteret. Sed id maxime mirandum, quod via in regnum passio sit. Si rex a te de Pater constitutus fuit Christus tuus, cur passione ac ignominia id agendum fuit?

Que-

A Querelas hac de re modestas sane proponit Dauid Deo in Psalmo, in quo regnum, & passionem Christi ostendit in regno ipsius adumbratum. Ait enim ostendens regnum. Exaltavi electum de plebe mea, inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum praeregibus terrae &c. Sed statim modeste conqueritur, quod via ad hanc celsitudinem passio sit, ait enim. Tu vero repulisti, & despexisti, distulisti Christum tuum, auertisti testamentum serui tui. Sedem eius in terra collisisti &c. Certè hæc fuit diuina dispositio, ut per crucem ascenderet in regnum, & hæc oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam. Quo facto ostenditur nobis via, qua in regnum veniamus, erigitur enim nobis hodie crucis vexillum, ut qui sub eo militamus, ad illam accedamus, & in ordine suo quisque collocetur, iam enim proximum est praedium. Ideo qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs, id est acceperunt ad vexillum suum, ad crucem, scilicet. Sicut ergo Moyses descendens de monte, videns populum lætantem in vituli adoratione ait. Si quis est Domini iungatur mihi, ita nunc Christus ait, si quis est meus, adhaereat mihi, in vexillum crucis. Simili ratione Dæmon nunc erigit vexillum suum, deliciarum, ac dissolutionum. Dic mihi o homo, quem sequi vis, sub cuius vexillo militare? Finge nunc in Hispania duo erecta vexilla, alterum regis Hispaniarum, qui voce praekonis militibus ait. Siquis me sequi voluerit, ego illum praecedam, & paruo labore omnes paganos superabimus, victoria certa est, & ea parata, cuique militi paratum est regnum maximum, ac opulentissimum, cui praeficiendus est. Alterum vero vexillum est serui Aethiopiae miserum, qui milites conuocat, concedens eis, cuncta pro voluntate, ac libidine agere, sed omnes, qui eum sequuntur, superandi proculdubio sunt, & seruituti, ac neci tradendi. Dic o homo, his auditis, quod eliges vexillum, ut sub eo milites? Cum similia proposuisset Moyses in Deuteronomio, ait. Testes inuoco hodie caelum, & terram, quod proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem, & maledictionem, elige ergo vitam.

ut

Philip. 2.

Cant. 4.
Greg.

Psal. 2.

Luc. 19.

Psal. 88.

Gala. 5.

Exo. 32.

Deut. 30.

vt & tu viuas, & semen tuum, & diligas Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhaereas. Sed ais, ego vexillum Christi, qui volo. Optima profectò electio ista. Audi quod tibi dicitur in Deuteronomio, Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in vijs eius, en Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, & faciet te excelliorem cunctis gentibus. Certe beatus populus, cuius Dominus Deus eius, populus, quem elegit Dominus in hereditatem sibi. Vniuersus terè Israel sequebatur Absalon inhonestum, ac vanum, sed non defuit, qui Dauid tunc sequeretur, licet nudis incederet pedibus, & afflicto esset. Qui verò Dauidi adhaerunt, victoriam obtinuerunt, reliqui perierunt. Cum Israel lætaretur, & in ludis, & comestationibus esset, ait Hieremias. Quis dabit me in solitudine diuersorum viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis, quia omnes adulteri sunt, & catus præuaricatorum. Loquitur Hieremias, sicut loqui solet aliquando fidelis minister, qui videns bona Domini dilapidari, & hereditates dissipari, ait, vellem in mundi finem, vel in desertum abire, ne ista viderem. Ita cum lætus in delictis esset Israel, perditum populum videbat. Ideo recedere cupiebat, vt eo recedente videret Israel malum suum, quod fugere compellebat Hieremiam. Sed hodie maiori indicio ostenditur nobis mundi malum, cù eius causa Christus moritur. Maxima profectò immolati in Aegypto agni fuit, quo sexcenta millia hominum pugnatorum ex Aegypto prodierunt, & mare pertransierunt, & in desertum processerunt. Quis nam hodie poterit homines à vanitatibus, & voluptatibus mundi, in quibus his diebus versantur, abstrahere, & in penitentia desertum ducere? Certe agnus hic immolatus in cruce, qui vt imoletur, ascendit in Hierusalè. Ostensa Ioanni fuit in Apocalypsi meretrix magna, quæ sedet super aquas multas, id est, populos multos. Habebat poculum aureum in manu sua plenum abominatione, & in munditia. Quis obsecro, hanc mulierem, & alius calicem superabit, nisi Christus contrario suo calice, qui passionis est. Cù ergo his diebus mulier ista procedat in publicum, Christus etiam procedit, & calicem suum nobis propinat, ne meretricis calicem bibamus. In hoc ostensa est Tobia religio, ac pietas, quod cum reliqui irent, vt adorarent

vitu-

A vitulos aureos, quos fecerat Ieroboan, ipse fugiebat consortia hominum, & ascendebat in templum, vt adoraret Dominum Deum suum. Tu ergo, cùm videris aliorum deperditos mores, cùm licentiam, & ludos, magis adhaere Christo, calicem eius sume, non calicem meretricis.

Ait ergo Iesus. *Ecce ascendimus Ierusalymam, & consummabuntur omnia &c.* In Christo quidem vniuersa consummata sunt, quia omnem passionem subiit. Nobis verò aliqua pars relicta est, ille vniuersum bibit calicem vsque ad feces, nobis relicta pars calicis est. Quando via agebatur cum tabernaculo, inter leuitas onus illud diuidebatur, & quisque partem portabat, ita de Christi passione pars cuique tribuitur pro virum mensura. Sed discipuli non intelligunt Christi passionem, putabant enim, vt Beda ait, ipsum loqui in parabolis, sicut alias loqui solebat, nec aliud ad literam implendum. Sic nunc plures, cùm de Christi cruce ferenda, & de penitentia agenda monentur, putant se parabolam audire, nec ita sonat, accipiendum esse, cùm tamen nulla in hoc sit parabola.

Sed expendendum est illud verbum. Consummabuntur omnia. Consummati sunt Christi labores, consummabuntur etiam labores sanctorum. Plorabit, & flebitis vos, mundus autem gaudebit, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Contra verò gloria Christi non consummabitur, sed in æternum durabit. Non sic peccatorum accidit, sed à diuerso. Gaudium enim hypocritarum ad instar puncti, vbi robat, consummabitur breui, dolor verò illius finitur nunquã. An non audisti Sodoma delicias, erat sicut paradus Dei, sed breui finem accepit eius pulchritudo, & igne absumpta est? An non audisti Babylonicam mulierem ornatam in Apocalypsi, sed statim proiecta in infernum eo imperu, quod lapis in profundum maris? Quis ergo non eris memor finis tua, sed in temporalibus delectatus, quasi eterna essent, & æterna, quæ te manent mala, non ita? Celebrabat festa Ephraim, & iomites trans se ornabant, & quos Elatas ait. Maxima coronæ superbia, ebrijs Ephraim, stria decidentis, & gloria exultationis eius, quæ erat in vertice vallis pinguis. Quia, quanta à vino, sed quam multo deciderat, hinc bos, omnia nunc ostendit, dicitur hinc vultus, & fontis Dominus, si cù

Aduent. Q impetus

Deut. 26.

Psal. 143.

Hierem. 9.

Exod. 13.

Apoc. 17.

Tob. 1.

Beda.

Ioa. 16.

Iob. 20.

Gene. 19.

Apoc. 17.

18.

Esai. 28.

Psal. 118.

Psal. 54.

Deut. 32.

Ioan. 14.

Psal. 106.

Esai. 51.

Gen. 3.

Esai. 61.

timorū cucurri, cū dilatasti cor meū Nec satis uenit tibi esse, si
 curreret, pœnas patit, ut uolet, cū ait. Quis dabit mihi pœnas si-
 ent colūbe, & uolabo, & requiescā. Peccator autē stat in uia,
 quia licet in infernū properet, & veloces pedes eius in malū, &
 ut Moyses ait. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinat tēpo-
 ra, tamē in cælū nō mouetur, & ideo sedere dicitur, quia creatu-
 ris adheret. Sed cæcus iste, licet à uia recesserit, quæ est Christi
 dicēs. Ego sum in uia, tamē nō longē recesserat, sed iuxta uia erat.
 Qui dā enim peccatores sunt, qui sic Deū reliquerūt, ut longe
 nō discelerint, quia multa bona opera præstāt, cōtiones audiūt
 misericordie operibus incūbūt, orāt, sacrū audiūt, quibus sedif-
 ponūt, licet remotē, ut à Deo sanētur. Quidā uerō longius recess-
 serunt, quia non solū Deū reliquerunt, uerū & uarieta bona
 opera. De quibus Phaltēs, errauerūt in solitudine, in inaquoso
 uia ciuitatis habitaculū nō inuenerūt. Quos miris uerbis descri-
 bit Esai cū ait. Filij tui proiecti sūt, dormierūt in capite omniū
 uiarū, sicut oryx illaqueatus, pleni indignatione Dñi, increpa-
 tionē Dei tui. Proiectos dicit peccatores, ac dormiētes; quod
 extremū est malū, in peccato esse, & dormire. Hinc anim sequi-
 tur, ut pleni sint indignatione Dñi, quia pleni peccatis. Oryx ue-
 ro bestia illaqueata est. Sed arređamur, quo pacto cæcus hūc
 uisū receperit. Primū, occasionē nō pretermisit, sed audiēs Chri-
 stū trāsire, clamat. Ne ergo tu occasionē tibi permittas, cū De-
 per cor tuū trāsit in inspiratione. Attēde, quid spōsa acciderit. In
 lecto spōsa erat, pulla ianuā spōsus, uox dilecti mei: pullantis
 aperi mihi fororātes. Et eū illa querere deberet. sponsum
 querit uab eō, & illa adeo inurbana est, ut locum relin-
 quere nō lit, in quo lacet, cū omnia propter spōsū relinquit
 teret, misit ille manū per feramē, & tēgit spōsā, quæ surgit, at ue-
 ro, illē declinatērat, ac pertāsserat, & multo labore inuenit eū,
 qui eigratis offerēbat. Vocat tē Deus tuus, misericordīa offer-
 tu uero dilationes queris, ne à lecto delectationis, in quo iacet
 surgas. Tēgit tē Deū in corpore uel substantia, aut honore, nō uit
 enim ille, in quo se cū tactus fueris, te spōsus. Surgis: nec facit
 Deū reperis, qui tē nō aperuisti, cū uocauit. Interrogat,
 quid hoc esset. Cū audisset uerbā protoreūtē. Et merito interro-
 gat, quid ad eū pertinet nosse, quā trāseat, ut et eam qmā pete-
 ret. Alter uerō curiose, ac uanē interrogaret, si cæcus uidet,
 quia

A quia ut sibi prouideat, interrogat. Ita nūc multi uanē, & inuili-
 ter inquirunt aliorū uitas, uias, ac gressus, quid ad te, hæc nosse,
 ò homo, quis transeat, uel quo? In multis esto quasi inscius, ut
 sapiēs monet, quæ præcepit tibi Deus, cogita semper, aliena ne
 curaueris. Est uero, qui hæc uiliter inquirat. Prælatu prætorq;
 nosse debēt, quis trāseat, illi interrogēt, ut munerī suo satisfā-
 ciant. Audit cæcus Christum trāsire. Clamat, & clamore suo
 Christū tener, sicut Iosue solem stare facit, Iesu fili Dauid mise-
 rere mei. Deum, & hominem confiterur, dum enim eum filiū
 Dauid dicit, hominē ostendit. Dū sola misericordia sibi adfu-
 turū putat, Deū agnoscit. Solus enim Deus misericordia & uo-
 lūtate sua malis nostris medet. Quid tibi uis faciā, ait Chrs. Do-
 mine ut uideā. Quasi dicat, nō numos peto, sed oculos, ea enim
 B facilitate, oculos, pedes, ac manū dare potes, qua alter numos.
 Da ergo oculos. Hos nos petamus, ut Christū crucifixū agnos-
 camus, ut eius amorē in cruce ostensum contēplemur. Ut aspi-
 ciētēs in authorem fidei, & consummatorē Iesum, aliquid cru-
 cis portem post Chrm, ut cū illo in Ierosolymā ueniamus, &c.

Eccles. 32.

Feria Quarta Cinerum.

*The. Memento homo qui puluis es, & in pulue-
 rem reuertēris.* Gen. 3.



C AE Cin hominem à Deo lata sententia est pro-
 pter peccatum, hanc à matre Eua hæreditatem
 accepimus peccatum, mortem, cinerem, atque
 adeo quæ mater uiuentium ab Adamo dicta est,
 potius morientium mater dici potuit. Sed uni-
 uersa hæc ab Eua profecta mala, mulier alia resarciuit Maria,
 quæ uerè mater est cunctorū uiuentiū per gratiam, & è cælis in
 terras descendere fecit eum, qui ait. ut darem eis coronam pro
 cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu ma-
 roris. Sed dum cinere aspergimur, ut ab inquinamentis animæ
 mundemur, eo uti ut nouerimus, gratia indigemus.

Gen. 3.

Esai. 61.

Mutatam subito Ecclesiam uideamus hodierna die, operta
 altaria uelis, & deposita omni lætitia luctuosas induit vestes.

Aduent.

Q 3

Hęc

*Simile.**Gen. 30.**Psal. 44.**Iob. 38.**Psal. 77.**Sap. 7.**Iob. 14.**Iob. 20.**D. Th.*

Hæc vero Ecclesiæ mutatio eo tendit, vt in fidelium moribus **A** similis efficiatur mutatio. Condidit Deus solem, & lunam, & stellas, & eis motores Angelos adhibuit, vt diuersis suis dispositionibus, sitibus, & locis diuersitates efficerent temporum, quibus diuersi effectus ac fructus in terra producerentur. Ad hunc modum Ecclesia per anni discursum proponit nobis iustitiæ solem diuersis locis & sitibus, diuersaque efficit tempora, vt in nobis varij, ac multiplices effectus, fructusque nascantur bonorum operum, Varij enim & maculosi fetus Iacob dantur. Hæc varietate pulchra redditur Ecclesia, & vt Psal. ait, circûdata varietate. Hanc cæli varietatem in Ecclesia à Deo ponendam ipse ait Iob. numquid nosti ordinem cæli? aut pones rationem eius in terra? Mirabilis profectò cæli ordo in temporum diuersitate, sed eius ratio in terra est posita, dum in ea similis est constituta diuersitas. Hæc Dei sapientiam Psal. laudat, dicens, tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es aurorâ, & solem, æstatem & ver, tu plasmasti ea. Et scientiam horû se assequutû, gloriatur Sapiens, ipse dedit mihi horû, quæ sunt sciëntiâ verâ, vt sciâ dispositiones orbis terrarû, & virtutes elementorû, & consummatione, & medietate temporû, vicissitudinû permutationes, morû mutationes, anni cursus, & stellarû dispositiones. ¶ Est autem hæc Ecclesiæ diuersitas cõueniēs valde. hominû nature, quæ in perpetuo est motu, & à se alia, atq; dissimilis sepe est, tum ætate, tum dispositione. Vnde quorûdã philosophorû sententia fuit, nõ eundẽ esse equû, qui heri, & qui hodie est, nec verò qui fluuiû ingreditur, & egreditur, nec posse dicere aliquẽ hominû ego sum Petrus, quia cû orationẽ finit, aliud est. Et licet hi philosophi nimium hæc naturæ nostræ varietatem auxerint, certum tamẽ est illud Iob, nõquam in eodẽ statu permanet, & idẽ cogitationes variæ succedût sibi, & mēs in diuersa rapitur. Hoc inter Angelos, & homines distare dicit, D. Th. quod illi omnia simul intelligẽtes, immobiles volũtate sũt, cû rei cui piã adheferit, ideo illis natura sua pœnitentia nõ est, homo vero instabilis est, in diuersa rapitur. Sicut ergo dæmõ agnoscẽs naturæ nostræ instabilitatẽ, ea vtitur, ac nos expugnare conatur, nos eã agnoscẽtes, curemus, eã in bonum cõuertere nostrû, & ex mysteriorû varietate diuersa virtutû exercitia collige;

A ligere. Væ illis, qui sibi semper similes sunt in malo, quibus dicitur Ier. 8. attendi, & auscultauit, nemo, quod bonum est, loquitur, nullus est, qui agat pœnitentiã super peccato suo dicẽs, quid fecerunt omnes cõuersi sunt ad cursû suû, quasi equus impetu vadẽs ad præliû. Miluus in cælo agnouit tẽpus suû, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tẽpus aduẽtus sui populus autem meus nõ cognouit iudiciû Dñi, quomodo dicitis sapiẽtes nos sumus? Pro temporû varietate aues loca mutât, quomodo homo qui se sapiẽtẽ dicit, id nõ præstat? quomodo mutato tẽpore nõ mutatur? Volens ergo Ecclesia celebrare diuinû illud tempus, quo sol iustitiæ ascẽdit in altû illud signû crucis, cû mysterium sit altissimum, solennem, ac longam instituit quadragesimæ vigiliam, in qua sumus, Immutatû ergo agnoscamus tẽpus, & diẽ **B** foelicissimum aspicietur. Proximi, qui præcesserunt dies, fuerunt nobis, caliginis, & tenebrarum, & qui dierum nomine in digni cẽsendi sunt, in quibus carni militatû est. De hisce diebus Iob loquitur, dies ille vertatur in tenebras, non requirat eû Deus desuper, nõ cõputetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus, potius noctes dicendæ sunt, quã dies, cû in eis bestiales appetitus liberẽ vagarentur, de nocte vero scriptum est, posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestię siluæ. Sed hodiernus verẽ dies est, dies sanctificatus illuxit nobis, in hoc die exhibit homo ad opus suum, opus autẽ hominis virtutis opus est, dies hic renouationis est interioris hominis, dies, quo mortificandi sumus, vt in nouã surgamus vitã. In hoc singulariter dies hic ab Ecclesia institutus est, & cû omnia tempus habeant, vt Sapiens ait, & cû debito, ac conuenienti tẽpore cuncta fiunt, cum fructu efficiuntur, sic etiam pœnitentia tempus suum habet, & licet vniuersum vitę tẽpus sit pœnitentiæ, ac laboris, ex quo audiuius, in sudorem vultus tui vesceris pane tuo vniuersa vita hyems est, in qua cum lachrymis seminandum est, quod in morte metemus, sed præcipue hoc quadragesimæ tempus pœnitentiæ destinatum est. Sicut enim omni tempore negotiator negotia sua tractat, emit, venditq; , præcipue tamen cum nundinatum tempus adest. Sic licet vniuersa vita Christiani negotiatio sit, tamen maxime quadragesimali tẽpore huic incumbendû est, Merito nunc Ecclesia, vt Leo **C**

*Iere. 8.**Iob. 3.**Psal. 102.**Ecclesi. 1.**Gen. 3.**Simile.**Leo.*

papa notat, vsurpat verba illa Pauli, ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis, & inferius, in ieiunijs multis per arma iustitię, à dextris, & à sinistris. Sicut cū in bello, vel in ciuitate, quę è regione inimicorū est, vocatur ad arma, omnes se armis induūt, nunc in arma vocamur, vt in bellū procedamus contra dæmonem, & carnem. 1. Machab. 9. ait Ionathas ad suos, surgamus, & pugnemus contra inimicos nostros, non est enim hodie, sicut heri, & nudius tertius. Nobis idem nunc dicitur, hodiernus dies sanctus est, in quo nobis pugnandum, diuersus omnino à diebus proximē elapsis, quibus vacasti ludo, comessationi, spectaculis.

Iam illa omnia transferunt, cōiuiua, spectacula, ludi, speciosa vestes. Loquitur Dominus Esaię, clama, & ille, quid clamabo? omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos fœni, exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini insufflauit in illud, vere fœnū est populus. En quid omnis gloria, & delectatio carnis sit. Sed ait, spiritus Domini insufflauit in illud. O si nūc diuinus spiritus insufflaret in corda nostra, vt auferret omne carnis desiderium, nō est enim carnis priuū, vt solū ori, & corpori caro auferatur, sed præcipuē cordi, vt carnis renūciat affectui. Ita nos monet agere Pet. obsecro vos fratres, tanquā aduenas, & peregrinos abstinere à carnalib⁹ desiderijs, quę militāt aduersus animā, si enim ori solū carnē detrahas, nō vero cordi, nihil te fecisse puta. Hinc cū Israel cōquereretur, quod eius ieiunia Deus nō respexisset. Respondet ei Dñs per Esaiam, non satis eos præstitisse, dū ieiunauerūt, quia simul alia perpetrabāt peccata. Sic Dñs ait, nūquid tale est ieiuniū quod elegi, per diē affligere hominē animā suam? (id est, certis & statis diebus à cibis abstinere) nūquid cōtorquere quasi circulū caput suū? (id est, submisso incedere capite) & faccū, & cinerē sternere? nūquid istud vocaui ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos depriuentes, frange esurienti panem tuum. Hoc ergo generale ieiunium est, quod Deo maximē placet, ab omni abstinere peccato, & ad id nobis cinis hodie imponitur, quasi factō Ecclesia nos admoneat, quod Petrus verbo, cū dixit, tanquā aduenas, & pere-

1. Mac. 9.

Esa 40.

1. Pet. 2.

Esa 58.

A & peregrinos esse, namque puluerem esse, & in puluerem redigi est, esse peregrinos, & aduenas.

Tempus ergo cum sit pœnitentię, tria nobis videnda sunt, quorum primum est, pœnitentiā à nobis exigī, secundum, qua ratione nos Ecclesia permouere conatur, tertium, modus huius pœnitentię quis sit, vt cum fructu eam subeamus. Primum, epistola nos docet dicens, conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio fletu, & planctu. Secundum, cum imponitur nobis cinis, diciturque nobis, memento homo, quia puluis es, &c. Tertium, Euangelium, quod ostendit, quo ordine, quaque intentione ieiunandum nobis est, hæc vniuersa explicemus.

B Et in primis adinventionem fuisse dæmonis credo proximē elapsis diebus curare, vt fideles se carnis voluptatibus tradant, vt sic in plura peccata incidant, & quadragesimale tempus ingrediatur peccati serui, vt multa bona, quę nunc acturi sunt illis nihil profint, nec ieiunium, elemosynā cōcilio, & cætera omnia. Vt ergo dæmoni occurras, & astutias eius non ignorans, illas caueas, vt denique temporū contentissimam rem persicias, & animæ tuę consulas, audi propheta dicentem, conuertimini ad me in toto corde vestro, nunc statim viam pœnitentię ingredi, statim cura confiteri, nequid in maiorem hebdomadam differas. Quod mirē Esaias sub nomine Tyri explicat. Vastata fuerat insignis ciuitas. Tyrus propter peccata, vt ergo rursus ædificetur, sic eam alloquitur Esaias, fume tibi cytharam, & circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit. Merito anima peccatrix & meretrix dicitur, & deuastata ciuitas, meretrix quidem, quia paruo pretio accepto se dæmoni tradidit, vel forte pro nihilo, ciuitas deuastata, quia Deo amisso nihil ei boni manet. Vt ergo rursus ædificetur, ait Propheta, fume cytharam, quę pœnitentiā significat, vt Gregorius ait 2o. moralium. c. 31. in illud Iob. versa est in luctum cythara mea, & August. in illud Psal. 32. confitemini Domino in cythara. Vnicum tibi mediū est, quo in gratiam redire possis, & illud pœnitentię est, & tanquam de necessario medio est diuinitus præceptum. Licet iei-

Iob. 2.

Esa. 23.

Greg. 2.

August.

Psal. 32.

iunes, eleemosynas largiaris, recites, & alia innumera bona pre-
 ftes, gratiam tamen non consequeris, nisi poeniteas, poeni-
 tentia est, quæ peccata delet. Hinc Christus Dominus, ni-
 si poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Hac ergo
 cythara circui ciuitatem cælestem, musicam illi exhibens,
 quia gaudium est in cælo super vno peccatore poenitentiam
 agente, vel circui ciuitatem animæ tuæ perscrutans vniuersa,
 quæ in illa sunt peccata. Hinc Ierem. vide vias tuas in conualle,
 & scito quid feceris. Memoria retinendum verbum illud est,
 scito, quid feceris. Agnoscendum nobis primum est, quid fece-
 rimus. Primum, quod Adamo dictum legimus, illud est, vbi es
 Adam? quid fecisti? expulsus est de paradiso, & in puluerem eū
 vertendum dicit Deus, ex tūc cinis appositus ei fuit in capite.
 Agnosce ergo tu, quid feceris, quod in cinerē versus es, quod
 ingratus Deo extitisti, cælum amisisti, dignus inferis factus
 es. Si nosset homo, quæ mala peccato incurreret, necesse nō es-
 set, eum admonere, vt poeniteret, ipse nāque per vias publicas
 discurreret, vt medelā quæreret. Vulnus lethale tibi inflictu est
 vel in grauissimū incidisti morbū, opus non est, tibi suaderi, vt
 medicū cōsulas, agnouisti grauissimū discrimen corporis, illud
 continuo curas, cū vero animæ malū adeo mala corporis exce-
 dat, quis illud agnosceret, nec curaret? Innumera mala peccatis
 incurristi, sed illud omnium pessimum est, quod Deum negasti,
 illum contempsisti. Qua ratione putas nunc gloriam nō cā-
 tari in missa, nec alleluya dici nec te Deū laudamus, & operiri
 altaria? nō illa peccauerunt, sed tu, ora Deum ne in tantum ma-
 lum incidas, vt inuerecundus, & procax corā Deo inueniaris.
 Sicut enim nihil durius viro, quā videre vxorem inhonestam,
 & deinde procacē, ita nihil Deo odibilis quam peccator, qui
 eū offenderit, nec tamē verecūdatur, nec rubore suffundit, sed
 ei dicitur, frōs meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Hac
 ergo ratione laudes Dei nūc ab ore nostro tolluntur, vt erubef-
 camus, Deum laudare, quem factis negauimus. Peccatori autē
 dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētū
 meum per os tuum? Sed ais, quando ego Deū negaui? certē eū
 negasti, cum peccatum admisisti, cum vt nummos, acquirerēs,
 Deū reliquisti, Deū è primo loco cordis tui deturbasti, & num-
 mos

Luc. 13.

Luc. 15.

Iere. 2.

Gen. 3.

Simile.

Simile.

Ier. 3.

Psal. 48.

Amos eo in loco collocasti, ideo dicitur avaritia Idolorū seruitus
 si delectationi seruiēs in Deum peccasti, Deū propter illā nega-
 sti eā pluris quā Deū fecisti, nūquid parua est fornicatio tua? ait
 propheta, contenderūt in corde tuo dæmō, ac Deus, Christus
 & peccatū, & palmā dedisti dæmoni, atque peccato. Audi quid
 alius fecerit, inde collige, quæ tu facis. Ait Pharaō, Dñm nō no-
 ui, & Israel nō dimittā, quale tibi apparet hoc verbū? diabolicū,
 inquires, & à duro corde procedens. Quid te putas dicere, cū
 peccas, nisi simile quid? non agnoscis Deum, audi Ioannem id
 afferentem, qui dicit, se nosse Deum, & mandata eius non ob-
 seruat, mendax est. Velum ergo apponitur inter te & Deum,
 vt intelligas, si in peccato es, alienum te esse à Deo, Deoq; care-
 re, & bonis eius, miser, ac miserrimus profecto, qui Deo ca-
 ret.

B Si ergo in peccato es, si nosti, quid feceris, nunc poeniten-
 tiam age, accede, vt cureris. Sicut enim quædam infirmitates
 hoc vel illo tēpore facilius curātur, quia influentiæ tunc cælo-
 rum sunt, quæ medicamina iuuant, sic nunc facilius peccatum
 vinces, tum propter orationes Ecclesiæ, & institutionem illius,
 quia instituit hoc tempus poenitentię, tum propter plura iusto-
 rum opera.

C Sed attendenda verba illa prophete, conuertimini ad me in
 toto corde vestro, in ieiunio fletu, & plāctu. Quidam enim ad
 Deū cōuertūtur, sed nō in toto corde, exterius ieiunāt, & cor-
 eorū aliquis tēgit dolor, sed nō dolor qui eos cōterat, & in pul-
 uerē & cinerem redigat, sicut illū, qui ait cor contritū & humi-
 liatum, &c. Poenituit Pharaō, cum dixit, peccaui, Dominus
 iustus est, ego autem & populus meus iniusti, sed in toto cor-
 de conuersus non est, & inde cum cessauit flagellum, conti-
 nuo in peccatum redijt. Sic hodie multi superficie tenus ad
 Deum conuertuntur, qui similes Pharaoni, similem exitū for-
 tiūtur, descenderunt in profundū quasi lapis. Similes etiā sunt
 Esau, & Antiocho, qui nō inuenerūt locū poenitentię, quia
 nō in toto corde exquisierūt Deū. Nudus Adā folijs ficus ope-
 rit nuditatem suā, breuis vestis, ac parua nuditati tantę, sed per
 similis vesti illi multorum poenitentia est, quæ eos operire
 non valet, quia minus habet, quam debet, qui verō
 in

Ezech. 16.

Exo. 5.

1. Ioann. 4.

Simile.

Psal. 50.

Exod. 9.

Exo. 15.

Gen. 3.

iunes, eleemosynas largiaris, recites, & alia innumera bona pre-
 ftes, gratiam tamen non consequeris, nisi poeniteas, poeni-
 tentia est, quæ peccata delet. Hinc Christus Dominus, ni-
 si poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Hac ergo
 cythara circui ciuitatem cælestem, musicam illi exhibens,
 quia gaudium est in cælo super vno peccatore poenitentiam
 agente, vel circui ciuitatem animæ tuæ perscrutans vniuersa,
 quæ in illa sunt peccata. Hinc Ierem. vide vias tuas in conualle,
 & scito quid feceris. Memoria retinendum verbum illud est,
 scito, quid feceris. Agnoscendum nobis primum est, quid fece-
 rimus. Primum quod Adam dictum legimus, illud est, vbi es
 Adam? quid fecisti? expulsus est de paradiso, & in puluerem eū
 vertendum dicit Deus, ex tūc cinis appositus ei fuit in capite.
 Agnosce ergo tu, quid feceris, quod in cinerē versus es, quod
 ingratus Deo extitisti, cælum amisisti, dignus inferis factus
 es. Si nosset homo, quæ mala peccato incurreret, necesse nō es-
 set, eum admonere, vt poeniteret, ipse nāque per vias publicas
 discurreret, vt medelā quæreret. Vulnus lethale tibi inflicū est
 vel in grauissimū incidisti morbū, opus non est, tibi suaderi, vt
 medicū cōsulas, agnouisti grauissimū discrimen corporis, illud
 continuo curas, cū vero animæ malū adeo mala corporis exce-
 dat, quis illud agnosceret, nec curaret? Innumera mala peccatis
 incurristi, sed illum omnium pessimum est, quod Deum nega-
 sti, illum contempsisti. Qua ratione putas nunc gloriam nō cā-
 tari in missa, nec alleluia dici nec te Deū laudamus, & operiri
 altaria? nō illa peccauerunt, sed tu, ora Deum ne in tantum ma-
 lum incidas, vt inuerecundus, & procax corā Deo inueniaris.
 Sicut enim nihil durius viro, quā videre vxorem inhonestam,
 & deinde procacē, ita nihil Deo odibilius quam peccator, qui
 eū offenderit, nec tamē verecūdatur, nec rubore suffundit, sed
 ei dicitur, frōs meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Hac
 ergo ratione laudes Dei nūc ab ore nostro tolluntur, vt erubef-
 camus, Deum laudare, quem factis negauimus. Peccatori autē
 dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētū
 meum per os tuum? Sed ais, quando ego Deū negaui? certē eū
 negasti, cum peccatum admisisti, cum vt nummos, acquirerēs,
 Deū reliquisti, Deū è primo loco cordis tui deturbasti, & num-
 mos

Luc. 13.

Luc. 15.

Iere. 2.

Gen. 3.

Simile.

Simile.

Ier. 3.

Psal. 48.

Amos eo in loco collocaſti, ideo dicitur avaritia idolorū seruitus
 si delectationi seruiēs in Deum peccasti, Deū propter illā nega-
 ſti eā pluris quā Deū feciſti, nūquid parua eſt fornicatio tua? ait
 propheta, contenderūt in corde tuo dæmō, ac Deus, Christus *Ezech. 16.*
 & peccatū, & palmā dediſti dæmoni, atque peccato. Audi quid
 alius fecerit, inde collige, quæ tu facis. Ait Pharaō, Dñm nō no-
 ui, & Israel nō dimittā, quale tibi apparet hoc verbū? diabolicū,
 inquires, & à duro corde procedens. Quid te putas dicere, cū
 peccas, niſi ſimile quid? non agnoſcis Deum, audi Ioannem id
 afferentem, qui dicit, ſe noſſe Deum, & mandata eius non ob-
 ſeruat, mendax eſt. Velum ergo apponitur inter te & Deum,
 vt intelligas, ſi in peccato es, alienum te eſſe à Deo, Deoq; care-
 re, & bonis eius, miſer, ac miſerrimus profecto, qui Deo ca-
 ret.

Ezech. 16.

Exo. 5.

1. Ioann. 4.

B Si ergo in peccato es, ſi noſti, quid feceris, nunc poeniten-
 tiam age, accede, vt cureris. Sicut enim quædam infirmitates
 hoc vel illo tēpore facilius curātur, quia influentiæ tunc cælo-
 rum ſunt, quæ medicamina iuuant, ſic nunc facilius peccatum
 vinces, tum propter orationes Eccleſiæ, & institutionem illius,
 quia inſtituit hoc tempus poenitentię, tum propter plura iuſto
 rum opera.

Sed attendenda verba illa prophete, conuertimini ad me in
 toto corde veſtro, in ieiunio fletu, & plāctu. Quidam enim ad
 Deū cōuertūtur, ſed nō in toto corde, exterius ieiunāt, & cor-
 eorū aliquis tēgit dolor, ſed nō dolor qui eos cōterat, & in pul-
 uerē & cinerem redigat, ſicut illū, qui ait cor contritū & humi-
 liatum, &c. Poenituit Pharaō, cum dixit, peccaui, Dominus
 iuſtus eſt, ego autem & populus meus iniuſti, ſed in toto cor-
 de conuerſus non eſt, & inde cum ceſſauit flagellum, conti-
 nuo in peccatum redijt. Sic hodie multi ſuperficie tenus ad
 Deum conuertuntur, qui ſimiles Pharaoni, ſimilem exitū ſor-
 tiūtur, deſcenderunt in profundū quaſi lapis. Similes etiā ſunt
 Eſau, & Antiocho, qui nō inuenerūt locū poenitentię, quia
 nō in toto corde exquiſierūt Deū. Nudus Adā folijs ficus ope-
 rit nuditatem ſuā, breuis veſtis, ac parua nuditate tantę, ſed per
 ſimilis veſti illi multorum poenitentia eſt, quæ eos operire
 non valet, quia minus habet, quam debet, qui verō
 in

Simile.

Psal. 50.

Exod. 9.

Exo. 15.

Gen. 3.

in toto corde conueritur, dolet de peccato vt de summo ma
 le, & proponit illud omnino vitare, quem vere Deus tangit
 conerit, & in minutissimum puluerem, & cinerem redigit.
 Si nosti plane quid feceris, cū peccasti, omniū infimum te pu
 tabis, licet rex sis, puluerem te verē agnosces, imo & nihil, ad
 nihilum redactus sum, & nesciui, rex ait, se dicit infimum
 omnium creaturarum, & dicit cum Abraham, loquar ad Do
 minum meum, cum sim puluis & cinis? efficiturque homo
 similis illi statuz, quæ tactu lapidis in cinerem vertitur, cum
 superbus, & arrogans homo esset, statua mira apparebat, au
 ro, argentoque ornata, sed cum humiliatus à Deo est, puluis
 & cinis est, imo nihil se esse agnoscit. Sed ais in cinerem ver
 tendus sum? ita sane, nec mireris. Quoniam cum Deus descen
 dit, vt te redimeret, exarsit igne amoris, & in cinerem versus
 est, humiliatus est vsque ad mortem, exinaniuit semetipsum.
 Cuius rei figura extat Num. 19. offertur vacca rufa, quæ iu
 gum non portauit, in qua nulla est macula, extra castra im
 molatur, igni comburitur, eius cinis colligitur, quibus immun
 di mundabantur. Hoc vero Christo Domino tribuit Paulus.
 Hebræorum. 9. cuius sanguine, & humilitate purificamur, si er
 go ille contritus est, si cinis effectus, an non tu similiter conte
 readus.

Iam verò secundum videamus, qua ratione nos, Ecclesia
 in pœnitentiam adducit, memento, ait, homo, quia puluis es, &
 in puluerem reuerteris. Verba ista ex Gen. 3. desumpta sunt,
 vbi ea ad Adam Dominus dixit, vt eum in pœnitentiam flecte
 ret. Grauis terribilisque, sed iusta sententia. Vnde Aug. 14. de
 ciuit. c. 15. quisquis huiusmodi dānationē nimiam vel iniustā pu
 tat, metiri profecto nescit, quanta fuerit iniquitas in peccando,
 sicut enim Abrahæ nō immerito magna obediētia prædicatur,
 quia vt occideret filiū, res difficillima est imperata, ita & in pare
 diso tāto maior inobediētia fuit, quāto id, quod præceptū est,
 nulli^o difficultatis fuit, & sicut obediētia secūdi hominis eo præ
 dicabilior, qua fact^o est obediēs vsq; ad mortē, ita & inobediētia
 primi hominis eo detestabilior, qua fact^o est inobediens vsq; ad
 mortē, vbi enī magna est inobediētia pœna imposita, & res à
 creatore facilis imperata, quis nā satis explicet, quātū malū sit nō
 obe

Psal. 72.
Gene. 18.

Dan. 3.

Num. 19.

Heb. 9.

Gen. 3.

Aug.

A obedire in re facili, & tantæ potestatis imperio, & tanto terren
 ti supplicio hæc Aug. Quia ergo res facillima imperata est, &
 minima, grauisimum fuit delictum, non obtemperare, merito,
 ergo morti addictus homo inobediens est, Greg. 25. moral. Greg.
 c. 2. enarrans hæc verba, puluis es, &c. ait, primus homo condi
 tus fuit, vt manente illio deciderent tempora, nec cum tempo
 ribus ipse transiret, stabat tanto robustius, quanto semper stan
 ti ardentius inhærebat, at vbi veritum contigit, mox cepit. ire
 cum tempore, statu videlicet, immortalitatis amisso, cursus
 eum mortalitatis absorbit, & quia a vitata hac radice omnes
 procedimus ei similes sumus, puluis, certè, & cinis, & in pulue
 rem vertendi, niors namque, quæ secundum se naturalis nobis
 erat, sit pœna peccati, quando ablatum est donum, quod ab

B ea hominem immunem reddebat. Memento ergo homo, quia puluis es, hoc puluere ac cinere oportet nos intingere omnia illa, quæ possidemus, ne nobis noceant. Comedit aliquando puer ex terræ fructibus non adeo salutiferis, & profiquis, velles quidem, ne eos manduca
 ret, sed ille omnino de orare decreuit, his illi, accipe panem, & eo simul vt eret cum fructibus his, sic enim vel tibi non noc
 ebunt, vel parum nocuenti adferent. Sic velle quidem Deus, vt nos omnia relinquere mus, quæ mundi sunt, diuitias, deli
 cias, honores, sed pueri sumus, quibus dicitur, vsque quo
 parvuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi noxia sunt, cu
 piunt noxia hæc sunt, sed ea relinquere nolumus, an ergo p
 ter Deum, accipe panem, quem simul comedas, ne ledaris, & ci

E po in terram memorare pulueris in quem vertendus es, & si hæc
 memoria ac cogitatione vtaris his, quæ in mundo sunt, tibi nō
 nocebunt, quia ea habebis, quasi non habebas, vt eris eis, quasi
 inō vtaris. Hunc cinerem ac panem ille manducabat, qui dicitur, cin
 rem tanquam panem manducabam, & potum meum, cum fletu
 miscebam. Et hoc est quod nos Paulus facere monet, ego an
 tem vobis parco, hoc itaque dico fratres, tempus breue est, hoc re
 liquum est, vt qui habent uxores, tanquam non habentes sint,
 & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam nō
 gaudentes, & qui in hac vita tanquam non possidentes, & qui mun
 tu hoc mundo, tanquam non vtantur, ut scribit epistolam ad
 huius

Greg.

Simil.

Prou. 1.

Psal. 107.

1. Cor. 7.

4. 3. 2. 1.

huius mundi, volo autem vos sine sollicitudine esse. Præmiserat Apostolus matrimonium, & curas temporalium, addit vero ego vobis parco, quod terræ fructibus vescamini, dummodo hac memoria illos condiciatis, tempus breue est, præterit figura huius mundi. En idem cum eo, quod tibi hodie dictum est, puluis es, & in puluerem reuerteris, hæc enim cogitatio illud efficit, ne sollicitus sis eorum, quæ in mundo sunt, ut utaris his, quæ in mundo sunt quasi non utaris, ut habeas quasi non habeas, & sic istac nõcumento non erunt.

Sed quomodo, inquis, puluis sum, & cinis? omnia certè, quæ mundo hoc inferiori sunt, puluis & cinis sunt, omnia enim transeunt cum tempore, omnia deficiunt, præcipuè tamen, & singulari quadam ratione homini dicitur puluis es, & in puluerem reuerteris, & cum cætera omnia animantia morti obnoxia sint, ut homo, in sola tamen hominis definitione Plato, & antiqui philosophi posuerunt animale mortale rationis capax & quasi soli homini mors contingeret Psal. ait, vos autem sicut homines moriemini &c. Et huius rei prima hæc est ratio, quia solus homo nouit, quid vita, quidque mors sit, isque duntaxat tãquam rationis particeps de morte philosophatur, & eius memoratus, multa sibi bona colligit, & vitam ex morte haurit. Mõritur equus sicut homo, sed non nouit, quid mors sit, nec ex morte fructum colligere valet, at homo illũ colligit, & vberissimum: ideo ille solũ mortalis dicitur, qui mortem nouit, qui est sibi vtilem reddit.

Secunda eiudem ratio est, quod cætera animantia habent vite cursum à natura magis præscriptum, & ut sic dicam, determinatum, quam homo, qui pluribus de causis vnum diem vite certum non habet. Multi iuuenes intereunt vel iusto Dei iudicio vel excessibus suis inefficientibus innumeris homo infirmitatibus, ac calamitatibus est obnoxius, plus quam cætera animantia, quid ergo vita nostra est, nisi scintilla parua cito deficiens? Hinc Iacobus, agite nunc, qui dicitis, hodie aut cras ibimus in illam ciuitatem, & facimus quidem ibi animum, & morcabimur, & lucrũ faciemus, qui ignoratis, quid erit in crastinum, quæ est vita vestra? Vapor est ad modicum parens, & dei reus discernabitur. Nuncupare certe hominẽ pul-

sumus

A fumus atriu armorũ mortis. Quis aliud caput est, quã angulus in quo plurima arma mors habet, ut hominem interitum inde rheumata procedunt, hominem in interitum ducentia, simili ter pedes, stomachus, & vniuersa, quæ in homine sunt, plena doloribus, ac malis, quibus tandem peribit miser homo. Cum mors illum interimere voluerit, arma aliunde ductis non indigebit, in eo plurima inueniet, quibus occidat. Humanam infirmitatem significabat. A Egyptij in suis literis Hieroglyphicis, Hieroglyphi flore purpureo cuiusdam cardui, quem Græci dicunt escolymos cum, cuius flos adeo est imbecillis, delicatus, ac infirmus, ut aere solo deficiat, & in puluerem redigatur. Hinc forte dicuntur Hispanè escolimados, qui nimium delicati sunt. Huc vero verba illa respicere videntur, exsiccatum est scænum, & decidit flos, Esa. 40.

Et quia spiritus Domini insufflauit in illud. Meritò ergo homo puluis dicitur, quod ad corpus spectat, quem leuis aura tollit. Hinc vero nobis merito colligendum est, ut pœnitentiam agamus. Eusebius Emisenus ait, paratòs nos inueniat extrema necessitas, quæ sæpe præuenit imparatòs, certam nobis imponat sollicitudinem incerta conditio, quotidianus sit illius periculi metus, cuius nescitur incursus. Hac ratione diuersis parabolis Christus admonet vigilandum, ac pœnitendum, vigilate, quia nescitis diem, neque horam, vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Si eses folium arboris, quod paruo vento raptandus es, vel in caelestem patriam, vel in inferos, dic quo timore concutereris? an non te patere studeres? Id ipsum tibi nunc peragendum est, folium leue es. Hanc folij similitudinem Homerus vsurpauit, & insigni philosopho placuit: valde, sed & eam Iob vsurpat dicens, contra folium, quod vento rapitur, &c. Optima ergo ratione Ecclesia vititur, ut conuertamur ad Deum, quia ait puluis es, & in puluerem reuerteris.

Simul etiam cum homo puluis nuncupatur, ostenditur in stabilitate ipsius quoad corpus, & animum, & vniuersa quæ in illius sunt. Verè homo est tanquam puluis, quem proicit ventus à facie terræ. Omnia quæ possidet homo instabilia sunt, tẽponi subdita, illaque tempus abluunt, Belus est vulgè inter nauis

obscure herosque dicitur, crans

Simile.

Eusebius.

Matth. 25.

Homerus.

Psal. 1.

ram, mortem ac tempus, neque vnquam intermittitur, natura
indumera producit, tempus illa consumit, profertur arua frus-
ctis, multiplicantur generati one animantia, arbores producte
fructus, sed vniuersa tempus contumit, omnia, quae possides, te-
pus tollit a te. Vanis principes antiqui in eo vel maxime felici-
tatem suam locabant, vt aternitati nomina sua mandarent me-
diantia, quam immortalem dicebant, sed & hanc tempus ma-

Atq; nifeste superat. Vnde Sapiens, non est memoria priorum, de-
cedunt monarchia, deficiunt regna, deficiunt amplissimae cui-
rates, & te putas aternitati consecrandum? quid stultius? Vbi
inclita Babylonia mundi caput? vbi Troia? vbi Carthago? vbi
Coxinthus? vix harum memoria perstat, vbi Pyramides Aegy-
pti? muri, & horti Babylonicis omnia tempus abstulit, quid de-
te, nos huc rebus agendum censes? Nec solum illa defecerunt,
sed cunctis iam Monarchia apud Assyrios erat, iam apud Per-
sas, iam apud Graecos, iam apud Romanos, pila leuis videbatur
nunquam quiescens, sed ab hoc an illud discurrens. Et tandem
quid viri in clivis relicti sunt nisi paruum sepulchrum? quoties
die hoc inspicimus, & tamen obliuiscimur, nec vero obliuioni
id imbandum esse, id o memento homo, quia pulvis es.

Simile. Hinc Baruch. 2. vbi sunt principes gentium, & qui dominatum
super bestias, quia sunt super terram? qui in aubus caeli ludunt,
qui argentum & aurum, & non est finis acquisitio-
nis eorum? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt & ali-
cubi in hoc saeculo exierunt. Vbi nam tot reges, & imperatores? ubi
nis erant, & in cinerem versa sunt, vbi tot incliti duces? ubi
erant, & in cinerem versa sunt, vbi pulchrae mulieres quae
natae? ciniserant, & in cinerem versa sunt, quid vero aliud
de te agendum putas? memento ergo, quia pulvis es, & cinis.

Baruc. 3. Nec vero homo cinis est solum corpore, sed & animo
nis est, & assimilatus cineri. Sed ais, quomodo anima Dei imago
cinis esse potest? an non de ea dicitur, spiritus inspiratus
spirax plura? est ergo illa inspiratio. Licet & Reipon det. Be-
nardus, anima cinis est, non natura, sed culpa, quae serpentis mel-
daciū apparuit, eum promisit, eritis sicut. Dicit, cum non solum
Deus non exalterit homo, imo cinis, etiam in anima, sed ipso
modo, ais, id esse potest? attende.

Gen. 2.
Bern.
Gen. 3.

A Anima nostra natura sua quasi ignis quidam est. Et hoc
quod nunc dicimus forsitan significare voluerunt philoso-
phi, quos Aristoteles refert dixisse, animam de natura ig-
nea esse, quia habet anima ad instar ignis calorem inna-
tum, & lucem, cum enim sit Dei imago, & quasi scintilla
eius ignis, qui est bonitas, & sapientia per essentiam, ha-
bet illa natura sua lucem, & in bonum propensionem, qui-
bus se in virtutem ab intrinseco mouere posset. Hinc Psalm.
quis ostendet nobis bona? signatum est super nos lumen
vultus tui Domine, Deus ergo posuit in anima lucem, synde-
relim, habitum primorum principiorum, quem doctores
Theologi igniculum dicunt, qui docet, quid faciendum,
quid vitandum, ipsi sunt sibi lex, ait Paulus, scintilla haec
semper ardens, & lucens est. Similiter calorem dedit, incli-
nationem, scilicet, in bonum, quae est voluntas ipsa, &
quia lux ista naturalis est, nunquam extinguitur omnino, imo
etiam in damnatis durat, quae illis vermis perpetuus est. Lux
ista, calorque semper in peccatore perseverat, licet illa ex-
tinguere conetur. Ex calamitatibus Iob. 1. semper nunci-
us euadebat, qui ei nunciaret malum, quod acciderat. Mi-
rae, ac extremae calamitates peccatoris sunt, semper vero ma-
net, qui eas nunciet ei, lux scilicet, ista. Ex quo in pecca-
toribus illud accidit, vt nunquam soli esse velint, nec intra-
se esse, sed quærunt in exterioribus occupari, vt Saul audi-
tis concentibus, ne audiant nunciantem sibi mala, curant
igniculum hunc abscondere sub Cinere, eum debilem red-
dunt. Sicut illi, 2. Malachae. 1. qui ignem caeli in pu-
teo absconderunt, & versus in lutum est, vel in aquam cras-
sam. Licet enim hunc ignem omnino non extinxeris, ta-
men quasi in lutum, & cinerem illum conuertisti, dum
quasi illum non haberes, sic te habes. Sed alium ignem
longe meliorem Deus in animo posuit, se ipsum, scilicet,
qui ignis consumens est, & ultra naturalem lucem, & calo-
rem, vt nos plenius efficeret sui participes, gratiam, fidem,
& charitatem nobis dedit, quibus Deus ad est animae, eique
vnitur, quasi anima corpori eique excellentiorem vitam præ-
stat.

Aristot.

Psalm. 4.

Rom. 12.

Iob. 1.

2. Malac. 2.

Dent. 4.

Aduen. R stat,

stat, quam illa corpori, lucida anima est, & ardens ignis, dum gratia, & charitate fruatur, sed peccatum illam in cinerem vertit, dum gratiam auferat, & charitatem, diuinamque sapientiam ac prudentiam, in ignem versum in cinerem, & lutum, & qui eras carbo ardens cinis efficiaris, & erunt populi, ait Esaias, quasi de incendio cinis. Tibi ergo nunc considerandum est, quis sis, & quis fuisti, ignis fuisti, nunc cinis es. Angelorum natura gratia transcendebas, nunc vilis terra es, gratiam, quæ super omnem naturam est, amisisti, & eo descendisti, vt melius sit omnino non esse, quam esse sicut nunc es, vere dicere poteris cum Iob, spoliavit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo, quibus verbis similis ostenditur peccator homini, qui olim rex fuisset inclitus, nunc verò vilis, & abiectus feruus, sed obsecro, quomodo hic doleret, quales funderet lachrymas, cum pristini recordaretur status, & gloriæ, & in tanta se videret constitutum miseria? hoc nunc tibi dicitur, memento homo quia pulvis es, qui Deus fuisti, cura, vt in pristinum redeas statum, hoc verò, pœnitentia perficies. Et vt hoc intelligeretur Christus è cœlo in terram venit, vt dicit Esaias, spiritus Domini super me, eo quod vnixerit me, ad annuncian- dum mansuetis militem, vt mederer contritis corde, & predicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt consolaret omnes lugentes, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris, & vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.

Iam verò tertium explicandum nobis restat, quomodo hanc perficiemus cum fructu pœnitentiam, in ieiunio, fletu, & planctu eam faciendam monet propheta, & Christus Dominus, cum ieiunatis, nolite fieri, &c. Pœnitentia quidem interior cordis dolore, & mutatione peragenda est, vt superius diximus, sed & exterior nobis suscipienda est ieiunio, & corporis maceratione. Ieiunium in Dei domo ita vsu receptum est, vt nihil in ea sit antiquius. Basilius homil. prima nolitis esse, dum curatis, pœnitentia sine ieiunio otiosa, & infructifera est, quia corpore non afflicto, anima difficile affligitur, & vt

A & vt semel omnia dicam, reperies quotquot fuere sancti, omnes per ieiunium ad vitam Deo dignam fuisse institutos. Quadragesimale verò ieiunium ab Apostolis Ecclesia recepit, vt patet ex epistola Beati Ignatii septima ad Philippenses. Et id expresse asserit Hieronymus aduersus errores Montani. Et Maximus Turonensis episcopus vocat diuinam institutionem. Et Hieronymus in epistola ad Marcel- lam ait, nos vnã quadragesimam ex institutione Apostolorum ieiunamus, Marci. 9. confusi, erubescensque Apostoli erant, quod dæmonem eijcere non potuerunt, quibus Christus Dominus ait, hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi in oratione, & ieiunio, quibus verbis ostendit, nullum adeo potestatem dæmonem esse, qui his armis non superetur, eis ergo nunc tibi vtendum est.

Basilii in concione quadam quam habuit ad populum in vespera quadragesimæ ait, Angeli Dei per singulas sunt Ecclesias ieiunantem Cathalago Christi militum scribentes. Sicut enim parochi in cathalogo scribunt eos, qui consistuntur, sic Angeli eos, qui ieiunant, & cathalagos Deo offerunt. Annon optandum in cathalogo Christi militum scribi? annon latandum ieiunanti, quod in eo vitæ libro nomen scriptum habeat, qui non ieiunat ab hoc cathalogo deletur. Sic ergo in cathalogo illo scriptum est, in domo episcopi ipse ieiunat, & omnes domestici eius, in domo illius illustis ille ieiunat, & omnes ministri eius, Augustinus sermone. 61. ait, qui non ieiunat, seorsum manducet cum gemitu, quia cæteris ieiunantibus ipse ieiunare non possit. Sicut strenuus miles, qui nondum perfecto certamine in tentorium ducitur, vt medeatur ei, dolens ab acie discedit, plusque concipit doloris, quod cum hostibus contendere non potest, quam quod vulneratus est. Sic plus tibi dolendum est quod ieiunare non possis, quam quod infirmus es.

Basilii sermone de ieiunio ait, custodes Angeli libentius, ac studiosius eos custodiunt, ac curant, qui ieiunio purgati sunt

Esa. 33.

Iob. 19.

Simile.

Esa. 61.

Basil.

Ignatius.

Hiero.
Marci. 9.

Basil.

Simile.

Aug.

Simile.

eosque Deo offerunt, cumque Deus eos conspiciat, vocat A
 omnes cæli ciues, vt eos intendant, qui pœnitent, ac ieiunant,
 fed ais, vnde id nosti, quod Deus cæli ciues vocet, vt pœniten
 tes conspiciant, ex eo profecto id perspicuū efficitur, quod
 etiã seruos suos, qui in terra degunt, in id spectaculum vocat,
 3. Reg. 21. nam, 3. Reg. 21. Eliam sic alloquitur, non ne vidisti Achab
 humiliatum coram me? Ieiunauit Achab, & cilicio se induit,
 & ambulauit demisso capite, Deo placuit eius conspectus, &
 seruum vocat suum, vt illud spectaculum videat. Sed Domi
 ne paulo ante non ne plura in Achab dixeras? plura supplicia
 fueras comminatus? ita certe, sed nunc pœnitentiam agit,
 & ieiunat. Merito Ecclesia ait, Deus qui culpa offenderis,
 pœnitentia placaris. Cum cilicio te induis, cum flagella
 sumis, vt te verberes, inuitat Deus curiam cælestem vniuer
 sam, vt te conspiciat, dicens, aspiciat nunc, quomodo seruus
 meus, quomodo filius meus pœnitentiam agit peccatorum.
 Tunc illud impletur, gaudium est in cælo super vno pecca
 tore pœnitentiam agente. Hunc ergo diem latum vni
 uersæ curiæ cælesti nunc præbe conuersione tua,
 memoratus, quia puluis es, & in
 puluerem reuer
 teris, &c.

3. Reg. 21.

Luc. 15.

Feria

Feria Quinta, post Ci
 neres.

Them. Accessit ad eum centurio, rogans eum,
 & dicens, Domine puer meus iacet in domo
 paralyticus, & male torquetur, &c.

Matth. 8.



B Regorius Nissenus libro de homine ait, in
 hominis fabrica ostendi diuinam sapientiam,
 & misericordiam. Ideo Psalm. ait. Mira
 bilis facta est scientia tua ex tunc, id est, ex fabri
 ca mea, quæ a deo utilis, ac artificis opera est, vt
 non sit adijcere, neque minuire, nec inuenire
 magnalia Dei, quæ in illa sunt. Sed dices, induit me Dominus
 graui sarcina corporis, quod mihi molestum est. Certe Deus
 conuenienter coniunxit animam rationalera tali corpori, non
 in eius malum, sed in bonum, non in impedimentum, sed in ad
 iutorium. Si potentia, quæ cognitioni deseruiunt, conside
 res, manifestum id est, quoniam cum anima esset velut tabula
 rasa, in qua nihil est depictum, vt species à rebus acciperet, qui
 bus intelligeret, opus illi fuit sensuum ministerio, quibus à re
 bus species sumit. Si appetitum, & illius passionem attendas,
 etiam in hominum utilitatem eodite sunt. Voluit enim Deus,
 vt corpus spiritui, & caro rationi seruiret. Cum ergo caro ser
 uat, manifestum est, illius passionem seruare esse spiritus, filij
 enim ancillæ serui sunt secundum iura, quia partus sequitur
 vterum. Et sicut dominus arboris dominus est omnium fru
 ctuum illius, ita spiritus, qui dominus est corporis, dominatur
 in illius affectus. Ita plures doctores accipiunt illud Genes.
 Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, Quasi epu
 cat Dominus, licet ira & inuidia appetitus infligat, tu tamen

Nisse.

Psal. 138.

Gene. 4.

Aduen.

R 3

cuis

Euch.

eius eris dominus, & compescere poteris. Ita explicat Eucherius in Genesim. Sicut ergo ministri principi dantur, ita Deus homini ministros dedit intra ipsius domum, ne exteris ministros cogere inquirere, & seruos dedit appetitus affectus, quibus vteretur in bonum. Timorem fecit domus ianitorem, ne quid pateretur in domum ingredi, quod hominem læderet. Spem fecit thesaurorum custodem, ut Spe præmij concepta multa bona opera congregaret. Dispensatorem domus fecit concupiscentiam, quæ cibum homini parat. Motus iræ fecit domus custodes, qui armis eam protegerent. Zelus, & verecundia hoc ipsum munus obeunt, illa enim aduersus peccata Deus armavit. Sed vniuersos hos affectus homini indidit, ut eis in bonum vteretur. Timorem, ut Deum, & peccata timeret, amorem, ut Deum diligeret, Spem, ut cælestia Speraret, concupiscentiam, ut conuenientia concupisceret, & sic in reliquis.

Psal. 83.

1. Mach. 9.

Psal. 13.

Cum hi affectus recte ordinati sunt, & rationi obediunt, tunc seruus valet, & inseruit hero suo, rationi, scilicet, efficitur tunc illud Psalmi, *Cormeum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Aliquando verò paralyti torquetur, & tunc hero non inseruit, quin potius herus ei. Quid autem sit paralytis ostendit sacra Machabæorum historia, cum ait, Intempore illo percussus est Alcimus, & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralyti, nec ultra potuit loqui verbum, & mandare de domo sua. Paralytis membra dissoluit, ut homo operari non valeat, & membra à suo loco diuellit, oculos indiuersum vertit, & os. Si ergo paralytum videre volueris, eam oculis tuis subijciam. Cum non times Deum, nec peccatum, quæ sola timenda sunt, sed times hominem mortalem, tunc virtutis difficultatem, paralyti dissolutus es. Ibi trepidauerunt timore, ubi non erat timor, ut Psaltes ait. Si oculos in vana conuertis, oculos habes paralyti commotos à loco suo. Si concupiscis, quæ tibi noxia sunt, paralytum patens. Si iraseris in ministros leui de causa, & non in vitia eorum. Si verecundia occuparis ad honesta, & non ad illicita, dicere poteris cum Gentione, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Nec enim verecundiam Deus dedit, ut

cum

A eum erubescas coram hominibus, sed ut vitia horreas. Sed peccatores erubescere nescierunt, nec enim erubescit sacerdos, & vxoratus, quod mala consuetudine cum aliena muliere conuerteretur. En paralytum, si concupiscas terrena, congreges caduca, & spiritualia, ac æterna fastidias, an non es similis dispersatori, qui farinam dispergit, cinerem congregat?

Quando ergo homo valet, & integra valetudine est, & appetitus à ratione moderatur, inseruit appetitus rationi, & eam iuuat in suis operibus, quia timore compescitur à peccato, tristitia dolet de peccatis, gaudio lætatur in Deo suo, amore dicitur in cælestia, odio in peccatum, ira in scelera. Hinc Psaltes *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum, insuper, & vsque ad noctem increpauerunt me renes mei.* Recte

Psal. 132.

B ait, *benedicam Dominum, quia ab illo proficiscitur intellectus, consilium que rectum.* Et singulari ratione eum benedicam, quia ipso agente etiam renes mei increpauerunt me die, ac nocte. Per renes appetitum intelligit, qui à ratione cingi debet, ac regi. Cum verò sic præcinctus est, docet hominem, increpat de malefactis, dolet de peccatis. Non ergo tunc impedimento rationi est, sed potius adiumento. Hoc ostendit factum illud Davidis, qui seruum Amalechitam infirmum in via reperit, quem curauit, & eo duce ad hostes peruenit, eosque debellauit. Appetitus enim noliter deordinatus fomes est peccati, vulgo dicitur *atizador para el peccado.* Habet certe peccatum in homine radicem malam sollicitantem eum in peccatum, cum appetitus infirmatur. Et tunc ratio seruit ei, sicut in seruis seruo ægotanti, quia ratio ei obsequitur, ac blanditur, eique delicias quærit, ac parat. Si autem de infirmitate conualuerit, ille seruit rationi, & ad hostes illam ducit, & iuuat, ut debellet inimicos. Cura ergo o homo sanare appetitum tuum, sic enim ex hoste infirmo efficies tibi amicum, & militem præclarum pro te pugnantem. Hoc nos facere Paulus monet, dum ait, *Sicut exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato, ita exhibete nunc arma iustitiæ in sanctificationem.* En seruum Amalechitam mutatum in seruum Davidis, ex inimico factum amicum.

1. Reg. 30.

Rom. 6.

R 4

Sed

Sed quo pacto id fieret? Sanè hoc opus est diuinæ gratiæ, & **A** ideo accedat herus ad Christum, appetitus inordinatus ad Deum non accedet, accedat ratio, & postulet sanitatem.

Sed quo pacto accessit Centurio? Eximia certe humilitate, ac fide, quam miratus est Christus. Attrède illius humilitatem. Nouit, quod Iesus in domum illius veniret, & vt Lucas ait, misit ad illum amicos, dicens. Domine noli vexari, nõ enim sum dignus, vt rectum meum intres. Propter quod & me ipsum nõ sum dignum arbitratus, vt venirem ad te, sed dic verbo, & sanabitur puer meus. Indignum se putauit, qui accederet ad Christum, & qui eum in domum reciperet. Et hinc factum est, vt diuinam susciperet gratiam, quæ humilibus confertur. Et cum orationem non perfecisset, exauditus est. Cum enim dixisset. Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur, nec amplius addidisset, nec quicquam postulasset, audit à Domino, ego veniam, & curabo eum. **B** Quia vt Sapiens ait, oratio, humiliantis se, nubes penetrabit. Et donec propinquet non consolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat, & Dominus non elongabit. Cum opus sit diuinæ gratiæ curatio hominis; & ordinatio appetitus, sciendum est, quæ via eam assequi valeamus. Id autem manifeste ostendit Iacobus, cum ait, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Sed sciendum est, qua ratione Deus adeo delectetur humilitate, quia homo in nihilum suum tendit, cum Dei ingenium sit, ex nihilo in altum euehere creaturas. Certe duo ista mirabili vnione vbluit Deus copulare, alta, & infima. Voluitque vt creaturae sint alta participatione diuinæ suæ naturæ, & infimæ consideratione suæ miseræ. Hanc doctrinam ille docuit in vniuersa creatura, quæ alta est, in quantum ascendit ad diuinam participationem, & infimam quantum descendit in nihilum, nisi à Deo teneretur. In omnibus ergo creatis perfectione celsitudinem conspicies, & depressionem, celsitudinem quidem, in quantum ad Deum ascendit, depressionem vero, in quantum eius fundamentum nihil est. Pluribus rei exemplum manifestum in corporibus est, in quibus altitudo & profunditas idem sunt, & altum & profundum in pariete, ac puteo id ipsum est,

hac

A hac sola diuersitate, quod profundum attenditur cum res consideratur à summo vsque deorsum, altitudo verò, cum à profundo ad supremum. Ita ergo omnis creatura quasi ædificium est, quod à nihilo in Deum tendit, quatenus ergo sursum ascendit, alta est, quatenus ad nihil tendit infima est. Et ideo quo altior creatura est, eo humilior, ac profundior esse debet, quia iuxta rei celsitudinem est & eius profunditas. Non hæc attendit Lucifer, sed nec Adam, quia solum inspexere celsitudinem, profunditatem autem, quæ in nihilum tendebat, non attendebant. Sed hac in re hominis superbia detestabilior est, qui simul pauper & superbus est, nec attendit supremum, & infimū, quæ Deus in eo coniunxit, cum animam, & corpus in vnum copulauit, vt à corporis miseria disceret humilitatem. **Q**uid enim superbit terra, & cinis? Et ideo vt hanc doctrinam nobis **Eccle. 10.** ob oculos poneret, homo fieri dignatus est, & tunc dicit illa mirabilia coniunxit, hominem, & Deum, summam celsitudinem cum summa miseria, vt non esse superbum hominem, doceret humilis Deus. Et quod in hac vnione mirabile est, quod humilia hominum oculis obiecit, alta autem abscondit. Exinaniuit se formam serui accipiens, & ostendens, occultans verò formam Dei, quasi pluris duceret humilia, quam alta, & ad homines conuersus ait. **Matt. 11.** Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Nec in se tantum, sed & in alijs humilitatis figuram nobis expressit, ostendens, quo pacto superbiam vitemus. De ape enim ait Ambrosius libro. 3. de virginibus, quod cum aeris motus suspectos habet, lapillis sepe sublatis per inania se vibrat nubila, ne leue alarum remigium præcipitent flabra ventorum. Sic qui à vanæ gloriæ vento sibi timet, ne eius impulsu in terram suersum rapiatur, suarum culparum, & imperfectionum consideratione assumpta, mentis suæ cogitationes libret, vt quantum vana laus attollere potuit, tantum alia deprimat. Hæc ille.

Placet ergo Deo humilitas, quia per eam homo veram sui cognitionem habet, & se despicit, Deum vero exultat, qui ab humilibus honoratur. Hinc Chrysostomus humilitatis & ad populum Antiochenum ait. Vis, verè magnum aliquid operari? Nunquam te suspicaris tanquam magnorum meritorum. Es

R. 5.

vir.

Luc. 7.

Eccle. 35.

Iacob. 4.

Eccle. 10.

Matt. 11.

Ambrosius.

Chrysostomus.

virgo, dic, etiam illæ virgines fuerunt, sed quia sine oleo inuen-
te sunt, perierunt. Habes docti gratiam, ideo magis humilia-
re, quia cui plus datum est, plus exigitur ab eo. Dicis, bene do-
ceo, melius docet operans. Melius est tacere, quare? quoniam
opus mihi reddis impossibile, nam si tu tanta differens non ef-
ficis, quomodo ego faciam? Ideo Psaltes ait. Peccatori autem
dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? Illa ergo semper
cogita, quæ te humiliare, non exaltare possint. Sic enim pu-
blicanus factus est Phariseo prior. Ne putes, aliquid te fecisse,
& totum feceris. Si enim tantum valet coram Deo humi-
litas, ut ex peccatoribus iustos faciat quid faciet in iustus? Si
adeo Deo placet sui cognitio, & despectus in peruerso, quid
in pio? Ne ergo velis omnia bona tua, & labores dilapidare
superbiendo, sicut Phariseus. In memoria Dei sunt omnia
bona tua, etiam capilli, etiam calix aquæ frigidæ, nec vult la-
bores tuos minui, sed omnia fatagit, ut ex minimis te coronet,
etiam vna hora laborantes ample munerat. Dic te inutilem
seruum, ut utilis efficiaris. Si te dicis utilem, etiam si is sis,
inutilis continuo efficiaris. Si te dicis inutilem, factus es uti-
lis, licet esses improbandus. Obliviscere ergo bonorum, ac
meritorum tuorum. Sed ais, quomodo possum hoc nescire,
quod video? Video bona, quæ gero, video me excedere,
alios, quo pacto id ignorem? O miser, & miserandus, qui di-
cis, diues sum, cum, cum sis pauper, miser cæcus, & nudus, mi-
nima bona, quæ habes, dicis, non posse non videre, & non vi-
des innumera peccata, & offensiones tuas: non potes oblivisci
minimum, & imperfectum obsequium, quod Deo offers, & o-
blivisceris, innumera peccata? Nō potes oblivisci vnum, quod
te potest extollere, & oblivisceris innumera, quæ te possunt
humiliare? Tutus meritorum penus obliuio meritorum est. Si
cut ostentare in publico diuitias, est latrones incitare, ut rapiat,
domi recondere, est in tuto seruare. Vide, quid contigerit
Phariseo ostentanti, licet id cum gratiarum actione fecerit. Vis
rectam gratiarum actionem discere? Audi tres pueros apud Da-
nielem. Peccauimus, iniquitatem fecimus, iustus es Domine
in omnibus, quæ fecisti nobis. Propria confiteri peccata est op-
tima

Psal. 49.

Daniel. 3.

A tima gratiarum actio. Videbat vniuersus Israel claritatem vul-
tus Moyfi, ipse solus non videbat, ipse nesciebat. Videant alij
opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis
est, tu noli videre. Sic enim huic accidit Centurioni, videbant
alij, & commendabant apud Christum merita eius, & dice-
bant, dignus est, cui hoc præstes, diligit enim gentem nostram
& Synagogam ipse ædificauit nobis, ille solus hæc non aspicit,
& ideo indignum se dicit Christi conspectu. Tantum valet
apud Deum nihil putare merita nostra, ac valent vniuersa me-
rita. Sic enim tibi accidit, habes seruum, qui postquam tibi
bene ministravit, nihil magnum fecisse se cenfet, tunc tibi ac-
ceptus seruus est; ingratus autem seruus est, qui magnum se
præstitisse putat. Ita si tu magna vis reddere merita tua, ea ne
magna esse putes. Sic cum Centurio ait, non sum dignus,
ut intres sub tectum meum, dignus factus est, & admiratio-
ni habitus. Et Paulus dicens, non sum dignus vocari Aposto-
lus, omnium primus factus est. Et Ioannes dicens. Non sum
dignus, soluere corrigiæ calcæamenti, amicus sponsi factus est,
& manum, quam indignam dixit tactu calcei, posuit Chri-
stus super caput suum. Et Petrus dicens, exi à me Domine,
quia homo peccator sum, fundamentum Ecclesiæ constitui-
tur. Nihil enim Deo adeo gratum ut humilitas, ac se numera-
re cum extremis peccatoribus. Hæc fere omnia ex Chryso-
stomo vbi supra.

C Eximia profecto Centurionis humilitas, qui plenus operi-
bus bonis indignum cenfet se diuina misericordia. Et coram
Christo apparere, & in domum suscipere præ humilitate
refusat. Aiebat vidua ad Eliam. Quid mihi, & tibi vir Dei,
ingressus ad me, ut rememorarentur iniquitates meas, &
interficeres filium meum. Nouit Centurio Christum in-
trantem domum non interfectorum puerum eius, sed puerum
sanaturum, erubescit tamen illius conspectum, cuius oculis
omnia nuda, & aperta sunt, & ideo peccata ipsius commemo-
randa putat. Sic & nos erubescere oporteret diuinos oculo-
los, quibus vniuersa delicta nostra patent, ut orare. Auerte
faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas de-
le. Patientia quidem tegit peccata, ne a Deo videantur

3. Reg. 17.

Psal. 56.

in lu-

Psal. 31. in supplicium. Ideo Psaltes ait. Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Si ergo tegere vis peccata, poenitentiam illorum age.

1. Reg. 30. Ephe. 9. Sed quoniam de humilitate Centurionis diximus, de eius Charitate aliquid dicamus. Vidit infirmum seruum, non eum dereliquit, sicut Amalechites ille fecit, qui vidit agrotantem, & dimisit. Hinc Paulus, cum docuisset officia seruorum, quæ dominis præstare tenentur, sicut Christo, subiungit. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes, quia & illorum, & vester Dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud Deum. Si enim opera misericordiae exhibenda sunt omnibus, multo magis domesticis. Hinc Paulus.

1. Tim. 5. Qui suorum, maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. Quia & infideles domesticis suis subueniunt. Si vero discere vis ab ethnico, quo pacto cum ministris te habeas, audi Senecam in epistola 47. libenter, ait, ex his,

Seneca. qui à te veniunt, cognobi, familiariter te cum seruis tuis vivere. Hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. Serui sunt? Imo homines. Serui sunt? imo contubernales. Serui sunt? imo humiles amici. Denique serui sunt, imo conserui, si cogitaueris tantundem in utroque licere fortunæ. Sed si salus corporis curanda est, multo magis animi salus, quæ præcipua est. Erat Centurioni pretiosus hic seruus, sit tibi pretiosa anima serui tui, noli eam despiciere. Sit tibi sicut anima tua, quia tibi ille demandatus est, & erit anima tua pro anima eius, si eum non curaueris. Curas seruum, vt valeat corpore, sic enim tibi proficuum est, cura & animam eius, sic enim tibi utilis erit. Quando animam serui tui despiceres, vt tibi consuleres, vt fama tua, & honori, vt substantiæ tuæ dispendia non patereris, curandum tibi esset, vt domestici tui Deo obsequerentur. Hoc agebat

Psal. 100. David, qui ait. Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum, ambulans in via immaculata hic mihi ministrabit, nō habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Si peccatores in

Matth. 10. domo tua sunt, dicere possumus? Inimicus hominis domestici eius. Qui enim sibi nequam est, cui bonus erit? Qui in Deum proditor est, cui fidelis erit? Si minister tuus scortum habet, si ludus incubabit, an non ex bonis tuis surripiet, vt in illa insu-

mat?

A mat? si luxuriæ deditus minister est, quo pacto secure erunt filij tuæ? Sed ais, sub custodia sunt, procul sunt, ita certe est sed procul etiam scintille feruantur.

Magna certè Centurionis fides, charitas, humilitas, ac pietas fuit, qui Synagogam etiam ædificauit, & Christum Deum confessus est, qui solo iusu posset mala pellere tanquam Dominus omnium. Merito ergo Christus ait. *Non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidente venient &c.* Quibus verbis prædicit Christus Iudeorum reprobationem, & gentium conuersionem, quæ omnino mirabilis fuit. Quia sicut tu è domo tua pellis infidelem seruum, & alium vocas, vt tibi ministret. Ita Deus malos ministros Iudeos reiecit à domo, & gètes assumpsit. Hoc autè adumbravit

Gen. 27. Dominus in reprobatione Esau maioris natu, & electione, ac benedictione Iacob. Sed quanto timore, ac stupore commouendi sumus hoc factò, declarat admiratio Iaac, qui rei huius imaginem videns in filijs, & spiritu præcognoscens, quid futurum esset, ita admiratus est, vt scriptura dicat. Expauit Iaac stupore vehemèti, & ultra quàm credi potest, admiras, ait.

Quis igitur ille est, qui dudum captam venationem attulit mihi, & benedixi ei, & erit benedictus. Obstupuerunt ex circumcisione fideles, cum viderunt, gratiam Spiritus sancti etiam in nationes diffusam, quomodo, obsecro, mirarentur, cum viderent, non solum Israeli æquatas gentes, sed reiecto Israele gentes admissas? Hoc significauit Psaltes, cum ait. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. Arida aquis multis repleuit, cum gentes ad se vocauit, flumina autem arida reddidit, cum Synagogam à se expulit. Sed quoniam huius rei causa extitit? Certe illa quam Paulus explicat. Quid est, quod Israel sectando iustitiam in legem iustitiæ non peruenit, gentes autem, quæ non sectabantur iustitiam, in legem iustitiæ peruenerunt? Quia nō ex fide, sed quasi ex operibus.

Psal. 106. Quasi dicat, quia Iudæi veram iustitiam, & æternam mercedem non tam ex dono diuinæ gratiæ, quàm ex operum suorum valore, exceremonijs, & legalium obseruantia sibi debere arbitrabantur. Ideo à iustitia vera, & Dei domo exclusi sunt. Quia enim

Rom. 9.

chim sibi nitebantur, in se confidebant, non in diuina gratia, merito ab illa sunt exclusi. Gentes autem nihil boni in se videntes, ad diuinæ gratiæ opem confugientes, ipsam perceperunt. Illos ergo perdidit sui confidentia, præsumptio, ac superbia, hos autem saluauit humilitas, sui que despectus. Hoc autem, quod Paulus nunc docet, in hodierna historia manifeste patet. Centurio enim humilis Christi conspectu indignum se duxit, & ideo oratores adhibere curauit. Iudei vero fastu, ac arrogantia ad Christum venerunt dicentes, dignus est, vt hoc ei præstes, diligit enim gentem nostram, quasi dicant, satis est, quod ille nos diligit, vt dignus sit beneficio tuo, bona nobis præstitit, ædificas Synagogam, hoc satis esse debet, vt ei tu bona facias. Ille in se non confidit, isti in se confidunt, ille gratiam exorat, isti merita sua proponunt. Recte Christus ait. Non inueni tantam fidem in Israël. Hinc admonemur, superbiam fugere. Ideo Sapiens ait. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte allidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquareis velut lignum aridum in eremo.

Deinde nobis colligendum hinc est, cum nos tanquã Dei ministros in eius domum admissos videamus, opera exhibere ministrorum, ne nos à domo sua repellat, sicut Synagogam repulit, quia ea nõ præstitit. Intelligamusque, nihil Deo magnũ, aut mirabile esse, nisi virtutem, fidem viuam, & opera studiosa. Hæc ille miratur in Centurione, reliqua verò despicit. Hinc per Ieremiã ait, Viuo ego, dicit Dominus, quia si fuerit Iechonias iste, filius Ioachim regis Iuda annul⁹ in manu dextera mea inde euellã eum. Nihil Israeli præfuit, quod filij essent Abrahæ, quod ab Aegypto innumeris mirabilibus erepti, quod popul⁹ Dei esset peculiaris, quod funiculus, & peculium Dei similiter non proderit nobis, quod in Ecclesia sumus, quod à Christo erepti, ac redempti. Recte nos Paulus monet. Si enim naturalibus ramis, non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Hæc, quæ diximus, mire adumbrata sunt in Ester, & Vasthi regina. Quia enim Vasthi pulchritudine, ac dignitate regia in superbiam elata fuit, & inobediens Assuero fuit, repudiatur, Ester vero humilis, & obediens, etiam cum regina esset, eligitur in regnum.

Sed

A Sed excellentissimum rei huius exemplum præ manibus habemus in Angelo, & homine, Angelus enim incomparabili pulchritudine præditus fuit, de quo Ezechiel ait, perfectus eras in vijs tuis à diebus conditionis tuæ, donec iniquitas inuenta est in te. Sed cum hæc iniquitas in eo inuenta fuit, nihil illi profuit altissima dignitas, ac natura, quo minus à cælo deturbaretur, & homo eius loco substitueretur. Quid ergo mirum, si homines pro hominibus subrogentur, quando homines pro Angelis in cælo collocantur? Digni profecto repulsi sunt, qui diuinis beneficijs ingrati, & superbi inueniuntur. Et hinc pater diuinam erga homines dilectionem similem esse dilectioni viri in uxorem, quæ omnium maxima cum sit, tamen eatenus durat, quatenus illa fidem seruat, qua violata, non solum dissoluitur amicitia, sed in grauissimam inimicitiam vertitur. Ita Dei in animã amicitia summa est, si in bonitate persistat, si verò viam rectam deserat, summo odio eam persequitur. Quia sicut diligit virtutem, ita summo odio peccatum detestatur. Vtrunque enim ad infinitam Dei bonitatem spectat. Licet non eius generis hoc odium sit, vt pœnitentiæ remedium in hac vita non relinquatur. Nullus ergo fidat fratres in nobilitate, aut alijs Dei donis, si enim ingratus inuentus fueris, repelleris, sicut Angelus, & Synagoga repulsi sunt. Nullus etiam diffidat, in quo adus sit loco, aut statu, si enim Dei gratia uti voluerit, ei aduersabit, & de stercore eleuabit pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ

teneat, &c.

Feria

...

Ezech. 28.

Similes

Eccles. 4.

Iere. 22.

Rom. 11.

Feria Sexta Post Cineres:

Them. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, &c. *Matth. 5.*



Mosue. 6. dicitur, Hierico clausa erat, atque munita, difficile que expugnari poterat, expugnata verò est, tubis clangentibus, & arca eam circumuente. Verè iratum cor persimile est Hierico clausum vndique, audire renuit, quæ ad pacem sunt, munitum muro inexpugnabili, duris lapidibus odij, ac iræ constructo, expugnari tamè potest, sicut Hierico, sed qua arte? clangore certe Euangelicæ tubæ, quæ mirum edit sonum, quasi tuba exalta vocem tuam, prædicatori Esaias ait. Sed hodie **Christus Dominus, non solum tuba clangit, sed longiorem sonum efficit, ut factus est, cum muri Hiericentium ceciderunt, pluribus enim rationibus, ijsq; efficacissimis, vltus est Christus Dñs, ut inimici dilectionem persuadeat, quæ nobis explicandæ sūt. Sed vt cū fructu hæc resonet hodie tuba, adsit arca testamēti Maria quæ sua intercessione nobis gratiā obtineat.**

Inter alia munera, quæ **Christus Dominus à patre obeunda suscepit in mundo, illud vnū est magistri, ac doctoris hominū.** Hinc propheta, filiè Siō exultate, & lætamini in Dño Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descēdere faciet ad vos imbrè matutinū, & serotinum, quasi dicat, doctrinæ aqua abundabit doctore tæto. Et Esai. 30. & erūt oculi tui videntes præceptorē tuum, & aures tuæ audient verbū post terga monentis, hæc est via, ambulate in ea, & nō declinetis neq; ad dexteram, nec ad sinistrā. Et idem Esa. ecce testem populis dedi eū, ducē ac præceptorem gentibus. Summū nobis in hac re collatū est beneficium, magni enim æstimandus est doctor optimus. Cū Philippo Macedonū regi nat⁹ Alexāder filius esset Aristoteli scri-

Isai. 6.

Esai. 58.

Ioel. 2.

Esai. 30.

Esai. 55.

A scripsit, nō adeo lætatus sum, quod filius mihi natus sit omnium bonorum hæres quam, quod eo sit tempore natus, quo te præceptorem audire possit. Hieronymus in prologo Bibliæ refert, Platonem, & plures philosophos vniuersum mundum circuisse, vt præclarum inuenirent magistrum. Nobis verò hic magister concessus est, qui sapientia infinita patris est. Hinc ille, vos vocatis me magister, & Domine, & benedicitis, sum etenim, & vnus est magister vester Christus, & Nicodemus ad eū, scimus quia à Deo venisti magister. Et sic impletur in nobis illud Ioan. 6. & erūt omnes docibiles Dei. An nō nobis lætandū, & exultandū, qui doctore tæto, ac eius doctrina fruimur, ac imbuimur.

B Simul verò ostēditur, quo loco nobis illius doctrina habēda sit, quātiq; faciēda. Ad Ezechielē Dñs loquitur, aperi os tuum, & comede quæcūq; ego do tibi, & vidi & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & continuo initio capitis tertij ait, comede volumen istud. Quo loco Hier. & Gre. dicūt, librū hunc diuinā esse scripturā, iniusti, ait Gre. solū ex diuina scriptura illud comedūt, quod illis dulce est, quod facile, quod appetitui nō repugnat, at iusti vniuersum librū deuorant, quod facile, quodq; difficile quod dulce, quodque amarū, ex quibus dilectio inimicorū est. Vniuersa magistri huius doctrina à nobis suscipienda. Hinc Esaias, erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum, Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij, corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me, quasi dicat, vt Deo magistro obediam, vt eius doctrinam suscipiam, opprobria patior, iniurias tolero. Hic verè vniuersum librum comedit. Magister ergo Dominus est, ad magistrum vero duo pertinet, vt dicit D. Th. in prologo contra gentiles veritatem docere, & falsitatem excludere, iuxta illud Prouer. 8. veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impiū: sicut medici est, sanitatē inducere, & egritudinē pelere. Hæc hodie Christus Dñs in Euangelio præstat, antiquorum excludit errorem, & veritatem doctrinæ suæ docet.

Audiamus nūc verba magistri nostri. Audistis quia dictū est
Aduent. S antiquis

Hiero.

Ioan. 12.

Matth. 23.

Ioan. 3.

Ioan. 6.

Ezech. 2.

Eze. 3.

Hierony.

Greg.

Esa. 50.

D. Tho.

Prou. 8.

antiquis &c. Ego autem dico vobis, diligite &c. Si hoc nostro **A** sæculo Christus Dominus prædicaret, forsan dixisset, ego autem dico vobis diligite amicos vestros, adeo enim hominum mores deperditi, ac deprauati sunt, vt difficile reperias, qui amicum diligat, qui parenti obsequatur, qui fratrem, qui consanguineum, benefactorem amore prosequatur. Iam oculis cernimus illud prophete, nolite credere amico, & nolite cõfidere in duce, ab ea, quæ domit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, quia filius cõtumeliã facit patri, & filia cõsurgit aduersus matrẽ suã, nurus aduersus socrũ suã, & inimici hominis domestici ei. Si parũ aliquid substantiæ intercedat, si leuis iræ occasio, nõ est qui patrẽ, fratrem, vel proximum diligat. Et hoc est extremũ illud malum, quod per Michẽam Dominus de populo suo dicit, ponam, ait, Samariam quasi aceruum lapidum in agro, **B** cum plantatur vinea, & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. Minatur Dominus funditus seuerisurum Samariam, sed quod est istud supplicij genus, quænam euerisionis cũ acervo lapidum comparatio? Sane coaceruati lapides nullo inter se vinculo colligãtur, quare significat eos diuisos inter se se fore, & sic desolandos, quia omne regnum in se diuisum desolabitur. Cum ergo ait, ponam Samariam vt aceruum lapidum, significat illius omnimodam euerisionem, quæ ex animorũ disunctione procedet. Sic Agyptij in Hieroglyphicis, vt ciuitatem destructam signifiarent pingebant Venerem manu gestantem malum papaueris, hoc enim **C** in se grana continet, sed secus ac malo ganatum dissoluta, & nullo inter se connexa vinculo. Vt ergo simus lapides vniti tua charitate, Christus ait, *diligite inimicos*, & ideo per necessaria doctrina hæc dilectionis inimicorum est, quia si inimicos non diligis, non est, quem diligas, omnes fore inimici tui sunt, cum inimici hominis etiam domestici sint, omnes te offendunt, ac lædunt, si ergo inimicũ non diligis, diliges nullum.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. Duplex tibi inimicus est, alter qui vere inimicus est, qui te destruit, atque deuastat, hunc diligere non præciperis, alter vero est, qui malum tibi non infert, quod vere malum sit, & potius iocosus inimicus dicendus est, quam serius, & hunc diligere præciperis.

Inimicus

A Inimicus prior peccatũ est, hoc te omnino lædit, ac perdit, hoc te interimit, hoc omnino odiendum est tibi, cũ Psal. qui ait, iniquitatem odio habui, & abominatus sum. In cuius figurã Exo. **Psal. 118.**
34 dicitur, caue ne vnquã cũ habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam. Iocosus vero inimici tui sunt, qui in tẽporalibus te læserũt, verè læsus nõ es ab eis, nemo enim læditur nisi a seipso, dũ peccat, nec enim absolute ac simpliciter malũ hominis est, quod tẽporale est, quod corpus respicit, ideo, nec absolute inimicus, qui illud infert. Hũc ergo inimicũ diligere præciperis, huic benefacere, pro hoc orare, vt sis filius cęlestis patris. ¶ Statim cũ hæc verba audierimus, fiet manifestũ, a quo illa procefferint fonte, tãta nãq; dulcedo, tãtus amor, quãtus his verbis exprimitur, vnde pro manare potuit, nisi ab illo bonitatis inexhausto fonte Deo nostro? quid ille præcipere potest, nisi quod ipse præstat? nisi ille in charitate est, vt Paul. **Ephes. 2.**
ait, propter nimiam charitatẽ, qua dilexit nos Deus. nimiam a nobis exigit charitatẽ, dulcis Dñs dulces nos præcipit esse. Hinc **Psal. 24.**
dulcis & rectus Dñs, propter hoc legẽ dabit delinquentibus in via, docebit mites vias suas. Legẽ dat dulcissimã, qui totus dulcedo est, lex verdẽ hæc charitatis lex est, qua mites docet nos esse, iniurias tolerãtes. Quãnã alia lex expectari poterat ab ore illo, de quo scriptũ est, mel & lac sub lingua tua. Sicut nimius **Cant. 4.**
internus calor procedere solet, ac se manifestare in ore hominis, sic nimia Chri charitas apparet in eius ore, in lege, scilicet, quæ ab eius ore præcedit. Sicut ergo ingens ignis omnia in ignẽ cõuertit, etiã aquã, ita eã charitatẽ voluit Christus Dñs in Ecclesia esse, quæ nulla vëtorũ vi, nec aquæ impetu obrui possit, sed omnia absumeret, & ex omnib; etiã malis materiã boni sibi videret, vt dici posset, aquæ multæ nõ poterũt extinguere charitatẽ, nec flumina obruẽt illã. Sicut ignis de cęlo descẽdẽs oratione **Cant. 2.**
Helie nõ arida solũ ligna cõburit sed aqua infusa, & omnẽ lãbit aquã, sic vera charitas nõ cõplectit amicos solũ, sed & inimicos. ¶ Sed ais, quid hãc legẽ dulcissimã dicis? mihi dura apparet. Durus quidẽ tu es, nõ lex, quæ omnino dulcis est, vis id manifesta ratione agnoscere? audi Rup. in Matth. qui ait, Finge nũc **3. Reg. 19.**
tibi a Deo concessum hoc priuilegiũ, vt ab omnibus diligereris, nec vllus tibi vnquã noceret, vel qui piã mali tibi efficeret, etiã

si tu multa alijs mala faceres, nec de te quispiam vindictam sumeret, sed cum tu alium læderes, ille tibi diceret, læderem equidem te, nisi cælesti priuilegio munitus ac decoratus esses, nunc autem id non faciam, quia Deus hoc tibi contulit priuilegiū, an nō hoc priuilegiū magnum duceres? an non tibi Deum dulcissimum prædicares, quid cōcesserit? Quod vero tibi vis, alteri quoq; velis, necesse est, cum ergo Christus Dñs ait, ego autē dico, diligite inimicos vestros, omnibus, qui in mūdo sūt hoc cōcedit priuilegiū: dulcissima ergo lex ista est, amoris ac dulcedinis plena. ¶ Sed esto lex dulcis est, ego, inquis, durus sum, quo pacto hanc abijciam à me duritiam? quomodo cor inclinabo meū ab hac via auersum, ac resiliens? Audi nunc magistri tui potentissimas, fortissimasque rationes, vt licet dura hæc via tibi appareat, illam facile ingrediaris, dicens cum Psal. prop-
 ter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.

Psal. 16.

Et prior illa sit. *Ego autem dico vobis.* Licet ab antiquis diuersum audieritis. Quidam in his quæ ipsis sunt cōmoda, Deo obsequuntur præcipiēti, in reliquis nō itē, similes hi sunt Iehu, qui Deo obediuit in his, quæ voluit, in regno, scilicet, suscipiēdo, & domū Acab delendo, sed à peccatis Hieroboā nō recessit, vitulos enim aureos adorauit. Sed certē qui Deo in omnibus non paret, qui omnia legi eius non subijcit, miser, minimusq; cū Deo suo est, & inuenietur minus habens. Hinc Moyses ad Pharaonem ait, cuncti greges pergunt nobiscum, non remanebit ex eis vngula, quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri, præsertim, cū ignoremus, quid debeat immolari donec ad ipsum locū perueniamus, quasi dicat omnia nostra portabimus, quia nescimus, quid Deus à nobis exigat, illi verò præstandum est, quicquid perierit, nihil illi negare possumus, omnia ergo nobiscum proficisci oportet. Deo ergo præcipienti in omnibus obediendum est, nihil eius imperio subtrahendum, cum ergo ille ait, ego autem dico vobis, hæc ratio satis esse debet. Dicunt sapientes Assuero, scribatur iuxta legē Persarum, & Medorum, quam præteriri illicitum est, nū ergo licebit, Dei legem præteriri? Obediunt Philistæi Deo trunco, & tu omnipotenti resistes?

Hester. 1.

1. Reg. 5.

Ego, inquit, dico vobis. Emphasim maximam continet verbū illud

A illud, ego, ego primus legislator, cuius voluntas regula est omnibus boni, ego rex regum, cui suprema debetur obedientia: Inculcabatur sæpe in lege veteri verbum hoc, ego Dominus, custodite sabatha mea, ego Dominus &c. Sed tria in hoc verbo nunc expendamus. Primum, hoc præcipere illum, qui æternis supplicijs transgressores punire potest, quem proinde maxime timere debemus. Hinc Christus Dominus ait, nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest, animam & corpus perdere in gehennam. Tremorem planè incutit supplicium illud, de quo Iob. Iuēt inimicus, quæ fecit omnia, nec tamen confu-
 metur. Et Psal. laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem, poenarum summa acerbitas, & æternitas, quem non pauere faciet? quis humerus tale sustinebit onus? Secundum, ille præcipit, qui infinitis, ac æternis bonis obediētes munerabit, non quicumque herus obediri à ministris solet in his, quæ imperat, si fortè difficilia sint, nec enim condignam mercedem magno labori retribuere possunt. Si verò difficilia rex imperet, obediunt ei ministri, quia maximam potest præstare mercedem. Hac ratione mundo in arduis nequaquam esset obediendum, pauper herus est, multa ac magna retribuere non valet. Deo vero obediendum, qui rex est, & æternam potest donare mercedem. Sicut ergo obediunt regi Dauidi tres duces, eique aqua deferunt ex medijs inimicorum castris, ita Deo obediendum cum è medio inimicorum dilectionem sibi dari petit. Qui calicem aquæ frigidæ æterna remuneratione coronat, quo obscuro cumulo gloriæ coronabit eū, qui inimicum diligit? Tertium denique quod hoc verbo, ego autem dico vobis &c. nobis ob oculos ponitur est, illum hoc præcipere, qui infinita bonitas est, qui Deus est. Si quis Deum nouit, summam hanc rationem esse putabit, *ego autem dico vobis.* Qui dicit se nosse Deum & mandata eius nō obseruat mendax est, Ioānes ait, ille à te hoc exigit, qui Deus tuus est, qui propter te homo factus, in præsepio natus, cruci affixus, & denique in ea mortuus, an tãto Deo, tãto benefactori quippiam negare poteris? Ille præcipit, qui rex tuus est, cuius legi obedire teneris. In Hispania seruandæ sunt Turcarum leges, an potius regis Hispaniæ iura? in Christo
 Aduent. § 3 Ecclesia

Simile.

Ecclesia rium legibus dæmonis ac mundi viuendum, an legi Christi parendum? Et quemadmodum qui in Hispania Turcarum leges seruari vellet, id efficere conaretur, vt Turcarum imperator Hispaniæ imperaret, ita qui in Christi Ecclesia duelli leges, quæ dæmonis sunt, obseruari curat, dæmonem Ecclesiæ principem constituit.

Huic verò rationi alia accedunt, quæ ad eam pertinent, primum, quædam sunt opera bona, quæ & Deus præcipit, & aliæ etiam sunt causæ, vt ea præstes, licet Deo in illis non obsequaris, huiusmodi sunt, sacrum audire, ieiunare, eleemosynam facere, quæ sæpissime humanas ob causas à peccatoribus exhibentur. Alia verò sunt, ad quæ Deus duntaxat, & eius obedientia inclinatur, nec vlla ad id humana ratio adducit, & huiusmodi est inimicos diligere, eis benefacere, pro illis orare, cum priora opera præstas, nescimus, Deo obsequaris, an verò alijs, qui illa præcipiunt, si vero posteriora facias, maximum dedisti signum dilectionis Dei, cum ea præstiteris, quæ ille solum modo præcipit. Hæc vero opera præcipua ratione fidelis perficere deberet, vt illustre, insigneque testimonium haberet, quod Deum ex corde diligeret. Quando plures simul incedunt oues, ignoratur, quis cuius sit agnus, quando verò ab inuicem separantur quisque agnus matrem sequitur, & manifestè agnoscitur cuius sit filius. Ad eum modum cum Deus dumtaxat aliquid præcipit, agnoscitur, quis eius sit, si in eo obedientia præstatur. Enunc Deum dicentem, *ego autem dico vobis*, alia parte mundus clamat, & dæmon, *ego aliud præcipio*, si Christi vocem audis, eius te esse credam, & ad eum pertinere.

Simile.

Secundum verò, quod ad eandem pertinet rationem illud sit, inimicum dilige, quia Christus præcepit, cui dilectionem hanc debes, licet inimico non debeas, proximo ergo impede quam Deo debes dilectionem, quia Deus id præcipit. Vt huius rationis vis expendatur, attende, volens Deus firmissimam charitatem in cordibus nostris construere, non leue posuit fundamentum, arenam, scilicet, sed firmam petram, vt quantis ventis & flumina concurrant, domus firma perseueret. Sed quod ais fundamentum est hoc? certe sicut ille nos diligit propter se, sic diligere nos voluit proximum propter Deum, non vero propter

ter

A ter proximum, qua ratione eodem habitu charitatis Deum diligimus & proximum, quia proximum propter Deum diligimus. Sicut ergo medicinam diligimus, non propter sed, se propter sanitatem, sic diligendus proximus non propter sed, se propter Deum. Hoc constituto videbis manifestè, nullam tibi restare exculationem, ne inimicum diligas. Si enim dixeris, ille non meretur dilectionem, sed odium, sed indignationem, recte ais, & si ego tibi dicerem, dilige illum propter ipsummet, recte respondisses, at nunc dico, dilige illum propter Deum, inimicus non meretur, meretur Deus, inimico dilectionem non debes, Deo debes, qui eam sibi solum in inimico præcipit. Exemplo vt ad hoc manifesto. Exigo à te centum aureos numos, dicis, ego tibi non debeo, tu illos mihi non dedisti, dicam ego, debes illos, Petrus mihi donauit, & chirographo publico in me transfuit omne, quod in te ius habebat, nulla tibi nunc relinquatur excusatio. Propter Deum ergo ignosce inimico, eum dilige ei benefac, hæc enim omnia Deo te debere confiteris, ille verò hæc sibi in proximo exolui præcipit, dicens, *ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros*. Simile quid licet videre Gen. 50. quo loco dicitur, mortuo Iacob timètes fratres Ioseph, & mutuo colloquentes, ne forte memor sit iniuriæ, quam passus est, & reddat nobis omne malum, quod fecimus, mandauerunt, ei dicentes, pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus, obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, atque malitiæ, quæ exercuerunt in te, nos quoque oramus, vt seruo Dei, patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quo audito Ioseph, non solum veniam dedit, sed & beneficia plurima eis contulit. Idem nunc nunciū Christus ad te mittit, læsit ille te, mihi hoc dimitte, mihi veniam da, mihi donas quod illi condonas. An non & tu in simili causa versaris? an non & hac ratione tibi quotidie vtendum? accedis ad Deum, orasque tibi peccata dimitti, inferni penas condonari, gratiam restitui, celestes fores aperiri, etsi tibi dicatur, qua ratione ista immentia beneficia ac Dei dilectionem petis, qui odiū & supplicium tibi meritis es? dices, non ego propter me hæc peto, sed propter Christum, & eius merita, qui odiū & supplicia mereris, dilectionem, & premia propter Christum petis? Simile nunc à te exigitur, inimicus tuus

Simile.

Gen. 50.

S 4 odium

odium & supplicia meretur; tu vero dilectionem & beneficia presta propter Christum, qui ait, ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.

Tertium, quod ad hanc pertinet rationem, illud sit, qui vindictam de inimico sumere vult, non attendit, a quo precipue ei malum illatum sit, sed similis efficitur cani, qui in lapidem exardescit, quo percussus est, eo relicto, qui lapidem iecit, quod extrema demerentia est. Sed interrogas, in honore, in substantia, vel in corpore illatum mihi graue damnum est, quis eius autor precipuus? quis potior damnū intulit? certe Deus, fieri ne potuit, ut a Deo malum mihi infereretur? audi prophetam dicentem, si est malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? audi Iob multa mala à Chaldaeis passum, Sabæis, ac dæmone, si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? & iterum manus Domini tetigit me, & Christus Dominus Petro ait, calicem, quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illū? non ait, quem mihi dant Scribæ, Pharisei, & gentes, sed pater, licet enim creatura nobis mala poenæ inferat, præcipua tamen & prima eorum causa Deus noster est, qui licet illius damni, ut peccatum est, causa non sit, sed verè causa est illius, ut malum poenæ mihi est, & hac ratione non solum efficitur permittente Deo, sed volente, sed mouente, ac precipiente. Hinc per Esai. vocat Dominus Assur virga furoris sui, v. ait, Assur virga furoris mei, illo enim quasi virga Israelitas verberabat, & Attila dictus est flagellum Dei, sicut & Tamarlanus non multis retro annis se hoc nomine nuncupauit. Cum ergo ab inimico malum tibi inferri vides, attende Deum esse, qui tanquam pater te castigat, inimicum vero virgam & flagellum Dei esse, quod hodie exoscularia te Deus petit, dum precipit, eum diligas. Acceptus est, inquit Sapiens, regi minister intelligens, contra vero tardus ac rudis ei non placet, sed quis obsecro minister intelligens? ille certe qui Dei supplicia, quasi de eius manu suscipere nouit. Audi Paulum, flagellat autem omnem filium quem recipit, quod si extra disciplinam estis, non estis filij. Si pater flagellat filium, quando crimen admittit, quid mirum flagelleris à Deo, cum deliqueris? prius quam humiliarer, ego deliqui Pla. ait, Aug. sermo, 4. de verbis Domini, si iumenta verberas,

Amos. 3.

Iob. 1.

Iob. 2.

Ioan. 18.

Esa. 10.

Pro. 14.

Heb. 11.

Psal. 118.
August.

Aberas, & stimulae, ut tibi seruiant, cur nos, cum iumenta Dei sumus, ab eo non debemus flagellari? Hæc ratio continuit animum Dauidis, ne vindictam sumeret de maledicente Semei, 2. Reg. 16. dimittite ei, ut maledicat, Dominus enim præcepit ei, ut maledicat Dauid, & quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? Cū ergo ab inimicis multa fueris mala passus, ne illos conspicias solum, esto minister intelligens, & oculos fidei in Deum conuertere, qui tanquam pater si agellat te, quoniam deliquisti, probat te, ut fidelis ei inueniaris, cum mulat tibi plura merita, quibus in æternum te coronet, gratias ei age, quoniam patrem se tibi exhibet.

Sed & alius tibi hic conspiciendus est inimicus, cum quo tibi contendendum est, & qui tibi damni illati post Deum præcipua causa est, & quis nam ille? certe dæmon, qui inimicum tuū instigauit, ac permouit, ut tibi malum inferret, & dæmon est, qui contra te pugnat, inimicus vero homo equus est dæmonis, in quo ille pugnat, & eius gladius aut lancea. Hoc nos Paulus monet cum ait, non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores, tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in cælestibus, propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo. Si cum inimico decertas, & pugnas, stultū est, in equum pugnare, relicto equite hoste, imo curandum tibi est, ut hostem lædas, & interficias, equum vero eius incolumem tibi lucreris. Sed ais, quomodo, in Dæmonē pugnabo? audi, cū dæmon inimicum tuum instigat, ut te lædat in substantia, corpore, aut honore, non ideo id facit, ut substantiam tollat tuam aut honorem, non hæc illi pretiosa sunt, sed in pedes ictum vi detur dirigere, cum tamen ille caput impetat, animam ille tuam lucrari vult, cætera nihili ille ducit, vnde ait Christo Domino, hæc omnia tibi dabo. Sicut ergo tollens substantiam, filios, salutemque corporis Iob, intendebat eum ad impatientiam impellere, ut sic animam illius perderet, sic cum per inimicum tuum substantiam aut honorem tollit, idem omnino curat, ut impatiens sis, animam peccato inquines, si illud perficit, vicit te, deicit, & interimit, si vero animam illam seruasti, eum superasti, ideo Pau. monet, accipite armaturam Dei, illa enim in hoc

2. Reg. 16.

Eph. 6.

Simile.

Luc. 4.

Iob. 1.

hoc bello vtendum est, vt dæmonem superemus. Hinc factū A
est, vt cum Iob primum accusauerit coram Deo, nunquid Iob
frustra timet Deum? & cum deinde curauerit omni arte, eum
in impatientiam permouere, nec potuerit, victus obmutuit,
& aufugit. Iob ergo victor euasit, quoniam non peccauit, & tu
ergo fac similiter, in dæmonem patientia pugna, illum supera
bis si patiens fueris, inimicum vero, qui equus dæmonis est, ti
bi etiam lucratus eris, noli ergo vinci à malo, sed vince in bono
malum. Hæc orania Christus Dominus significare voluit, cū
ait, *Ego autem dico vobis &c.* Satis nobis esse debet Christi
præcipientis verbum, ne inimicitias geramus. 3. Regum con
gregauit Roboam exercitum, vt expugnaret Israel, qui dis
cesserat ab eo, occurrit eis propheta dicēs, hæc dicit Dominus B
non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios
Israel, reuertatur vir in domum suam, à me enim factum est
verbum hoc. A uiderunt (ait scriptura) sermonem Domini, &
reuerſi sunt de itinere, sicut præceperat Dominus, audi tu er
go Deum dicentem tibi, ego autem dico vobis, & à me factū
est verbum hoc, ego te flagellauit tanquam filium inimico tan
quam virga, illū exofculare, eum dilige.

3. Reg. 12.

Simile.

Sed iam aliam Christi Domini rationem expendamus. *Vt*
fitis, ait filij patris vestri, qui solem suū oriri facit &c. Si nūc ti
bi dicerem, remitte iniuriam, & filius efficeris regis Hispaniæ,
& hæres omnium bonorum eius, quam facile remitteres, an
non idem præstabis, vt filius hæresq; sis altissimi? Si regis His
paniæ filius crimen admisisset, ob quod in eum lata esset sen
tentia, qua iure regni expoliaretur, & in ignem traderetur, ei
vero quispiam leuem irrogasset iniuriam, dicereturq; ei, remit
te iniuriam leuem, & liber ab igneris, & in regni ius restitueris,
an non id faceret? Hoc nunc tibi dicitur, remitte iniuriam,
& peccata tua tibi remittentur, quibus iure cælestis regni
priuatus es, & in ignem tradendus æternum. Hoc dicto no
biles vti solent, non habear filius patris mei, ni hoc egero, qui
bus verbis gloriantur patres se habere nobiles. Ostēde ergo tu
christianā nobilitatē, & quod filius Dei sis, inimicorū dilectio
ne, vt sis, habearisq; filius eius, qui solē suū oriri facit &c. Nū
parum vobis videtur, generum me esse regis, Dauid ait, nun
parum

3. Reg. 18.

parum

A parum est, filiū te Dei esse? Ad hoc vero pertinet remissio pec
cati, quæ datur, cum filius Dei efficeris, quam attendebat Da
uid, & ideo vindictam de Semei non sumpsit, cū ait, dimitte vt
maledicat, si forte respiciat Dominus afflictionē meā & reddat
mihi bonum pro maledictione hac, id est, si forte Dominus mi
hi ignoscat adulterij, & homicidij peccatum, meque in regnū
restituatur cum ego hoc sustineam, nec vindictam sumam.

1. Reg. 16.

Sed vt hanc diuinam filiationem lucidius explicemus, pro
ponenda sunt nūc verba Origenis homil. vltima in Esaiam, qui
sic ait, Beatus, qui ex Deo semper nascitur, nec enim semel di
cam istum ex Deo natum, sed per singula virtutis opera sem
per iustus nascitur ex Deo, hoc autem vt plenius possit proba
ri, & saluatoris nostri quotidiana natiuitate dicamus, liquido
B id in iustis obtinentes, quod in Deo præcesserit. Saluator no
ster splendor est gloriæ. Sic igitur saluator semper nascitur, &
ideo dicit, ante omnes colles generat me, non vt quidam malè
legunt genuit si semper ex patre nascitur Dominus, etiam tu
in similitudine eius iam adoptionis habens spiritum, generaris
à Domino per singulos intellectus, per singula opera, vt efficia
ris filius Dei in Christo Iesu. Hæc Origen. qui præclare putat
singulis operibus in gratia effectis Dei filium denuo nasci, cū
enim vnoquoque illorum gratia augeatur, & gloriæ meritum,
quasi quidam Dei filius ex vnoquoque procedit opere. Sicut
enim verbum patris sic genitum est, vt semper procedat, ac ge
neretur à patre, sic homo per gratiam semel natus in Dei fi
lium, singulis operibus postea nascitur, felix prorsus homo,
C qui sapissimè nascitur Dei filius multis cumulatis operibus
bonis. Semel natus Hispaniæ princeps ius habet regni, semel
natus filius Dei ius in cæleste regnum habet, sed si plu
ries nascitur, ius illud multiplicat, denuoque filius Dei efficitur,
qui ergo iustus est, iustificetur adhuc. Tanta vero est glo
ria filiorum Dei vt putauerint Arriani, omnia, quæ de Dei fi
lio naturali dicuntur, filio adoptionis conuenire, dicentes,
Dei verbum, de quo tanta ac tam mira prædicantur, solum
adoptione Dei filium esse. Qui licet in signem dixerint falsi
tatem, tamen ostendunt, quanta sit adoptionis gloria, cum
adco similis sit naturali, vt illa reputata sit. Sicut omnibus

Origen.

Apo. 23.

nu-

simile.

numeris absoluta imago decipit insipientem, qui putat, rem esse se veram, non imaginem, hic quidem decipitur, sed deceptione sua perfectissimam ostendit imaginem, cum eius perfectio ei occasio fuerit deceptionis.

Hæc verò diuina filiatio licet omni bono opere efficiatur, maximè tamen inimicorum dilectione, vt hodie dicit Christus Dominus, *vt scriis filij patri vestri*. Sicut odium singulari quadam ratione filiū efficit diaboli, vt ad quosdam Christus ait, vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere, ille homicida fuit ab initio, ita charitas filios Dei constituit. Hinc Paulus, estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit nos. Et hac inimicorum dilectione dignoscit Christus, qui sunt eius. Accede huc, & tangam te, vt probem si tu es filius meus Esau, ait Isaac, hoc cōtactu Christus Dominus suos probat, vt videat, an primogenitura, & benedictione digni sint, in hoc,

Ioan. 8.

Ephes. 5.

Gene. 27.

Ioan. 15.

Psal. 38.

Psal. 143.

1. Ioan. 4.

ait cognoscet vos meos esse discipulos, si dilectionē ad inuicē habueritis, & propter hanc nunc dicit, estote ergo & vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Mirandum plane est, hominem, de quo dicitur in Psalm. verum tamen vniuersa vanitas omnis homo viuens, & homo vanitati similis factus est, eo tamen ascendere inimicorum dilectione, vt audiatur, et perfectus sicut pater, fieri ne potest vt vniuersa vanitas Dei perfectioni comparari possit? hoc inimici dilectio efficit, cum enim Deus charitas sit, vt Ioannes ait, & charitas eū in terrā traxit, & hunc ignem venit mittere in terrā, in hac nos illi simillimos esse vult, & hos filios dicit, qui sibi similes in charitate sunt, & hos dicere poteris filios Christi patris.

Ad hanc verò rationem illud pertinet, quod inimici dilectio præclaros illustresque reddit homines, est enim eximius fortitudinis actus. Stultus, erransque mundus ait, vile & abiectum esse, de inimico vindictam non lumere, sed manifesta ratione hoc esse falsum ostendemus. Ad fortitudinem pertinet vt Aristoteles. 3. Ethic. ait, moderari iram, ac audaciam, vt secundum rectam rationem procedant, & omne opus virtutis imperandum est à prudentia, quæ auriga virtutum est, & absque eius imperio nulla virtus procedit in opus suum, quicquid er-

Aristo.

A go efficitur sine prudētiæ imperio, virtus nō est, atq; adeo si inimicū occidas prudētia illud nō imperāte, virtus omnino non est, & ideo nec fortitudo, sed bestialis quædā ferocitas, similis leoninæ feritati, si ergo ira sine ratione procedit ac prudentia, fortitudo nulla est, imo vero debilitas maxima, & fortitudinis defectus, si enim fortitudo in anima esset, cohiberet iram ne sine ratione procederet. Inimici autem vindictam, manifestum est, cum autoritate priuata sit, contra rationem esse, nec id solum Euangelica doctrina constat, sed naturali lumine, & omni hominum lege, quæ illam prohibet, si ergo eam tu sumas, contra rationem agis, contra prudentiam operaris, virtus ergo non est, atque adeo nec fortitudo, si vero iram cohibeas tuam, opus præstitisti eximie fortitudinis, atque gloriofissimū.

B Multoque gloriofius hoc opus fortitudinis est, quā illud, quo excitata ira & audacia secundum rationē, inimicos aggredieris, & eos expungas, difficilius enim est animum cōtinere cōmotum, ne in vindictā procedat, quā cōmotū hostis intuitu in ultionem prodire, atque adeo cū illud fortitudo præstat, opus gloriofius efficit, quia difficilius. Si vero philosophiam hanc diuina scriptura attestante discere velis, audi Sapientem, melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnato re vrbium. Interrogat Ambros. quando fortior fuerit David, cum Philistæum superauit, an quando Sauli pepercit, nec occidit? & ait, proculdubio fortior fuit, cum Sauli non nocuit. Et apud Ethnicos hoc fuit compertum, dum summis laudibus efferunt Alexandrum Cæsarem & similes, quando inimicis veniam dederunt, & de hac re plus eos laudant, quam quod plures hostes superauerint, Et Sabelius lib. 5. de memorabilibus factis refert aliquos, qui inimicis benefecerunt, eos de hac re maxime commendans. Et vt id manifestius fiat, in Deo nostro id ipsum inspiciamus, qui tunc dicitur omnipotentiam suam ostendere, cum inimicis parcit, non verò cum de eis vindictam sumit, sic Ecclesia ait, Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miserendo manifestas. Vnde ad eum loquitur Moyses, magnificetur ergo fortitudo Domini, sicut iurasti dicens, Dominus patiens, & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, dimitte, obsecro, peccatum populi.

Pro. 16.

Ambro.

Num. 14.

puli tui. Vt dimittat inimicis offensas, petit magnificari fortitudinem, licet enim fortitudinis sit, iuste inimicos debellare, sed magnificatur fortitudo, cum illis ignoscimus.

Et tandem ne inimicum lædas, illud tibi attendendum est, Deum medium constitui, ac esse inter te, & illum, nec posse te inimicum lædere, nisi Christum lædas primum. Si cum transuerberare inimicum velles, pater tuus, aut rex medium se opponeret, nec posses inimicum interficere, nisi prius patrem, aut regem interficeres, illud plane non faceres, sed diceres, medius rex, aut pater est, illi gratias age, ne illum lædam, te nõ lædo. Si posses inimicum lædere, & in Deum non peccare tollerandum id aliquo modo foret, at vero id nõ potes, quia vt ille ait, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, & quod vni ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et ideo Christus Dominus medius esse dicitur, & in medio sapissimæ constitutus, vt intelligas, prius te illum confodere quam inimicum.

Nunc ergo si irã in corde tuo contines, si vindictam de inimicissimo expetis, anis no finge Christum Dominum domum tuam ingredi, tibi que dicere, qua ratione odio prosequeris fratrem? & tu ais, ingratus ille mihi fuit, multa mala in me commisit. Sit ita, Christus ait, sed ego dico tibi, ignosce illi propter me, maiora à me recepisti bona, quã ab illo mala, ego creavi te, redemi te, & bona æterna tibi paravi, plus pöderis hæc, apud te habeant, quam mala, quæ ille intulit. Sed ais, grauiter laesit me, at Christus ait, grauiter tu in me peccasti, dimitte quod minus est, vt dimittam quod maius est, in æternum ego te punire possum, obedi mihi, æterna gloria donabo te, Deus tuus sũ, cui omne debetur obsequium, tu putas illum læsisse te, ego sum qui hoc feci, & tanquam pater flagellauit te propter peccata tua. Et attende dæmonem cõtra te pugnare, caue ne victus abscedas impatientia, aliquid præsta mea solum causa, filius meus eris, si id præstiteris, fortissimus & gloriosissimus euades, & denique ego medius sum, lædere illum non potes, nisi me offendas. An Christo Domino sic loquenti non acquiesces? tanto Domino negare poteris, quæ petit? ei inuerecundus eris? Si Christi deprecatio sufficiens fuit nos infertissimos inimicos patri reconciliare, an nõn sufficet, vt tibi

Simile.

*Zacha. 2.
Matt. 25.
Ioan. 1.*

A bi inimicum reconciliet? Et si adeo duro corde es, vt hæc non sint satis, veni mecum in crucem, & attende, quæ ibi Christus Dominus faciat, quod me videritis facere, hoc facite, ait Geodeon suis. Attende Christum in cæna coram Iuda genua flectere, qui illi inimicissimus erat, attēde eum in cruce orantem, pater ignosce illis, cum lachrimis, & clamore valido orans pro inimicis exauditus est pro sua reuerentia. Et si hæc tibi satis non sunt, manum extende, & mitte in latus eius, & noli durus esse, tange cor illud, adeo diligens te, vt sicut semel pro te mortem obiit, millies obiret, si opus tibi esset, ei ergo obtempera, illi iã resistere noli.

In Sabbato post Cineres.

Them. Erant laborantes in remigando, erat enim eis contrarius ventus. Marci. 7.



O die proponitur nobis navis, in qua discipuli Christi sunt, vndis iactati propter ventorũ contrarietate, quam Christus deseruisse videtur ad modicũ, & ab ea discessisse, sed illam ipse videt, ad eã venit, & mare tranquillum reddit. Navis ista Ecclesiæ typus est. Hinc Epipha. libro. 2. in hæreses, tomo. 1. in hæresim. 61. ait. Similis est sancta Ecclesia Dei nauis. Navis enim non ex vno ligno constat, sed ex diuersis. Vnaqueque vero hæresis velut ex vno coalescit, scilicet, quia aut virginitatem solum habet, aut solum coniugium, aut abstinentiam solum à cibis, aut nullam, nec enim cõtemperantur. Sancta autem Dei Ecclesia nuptias quidem habet reuerendas, & admiratur cõtinentiam habet, qui renunciarunt mundo, & nõ inflamatur contra eos, qui adhuc in mundo sunt. Hæc Epiphanius. Ita nunc heretici aiunt, satis est homini ad salutẽ fides, hoc vnum lignum est, ex eo navis confici non potest Ecclesia verò fidem, & opera exigit tanquam plura ligna. Hæresis in extrema deuiat,

at Ecclesia media tenet, nauis ergo est ex pluribus constans lig-
nis. Sicut vero nauis vndis se committit, ac periculis, & paruo lig-
no credunt homines animas suas, quæ hominum videtur fuisse
temeritas, vt res temporales acquirant, hic dignitatem, ille diui-
tias, ita Ecclesia forti, ac inuicto animo se periculis tradit, ac la-
boribus in hoc mari magno discriminibus pleno, vt in cælum tan-
dè deueniat, vbi innumera sunt bona. Sed audi, quid Ecclesiæ
acciderit, vt discas, quid tibi similiter accidet, vtrumque verò
in hac nauis nobis expressum fuit. Manet Christus in terra, & so-
lam relinquit nauim, & contrarij in illam venti insurgunt, &
hoc cum sero esset, cum nox incumberet, in qua difficilius ho-
mines tempestatum accurrere possunt.

Beda.

Primum ergo Christus in terra est, & eius nauis in tempesta-
te, quia vt Beda ait, tot gentilium pressuris, non solum
afflicta, sed & fœdata Ecclesia est, vt eam redemptor eius ad
tempus deseruisse videretur. Vnde vox eius est inter procellas
vndasque gemebundæ. Vt quid Domine recessisti longè des-
picis in opportunitatibus in tribulatione. Et hoc est, quod
animum viresque adiecit inimicis Ecclesiæ, quod eam puta-
bant, à Deo derelictam. Vnde in Psalmo dicitur. Dixit enim
in corde suo, oblitus est Deus, auertit faciem suam, ne videat
in finem. Et iterum, Deus dereliquit eum, persequimini, & cõ-
prehendite, quia non est, qui eripiat.

Psal. 10.

Psal. 70.

Ier. 9.

Eus. l. 8.

Indith. 5.

Auget autem periculum, quod serò erat. Melius enim tem-
pestatè euadere nauis posset, si dies esset. Venit nox quado ne-
mo poterit operari. Tempus noctis significat peccatum, quod
cum adest, permittit Deus Ecclesiã affligi, sicut nauis, in qua
fugitiuus Ionas versatur. Hinc populi Israelitici captiuitates
propter peccata venisse, vniuersa scriptura testatur. Et Eu-
sebius libro octauo ecclesiasticæ historiæ cap. primo, persecu-
tionem Diocletiani, & Maximiani propter Ecclesiæ corrup-
tos mores euenisse. Vnde Achior ad Holofernem dixit.
Nunc ergo mi Domine, perquire, si est aliqua iniquitas eo-
rum in conspectu Dei eorum, & ascendamus ad illos, quo-
niam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt
sub iugo potentiæ tuæ. Si vero non est offensio populi hu-
ius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam
Deus

Deus

A Deus eorum defendet illos. Licet ergo aliquando immissa fue-
rit tribulatio in Ecclesiam, vt eius fides probetur, & vt patiétia,
ac spe fundaretur. Sed postea illius persecutiones, ac flagella
propter peccata venerunt. Ecce ergo tempestatem sero excita-
tam, id est, cum peccatum vigeret.

Sed Attende Dei clementiam in Ecclesiam, licet plura in ea
sint peccata, licet ille in terra sit, videt laborantes in remi-
gando, & licet videatur auxilium tribulatis differre, suæ tamen
pietatis respectu, ne deficient corroborat. Vis nosse, quo
pacto videt laborantes in remigando? Audi Moysen dicentem. *Exo. 3*
Vidit Deus afflictionem populi Israel clamantis ad se, & cog-
nouit eos. Et Deus ait. Videns vidi afflictionem populi mei,
quasi dicat, vidi, atque iterum vidi. Sed quid illa verba signifi-
cant, & cognouit eos? Certe quod in passione positos, quasi

B membra sua ei in passione conformata cognoscit. Signum est
tribulatio ouis Christi, & idèd signo illo, ac caractere viso,
cognouit, eos ad se pertinere. Vnde ipse, qui tribulationem
immisit, eam tollit, efficitque mirabile illud, quod Arcæ Noe
accidit, quam eleuauerunt aquæ in sublime, reposuerunt que
tandem super montes Armeniæ, quia quâuis hostes Ecclesiæ
eam perdere voluerint, sic tamen eleuata est, amplificataque,
sicq; in requiè æternâ deuenit. Impletumq; in ea est illud Esai.
Gen. 6. & 8
Pro eo, quod fuisti derelicta, & odio habita, & non erat, qui per-
te-transiret, ponâ te in superbiâ sæculorû, gaudiû in generatio-
nem, & generationè. Et iterum idem propheta ait: Paupercula,
Ctempestate cõuulsa, & absque vlla consolatione, ecce ego ster-
nam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Saphiris. *Esa. 60.*
Esa. 54.

Hoc ipsum, quod de Ecclesia diximus, in eius membris se-
pe contingit. Quauis enim aliquando flagella Deus immittat
ad probationem, & virtutis incrementum, sed sepius ea infligit
Deus propter peccata, & hominem flagellatum à se repellit, ac
quasi derelinquit. Sicut solet pater filium flagellare, & à sui
conspectu amouere. Sed non idèd oranino deserit, licet enim
tunc sit nauis in mari, & Christus in terra, sed videt laborâtes,
cognoscit eos, quos vt filios corripuit, eisque adest inuoca-
tus, Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis
me, & tunc impletur illud, quod ex Esaiâ nunc diximus, Pau-
Psal. 90.

Aduen.

T

percula

percula, tempestate conuulsa, ecce ego sternam per ordinem **A** lapides tuos, & fundabo te in saphiris. Annon anima tribulati hominis paupercula est? An non similis arbori tempestate conuulsa, quæ spe, & consolatione caret? Sed licet penitus perijsse videatur, ego, ait Dominus, rursus te ædificabo, & implebo te lapidibus pretiosis. Ne ergo deficias, cum à Deo corripieris, quis enim filius, quem non corripit pater.

Sed nauis ista, quæ iactatur contrarijs ventis corpus hominis dici potest, in quo, tanquam in nauim anima intrat, vt in hoc mari magno nauiget. Laborat autem homo in remigando, quia est contrarius ventus. Initio constitutus homo à Deo **B** est in pace, & quasi venti in puppim flante docebatur tràquillo cursu in Dei domum, nec opus erat remigare, quia nulla aderat contrarietas, omnia enim subiecerat Deus sub pedibus eius, etiam potentias inferiores, & sic cum nulla esset contrarietas, sine vlla difficultate via agebatur. Sed per peccatum amisit homo originalem iustitiam, quæ eum ducebat tanquam ventus sine labore, & factus est contrarius ventus, tum quia multæ sunt tribulationes nos vexantes, tum quia passiones aduersantur rationi, ne viam rectam teneat, opus ergo remigijs, & labore est, via agenda cum difficultate, ac labore per ignem, & gladium in paradysum intrandum est, vt dicamus cum

Psal. 65. Psalte, transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Voluit primum Deus hominem ducere in regnum per delicias, & voluptatis locum, noluit hac via incedere, in aliam incidit spinis, ac laboribus plenam, laborare ergo

Matth. 11. oportet, quoniam regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, per vim agenda res ista est, remigia sumenda sunt. Deinde remigare oportet, quia ventus contrarius est, quia vires inferiores aduersus rationem pugnant. Prius iustitia originali id operante iuuabant rationem, tantum abest, vt impedirent, nunc verò aduersa sunt, qui ergo contra aque **C** ictum, & contra perflantem ventum viam acturus est, remigare debet, abnegare se se, & mortificare membra, quæ sunt super terram, sensus enim, & cogitatio cordis humani prouident sunt ad malum ab adolescentia sua. Ecce contrarium ventum. Ex qua re sequitur singularis miseria, lachrymis sanguinis

Prov. 3.
Iob. 12.

Psal. 65.

Matth. 11.

Gen. 8.

A neis deploranda, quæ est in natura humana. Miserandum enim est, quod cum omnibus naturis rerum, quas videmus tã infra, quam supra hominem statutũ sit bonum vt in pluribus, sola humana natura hanc iacet miseria, vt malum habeat vt in pluribus, bonum in paucioribus. Tantæ verò miseriæ ratio ex Aristotele 9. Ethicorum, & diuo Thoma 1. 2. quæstio. 71. arti. 2. est dualitas naturarum, quæ est in homine, quæ inuicem sibi aduersantur, vnde vt ratio assequatur suum bonum, ventum habet contrarium, & ideo navigationem difficile conficere potest. Aliæ enim rerum species nihil intra se aduersum patiuntur, cum quò pugnent, vt bonum suum assequantur. Homo verò non sic, sed clamat cum Iob, quare posuisti me cõtrarium tibi: & factus sum mihi metipsi grauis? Sed quid homini factò opus est? Certe remigandum illi est, abneget se ipsum, & contra ictum fluij, ac ventorum conetur. Nautæ enim **B** nomine indignus est, qui solum nauigare nouit vento secundo, ac prospero, etiam enim vento aduerso nauigare oportet. Et quemadmodum vita piscis dignoscitur, si enatet contra fluminis ictum, qui verò aqua labente ducitur, mortuus iudicatur, ita illum hominem viuum gratiæ vita crede, qui aduersatur prauis affectionibus, qui aduersus eas conatur, ac viam agit in cœlum etiam illis reluctantibus. Sed dices forsan **C** difficilis via iusti est, cum semper ei sit contrarius ventus, dulcis verò peccatoris via erit, qui vento ducitur, qui aqua labente, ac eum iuuante properat. Noli id credere, etiam peccator habet contrarium ventum, & eum violentum, ac maximum, vnde difficiliorem viam agit, quam iustus. Sicut iustus habet contrarium ventum appetitum, qui rationi resistit, ita peccator habet contrarium ventum rationem, quæ viæ peruersæ resistit, & similis est Angelo terrenti asinam Balaam districto gladio dicenti, Ego veni, vt aduerser viæ tuæ, peruersa enim est. Hic vero ventus fortissimus est, & ea proponit homini, quæ illum maxime commouere possunt, ac terrene, & ideo etiam peccator remigat, & in triremi demonis, in qua lassatur. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, dicunt impij.

Arist.
D. Tho.

Iob. 7.

Simile.

Num. 22.

Sap. 5.

Sed quoniam difficile est conari aduersus icum fluuij, ac A
 ventorum, & opus est homini adiutorio. *Venit Christus ad-*
eos. Nam ille solus hunc potest leuare laborem. Est homo si-
 mile horologio miri artificij, quale illud est, quod nostra tem-
 pestate Ianellus fecit, in quo vniuersi caelestes motus sunt,
 quod adeo mira arte confectum est, vt si deordinetur, nullus
 illud reparare valeat, nisi veniat ad id operis artifex ipse, qui il-
 lud primum fabricauit. Mirabile plane horologiū homo fuit,
 in quo vniuersa creata visibilia, & invisibilia quasi in summa
 collecta sunt. Miro ordine à Deo constitutum est, cum ille fe-
 cit hominem rectum. Sed dispaetus, ac dissolutus huius holo-
 gij ordo est, cum homo immiscuit se mille quæstionibus, cū
 enim à Deo ratio discessit, caro à ratione separata est, nihil ergo B
 non deordinatum fuit. Quis ergo horologiij ordinem repara-
 re poterit? Certe nullus alius, nisi Deus qui illum primo consti-
 tuit. Hoc significat Dominus, cum ait per Hieremiam: Prauū
 est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscerit illud? Ego
 Dominus, si ille solus nouit, ille solus in ordinem redigere
 poterit. Id ipsum significat Hieremias dicens. Magna est velut
 mare contritio tua, quis medebitur tui nisi Deus. Hinc Paulus
 cum dixisset de ordinationem membrorum suorum à ratione,
 adiunxit, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia
 Dei per Iesum Christum. Veniat ergo Iesus ad laborantes, &
 remigantes, alius enim nihil præstabit. Multi enim curaue-
 runt, vt hoc horologium ordini pristino restituerent, sed non C
 valuerunt. Multi philosophi legibus, statutis id curauerunt,
 imo & lex Moyfi. Sed id factum non est, donec veniret Chri-
 stus horologiij author. Hic gratia sua hominem, quem prius
 condiderat, reparauit. Gratia enim, licet passionibus non tol-
 lar, sed sedat, ne in rationem sæuiant, illasque licet feroces red-
 dit mansuetas. Et ideo iusto merito dicitur illud Iob. In vastita-
 te, & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis, sed cum la-
 pidibus regionum pactum tuum, & bestie terre pacificæ erunt
 tibi, & scies quod pacem habeat tabernaculum tuum. In
 quæ verba Gregorius ait. Per terræ bestias motus carnis intel-
 liguntur, quidam mentem nostram irrationabiliter suadendo
 lacef-

Simile.

Hier. 17.

Thre. 2.

Rom. 6.

Iob. 3.

Greg.

A laceffunt, contra nos bestialiter insurgunt. Sed cum cor gratia
 firmatur, etiam carnis incentiua detumescunt, vt etsi tentado
 submurmurent, nequaquam tamen vsque ad effectum operū,
 quasi ad aperti morsus rabiem insurgant. Quis enim adhuc in
 hac corruptibili carne subsistens has terræ bestias plenè edo-
 mat, cum ille ad tertium cælum raptus dicat, Video aliam le-
 gem in membris meis contrariam legi mentis meæ. Sed aliud
 est, has bestias in campo operis sæuientes aspicere, aliud intra
 cordis caueam fremētes tenere, redactæ namque intra claustra
 continentia, & si adhuc tentando rugiunt, vsque ad morsum
 tamen illicitæ actionis non excedunt. Pacificæ ergo sunt be-
 stia, quia motus carnis, etsi per desideria palpant, aperta nos
 tamen impugnatione operis nõ opprimunt. Hæc Gregorius.
 Quibus verbis significat, passionibus leones esse, ac tygrides fe-
 ras peccatorem verò in campo esse, vbi ab eis discerpitur mise-
 re. Iustum verò in fouea tenere inclusas feras has, ex quo loco
 mugire valent, sed non nocere, id verò gratia Christi efficitur,
 qua ratione Paulus ait. Vetus homo noster simul crucifixus est
 cū eo, quia ligata caro est iusti, crucifixa est, vt in spiritum non
 præualeat. Et sic homini relicta caro est in exercitium, & passio-
 nes illi in bonum operantur. Sicut feræ cum edomitæ māsues-
 cunt, vsui esse solent. Et hoc est, quod ad literam significare vo-
 luit Esaias, cum dixit exposito prius Christi aduentu. Et dele-
 ctabitur infans ab ybere super foramine aspidis, & in cauernam
 reguli qui ablactatus fuerit, manum suam mittet, non nocebunt,
 & non occident in vniuerso monte sancto meo. Quibus ver-
 bis significat per Christum in ecclesia efficiendum, vt caro &
 eius appetitus, qui inficere solebant spiritum, ei non no-
 ceat. Quod si quis dicat, in numeris peccatis meis video me ita
 prauis affectibus superatum, vt nulla spes restare videatur mu-
 tandi vitam in melius. Audi quid in lege promiserit Deus in
 Deutoronomio. Cum venerint super te omnes maledictiones
 istæ, & ductus poenitudine cordis tui reuersus fueris ad Deū
 in toto corde tuo, reducet te Dominus de captiuitate tua, ac
 miserebitur tui, & rursus cōgregabit te de cunctis populis, in
 quos te disperferat. Si ad cardines celi fueris dispersus, inde te
 retrahet Dominus Deus tuus, & assumet, atque introducet in
 Aduent. T 3 terram,

Rom. 6.

Esai. 11.

Deut. 30.

terram, quam possederunt patres tui. Circumcidit Dominus **A**
Deus tuus cor tuum, vt diligas Dominum Deū tuum, & pos-
sis viuere. Si hæc in lege promissa sunt, quid obsecro in gra-
tia nobis conferentur? Licet ergo ventus tibi fuerit contrarius,
ueniet Christus, & intrabit nauim cordis tui, & cessauit ventus,
efficieturque illud Psalmi, Statuit procellam eius in aurā, & si
luerūt fluctus eius. Ne ergo diffidas, o homo, inuoca Christū,
aderitque tibi.

Psal. 106.

Sed qua via Christus venit? Certè. *Ambulās supra mare.* Ma-
re lunæ subiectum significat mundū istū, & ea, quæ illius sunt,
in quibus nihil est firmum. In hoc mari, quidem suffocantur,
sicut Pharao, & Aegyptij, qui descenderunt in profundū qua-
si lapis. Huiusmodi illi sunt, qui nulla adhibita consideratione
seiplos tradunt his, quæ mundi sunt. Si ergo hucusq; dilexisti **B**
mundum, & ea, quæ in mundo sunt, si in profundum malorū
venisti, si absorbit te tempestas, nihilominus dū uiuis, reme-
dio nō cares. Sic enim erat ferrum, quod enatauit immisso lig-
no in aquas per Eliseum, ita ea potentia in Christi cruce est, vt
eius vi emergere possis. Alij autem per hoc mare viam agunt
diuisis aquis, sicut Israel per mare, & Iordanem, & Elias, ac Eli-
seus. Propriū est legis gratiæ ambulare super aquas, vt Christ;
Petrus, & alij ambulauerunt. In lege scripta temporalia nō om-
nino despiciebantur, sed promittebantur. Euangelio seruatiū
est, vt ambulent homines super mare, vt pecuniæ ad pedes A-
postolorum proijciantur, vt dicant homines cum Apostolis,
Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Nihil enim ad **C**
perfectum adduxit lex, hoc autem perfectiorū est, qui eo pleni
spiritu sunt, de quo dicitur. Spiritus Domini ferebatur super
aquas. Quæ verba significant, nullus putet, quia videt Deum
tanta cura intèdere creationi, & ornatui creaturarum, indige-
re Deum creaturis, eiq; subditum esse, imo verò Dominus est,
qui super illas fertur, easq; calcat, quia omnes gentes coram eo
quasi non sint. Sicut autè in perfecto artificiato causæ vis splē-
det, sicut in horologio intellectus, videtur enim intellectu vt
horologium, cum tanto ordine moueatur. Ita in uiris perfectis
splendet virtus diuini spiritus eos perficientis, qui omnia arbi-
trantur vt starent, vt Christum iustificiant, & ideo eorum est
pro-

4. Reg. 6.

Mat. 19.

Gen. 1.

A proprium super aquas ambulare omnia calcando, sicut & spiri-
tus efficit. Sed audi mundi ingenium.

*Vt autem viderunt eum super mare ambulātem, putauerunt,
quia phantasma est.* Hæresis fuit Manicheorum dicentium,
Christum habuisse corpus phantasticum. Beda refert, suo **Beda**
tempore hunc errorem esse, quæ sequebatur Theodorus episcopus
Faramitanus. Eorum fundamentum erat, quia super ma-
re ambulauit. Sed qualis obsecro ratio. Annon Petrus Apo-
stolus verus homo super mare ambulauit? Sed non Manicheis
duntaxat visus est Christus phantasma, Sed & Scribis, & Pha-
riseis. Viderunt eius vitam inculpātam, dicunt phantasma est.
Viderunt eius inuictam patientiam, ac mansuetudinem, dum

B pateretur, dicunt phantasma est, non homo videtur, sed
lapis in quo hominis est figura efformata. Non respondit
Pilato verbum, ita vt miraretur præses vehementer, dicunt, **Ioan. 19.**
phantasma est, Crucifigitur, & in cruce pro persecutoribus
orat, phantasma est. Ambulat super aquas tribulationum
non demergitur tempestate, phantasma est. O munde vanissi-
me, adhuc retines discipulos multos pharisæorum, qui omnē
virtutem credant phantasma, esse. Putat peccator reliquos om-
nes peccatores esse, & solum virtutem simulare, sed in abscon-
dito omnes sibi similes esse credit, & ideo cum videt hunc
tolerantem iniurias, illum terrena despicientem, aquas
calcantem, dicit, phantasma est. Qui difficile virtutes reli-
C quorum credunt, signum dant, virtutem ab eis longe esse,
nolent que alios studiosos esse, sed vt nigro colore omnes
sint, vt eius deformitas non appareat, & ideo virtutem iusti
dicunt Phantasma esse. Putat inhonestus, omnes inhone-
stos esse quia sicut se debilem vidit, ita credit, reliquos debi-
les esse, nec considerat, quia omnia potest iustus in eo,
qui eum confortat. Annon Petrus super mare ambulauit,
& phantasma non erat? Annon sancti similia egerunt,
qui phantasmata non erant? Cur ergo phantasma erit, qui
nunc eadem præstat? Ne ergo terrearis virtute visa, nec
putes phantasma esse, imo eam amplectere, & in cor tuum ad-
mitte.

Intrāte Christo nauim cessat ventus. Nam si Deus pro nobis

Rom. 8.
Psal. 9.

quis contra nos? Est adiutor in opportunitatibus in tribulatione, & sperent in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinquis querentes te Domine.

Egressus de nauis est Christus. *Et quotquot eum tangebant, sanabantur.* De contactu fimbriæ Christi, de quo hic, vide multa in secundo. tomō nostrarum concionum Dominica. 23. post Pentecosten. Nunc verò attende, nullam Christo Domino infirmitatem incurabilem esse, ea facilitate, qua tu das obolos, dabat Christus oculos, manus, pedes. Licet ergo insanabilis appareat fractura tua, sanari tamen à Christo potest. Ille verò libenter bona communicat sua, si ad eum accedas & eum tangas. Si enim omnes, accedentes, ac tangentes ignem calefiunt, cur tangentes salutare Dei, & salutem ipsam, non sanentur? Non potest Deus auarus esse. Homo auarus est, quia quod alteri tribuit, sibi subtrahit, sed si bona posses communicare eo modo, quo lucerna lumen, quæ sic alteri tribuit ignem, vt sibi nihil adimat, sine dubio omnibus dares bona. Sit tibi Deus diceret, da numos, qui sunt in hac theca, & vniuersa, quæ dederis, ego reponam tibi in ea, tunc omni petenti tribueres, & non petenti, quia nihil tu amittis. Sic autem se Deus noster habet, licet enim plura det, sed nihil à se tollit. Et ideo magnificus est, quia optimus, & quia bona tribuit, nec à se aufert. Accedite ergo ad Deum, & illuminamini, nec terrearis vllō labore, remiga, cum contrarius ventus adest, labora sicut bonus miles Christi Iesu. Te interrogo, quanta pro Deo passus es, vt ab eo caelestem gloriam petas? Dicis forsā nobili viro (qui semper se intra domesticos parietes continuit, nec incuriam venit, nec regi in negotio graui obsecutus est,) cur à rege magna beneficia non petis? Ait ille, si regi ministrassem, aut grande aliquid eius causa fecissem, aut passus essem, petere id auderem, nunc autem qua fronte, aut quo titulo magna petam, qui nec minima praestitit? Qua ergo fronte, o homo à Deo tuo petes aeterna bona, cum eius causa non laboraueris, nihil grande praestiteris? Qui temporalia petere non audes, quomodo aeterna petere audebis? Labora ergo, quia non coronabitur, nisi qui legitime certauerit, &

si in-

A si infirmaris, accede ad medicum animarum, tange eius fimbriam, &c.

Dominica Prima Quadragesimæ.

Them. Ductus est Iesus à spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo, &c.

Matt. 4.



Riusquam in hoc desertum Christus ducetur ab spiritu, ab eodem spiritu ductus fuit in aliud desertum, in vterum, scilicet, Mariæ quæ desertum est, in quo visa est rubus ardens incombusta, in quo manū de caelo descendit panis viuus, in quo de petra aquæ procedunt largissimæ omni populo. Hinc propheta orat, emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion. Desertum Mariæ est, quia inculta viro, & quemadmodum desertum solitarius est locus, sic Maria vnica, ac sola est, sola virgo mater, sola Dei genitrix, sola sine peccato, sola in caeli choro, quem illa conficit. Nunc verò nos cum Christo domino vocamur in desertum, in quo cum fortissimis hostibus nobis est contendendum, auxilio indigemus, quisnam melius id nobis præstabit quam Maria, quæ terribilis dicitur vt castrorum acies ordinata? Cum Delbora moneret Barach, vt cum Sara pugnam iniret, respondit ille, si veneris mecum vadam, si nolueris venire mecum, non pergam. Cum hodie moneamur in arenam descendere cum diabolo, num ibimus sine Maria? absit, oremus humiliter, vt nobiscum eat, nobis sit auxilio, vt vincamus, &c.

Procedit hodie Christus Dominus in prælium contra de-

T S mo-

Exo. 3.
Exo. 16.
Num. 20.
Esa. 16.

Cant. 6.
Iud. 4.

monem hostem humani generis. Sed attende quanta sit audacia, quibus viribus præditus daemón, cum Deum ipsum impetere ausus sit, quem non aggredietur, qui Deum aggredietur? **A** Homo, qui regem impeteret, annon hostis formidandus? factus est, ut nullum timeat, reputabit quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum æs, non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ, quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. Inimici ergo nobis sunt, pugnandum nobis est. In temporali, ac humana Republica alij attendunt gubernationi, alij agris colendis, alij victui parando, alij bello, sed in Ecclesia omnes sunt viri bellatores, omnibus pugnandum est. Hoc significauit Ezechiel. 4. tu fili hominis, fume tibi laterem, & **B** ponas eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidiones, & ædificabis munitiones, ut moneantur ciues Hierusalem, hostes superuenturos, qui aduersus eos pugnent. Ea figura monemur omnes, inimicos nobis esse, qui nos expugnare contendunt, nobisque cum eis pugnandum. Numer. 32. videntes Ruben, & Gad terram ante Iordanem vberimam dicunt Moyfi, prearamur, ut des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem, quibus Moyses, numquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum, quem eis daturus est Dominus? Multi hodie **C** fideles his similes sunt, qui Iordanem cum Christo transire nolunt, nec in desertum ire, & cum diabolo pugnare, sed absque certaminis discrimine coronari volunt, quibus tamen Paulus ait, non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.

Sed ais, an nos non filij Dei sumus? quod si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si ergo hæreditario iure nobis cæleste regnum promittitur, non vi, aut armis illud expugnandum est. Respondeo, esse hæredes, quos iura dicunt suos & necessarios, quibus nullum onus in hæreditate obeunda poni potest, sunt vero alij hæredes voluntarij, quibus à testatore poni potest

A testatus, quod illi placuerit, filius Dei naturalis hæres suus, & necessarius est eorum omnium, quæ pater habet, nullo adiecto onere ea possidet, at nos filij sumus, & hæredes, sed adoptionis filij voluntarij, non necessarij hæredes, iuxta illud Iacobi. 1. voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius, ideoque **B** onus, & ut ita dicam grauamen apponi nobis potuit. Sed hoc nobis impositum est honorificum, & laude dignum. Sunt patri nobili filij duo, alter viribus, & animo præstans, alter debilis, & delicatus, primum in bellum mittit, in discrimina, & labores, secundum domi retinet in delicijs, & indulgentiæ matris, sed moriens vniuersam ferre substantiam priori relinquit, ei concedens primogenituram, & maioricatum. Sic Deus fortes in bello coronat.

Vt vero in hoc spirituali bello te strenue geras inspiciendus tibi Christus Dominus est, qui nos docuit exemplo decertare cum hostibus. Et quemadmodum acus nautica semper versus astrum boreale fixum, quod vulgo polum dicunt, vertitur, sic eorum humanum Christum respiciat oportet, ut in hoc periculis pleno mari se recte dirigere possit. Vis videre optimam aciem nauticam? audi Psalm. dicentem, providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam dextera eius est mihi, ne commouëar, & idem, oculi mei semper ad **C** Dominum, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos. Hinc præclarus nauta Paulus nos monet, deponentes omne pondus, & circumstantans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum. Illum ergo intueamur pugnantem, ut nos similiter pugnemus.

Tunc ductus est Iesus ab spiritu in desertum. Notat Euangelista tempus, quo ductus in tentationem est, dicens. Tunc, quando, scilicet, cæli aperti sunt super eum, quando pater dixerat, hic est filius meus dilectus, quando Spiritus sanctus descenderat super eum, tunc in pugnam procedit, ut intelligamus, quando dona, & beneficia à Deo recipimus, non ea nobis conferri, ut otiosi, & desidiosi simus, sed ut acius pugne-

Iob. 41.

Ezech. 4.

Num. 32.

2. Tim. 2.

Iaco. 1.

Simile

Psalm. 15.

Psalm. 25.

Heb. 12.

Simile.

pugnemus. Sicut dum bellum cum hostibus committitur, omne beneficium, & omnis indulgentia, quam rex militi præstat, eo præstat, ut ille fortius pugnet, ut vires, animumque resumat non ut arma deponat, & è bello egrediatur. Sic omnis spiritualis consolatio, quæ tibi à Deo datur, eo tendit, ut fortius pugnes, ut teipsum vincas. Si cum Saul induit Dauid armis suis, illis acceptis domum properaret suam, audiret, non ideo arma illi regia concessa esse, sed ut cum Goliath decertet. Omnia ergo bona, quæ à Deo recipis in hac vita, arma illius sunt, ea capere, ut cum hostibus pugnes, cumque te videris à Deo tuo consolari, beneficijs pluribus ornari, intellige, ea omnia præparamenta esse tenerationis, ad erit illa continuo. Multa dederat Deus Abraham, benedixit eum, & eius posteritatem, promisit ei terram illam, victoriam dedit quinque regum, continuo sequitur tentatio, tentauit Deus Abraham. Consuetudo Dei est, post magna beneficia maximas immittere tentationes. Hinc Iob, visitas eum diluculo, & subito probas illum. Laudat Deus Iob, & bonis eum replet, continuo dæmon adest, ut tentet, & ut eum capiat, à Deo chirographum obtinet. Simile cum Christo Domino actum nunc est, tunc ductus est, ut tentaretur, cum à patre fuerat commendatus, id autem ipsum tecum agendum puta. Hinc Sapiens monet, in die bona frui bonis, & diem malam præcaue. Cum tibi Deus beneficia præstiterit, eis frui, sed agnosce, adesse statim diem malam tentationis, eam præcaue, præparans animam tuam ad tentationem.

Gen. 22.

Iob. 7.

Iob. 1.

Eccle. 7.

Luc. 4.

Leuit. 16.

Esai. 53.

Iob. 1.

Sed expulit eum spiritus in desertum, ut Lucas ait, quem ad modum Leuit. 16. super caput hirci peccata ponebantur, & in desertum mittebatur, sic enim scriptura ait, utraque manu super caput hirci confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta, atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius, mittet illum per hominem paratum in desertum, cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, &c. Sic nunc Christus à spiritu in desertum expellitur, oneratus peccatis omnium hominum, ut eorum poenitentiam agat, posuit in eo Deus iniquitates omnium nostrum, ieiunat, affligitque se, & alterum se exhibet Iob, qui sacrificia pro filijs offerebat, dum illi in conuiujs versantur, dicens, ne forte peccauerint

A cauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis, hic enim puluis ex eo luto effici solet, conuiuia peccata producunt, Christus ergo ieiunat in deserto, ut exsoluat peccata, quæ nos gula committimus. Vere pater est plusquam Iob, ante enim quam tu comederes, pro te ieiunauit ille, & carnem suam in sacrificiū pro te immolat, Esaias peccata deplorat Babylonis, & eius vastitatem, Hieremias peccata Hierusalem, & eius desolationem, Ezechiel peccata Moab, Oseas peccata Samaritæ, sed Christus Dominus vniuersorum hominum peccata plorat, pro omnibus poenitentiam suscipit, posuit in eo iniquitates omnium nostrum, ad hoc in desertum pellitur, ut pro omnibus poenitentiam agat, nos peccata admisimus, & disciplina pacis nostræ super eum. In deserto ergo fecit, quod olim Ioseph, qui plorauit super singulos fratres, ita Christus super singulos hominum, petens omnibus peccati remissionem. Quis lachrymas, atque suspiria Christi audiret, quæ in conspectu patris fundebat, credo equidem, feras deserti illius, imo & lapides emollitos suspirijs, & lachrymis Christi Domini, quid mirum, patris cor emolliat? Aliquando sic iratus Deus erat propter hominum peccata, ut diceret, si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, sed nunc Christi lachrymis placatur, exaudit usque, est pro sua reuerentia. Sed quid mirum, oratione, ieiunio, & lachrymis Christi placari patrem? Placatus factus est ieiunio, & poenitentia Niniuitarum, C quid faciet vidēs filiū ieiunantē? Placatur vidēs Achab humiliatū, & ieiunantē, quid vidēs filiū humiliatū & efuriētē? Orat Dauid Dñm, ego qui peccaui, ego sum iniquus egi, vertatur obsecro furor tuus in me, & continuo gladium in vaginā cœcludit Deus, quid faciat orante Christo, & dicente, veniant super me omnia peccatorū supplicia, & mudo ignosce, aut dele me de libro tuo aut dimitte eis noxam, homines membra sunt mea, vnūcum eis ego sum, aut ergo illos mecum dilige, aut me cum illis odio habe, quid orationi huic humillimæ & ardentissimæ pater respondere poterit? filium odio prosequi non potest, nos diligere potest, plus potuit Christus Dominus, ut nos dilectos à Deo faceret, quam nos, ut illum odio haberi faceremus.

Cum ergo Christus in desertum processerit, ut poenitentiam agat

Esai. 53.

Gene. 45.

Hier. 15.

2. Reg. 24.

agat pro delictis nostris, nos nunc cum eo procedamus, ut si- A
mul cum eo poenitentiam agamus. Poenitentia præclarum ar-
morum genus est, quo pugnes, & vincas, vis hoc manifeste vi-
dere? attende ait Chrysofost, etiam post graua peccata quia poe-
nituit Dauid, post multos annos iam defunctus poenitentia
sua hostes vicit, vnde, 4. Reg. 20. ait, protegam te, & ciuitatem
istam, & liberabo te de manu Regis Assyriorum propter Da-
uid seruum meum, attende, ait Ambrosius. Manasses militibus, &
armis se defendere non potuit, & sola poenitentia in Regnum
restitutus est, 2. Paral. 33. Et Hierem. 6. cum dixisset, Regem Ba-
bylonis iam adesse, cui resistere non poterant, ait, filia populi
mei accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum vnigeniti
factibi, planctum amarum. Hac enim poenitentia liberari pote-
ris. Poenitet Israel, deos alienos abijcit, continuo cælum pluuiam
dedit, tempora mutare poenitentia potest, & inimicos vnuer-
sos superare, non est gladius huic similis, quo hostes debellare
possis. Aliquando fideli contingit, quod nunc Christo Domi-
no, ut à spiritu expellatur in desertum poenitentiae, quando fer-
uore maximo intus cor à Deo mouetur, tunc facile in poeni-
tentiam proceditur, aliquando verò non eo vehementi spiri-
tu quis mouetur, indigetque exhortatione, ac labore proprio,
ut se in poenitentiam prouocet, si huiusmodi tu es, labore
tuo, & cogitationibus sanctis cura in poenitentiam procedere.
Sic ille faciebat, qui ait, laboraui in gemitu meo, &c. Gregor.
id est, laboraui, & curavi, ut gernerem. Sicut enim triremis ali-
quando vento flante vehementi mouetur, & tunc ut viâ agat, C
remis non eget, si vero ventus cesset, remis vtendum est, & sic
via peragitur, licet cum labore, & sudore, sic cum vento diui-
ni spiritus ducitur quis in terram rectam, facile, & sine multo
labore via conficitur, si verò hic ventus tam vehemens non sit,
labore nostro, ac industria curandum est illud perficere, li-
cet semper gratia Dei necessaria sit. Nunc ergo tu hoc vsus la-
bore ieiuna, indue te sacco, accinge te cilicio, cum enim pec-
cator sis, poenitentia tibi indicitur, nec in delicijs tibi viuendū.
Iratu erat Dominus Sauli, & ille erexit sibi fornitem trium-
phalem in Carmelo. Iratu erat Dominus Iezabeli, & illa
ornat se. Offensum Deum Samaritæ habent, & illi delicijs
se

Chryf.

4. Reg. 20.

Amb.

2. Para. 33.
Hiere. 6.

Psalm. 6.

Greg.

Simile.

1. Reg. 15.

A se tradunt, ad quos Amos, qui separati estis in diem malum, Amos. 6.
& appropinquatis folio iniquitatis, qui dormitis in lectis
eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de
grege, & vitulum de medio armenti, qui canitis ad vocem
Psalterij, subiungit Propheta, iurauit Dominus Deus in
anima sua, dicit Dominus exercituum, detestor ego super-
biam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum ha-
bitatoribus suis. Nunc ergo ne simili ira digni simus ab om-
ni luxu, & voluptate cauendum, & corpus affligendum, ac
macerandum est, Gregor. in illud, en lectulum Salomonis se-
xaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes
gladios, & ad bella doctissimi, ait, fortes hi poenitentes sunt,
& gladius eorum poenitentia est, circumdatum vero Deum his
B fortibus esse in lecto, nihil aliud est, quam lectum esse optimū,
ac stratum præclare Deo nostro hosce poenitentes, cum eos
circumcirca se videt, in optimo decumbit lecto. Vis ergo lectū
Deo parare? delicias ei præbere? multi conuenite, & coniungi-
mini, ut poenitentiam faciatis, ut vos flagelletis, ut in Xenodo-
chium veniatis. Ad hæc opera poenitentiae ad hoc desertum
nos vocat hodie Christus Dominus in desertum procedens,
quasi passer solitarius.

Sed addit Euangelista. *Vt tentaretur à diabolo.* Diffici-
lis profecto pugna, formidandus inimicus hic est, qui longe
nos superat viribus, astutia, & arte, numerus dæmonum, qui
nos circūdant sine numero, & inuisibiles sunt inimici, vidēt illi
nos, nos verò nō item, si eos videremus, tā sunt abominabiles
vt eos attēdere nō possemus. Vniuersa vero quæ in mūdo sunt
C illis arma sūt, dies, nox, terra, aqua, aer, herbe, flores, fructus, om-
nibus, quæ in mūdo sunt, vtuntur, vt nos expugnēt, & illa ipsa,
quæ arma nostra sunt, illis etiam aliquando deseruiūt, oratio-
ne enim, & pijs operibus aliquando nos expugnant, efficiētes,
vt his superbiamus, merito nos Paulus monet, non est nobis
colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus prin-
cipes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū in ha-
rum, contra spiritualia nequitiae in cælestibus. Principes illi
sunt, nos pusilli, atque adeo viribus illis inferiores sumus spi-
rituales illi, nos corporei, atque adeo sapientia nos videntē,
quod

Ephes. 6.

Bern. quod coram te bestia, hoc tu coram demone ut Bernardus ait. A
 Loco etiā superiores sunt, quod ad bellum maxime iuuat, illi enim cælestes, nos terreni, è superioribus pugnant, superiora occupant loca fortissima, annon nobis timendum, ac cauendum? Si nunc portas vrbs ingrederetur, qui hæc nobis nunciaret, Turcarū princeps in numero comitat' exercitu appropriat ciuitati huic, ut illam expugnet, decem solum miliaribus distat, quos ederetis clamores? quot vota? quot orationes? quot arma inquirerentur, quomodo muros ciuitatis fortiores esse curaretis? quot ad Regem nuncios mitteretis, ut in auxilium ciuitatis veniret? Omnis militum exterior pugna, si cum spirituali conferatur, ait Chrysosto. ludicra potius puerorum spectacula, quam prælium dicendum est. Si ergo audis, innumeris te circumdatum dæmonibus rugientibus, quomodo non paues? quomodo non oras? quomodo non omnia circumspicis? quomodo armis non te induis? Merito nos Petrus monet, fratres sobrij estote, & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens, circuit, querens quem deuoret cui resistite fortes in fide. Sed si videres ciuitatem hanc in angustia illa, cum prope eā imperator Turcarū esset, simulq; videres nobiles ciuitatis nihil arma curare, sed musicis instrumentis operam dare, chartarum ludis, & similibus occupari, contra vero debiles, infirmasq; foeminas armis accingi, in præliū prodire, mænia ciuitatis occupare, annō hoc mirabile diceres? Audi quæ nunc fiant in spirituali hoc certamine, mulieres, & aliqui de infima plebe homines sacramenta frequētant, cilicia induūt, C
 ieiunant, verberibus se cædunt, at nobiles nihil horū præstant, milites huius militiæ non sunt.

Sed ais, si adeo difficile nobis imminet bellum, tot inimici, tradamus ergo nos illis, seruiamus eis, absit, in viribus quidem tuis fidendum tibi nequaquam est, si enim
 2. Para. 25. putas in robore exercitus bella consistere, faciet te Dominus superari ab inimicis tuis, in Deo vero fidendum tibi est, nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum. Et Deuteron. 7. præcipiens Deus cum fortissimis hostibus manus conserere, ait, ne timueris eos, Dominus enim tuus magnus, atque

A atque terribilis in medio tui est, & ipse consumet nationes has. Ad Christum Dominum pertinet, te eripere, si eius nitaris auxilio. Sicut Iosue Gabaonitas obsessos liberat quia eius caula in discrimine versantur. Hac ratione hodie Christus Dominus primus in bellum procedit, ut animum, vires, ac robur suis adiciat. 2. Machabæorum. 11. dicitur, cumque pariter præpto animo ab Hierosolymis ad bellandū procederēt, apparuit præcedens eos in veste cædida, armis aureis, hastam vibrās. Tunc simul omnes benedixerunt misericordem Dñm, & conualuerunt animis, non solum homines, sed & bestias ferocissimas, sed & muros ferreos parati penetrare. Ad hunc modum nunc præcedit nos Christus Dñs, & prior inimicos aggreditur. Quid sunt hostes nostri, si sub tali vexillo, sub tali duce
 Rom. 8. militamus? si Deus pro nobis, quis contra nos? Paul. ait, & Iob. 17. pone mei iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Multa memoriæ prodita sunt antiquis scriptoribus, egregia facinora, quæ milites præstabant strenuis eorum ducibus præsentibus, cum Alexander in exercitu aderat, cum Cæsar, cum Pompeius, omnia confecta putabant milites, victoriam iam partam credebant. Quid ergo nobis non sperandum sub tali duce Christo Domino? ecce testem populi dedi eum, pater ait per Esaiam, ducem ac præceptorem propter nomē tuū
 Esa. 55. Domine dux mihi eris. Tali sub duce iam me victorem putato, Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum
 1. Cor. 15. Christum, Athanasius in Antonij vita refert, dæmones Antonio confessos esse, post Christum vires eis non superesse in homines, sed per Christum debiles redditos. 2. Reg. 5. 2. Reg. 15. consuluit David Dominum, num ascendam contra Philistim? & ait, non ascendas contra eos, sed gira post terga eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum, & cum audieris tonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc in ibis prælium; quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut percutiat castra Philistim. Iam egressus est Dominus ante faciem nostram, ut pugnet, iam impleuit, quod postulabat David, apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium
 Psal. 34. mihi, & exungat Deus, & dissipentur inimici eius. Psal. 97. &c.

Quoniam verò strenuos milites suos Christus Dñs vult esse, oportet parare arma in pugna illaque induere & in his fortiter pugnare, ne ergo ignavia torpeas, quasi inimici tibi non essent, sed præpara animam tuam ad tentationem, merito sponsa ab sponso laudatur, natus tuus ut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. In Libano turris erat in speculam respiciens Damascum, quæ inimicorum terra erat, ex eaque contemplabantur venientes inimicos, ut se in bellum præpararent. Sic natus Ecclesie procul odoratur inimicos, & in bellum se accingit, & præparat. Inter alia, quæ de equo Dei, ipse ad Iob ait, vnum est, procul odoratur bellum, ubi audierit bucina, dicit, vaha. Sicut ergo qui è regione inimicorū est, semper arma parat, ita nobis peragendum est. Cauenda maxime nobis desidia, & inertia est, sic enim facile ab hostibus superabimur. Hinc Dominus Iob loquens cum multa, ac horribilia de Behemot dixisset, sub illo nomine dæmonem intelligens, ait, faciem eius præcedit egestas, quasi dicat, paulo ante quam Behemot veniat, egestas, & vastitas animæ præcedere solet, quam cum videris, proximum tibi Behemot esse puta. Cum defectus plures videris, licet minores, cum oratio non est, cum tepide agis, cum ea, quæ supererogationis sunt, facile relinquis, prope te dæmon est, ut deglutiat te, quia arma abiecasti lucis. Ne ergo dixeris, hoc & illud opus sanctum relinquam, caue egestatem hanc, facile namque te imparatum dæmon occupabit, & hoc ille maxime curat, sicut. *1. Reg. 13.* diligentissime cauerant Philistinim, ne esset faber ferrarius in Israel, qui arma efficeret, unde factum est, ut in manu totius Israel arma non essent in pugnam, nisi arma Saulis, & Ionathæ. Ex Pythagoricis symbolis, quæ antiqui oraculorum loco ducebant, vnum est, chænici ne infideas, chænix est victus vnius diei. Hoc vero symbolū sic Plutarchus explicat in libro de educatione puerorum, fuge otium, prospice necessariū cibū in plures dies, nec dicas, hodie mihi cibus est. Multi in spiritualibus chænici insident, qui, scilicet in alterum diem tentationis non separant, sed dum hodie in Deum non peccent, nihil curant quid postea futura sit tentatio

Cant. 7.

Iob. 38.

Simile.

Iob. 41.

1. Reg. 13.

Pythagoras

Plutarchus

P

L

7. Reg. 13.

A ne ingruente. Non sic Christus Dominus, qui ieiunio quadraginta dierum se præparat in tentationis diem. Sicque nos Sapiens admonet facere, cum ait, ante languorem adhibe medicinam, quos imparatos dæmon inuenit hosti pererat. *Eccl. 13.*

Sed ais, imparatum me dæmon inuenit, superauit me, seruus eius sum, non ideo animum despondeas, sed audi strenuum ducem David, quid ad Ioab dicat, cum ei nunciatum esset aliquos de populo suo in prælio cecidisse, non te frangat ista res, varius enim cœventus est belli, & nunc hunc, nunc illum non sumit gladius, conforta bellatores tuos aduersus urbem, ut destruas eam, & exhortare eos. Strenuus miles non desperat, quia vulnus acceperit, quod semel inimico succubuerit, sed ex hoc eius animus inardescit magis, ut fortiter pugnet. Sic in spiritali certamine tibi agendum est, semel victus es, aut bis, aut milies in aciem redi, arma cape, vires resume, Deum inuoca, & tibi ille aderit pugnanti. Et si hucusque pugnare nescisti, attende nunc Christū pignantem, & vincentem, ut tu pugnare dicas. *2. Reg. 11.*

Simile.

Basil.

Hieron.

Simile.

Cum ieiunasset quadraginta, &c. Præclarum armorum genus ieiunium est. Basil. sermone de ieiunio multa de hac re. Leones, ait, attingere ausi non sunt Danielem, reueriti enim sunt ieiunium illud corpus. Simili ratione ignis tres pueros non læsit, quoniam ieiunauerant. Moyses post quadraginta dierum ieiunium legem accepit. Et Elias Deum videt, & specialiter Christi transfigurationi hi adfuerunt, quoniam ieiunium mirum exhibuerant, ut ait Hieronymus contra Iovinianum. Huic verò quadragesimali ieiunio vim præcipuam Christus contulit. Sicut enim contactu suo aquas sanctificauit, & vim tribuit regeneratiuam, ita ieiunio suo quadragesimale hoc ieiunium sacrauit, eique cælestem contulit vim, licet sacramentum non effecerit. Ut enim aqua eorum locorum, per quos transit, saporem refert, sic ieiunium hoc cum per vitæ authorem transiit, nouam ab eo dignitatem, & vim traxit, ut non solum ieiunium sit, sed etiam diuina similitudo. Sed ais, *V 2* debi-

debilitatem patior, si ieiuno, non hæc ratio est, vt non ieiunes A
imo ideo tibi ieiunandum, vt caro debilitetur, & spiritui subij-
ciatur. Refert Paladius, Euagrium summis se laboribus, & af-
flictionibus dedisse, cumque ei quidam diceret, quid miserum
corpusculum occidis? Respondit ille, sine me fili, occi-
dit me, occido illud, si tu ergo corpus non occidis, de-
bile tamen redde, ne superbiat, & spiritum concul-
cet.

Postea esuriit. Aluit, pauitque carnem suam Christus
Dominus his quadraginta diebus cibo regio, qui ex celesti au-
la ei parabatur, diuina, scilicet, consolatione. Nunc vero relicta
paulisper esuriit. Quo carnis nostræ anfractus exprimitur,
cui fidendum nunquam est, licet Deo plena, ac omnino ap-
pareat mortificata, Christus Dominus à carne nunquam ten-
tatus est, fuit illa spiritui semper obediens, est enim hæc ten-
tatio debiliū, infirmorum, & stultorum. Christus vero
Dominus sapiens, ac robustus cum esset, ab illa tentatus non
est. Vis nosse, stultos, & infirmos tentari à carne? quid
obsecro stultius, quam pro breui delectatione, & mini-
ma Deum amittere? & æternis cruciatibus deuinciri?
Sed ais, quia ratione breui delectationem Deus æterna
punit pœna? iuste, ac merito id fit, quando tu ob breuiem
illam Deum reliquisti, eum in æternum amittas, quid obse-
cro debilius, ac vilius, quam à carne superari? Percussit
mulier lapide Abimelech, qui ait armigero, percutite me, ne
dicatur, me à muliere interfectum, quod ignominia plenum
est. Cauendum, fugiendumque maxime nobis est, à carne
vinci, cuius anfractus hodie nobis explicat Christus Domi-
nus in carne sua. Sicut ille esuriit cibum, nostra esurire delicias,
ac peccata assolet, dum caro est, infirma est, Eua est, quæ
cibum vetitum porrigat Adamo. Valida est, quæ Sampsonem
curabit decipere, ideo semper mortificanda cum Paulo,
qui ait, castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne
cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar, illius enim mu-
nus est spiritui semper bellum indicere, ideo expugnanda
semper.

Paladius.

Iud. 9.

Gen. 3.

Iud. 16.

2. Cor. 9.

Acco-

A *Accedens tentator.* Hoc nomen est dæmonis, tentator, &
Paulus eum sic dicit, is qui tentat, sicut enim sunt mune-
ra in republica, hic tabellio, ille iuris consultus, & nomine offi-
cij sæpe hominem nuncupas, ita dæmonis munus est tentare,
& sicut alij opifices perpetuo suo instant operi, ex eo enim vi-
ctum lucrantur, ita dæmon tentat semper, illi aliquando ope-
ra sua intermittunt, sed dæmon nūquam, ideo ab eo nobis ma-
ximè cauendum est. Sed quid dicat audiamus.

Si filius Dei es, dic vt lapides &c. Explorare primum voluit,
an Dei filius esset naturalis, audierat patrem dicentem, hic est
filius meus dilectus, nosse curat, an Deus sit verus, vt quibus
possit vijs humani generis impediatur redemptionem, ideo ait,
si filius Dei es, dic, solo verbo, & imperio potes id efficere. Sed
B quo pacto, ait, si filius Dei es, dic, cū dicere in diuinis, patris
fit, non filij, dicere quidem ad intra, quod est verbum produ-
cere, patris est, sed dicere ad extra, & imperio cuncta agere cō-
mune est tribus personis. Hinc Psalm. ipse dixit, & facta sunt,
ipse mandauit & creata sunt. In modo ergo miraculum facien-
di explorare voluit, an Deus esset. Id etiam scire secunda ten-
tatione voluit, an, scilicet. Messias esset, de quo scriptum erat.
Angelis suis mandauit de te, & idē tertia tentatione curat, no-
uit enim neminem repete fieri summum, & cum vidisset, nec
in minimo veniali potuisse vnquam eum superare, non spera-
uit, in maximo superare, sed eum irritare, ac commouere vo-
luit, si forte commotus diceret, ego à te debeo adorari. Chri-
stus verò Dominus sic respondet omni tentationi, vt versutus
C dæmon agnoscere non possit eius diuinitatem.

Sed iam singula expendamus. *Si filius Dei es, dic vt lapides*
&c. Vult, ostendat se Dei filium in hoc, vt corpori necessaria
prouideat, sed multo melius id ostendit, dum in fame & neces-
sitate constitutus Deum non deserit. Sæpe per Ieremiam Do-
minus exoptulat cum Israel, quod cum in necessitate, ac pe-
riculo se viderent, continuò in Aegyptum veniebant, vt au-
xilium quærerent. Et rex Moab cum in discrimine esset, I. Reg. 3.
filius dæmoni offert. Et Saul in necessitate constitutus ad
Pythonissam accedit, cum ipse exultare coegissent magos, &
Ariolos. Sic tibi, sæpissime contingit, peccata fugasti, &
Aduent. V 3 abstulisti,

1. Thes. 3.

Psal. 32.

Ierem. 42.

43. 44.

4. Reg. 3.

1. Reg. 28.

abstulisti; & cum in periculo es, ad illa redis, putans sic **A**
 tibi auxilium adfuturum. Regem Deus constituit Iero-
 boam, ille verò vt regnum stabiliat suum, aureos facit vi-
 tulos? Vis te filium Dei ostendere? in eo maxime id offen-
 des, si firmo fueris animo, ac corde in omni necessitate,
 ac discrimine, vt de te dici possit, quod de Anna, &
 vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. Magnani-
 mi hoc est, eodem semper esse vultu in prosperis & aduer-
 sis, sicut Paulus, qui ait, in omnibus tribulationem pati-
 mur, sed non angustiamur. Quod in Ignatio Societatis fun-
 datore mire claruit, qui in nullo labore aut dolore vel leuissi-
 mum afflicti animi signum dedit. **B**

Sed & in hac tentatione illud dæmonis ingenium aspi-
 ciendum, quod à spiritualibus auocare curat animum, & ad
 temporalia & corporis curam transferre. Hoc verò multis per-
 suasit dæmon, de quibus Sapiens, cinis est enim cor eius, &
 terra superuacua spes illius, & luto villior vita eius,
 quoniam ignorauit, qui se finxit, & qui inspirauit illi ani-
 mam, qua operatur, qui insufflauit ei spiritum vitalem,
 sed & æstimauerunt, lusum esse vitam nostram, & con-
 uersationem vitæ compositam ad lucrum, & oportere vn-
 decumque etiam ex malo acquirere. In desertum ergo
 fuge draconem cum muliere Apocalypsis, & cum Christo
 Domino, nec sollicitus sis eorum, quæ ad corpus spectant. **C**
 Dominus enim sollicitus tui erit. In desertum fugit Elias,
 & ibi Deus per coruum, & Angelum ei necessaria prouidit.
 Fugit Iezabelem, carnem, scilicet, nec famis metu
 fugam prætermittas, fugit Dauid è mensa Saul, cum eum vo-
 luit configere, & in deserto eum paut Dominus muneribus
 Abigail. Relinque ergo tu mensam illam, qua pasceris,
 sed cum animæ tuæ discrimine, in qua lancea configeris, ad-
 erit tibi Deus tuus, pascens te.

Aliud præterea dæmonis ingenium in hac tentatione ad-
 uertendum, panem dumtaxat offert, paruam rem, sed si ei
 Christus assentiret, continuo delicias offerret. Quia in re illud
 nobiscum dæmon agere solet, quod ædificatores sapium arti-
 ficesque domorum, qui dicunt, parua quadam impensa
 posse

Simile.

posse nunc domum confici, vel refici, ac instaurari, tu vero il-
 lis credens ædificare incipis, deinde vero alia atque alia necessa-
 ria apparent ædificandæ domui, quibus nimium grauaris, &
 plures impensas ponis, quam initio putaueras. Ita dæmon sua-
 det, facile peccatum esse, facile etiam deserui posse, & post-
 quam te illaqueauit, in maximas ducit angustias, videsque non
 tam facile fuisse factu, non tam facile ab eo te resilire posse,
 facile tibi dicit, mulierè illam consequi, postea vero difficile id
 factum est, & omnem perdidisti substantiam, & insuper ani-
 mam, minora ergo & facilia primum proponit, sed cauendum
 nobis ab eo est, quoniam seducit nos. Quam facile suasit Euæ
 pomum comedere, sed in quas deinde angustias coniec-
 ta est? quam facile adulterium Dauidi proposuit, sed deinde
 irretiuit eum homicidio, vt prius celaret crimen. **B**

Sed quid Christus Dominus respondeat, audiamus. *Non
 in solo pane vivit homo.* Et hic, & vbique Christus respondet
 dæmoni locis ex diuina scriptura vsurpatis, quia vt Sapiens ait,
 omnis sermo Dei ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in
 se. Curat dæmon sermen diuini verbi à nobis auferre, quoniam **Pro. 30.**
 illud clypeus est contra eius ignita tela. Tu ergo Dei verbain
 corde retine, quibus protegaris cum Psalmista, in corde meo **Psal. 118.**
 abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Hinc Sapiens, impij **Sap. 16.**
 moribus muscarum, & locustarum perierunt, filios autè tuos
 nec venenata animalia vincere potuerunt, non enim sanauit
 eos herba, aut malagma, sed sermo tuus, qui sanat omnia. Sum-
 me tibi conducet memoria retinere verba aliqua Christi Do-
 mini, quibus ad virtutes inciteris, & tentationibus resistas. Cõ-
 tra avaritiam illud Christi, quid prodest homini, si vniuersum **Matt. 16.**
 mundum lucretur, animæ verò suæ detrimētum patiat? Cõ-
 tra delicias illud, vè vobis, qui habetis hic cõsolationè vestram. **Mat. 5.**
 Contra superbiam illud, videbam Sathanam quasi fulgur de cõ-
 lo cadentem, est enim diuina scriptura turris illa Dauid, de qua **Luc. 10.**
 dicitur, mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium. **Cant. 4.**

Sed ad Christum dæmon rursus ait, si tam es in Deo fidens,
 vt verbis nunc ostendisti, mitte te deorsum ex hoc pinnaculo,
 fidens etiam, quod angelis suis mandauit de te, Bernardus, **Ber.**

quid scriptum est maligne? vt custodiant te in omnibus vijs tuis, nunquid in præcipitijs? Multi se præcipitant, dum in occasiones, ac difficilia negotia se immittunt, vnde difficile euadere possunt, iuuat quidem Deus, sed in vijs. Hac tentatione plures dæmon deijcit, quibus suadet, vt propter gloriam mundi vanam difficillima aggrediantur. Similes hi antiquis ethnicis sunt, qui inani gloria ducti, cum feris contendebant, sic tu vt maioratum relinquant, & æternitati nomen mandes, turrim Babylonicam construere disponis, per amplam domum, & præcipitas te in innumera peccata. Hi vero tam intrepidi in his, quæ mundi sunt, & qui Deo se fide reiaciant, vt ea, quæ virtutis sunt, præstent, fidunt nihil, continuo se à Deo deserendos credunt, nec virtutis viam arripere volunt, quia difficilem dicunt, cum difficiliorem illi teneant viam. Sed bene ait. *Mitte te deorsum*, quasi dicat, ego te mittere non possum, tu te mitte. Hinc Bernardus exponens illud Psalmi. 70. eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui, ait, ego sum ille peccator, exlex, & iniquus, eripe me de manibus meis.

Ber.
Psal. 70.

Luc. 4.

Et tandem ostendit ei omnia regna mundi, dicens, *hæc omnia tibi dabo*. Lucas ait dæmonem dixisse, hæc omnia mihi tradita sunt, in multorum domos ac substantias, quasi in propria ac illi tradita potest dæmon intrare, ac dicere, mea hæc omnia sunt, mihi inserviunt, mea hæc domus, mea supellectilia, mei nummi, quia cum tu ea possidens seruus dæmonis sis, & omnia quæ seruus possidet, Domini sint, merito illa omnia dæmonis esse censentur. Hinc est, vanitati omnia tua inseruire, Deo vero nihil, tibi dicis tempus non esse, vt animæ tuæ consulas, substantiam non esse, vt eleemosynas facias, quid hoc, nisi quod dæmonis tu es, & omnia tua? Sed mirum est, cum dæmon adeo avarus sit, vt vel minimum bonum homini concedere nolit, quomodo nunc cum Christo Domino adeo est magnificus, vt omnia velit ei concedere, quæ in mundo sunt? Si parua re vincere te potest, maximam non concedet, si vero parua non potest, omnem mundum

A dum, vt animam tuam lucretur. Agnouit Christum Dominum corde magnanimo esse, ideo multa offert. Sed quid Christus Dominus? audi, & discite, quid tibi faciendum. Ait dæmon, en lapides, fac ex eis panem, & Christus, panem nolo, qui manu dæmonis mihi porrigitur. Et dæmon, mitte te deorsum, vt magnus habearis, at Christus gloriam nolo, quæ dæmonis arte venit. Et dæmon, accipe omnem mundi gloriam, at Christus, nolo mundum, & eius gloriam, si dæmonis manu mihi concedenda sunt. Sic tibi cauendū ab omni lucro, quod peccato acquiris, illud enim à manu dæmonis accipis, nec tibi proderit, caue ab eius pane, qui vertetur in fel aspidum, ab eius gloria, quæ in ignominiam, ab eius diuitijs, quæ in carbones vertentur. Accedunt Angeli, & ministrant ei quasi victori, solum reliquerunt præliantem, nunc accedunt ad victorem, & congratulantes dicunt ei, surge domine, & comede, grandis tibi restat via vsque ad Caluarium. vicisti nunc dæmonem, sed illam persequi debes vsque ad caluarium, vbi omnino superabis, & deijcies, comede ergo, grandis te manet via.

3. Reg. 19.

(..)

V 5

Feria

Feria secunda post Domini^A cam primam Quadra gesimæ.

Thema. Cum venerit filius hominis in maie-
state sua, & omnes Angeli, eius cum eo &c.
Matt. 25.



L Erribilem, ac horrendū diem iudicij, multa faciunt, inter quæ illud vnum est, quod multa habet, quæ hominum iudicio inæqualia, ac contraria sunt. Cuiusmodi sunt, quod ille iudex est, qui hominū peccatis offensus fuit. Quod fons indeficiens misericordiæ diuinæ claudatur ei, qui cum la chrymis eam petat. Quod homo ipse sui accusator sit. Quod in hominem miserimum vniuersa moles creaturæ insurgat. Quod nulla admittatur excusatio aut appellatio. Quod pro peccatis, quæ breui temporis spatio admissa sunt, æternum supplicium inferatur. Miranda hæc omnia sunt, sed iustissima, quia enim homo uti noluit diuinā misericordia mirabili, ac stupenda, experiatur iram terribilem.

Sed qua ratione ista nobis nunc proponuntur? Certe immensus Dei in nos amor efficit, vt omnibus vijs nos ad se ducere curet. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui. Sed hæc viæ Domini duæ sunt, amor, & timor. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, vt Psaltes ait. Primum qui dem misericordia, ac amore nos ad se allicit, & iure hinc initium sumit, quia ipse bonitas, amor, & misericordia est Secundum essentiam suam. Et ideo innumera nobis contulit beneficia, quibus nos ad se duceret, quæ tanta sunt, vt non possit homo ab eis fugere, aut declinare, quia quocunque se vertat, omnia beneficia Dei esse inuenit, quæ ab eo recipit, vt eum diligat.

Hinc

- A** Hinc Ioannes. Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Et adeo pronus ad miserendum Deus est, vt non solum nunc, sed & in ipso iudicio misericordiam multam manifestet, quia vt Psaltes ait, miserationes eius super omnia opera eius, id est, omne Dei opus in superiore sui parte misericordia insignitū est. Misericordiæ tradit Deus sigillū suum, quo signet vniuersa opera. Merito autem hoc priuilegiū misericordiæ concessum est tanquam primogenitæ Dei, & quæ adeo Dei propria est, vt ab eo solum procedat. Et ideo Dionysius cap. 3. de diuinis nominibus ait, primum Dei attributum, quod ad creaturas pertinet, esse Dei bonitatem, ac misericordiam, quæ est quasi fons & origo omnium bonorum. Et ideo ait, nominatio boni est excellentior manifestatio omnium Dei passionum.
- B** Attendamus ergo misericordiam Dei, quæ in ipso etiam iudicio splendet.

Et primò non minima, sed maxima misericordia est, quod iudicium nobis annunciauerit antequam adsit, ne subito veniens, nos opprimat imparatos. De qua misericordia Psaltes ait. Dediti metuens te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur electi tui. Secundo, non minima Dei benignitas apparet, dum in iudicium cum homine descendit in eo die, quo in maiestate apparere vult, & cum eo disceptare vult, ac eum arguere, & eius responsonem expectare. Hanc Dei misericordiam expendit Iob, cum ostensa hominis miseria, subiungit. Et dignum ducis, super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Quid est homo, quia magnificas eum? cur ipse descendis è cælo, & cum homine disceptare vis, & eius causam examinare, cum id committere posses alicui ministro? Tertio, ea, quæ in iudicio proponenda sunt, & leges iudicij leges sunt misericordiæ. Mirabilis profecto Dei misericordia splendet, cum in illo tremendo iudicio, in quo innumera hominum peccata iudicanda sunt, oculi diuinæ misericordiæ illud præcipue aspiciunt, si homo misericordia vsus fuit cum paupere, si ei panem, aquam, aut vestem dedit. Ne putes, oblitum Deum fuisse pauperum. Vnde in Exodo ait. Si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. Quarto eandem

miseri-

miseri cordiam ostendit locus ipse iudicij, signa illius, & vexillum, quod Deus eriget. Locus quidem, quia Vallis Iosaphat est ad radicem montis oliueti, vnde in oliuarum, & misericordie monte Christus erit quasi in throno. Signa verò iudicium præcedentia eandem ostendent misericordiam, quia sicut in vni geniti sui morte voluit omnem creaturam dolorem ostendere, ita in hominis damnatione voluit, vt sol obscuraretur luna nõ daret lumen, & vniuersa creatura signa doloris ederet, quia ipse tactus dolore cordis intrinsecus hominem delet. Dæmũ vexillum crucis, & reliqua passionis insignia eandem ostendunt misericordiam, quia illa ostendet Christus, vt omnibus palam fiat, nihil ab eo prætermisum, vt salutem hominis curaret. Simul etiam ostendit his insignijs, diem mortis improborum esse quasi diem passionis Christo Domino, quasi si iterũ crucifigatur, cum impios damnat. O immensam Christi clementiam. Idem David, qui exercitum misit contra Absalon, eum occisum tenerè deplorat, ac ait, Absalon fili mi, quis mihi det, vt ego moriar pro te? O iuuentus celeriter consummata, ò pulchritudo infœlix, cur facinore tuo me vindicem fecisti, qui pater sum, nunc si fas esset, libenter pro te mortem oppeterem. Ita Christus ait, ò miser, ac infœlix peccator, ego pater sum, nõ vindex, cur me mutasti in iudicem? Caritas mihi nõ deest, vt iterum moriar, & huius rei significandæ causa adest crux, clauis, flagella, ac spinea corona, sed iam tempus deest, nec enim misericordie locus est. Super hoc plangam, & vllulabo. Vadam spoliatus, & nudus faciam planctum quasi draconum, & luctum velut struthionum, quia desperata est plaga eius vt ait propheta.

Michaa. 1. In quæ verba Hieronymus ait, Deum quasi dolentem loqui de interitu supremo hominis, cui nulla medicina est, vt misericordiam suam ostendat. Desperata est plaga tua, dicit, non me dici, sed infirmi culpa. Et ad hoc cruce ostensa dicit. Agnoscis crucem, ò miser, an non in caribi remedium fuit? An non hæc clavis cæli, & tu illuc non ingredieris culpa tua? An non hæc scala cæli, & tibi ascensus non est? An non hæc pretium mundi, & tibi nulla est redemptio? An non hæc arbor vitæ, & tu non comedes fructus eius? En vulnera mea, ostia paradisi, & illuc culpa tua non ingredieris. En fontes, ex quibus non pota-

beris,

A beris, sed sities in æternum, quia iam sacramenta non sunt, nec remedium vllum.

Certe ex his manifeste colligitur, quanta sit peccati malitia, quia tanta misericordia non obstabit, quo minus peccator in æternum damnetur ad supplicium æternum. Cùm iudex sit ipsa misericordia, ac bonitas in quantum Deus, & vt homo frater, pater, & caput hominum, cùm mater misericordie Maria ad sit iudicio, cùm assessores viri sint misericordie, cùm de misericordie operibus iudicium futurum sit, cum in oliuarum monte iudicium sit futurum, cùm vniuersa creatura luctuosus, induatur pãnis, cùm præsens crux sit, nihilominus ad eò excedens, ac sacrilega est peccatoris malitia, vt gladium suum euaginet Christus, & percutiat, scindat, ac perdat in æternum peccatorem. Et vniuersæ creaturæ dicent. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Et tremenda, ac terribilis vox illa iudicis contremiscere faciet cæli columnas, & terram scindet, & aperto ore deglutiet peccatores, & in infernum detrudet, & simul cum illis descendet omnis mundi scoria, ac peripsema, claudeturque puteus ille in æternum, quem signabit Deus sigillo eternitatis sue, absque vlla remedij spe, claudentur clauis immutabilitatis Dei, nunquamque aperietur, vtem apponet Deus ferreum iræ infinite, qui non confringetur in æternum. Ex tunc cessauit gaudium timpanorum, quieuit dulcedo cytharæ, cum gaudio non bibent vinum, omnia abcessere bona, & innumera, ac æterna mala venere. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.

C Ex his, quæ diximus, manifeste ostenditur, quanta Dei in nos misericordia sit, qua nos ad se allicit. Qualis enim illa benignitas est, quæ etiam in iudicio tot signis se manifestabit? Qualia nunc beneficia præstabit, qui tunc etiam benignus est & punit citra condignum? Sed quia plures homines misericordia non ducuntur, timore duci oportet, minis, ac flagellis. Hoc in veteri lege præcipue factum est, quæ plena est minis, ac supplicijs. Et idè timoris lex dicitur. Sed in lege noua etiam oportuit esse aliquid timoris, quo homines à peccatis deterrentur. Maxime autem timendum nobis iudicium est, quod qui non pauet, amens dicendus est. Audi Esaiam.

Ingre-
dere

Deut. 32i

Esai. 2.

dere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum, exaltabitur autem Dominus solus in die illa, quia dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. Et incuruabitur omnis sublimitas hominum, & idola penitus conterentur. Et introibunt speluncas petrarum, & in voragine terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. Expendenda singula verba sunt, quæ miram habent energiam. Nosti, o homo, quod aliquando incidet in manus Domini? Quomodo ergo in eum peccas, & inimicum efficis? Quomodo ei aduersus efficeris moribus? Ille humilis, tu superbus. Dies ergo Domini exercituum veniet super omnem arrogantem, ac superbum, & omnia idola tua comminuet, & videbis illud Pauli, Scimus, quia idolum nihil est in mundo. Et quia id, quod nihil est, deficit, ita idola, quæ homines erigere conati sunt, deficient nullo euertere. Hinc Psaltes. Nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. Id est, approbat Deus viam iustorum, sed impiorum via nullo impellente peribit. Chrysostomus Homilia 50. ad populum Antiochenum ait. Similis est omnis domus quamlibet magna, & vniuersa humana nido, quem auis in alta arbore collocat in æstate, qui ingruente hyeme perit, ac ruit facile. An non statua illa Danielis decidit paruo percussa lapide, qui sine manibus abscessus est? Paruus enim lapis si valida manu iactetur, ictum magnum facere potest. At si manu non impellatur, ferè nullum efficiet, & tamen paruus ille ictus fatis est, vt statuam comminuat. Quid obsecro faciet validus Dei ictus cum surrexerit percutere terram? Sed qua de causa adeo iratus Dominus est? Certè peccata sunt, quæ eum exacerbauerunt, quorum malitiam in iudicio ostendere vult, vt iusta appareat peccatorum damnatio.

Ostendimus superius peccati malitiam ex Dei immensa misericordia, nunc eandem manifestemus ex ira. Et primū quidē, eam ostēdet Deus in mundi euerfione, ac deordinatione, quæ iudiciū

A iudicium præcedet, in qua ostendit, quid peccatum in homine effecerit. Homo paruus mundus est, & in eo sunt cæli, elementa, sol, ac luna, pars enim hominis superior cælum est, intellectus sol est, voluntas ab eo illustrata luna est, corpus hominis ex mixtione elementorum compactus, elementa dici potest. Deordinatus mundus iste fuit peccato, & ordo vniuersorum sublatus, sol rationis obscuratus, luna voluntatis sanguine, ac rapina plena, virtutum stellæ ab anima diuulsæ, corpus etiam deordinatum. Non perceperat homo deordinationem istam, nec eam reputauit aliquid esse, propter hoc ergo, ait Dominus, Cælum turbabo, & terra mouebitur de loco suo, vt in mundi maioris deordinatione videat B homo deordinationem suam. Hac ratione terremotus innumeri in terra erūt, quibus vniuersa corruēt ædificia, voragine multæ in terra erūt, & effera animantia in ciuitates venient, vt fugiant ab ira, quæ in agris grassatur, & homines speluncas animalium quærent. Quod si terra, quæ adeo pacata est, sic turbatur, quid obsecro mare, ac venti facient? Tunc ergo mare intumescet, vt sydera velit attingere, terram magna ex parte obruet, & pisces miseros edent gemitus. Tunc aer maximo impetu perflabit, & innumeros mittet radios, & vltra omnem modum procedet. Tunc ignis à loco suo descendet, & terram percurret, & omnia illius speciosa deuorabit. Tunc virtutes cælorum commouebuntur, & sine ordine erunt, & stellæ de cælo cadent, sol obscurabitur, luna in sanguinem vertetur. Sed quorsum omnia ista? Certe vt in hac vniuersi turbatione ostendat Deus peccatoris turbationem, qui omnia in seipso turbauit. Tunc, o homo, discas, quantum sit peccati malum, quod tibi nunc leue apparet.

Secundo apparebit peccati malitia in corporibus iniquorum, postquam enim ea facta fuerint, quæ diximus, personabit tuba illa mirabilis. Surgite mortui, & venite ad iudicium. Quod fiet, vt vniuersi homines vi diuina suscitantur in corporibus suis. Tunc terra, mare, & vniuersus mundus dabunt hominum corpora, & cuique animæ suum proponetur corpus, quod denuo informet. Tunc improborum hominum animis corpora dabuntur fetida, horri-

horrida, ac adeo misera, vt ostendant peccati scditatem A eorum oculi obscuri erant, ac profundi, dentes palidi, labia nigra, ora pallentia, ac mortifera, corpus omne infectum, ac foetidum. Cum ergo anima misera inspexerit corpus, quod susceptura est, videbit peccati sui malitiam, detrectabitque corpus tale sibi assumere, sed audiet tunc. Vides, o misera anima corpus, quod adeo coluisti, vt eius causa Deum dereliqueris. Inspice caput, cui tot praparaasti ornamenta, oculos qui vana inspexerunt, linguam, quae innumera peccata admisit, pectus, in quo innumera cogitationes, ac consilia praua, pedes veloces in malum, manus operarias iniquitatis, ingredi in corpus istud miserum, vt experiaris peccati miseras. Horrebit anima corporis illius commercium, eliget in duriorum ignem mitti, quam in illud ingredi, sed id non eius relinquitur arbitrio, veli, **B** molit, corpus accipiet miserimum. Iusti autem corpus omni ornatum gloria. Tunc venient Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, tunc diuidetur triticum a palea, scoria ab auro. Tunc duo erunt in domo, aut in lecto vno & vnus assumetur, & alter relinquetur. Assumetur ad regnum mulier casta, ac deuota, damnabitur vir impius, ac crudelis, assumetur pater pius, & relinquetur filius impius. Sed cum Angeli separabunt malos de medio iustorum, quid nam attendent, vt hos ab illis separent? Nunc certe in hoc saeculo separantur nobiles ab ignobilibus, diuites a pauperibus, clerici a saecularibus, sed tunc non his rationibus separatio fiet. Sola enim virtus est quae homines diuidet, & ideo pauper Lazarus a diuite separabitur, & pauper, ac infimus de plebe assumetur in regnum, **C** & descendet in infernum nobilis, diues, ac princeps vir. Nunc in mundo exaltatur diues, tunc studiosus. Sicut in ludolatruncolorum contingere solet, vt pueri latrunculos collocent inordinatè in domibus non suis, accedens verò vir suis locis quaeque coaptat, ita nunc peruerso ordine mundus homines statuit, tunc autè Angeli in suo ordine omnia ponent. Tunc impij dicent. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & vitam illorum aestimabamus insaniam. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.

Tertiò apparebit tunc peccati malitia in conscientia peccatoris

Aris, in qua vniuersa ei peccata scripta sunt indelebiter, videbit autè tunc peccata scditissima, vt in se sunt, non speciei delectationis tecta, vt nunc, cum non adeò deformia apparent. Peccatum Iuda (ait Ieremias) scriptum est stylo ferreo, vngueque adamatino, exaratum in tabulis cordis vestri. Quasi dicat, indelebiter scriptum, sed nunc operit homo peccatum suum, vt alius non videat, & ipsemet subtrahit oculos suos, ne illud aspiciat, quod si aliquando videat, sed illud intuetur non nudum, sed operatum vtilitate, aut delectatione. In iudicio verò manifestam erit peccatum hominis omnibus. Hinc Iob. R. **Iob. 10.** relabunt caeli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum, apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei. Qualis tunc reprobi confusio erit, qui nunc confunditur, si vni hominum manifestum sit eius peccatum. Iustorum etiam peccata pandentur, quae in eorum conscientia scripta sunt, sed similia erunt figuris inimicorum occisorum, quos victor depingere solet in tropheum, & in signe gloriae suae, ad laudem victoris, qui peccatum superauit. Ostendet etiam Deus impijs peccati grauitatem, ac summam scditatem, quam prius non viderat, vnde desperatione obruentur.

Quartò apparebit praecipue peccati malitia summa, qua iusta redditur aeterna damnatio peccatorum, in cruce, & reliquis passionis insignijs, quae Angelorum ministerio colligentur, necut & corpora defunctorum. Damnabitur verò peccator Christi cruce multis de causis. Prima est, quia rursus ipse in se Christum crucifixit, & pro vili argenteo illum vendidit. Hinc Amos. **Amos. 2.** Super tribus sce leribus Israel. & super quatuor non couertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento iustum, & pauperè pro calceamentis. Secunda, quia cum viderint homines, tanto odio Deum exaruisse in peccatum, vt illud morte, ac cruce deleret, ipsi nihilominus peccata admiserunt. Tertia, quia tanto beneficio crucis ingrati extiterunt. Diciturque tunc illud Genesis. En sanguis eius exquiritur.

Cum ergo manifesta sit peccati malitia, & delinquentes manifesti, vt ipsi peccata sua dicant, sententia iusta a Christo procedit. Ite maledicti in ignem aeternum. Deuorabit tunc eos terra, & descendet in aeternas tenebras, vbi in aeternum cruci-

Aduent.

X

ciabun-

Simile.

Sap. 5.

Iere. 17.

Iob. 10.

Amos. 2.

Gen. 42.

ciabuntur, vbi maledicent parentes, amicos, se ipsos. Peccator A videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium peccatoris peribit. Ascendet autem Christus cum beatis in caeleste regnum.

Psal. 111.

Nunc autē opere pretium erit, oculos in terram conuerrere, eamque aspicere, postquam hæc facta sunt. Vbinam oppida, ciuitates, aulæ regiæ, horti, vineæ, oliueta, vbi denique omnia, quæ homines magnificiunt? Abiere vniuersa, nullus hominum in terra relinquitur, nulla ciuitas, nullus iudiciorum strepitus. Omnia finem accipient, solumque relinquitur duplex hominum genus, bonorum, qui cum Deo in æternam regnabunt, & iniquorum, qui in perpetuum igne torquendi sunt.

Nunc ad vos, ð mortales verba conuertam. Creditis ne ista, quæ dicta sunt? Certe fideli locus dubitandi relictus non est, hæc enim, quæ diximus, non ex proprio capite, non ex aliquo sanctorum collegimus, sed Dei verba sunt, & ad ð fidelia, vt cum ipse ea dixerit, addiderit. Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat quisq; pro vt gessit, siue bonum, siue malum. Cuncta, quæ fiunt, adducet Dominus in iudicium, & omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Post multum verò temporis venit Dominus seruatorum illorum, & posuit rationem cum eis. Denique hic est articulus fidei nostræ. Quem & ratio manifesta confirmat, cum enim homo liber sit arbitrio, ratio manifesta confirmat, cum enim homo liber sit arbitrio, ratio manifesta confirmat, cum enim homo liber sit arbitrio,

Lnc. 21.

*2. Cor. 5.
Eccle. vlt.*

Mat. 12.

Mat. 25.

Chrysoft.

rationem reddere tenetur eorum, quæ fecit, & cum plurima peccata in hac vita sine supplicio relinquantur, sicut plura iustorum opera sine præmio, manifestum est, post hanc vitam cuique reddendum, quod meretur. Vnde *Psaltes*. Si vtiq; est fructus iusto, vtiq; est Deus iudicans eos in terra. *Chrysostomus* homil. 13. in *Matthæum* arguit aduersus eos, qui negant iudicium futurum, hac ratione. Dic, ð homo, licet ingratus tu sis, & immisericors, si tibi esset seruus fidelis, & tibi obsequens è vita discederet, relinqueres ne eum sine honore sepulchri? Non, inquires. Cur ergo Deus relinquat seruos, amicos, ac filios charissimos sine honore, quem ab eis abstulit mundus? Nec

A Nec satis est, quod in cælis eis honorem restituat, cum in terra ab hominibus eis ablati sit. Iudicium ergo futurum, non solum fides, sed & naturalis ratio docet. Si ergo iudicandus es, ð homo, quid aliud magis expediens tibi esse potest, quam te ipsum iudicare, & Dei iudicium præuenire, & causam ab eo tollere, vt tu illius iudex sis. Si lis tibi est, & nosti iudicem aliquem non tibi adeo propitium, quæris, quo pacto causam tuam tradas iudici amico. Nunc ergo cum te noueris iudicandum, cur causam tuam non ipse iudicabis, ne à Deo iudiceris? An non *Paulus* ait, quod si nos metipsum iudicaremus, non vtiq; iudicaremur? Quæ ratione *Psaltes* ait, feci iudicium, & iustitiam, non tradas me calumniatibus me. Si verò tu oblitus peccatorum, ea non iudicaueris, iudicandus à Deo es. Hinc *Psaltes*, existimasti inique, quod ero tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam. Non quia nunc tacet, putes eum oblitum, nec reliquisse terram. Et ideo recte nõs admonet. Intelligite hæc, qui oblitiscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit, qui eripiat. Tantam ergo Dei misericordiam, ac iram attendetes, veniamus, & accedamus supplices ad thronum gratiarum eius, &c.

Psal. 118.

Psal. 49.

X 2

Feria
 2. Cor. 5.
 Eccle. vlt.
 Mat. 12.
 Mat. 25.
 Chrysoft.

Feria Tertia post Domini- cam Primam Quadra- gesimæ.

*Them. Domus mea domus orationis vo-
cabitur, vos autem fecistis illam spelun-
cam latronum, &c. Matthæi. zi.
Esaie. 56.*



NOMEN Mariæ est domus Dei, & domus ora-
tionis. Domus quidem Dei est, quia cum ille in
terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est,
Mariam sibi in domum regiam elegit, de qua di-
xit, hic habitabo, quoniam elegi eam, Magna pro-
fecto domus, ac inelyta esse debuit, quæ tanto Deo parata fuit.
Sapientia enim ædificauit sibi domum, quod si tantam do-
mum Adæ primo ædificauit. Quantam obsecro secundo, ac
cælesti Adæ ædificatam credemus? Simul autem domus est
orationis, in qua omnis, qui petit, accipit. Sicut enim Synago-
gæ datum est tabernaculum, in quo oraret, ita Ecclesiæ con-
cessa Maria est, in qua orans exauditur, ad eam ergo accedamus
salutantes Aue Maria:

*Baruc. 3.
Psal. 131.
Pro. 24.*
Psal. 238. Vniuersa dicta, & facta Christi digna sunt consideratione,
vt pote Dei opera, de quibus Psaltes ait, Mirabilia opera tua,
& anima mea cognoscat nimis. Sunt tamen aliqua, quæ ipsi
fiunt circumstantijs, vt maiorem exigant considerationem,
& huiusmodi sunt, quæ hodie facit, in quibus indignatio-
nem maximam ostendit, euertens mensas, effundens æs, &
latrones vocans eos, qui in templo erant. In nobis quidem
post peccatum insurgunt passionēs, & iudicium rationis
anteuertentes, nos turbant, at in Christo Domino fuit plenissi-
ma sub-

Ama subiectio appetitus ad rationem, adeo vt nisi ratione impe-
rante passio vlla non excitaretur. Et ideo in Christo impletum
est illud, quod Dominus Iob sanctissimo dixit, ipsi impossibi-
le; Deo autem facile erat. Numquid valebis coniungere micā-
tes stellas Pleyades, aut gyrū Arcturi dissipare? Septem stellas
Pleyades quæ vulgo dicuntur, *Siete cabrillas*, ita vnum efficiūt,
vt aliæ huc, aliæ illuc respiciant. Arcturum etiam vel cirus, ita
in circulum agit, vt iam quatuor eius stelle sursum, & tres de-
orsum, iam è conuerso sint. In quibus significatur hominis va-
rietas, ac mutatio, qui nunquam in eodem statu permanet,
sed iam ratio, quæ tribus constat potentijs, superior est, &
corpus, quod ex quatuor componitur elementis, inferius, iam
è cõuerso fit, vt corpus imperet, & ratio subijciatur. Sed clauū
huic gyro apposuit Dñs in Christo, in quo semper ratio suo
fuit in loco, imperas appetitui, & appetitus suū seruauit, subdi-
tus rationi, & ideo in Christo, non passionēs, sed propassiones
fuisse dicuntur. Cum ergo ira non excitaretur in illo, nisi impe-
rante ratione, mirum est, quod nunc mensas euertat, latrones
appellet eos, qui in templo erant.

Redditur autem hoc opus mirabilius, si benignitatem, ac
mansuetudinem Christi attendamus. Ille nanquam immuta-
bilis Deus, cum filium suum in terras destinauit, reliquit anti-
qua terroris nomina, & suauissima sumpsit. Hinc Paulus, Bene-
dictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater miseri-
cordiarum, & Deus totius consolationis. Qui enim ex crea-
tione accepit nomen Domini, cognoscant, quia nomen tibi
Dominus. Ex diuisione maris, & ex alijs mirabilibus nomen
omnipotentis, omnipotens nomen eius. Ex punitione iniquo-
rum Deus ultionum. Ex potestate suorum Dominus exerci-
tuum. Ex missione filij dicitur pater misericordiarum, & ideo
prius dicitur pater Domini nostri Iesu Christi, deinde pater
misericordiarum. Et Christus Dominus in visceribus miseri-
cordiæ apparuit hominibus, tener ac dulcis, vt significat Ezer
chiel, cum ait, Sumā de medulla cordi sublimis, & de summitate
ramorum eius tenerum, & plantabo illud in montibus Israel,
hic tener Christus est, tenerimus misericordia, ac amore, qui
descendit ad montes Israel, vt in sinu eorum illos nutret. Quo
Aduent. X 3 modo

modd. ergo hic tener, ac benignus nunc quasi homo furibundus ingrediens domum suam, cuncta euertit, & dure multos tractat?

Ps. 102.

Ve id explicemus, notandum est, Deo deberi adorationem patrie tanquam creatori, ac supremo Domino. Nec solum interiori cultu a nobis colendum esse, sed & exteriori. In omni etiam loco a nobis orandus, ac colendus Deus est, iuxta illud Psalmi. in omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino. Sed singulari ratione templa designata sunt, ac consecrata, non quod Deus eis indigeat, sed quia nos indigemus locis, in quibus prouocemur ad Dei laudes. Nec id in mundo nouum est, sed antiquum. Abraham enim altaria Deo erexit. Isaac, & Iacob. Et Moysi praecepit Deus tabernaculum fabricare. Dauid uotum uouit Deo, aedificaturum se templum Deo, & ad eius structuram innumeras congregauit diuitias, quibus postea Salomon magnificentissimum templum extruxit. Et orationem ad Deum fudit, ut essent oculi Dei aperti super domum illam, & exaudiret orantes in domo illa, & Deus respondit, eius orationem exauditam. Eruntque ait, oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Sed si conueniens fuit, ut olim templum esset Deo dicatum, nunc in lege noua per necessarium fuit. Cum enim inter nos manere uoluerit Christus in diuinissimo Eucharistiae sacramento, opus fuit templo, in quo ille habitaret, ad quod fideles omnes accederent ad sacrificium illud diuinum, ad Eucharistiam percipiendam, ad conciones, & adorationem, ut esset domus, in qua cum Deo negotia nostra tractaremus. Miserum sane est, fideles plures videre in plateis, ludis, & alijs in locis, templa uero deserta. Deum ne solum relinquis? Pauca tibi negotia sunt, quae cum eo tractes, quando ad eius domum non uenis.

3. Reg. 8. & 9.

3. Reg. 8. & 9.

Licet autem antiquo templo, tabernaculo, ac arcae testamenti plurimam uoluerit adhiberi reuerentiam, ut ex diuina scriptura saepissime patet, tamen templis nostris multo maior deberetur, propter praesentiam Christi, in diuino sacramento Eucharistiae. Idem hodie Christus factus facile colligit potest, qui enim plura peccata alijs in locis uident, commotus non est, dum in templo ea uideret, castigare non ualuit, sed tanta ira per-

osom

osom

osom

A citus est, ut illos dixerit latrones, & mentas subuerterit, res effuderit, quia ut alio loco dixit. Zelus domus tuae comedit me. Licet enim omne peccatum Deo sit odibile, sed ea praecipue, quae in templis fiunt, quia cum in eis singulari ratione ille inhabitet, coram eius oculis in eum peccare grauissimum est piaculum. Et eam modestiam in templo seruari uoluit, ut & mulieribus praecipiat Paulus caput uelare, dicens. Ideo debet mulier uelantem habere super caput suum, & propter Angelos. In quae uerba Anselmus multa, ac praecleara dicit. Primum, uelanda sunt capita mulierum in templis, quia adest ibi multitudo Angelorum, & ingratum est Angelis spectaculum, cum mulieres uident copatas, ac ornatas exterius. Sicut tu sustinere non potes, cum frigidissimum aliquid ob oculos tibi obijcitur, & illud procul tolli clamare, ita frigidum spectaculum est Angelis mulier copata, illam respicere non possunt, sed quemadmodum Iesu uidentem Iezabelem comitantem in fenestra, eam praecipitem dari iussit, sic Angeli sancti uidentes mulierem ornata, aiunt, tollite hoc hinc. Sed ais, hominibus ista placent. Ita sane, sed hominibus, qui sensu ducuntur, non qui ratione utuntur. Et ideo hic uerum habet illud Christi Domini, Quod altum est hominibus, abominatio est apud Deum. Propter Angelos ergo uelanda sunt capita mulierum in Ecclesia, & modestia magna seruanda, quia eis displicent nimium, & obscena spectacula putant, si uideant cultum nimium externum, quod enim Deo abominatio est, id ipsum & Angelis eius est abominabile. Secundo, ait Anselmus, propter Angelos uelanda mulierum capita, id est, propter sacerdotes, qui ea castitate esse debent, ut Angelicam puritatem imitentur, ut si fieri possit, nec cogitationem turpem habeant. Si enim ut panes propositionis daret sacerdos Dauidi, interrogat, an mundi sint puri, & mulieribus, quae puritate oportet eum esse, qui ad puritatis fontem quotidie accedit? Sacerdotem uero Angelum esse, manifeste docet Malachias dicens. Labia sacerdotis custodient scientiam, & lege requiret ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Dicitur autem sacerdos Angelus, quia sicut Angelus, boni animas custodit, & eorum negotia agunt apud Deum, & procuratores nostri sunt, offerentes bona nostra, orationes, ac uicem nostras Deo, ut ex pluri-

Ioan. 8.

1. Cor. 11. Ansel.

4. Reg. 9.

Luc. 11.

1. Reg. 21.

Mala. 2.

1. ma. 1.

X 4

ribus

in scriptura locis constat. Ita sacerdos curare debet animas ac eorum negotia apud Deum agere, procuratores sunt hominum, & ad hoc eis dantur a fidelibus decimæ, quasi stipendiū, ut procuratores agant. Vidisti aliquando procuratorem, ac negotiorum gestorem, qui stipendia plura recipit, nec tamen negotio tractat, nec operam suam eis impendit, annon illum surripere stipendia dicis? Id ipsum de sacerdote dici potest, qui redditus beneficiorum manducat, iudit, & insumit, & tamen negotio animarum non curat, nec cum Deo tractat. Propter hos ergo Angelos velanda sunt capita mulierum, ne illi vellevi cogitatione aliquid turpe concipiant.

Nunc ergo ad id, quod initio proposuimus de Dei benignitate, dico. Deum quidem benignum esse, at simul dulcis, ac rectus Dominus, misericors, & iustus, & ideo in peccatores vlciscitur. Vidit eum Ioannes veste candida, & facie lucente vti quam sol, sicut in transfiguratione visus fuerat, quasi animarū sponus, sed ex ore eius procedebat gladius ex utraque parte acutus, quo peccatores puniret. Sic etiam vidit eum Daniel, sed fluuius igneus rapidusque egrediebatur ex ore eius. Sed, o Domine, si iram in peccatores ostendere vis, cur extra templū non eam ostendis, sed à templo incipis? Ostēdit hac in re Christus, de ordinationem populi à templi deordinatione procedere, & ideo ut populus reformetur, reformandum prius templū esse. Et simul ostendit, peccata in templo commissa, & peccata sacerdotum illa esse ingratisima, ideo licet in Samaria, & Hierusalem plura viderit peccata, non ita acerbe egit, ac cum ea in templo vidit. Hoc ille significat, cum ait. Domus mea domus orationis vocabitur, & qui in ea sunt oratores esse oportet, non venatores, aut ludo incumbentes. Sed qua ratione templū dicit speluncam latronum? Certe ratione superius exposita, quia cum sacerdotibus stipendia tribuuntur, ut Deo soli, & animarum saluti vacent, si illi sibi intendunt, & gregem Domini non curant, latrones sunt. Sicut fur descendit pastor, qui stipendia pastoris usurpat, & gregem derelinquit. Si ergo plures huiusmodi in aliquo templo fuerint, illud participare poterit speluncam latronum. Dicit ubi etiam in latrones dici potuerunt sacerdotes illi Babyloni, qui singebant idolum

Apo. 1.

Danie. 7.

Dani. 14.

zudā
+ X
plu-

A plura comedere, & ipsi ea rapiebant, quæ Deo offeriebantur? Si cut ergo tunc illi ut latrones puniti à rege sunt, & Daniel eorum ostendit rapinam, ita nunc Christus sacerdotum rapinam ostendit, & à templo eicit eos, qui in illud veniunt solum, ut temporalia acquirant. Sic etiam illos prius carpserat, quod ab stulerint alimenta, quæ patribus à filiis danda erant, dicerentque licitum esse non subuenire parentibus, ut Deo offerretur in templo dona, quæ ipsi sacerdotes usurpabant. Hinc Amos ait. Vidi Dominum stantem super altare, & dixit, percutite cardinem, & commoueantur superliminaria, avaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam; non erit fuga eis, qui fugerint. Quibus verbis propheta euerfionē

Matth. 12.

Amos. 9.

B templi per Romanos factam vaticinatur. Ait ergo, vidi Dominum stantem super altare, quasi instaret operi, dixitque ad prophetam, ut Hieronymus vult, vel Angelo, ut Theodoretus, & Hieronimus aiunt, ut percuteret cardinem templi, significans templum ab imo esse euertendum, & superliminaria corruēt cum omnibus, quæ super illa erant. Sed quæ nam tantorum malorum causa est? Sanè, quod sequitur, avaritia in capite omnium. Avaritia, de qua sæpe carpit Iudæos Christus, dominabatur illi populo, ut patet, Matthæi 15. & 23. & Lucæ. 16. Propter illā denique Christum non receperunt, imo & occiderunt. Quæ in capite omnium esse dicitur, hoc est in principibus ut exponit Lyra, & interlinealis. Quæ etiam caput prb mente accipit, ac si diceret, avaritia est in mēte omnium. Vel phrasis hæc, avaritia in capite omnium significat, avaritiam omnibus fuisse dominatam, omnesque vicisse. Nam scripturæ phrasi dicitur victor in capite esse, ut Threnorum 1. Facti sunt hostes eius in capite. Manifeste vero testatur sacerdotum avaritiam, quod permittiebant, imo volebant in templo esse numularios, vendentesque columbas, & alia similia, propter ipsorum horum, quod inde percipiebant. Sicut ergo vidit Amos Dominum adeo iratum, ut templum euertere faceret, hæc de causa, ita nunc eadem templum ingrediens, eicit vendentes, & numularios, cito post hoc euerfurus funditus templum illud. Deinde hoc factum ostendit Dominus exemplar prælati, pro

Hiero.

Theod.

Rusi.

Matth. 15.

Luc. 16.

Lyra.

Thre. 1.

D. 1000

principibus, vt sciant, quomodo se gerere debeant. Mansuetus ille venit, sedens super asinam, sed videns publica peccata illa passus nequaquam est, nec dissimulauit. Ita ergo prælatus mansuetus sit ad omnes, sed peccata publica tollant de medio, nec puluillos ponant sub cubitis peccatorum. Ita se præstare ait Psaltes. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Erat quidem Moyse mansuetissimus super omnes, qui habitabant in terra, nihilominus videns populi idololatriam zelo succensus euaginat gladium, & idololatrias percussit. Et Elias trucidat quadringentos sacerdotes Baal. Cum mitteret Deus Ezechielem, vt populo prædicaret, præcipit, vt deuolet librum in quo scriptæ erant lamentationes, & væ, non Alleluia. Vellēt quidem homines, vt prædicatores manducarent libros, in quibus Alleluia, ac dulcia continentur, sed non id Dominus voluit. Hoc verò deplorabat Hieremi. cum ait. Stupor, & mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ prophetabant mendaciū, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia, quid igitur fiet in nouissimo eius. Mirabilia dicit se vidisse maxima, ita vt stupore hæreret. Sed quæ nam illa? Sanè, quod prophetæ mendacia populo prædicarent, ac dicerent posse Deum facile placari, nec iram illius timendam, sed gaudendum hominibus esse, quia Deus misericors, & benignus est, & viam cæli latam prædicant. Sed quid ad hæc sacerdotes dicunt? Certè ipsi adeo crucis inimici sunt, vt plaudant manibus, ac dicant, hic optimus prædicator est, qui vitia nostra non arguit, qui nos coram populo honorat, qui non lamentationes, vt Hieremias, sed dulcia proponit cantica, qui non fodit parietem vt Ezechiel, vt videat, ac manifestet abominationes nostras. Hic princeps noster esse debet, qui tanquam Absalon nos complexitur, & osculatur, non Daniel, qui idola nostra euertit, qui draconem interficit. Non concionetur apud nos Esaias, qui nos dicit principes Sodomæ, & Gomorrhæ populū, qui ait, debere nos esse argentum probatum, versus tamen in scoriā esse. Nec verò volumus, vt nobis sit concionator Amos qui nobis dicit. Væ vobis, qui opulenti estis in Siō, optimates, capita populorum ingredientes pompaticè domum Israël, qui

sepa-

A separati estis in diem malum, qui appropinquatis folio iniquitatis, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulū de medio armēti, qui canitis ad vocem Psalterij. Non ista nobis placent, cum enim dicit prædicator, laute nos comedere, preciosis vestiri, argenti copiam congregare, pauperum curam a nobis non haberi, aspera nobis loquitur, ac dura, ille optimus est prædicator, qui ea tacet, & vitia dissimulat, nosque laudat. Nolumus prædicatorem Sophoniam, qui statim Dei iudicium proponit, dicens. Scrutabor Hierusalem in lucernis, dicit non profuturas diuitias in die ultionis. Eadem ratione repulsus est Christus a Phariseis, quia templum ingreditur, ac flagellum facit, vt vitia corrigat. Non ista eis placent.

B Sed iam literam Euangelij explicemus, in qua ea, quæ diximus, manifesta reddentur. *Cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas dicens, quis est hic? Cum Iesus mundum intrauit, commotus est vniuersus mundus.* Sic enim Aggeus ait. Adhuc modicum, & ego commouebo cælum, & terram, mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Et Psaltes ait. Vidit, & commota est terra, montes sicut cera fluxerunt a facie Domini. Maxima profecto commotio facta in mundo est Christo in illum intrante. Cæli quidem moti sunt, prælatitia gestientes, videntes Deum hominem factum, cum facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deū. Terra etiam mota est, primum bellis innumeris, quæ præcesserunt Christi aduentum, & descriptione facta ab Augusto, & alijs pluribus illius temporis mirabilibus. Demum commota est vniuersa terra idolis deiectis, Iudæis reprobatis, gentibus ad Deum conuersis, sole obscurato, terra tremente, mortuis re-

Et mundus tunc merito dixit. *Quis est hic?* Si enim Maria de cælo descendente, dicunt Iudæi, quid est hoc? Quid mirum, si Christo descendente, dicat mundus, quis est hic, qui tanta operatur? Quidam, vt in Actibus dicitur, dicebant, quæ nam doctrina hæc noua? Nec mirum, quia Christus

Psal. 100.

Exod. 33.

3. Reg. 19.

Ezech. 3.

Hierem. 5.

Esai. 12.

Amos. 6.

Soph. 2.

Agge. 2.

Psal. 17.

Luc. 2.

Exo. 16.

Acto. 17.

Ius

Rus homo nouus est, & omnia, quæ ad eum pertinent, noua A sunt, & super omnem naturam, & ideo miratur vniuersa natura. Cum Salomon apparuit sapientia præditus, mirantur omnes, & ad eum videndum vndique confluunt. Sed ecce plusquam Salomō hic: ille tanquam de terra, de terra loquitur, sed qui de cælo venit, cælestia loquitur. Cum videat mundus, naturæ leges innouari, virginem parere, dæmonia exire ab hominibus, diuitias contemni, an non merito dicat, quis est hic? Et hac ratione infideles peccant, vidētes tot veritatis testimonia, nec interrogantes, quis est hic? si enim interrogarent, discerēt vtiq̄ue, & Christum agnoscerent.

Psal. 6.

Sicut ergo mundus commotus est Christo in illum intrante, & nunc Hierosolyma, ita cum in animam ingreditur, com- B mouetur vniuersa ciuitas. Hinc Psaltes. Conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde. Sæpe etiam repetit. Cor meum conturbatum est. Tunc enim committitur pugna inter Christum & fortem armatum, & eius vasa diripiuntur. Tunc Dagon in terram deijcitur coram arca, tunc vetus homo moritur, & nouus resurgit, quo pacto non turbetur cor, ac dicat, quis est hic tantarum nouitatum author? Sic enim Paulus deiectus in terram, ait, quis es domine? Eijcit tunc à templo suo Christus vendentes, ac ementes, numulariosque, quoniam superfluas mundi curas, & solitudinem temporalium à corde tollit, quid mirum, si commouetur cor? Sed forsitan ais. C Cum ego ad Deum conuertor, non sentio hanc commotionē.

Ioel. 2.

Psal. 50.

Psal. 37.

Euse.

Ita sane pluribus accidit, sed hi iure dubitare possunt, an pleno corde ad Deum conuertantur. Audi veram in Deum conuersionem ab ipso descriptam. Scindite corda vestra, ait Ioel. Et Psaltes. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Et iterum. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectū meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Eusebius Emislenus homilia quibusdam ait. Multo opus est gemitu; multo fletu, multo dolore cordis ad sanandos ipsius cordis dolores. Qui ergo videt cor suum integrum esse, non contritum, cur non timeat? Si cor non commouetur, Christus ciuitatem non intrauit.

Multa

A Multa cura adhiberi solet à fidelibus, cum confiteri dispo- nunt, vt examen peccatorum faciant, & iure id quidem, sed parua, aut nulla adhiberi solet in eo, quod est præcipuum, in mutatione, scilicet, cordis, in contritione, ac firmo proposito nouæ vitæ inchoandæ. Hoc enim est, quod hominem nouum reddit, sicut de Saule dictum est. Infiliet in te spiritus Domini, & mutaberis in virum alterum, quia tantam efficit mutationem hic diuinus spiritus in homine, vt alter vir appareat, vt iure dici possit. Hæc mutatio dexteræ excelsi. In vero pœnitente illud efficitur, quod Psaltes ait. Intonuit de cælo Dominus, & altissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis, & apparuerunt fontes aquarum, &c. Accidit enim ei, quod viatori accidere solet noctu viam agentis, B qui in spelunca quiescit, sed mane luce perfusa spelunca videt se inter serpentes commorantem, ac fugit inde territus, nec illuc reuertetur vnquam, expauescit enim, quod viuus inde prodierit. Sic quasi à facie colubri fugit peccatum, qui diuina luce perfusus est, & qui in tenebris ambulans in peccato diu iacuit, inde surgit, & nullus eum reducere poterit in peccatum, vel in peccati occasionem, quia diuina luce periculum suum vidit. Qui vero hanc in se non experitur mutationem, ac commotionem, sed facile redit per viam publicam, in qua ei peccati occasio est, non plene vidit animæ suæ periculum.

Intrauit Iesus in templum. Quasi in domum suam venit in templum, est enim domus Dei, & sicut tu cum venis in ciuitatem, ad domum tuam primum diuertis, ita Iesus Hierosolymam veniens ad templum diuertit. Simul vt nos doceat illud frequentare, ac reuereri. In eo autem. Accesserunt ad eum cæci, & claudi, & sanauit eos. Vt se ostenderet Messiam, ea perfecit, quæ Elaias prædixerat. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus. Pharisei indignati sunt. Chrysostomus ait. Quando columna recta est, licet pondus superponas, non decidit, imo firmiter stat, si vero inclinata sit, facile cadit. Ita diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ex omnibus sibi fru-

Cum

1. Reg. 10.

Psal. 76.

Psal. 17.

Simile.

Esai. 35.

Chrys.

Simile.

Psalm. 77.

ctum colligit. At vero Pharisei, & scribæ columnæ erant in-
 clinatæ, iuxta illud Psalmi, quemadmodum patres eorum
 conuersi sunt in arcum prauum, ideo licet beneficia Deus eis
 super imponeret, ipsi inclinabantur magis in malum. Multi
 enim similes araneis sunt, quæ in venenum omnia vertunt, ex
 omnibus perniciem sibi colligunt, etiam ex Dei misericordia.
 An ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te expectat?
 Tu autem secundum duritiam tuam, & impœnitens cor thesau-
 rizas tibi iram in die iræ.

Rom. 2.

Relictis illis abiit foras. Quasi desperatos eos deserit cæle-
 stis medicus, videns nulla medicina abhibita eos proficere.
 Hinc Esaias. In quo percutiam vos vltra addentes præuarica-
 tionem? Si cum flagellatur seruus, quia facinus commisit, illud
 tunc iterum committit, qualis erit correctionis spes? Ideo
 Hieremias ait. Frustra multiplicas medicamina, sanitas non
 erit tibi. Cauendum homini maxime est, ne à Deo relinqua-
 tur, ac deseratur, tunc enim mors animæ prima est, cui se-
 cunda mors succedit æterna. Et ideo monet. Erudire Hie-
 salem, ne forte recedat anima mea à te, & ponam te terram
 desertam. Nullam verbum durius, quam recedero

Hier. 46.

Hier. 6.

Deum ab homine, hoc verbum est aspe-
 rum ac pertimescen-
 dum, &c.

Feria

A Feria Quarta post Domini cam Primam Quadra- gesimæ.

*Thema. Generatio praua, & adultera sig-
 num querit, & signum non dabitur ei,
 nisi signum Iona Propheta, &c.
 Matthæi. 12.*



Ignorū genera plura sunt, alia signa pacti
 vt arcus datus Noe, circuncisio Abrahæ,
 alia timoris, qualia erunt in sole, luna, &
 stellis, alia spei, & misericordiz, cuiusmo-
 di plurima signa Dominus mundo dedit,
 sed omnium maximum Maria est, de qua
 dicitur, signum magnum apparuit in celo,
 mulier amicta sole. Et Esai. dabitur Do-

Apoc. 12.

Esai. 7.

Ephem.

minus ipse vobis signum, ecce virgo concipiet. Vnde sanctis-
 simus Ephrem eam salutat, aue præstantissimum orbis terræ
 miraculum. Vt ergo alijs Christi Domini signis in salutem
 nostram vt nouerimus, Mariam adcamus vt nobis gratiam im-
 petret.

Cum habitus, qui in intellectu sunt, voluntate non soleant
 indigere, tamen fides, quæ in ipso est, voluntate eget, sine qua
 vt oportet, non credimus. Inde Aug. sine volūtate intellectus
 omnia potest, credere verò non potest, potest quidem intelle-
 ctus sine voluntatis auxilio scientias acquirere, demonstra-
 tiones efficere, opinari, sed rebus fidei assentiri, vt debet, ne-
 quaquam. Cum enim ea, quæ fide proponuntur, altissima sint,
 nec euidenti ratione demonstrètur, & maxima firmitate credi
 oporteat, necessarium est auxilium voluntatis, quæ in captiui-
 tatem

Aug.

tatem redigat intellectum in obsequium Christi, ad fidem ergo necessaria est pia voluntatis affectio in proponentem credenda. Ex quo sequitur firmissimam esse fidem in intellectu, quando est charitas in voluntate, tunc enim est maxima pia affectio, sicut cum diligimus ex corde doctorem, maxime assentimur eius dictis, & sententiæ, si verò charitas absit, fides quidem manere potest, quia aliqua pia affectio adhuc durare potest, sed debilis & informis, similisque molæ iam excarnificatæ, cum vero omnis pia affectio discesserit, fides omnino perit. Hoc scribis, & Phariseis contigerat, qui nulla pia affectione erga Christum præditi erant, ideoque ei nequaquam fidem adhibebant, sed visis pluribus signis, nunc denuo signa petunt. Iudei signa petunt, Græci sapientiam querunt, quia nulla pia affectione voluntatis iuuantur, ut credant.

1. Cori. 1.

Hebre. 4.

D. Tho.

Deut. 29.

Simile.

Exo. 7.

Ioa. 5.

Multi quidem viderant, & audierant, sed eis contigit illud Pauli, non pro fuit eis sermo auditus non admittus fidei, id est, non creditus, dicitur vero non admittus fidei ut ibi notat D. Tho. quia sicut ex intellectu & intellectu fit vnum, ita ex corde credentis & ipsa fide formata fit vnum. Ijs vero scribis illud contigerat, quod eorum patribus contigisse Moyses ait, vos vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Aegypti Pharaoni, signa illa, portentaque ingentia, & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures, quæ possent audire usque in præsentem diem. Quod si cor intelligens, & oculos videntes quis non habeat, licet innumera videat mirabilia, non proficiet. Similisque efficietur ei, qui in triclinium regis intraret, ubi vniuersa pretiosa sunt, sed oculi ei clauderentur, ne eis frui possit inspectis. Stupenda mirabilia vidit Pharaon, quæ Moyses coram eo patrauit, ad quem miranda illa verba Deus dicit, ecce constitui te Deum Pharaonis, sed ea omnia intuitus est corde non intelligente, sed duro, atque adeo ut ea calumniaretur, inspexit, vocans magos, qui similia patrarent, & nihilo melior factus est. Sic Scribæ & Pharisei diuina Christi verba audierant, & opera viderant, de quibus dictum est, si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, sed cor intelligens non habuerunt, ideo tantum abest, ut signis vis pro-

A sis proficiant, ut inde ansam, ac occasionem caperent Christum crucifigendi, dicentes, quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Sicut enim multa præclara obsequia præstabat David Sauli, sed nunquam rectis oculis illum aspiciebat pro sua mala voluntate, sic se cum Christo Domino Pharisei, & Scribæ gerebant, qui nunc aiunt, volumus à te signum videre. Sed imitatores suos nunc habent Scribæ & Pharisei, qui etiam signa petunt, sed qui nam illi sunt? illi certe, qui ex corde iniquitatem diligunt, exterius quidem speciem pietatis habentes, sed interius virtutem eius abnegantes, & signa petunt, non ut conuertantur, sed ut iniquitatis, & peccati sui excusationem prætendant, dicunt enim, velim ego iustus esse, & si eis dicas, cur ergo non es? aiunt, debilis, infirmusque sum, & si Deus in me signum, ac miraculum non faciat, nihil vnquam proficiam. Hi signum petunt, non ut iniquitatem relinquunt, diligunt enim magis tenebras, quam lucem, sed ut hanc peccato excusationem inueniant, vel si à peccatis eis recedendum esset, vellent, sine vlllo labore, ac difficultate id effici, vellent aliquem mortuorum eis apparere. Habent Moysen, dictum est diuini, tibi verò simile dicitur, habes Christum, signum Ionæ, nec aliud signum huic simile expectari potest. Christus tui ergo in cruce est, in eo tibi vires sunt, si eo uti velis? Quod si signum hoc probè inspicere noueris, licet duritia lapidem imiteris, confringeris tamen, lapides Christo in cruce posito fracti sunt. Attende in hoc signo Ionæ, in Christo in cruce posito, quam sit malum peccatum, quod Christum Dominum tantis miserijs, ac doloribus crucifixerit, & sic in eum ira patris desæuerit, quia se contra ipsum proposuit inter patrem & homines. Mirabile planè illud quod David memoriæ prodidit in statua effectum, ut quam libet esset magna, atque præclara, parvulo lapide contrita, & in cinerem versa est. Sed in Ionæ signo mirabilius aliquid videbis, attende Deum maximum, infinitum, omnipotentem, qui tamen parvulo pomi ab Adam surrepti percussus contritus est, & mortuus, an non hoc stupendum amplius, quam statuam euersam? an non hinc

Aduen. Y nobis

Ioan. 11.

1. Reg. 18.

Dani. 3.

nobis timendum? si peccato locum damus? Quod si tanta ira
 nō emolliris, adhuc in hoc Ionę signo ignis amoris est ingens, **A**
 vt liquefias, quamuis es sis. Attende infinitum Christi amo-
 rem, ne in te defuiret diuina ultio, ne gladius Dei te confige-
 ret, illa se medium posuit, & gladij ictum suscepit, & vi-
 tam dedit, ac sanguinem, vt tu viuas. Cuius vt amoris
 vim intelligas, hoc vtar exemplo. Grauisime Petrum læsisti,
 qui merito tibi inimicus est, & vitam tibi eripiat meritis, qui
 tamen adeo benignus, & misericors est, sic te diligit, vt vi-
 dens Ioannem inimicum tuum te confodere, ac omnino
 interimere, ipse licet læsus & offensus à te, opponit se me-
 dium, & ne tu feriaris, plura ille vulnera recipit, ne vitam
 amittas, suam libenter pro te exponit. An hunc poteris odio
 prosequi? an poteris contra illum gladium lenare? an poteris **B**
 cum Ioanne tibi inimico foedus inire, vt ambo Petrum tam
 tui dilectorem & defensorem interficiatis? nunquam id in
 mundo visum est facinus? Sed ecce illud tu perpetras,
 grauiter in Christum peccasti, grauiter eum læsas, ac
 offenderas, ille vero adeo tu iamans extitit, adeo bonus na-
 tura sua, vt cum videret, dæmones inimicos tuos pugnare
 in te, licet inimicus tu illi esses, ipse tamen tu iamantissimus
 pugnavit pro te contra dæmones, sanguinem pro te fudit,
 liberauit te, tu vero nunc cum dæmone pactum inis,
 cum morte foedus pacisceris, vt Christum denuo occi-
 das, & dæmonem iuues, vt Christum interficias. O homi-
 num ingrattissime, & scelestissime, quo corde tantum **C**
 tras facinus? tantam proditorem moliris? Si hoc signum
 tibi satis non est, vt in mentem redeas, signum aliud **non**
 dabitur tibi, super hoc enim nullum est, nec vero **da**
 test.

Alij etiam peccatores signa petunt, vt in Deo **re-**
 deant, qui, scilicet, putant, se fame conficiendos, si
 Deo adhæreant, vellentque, signo aut miraculo à Deo paci-
 ei, hi etiam dicunt. *Volumus à te signum videre.* Inquire à la-
 trone à meretrice, ab vsurario, qua ratione innumera peccata
 committat, & dicet tibi, si hoc non egero, fame peream, da
 tu mihi cibum, & non peccabo. His vero sic Sapiens lo-
 qui-

Simile.

Sap. I.

Aquitur, sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cor-
 dis quærite illum, quoniam inuenitur ab his, qui non tentat il-
 lum, apparet autem eis, qui fidem habent in illum. An tu
 Deum peruersum putas, & mali ingenij esse? palcet te inimi-
 cum, & derelinquet filium? an tu sentis de Deo in bonitate?
 vere apparet his, qui fidem habent in illum, Ionas ei inobe-
 diens est, quia putat eum adeo bonum, vt continuo ignoscat
 Niniuitis, tu eum offendis, non credens adeo bonum esse, vt
 tuæ accurrat necessitati. Sed ais, petui ab eo aliquando tem-
 poralia, nec mihi continuo accurrat, sine dubio dabit, si velis
 primum quærare regnum Dei, & iustitiam eius, sed aliquando
B paulisper differt, non vt neget, sed vt commodiori, ac conue-
 nientiori tempore concedat. Quemadmodum mater paru-
 lo filio infirmanti & aquam petenti, non statim concedit, nec
 enim illi expedit, cum expediens fuerit, dabit, interim tamen
 profert filio pretiosa quæque, aurea, & gemmas, vt eis dele-
 ctetur, dum tempus adest, quo ei aquam optatam sine villo
 discrimine donet. Sic sæpe temporalia à Deo petis, quæ
 nuac tibi non expediunt, differt Deus in tempus conue-
 niens, interim spiritualia tibi dona concedit, quæ pretiosio-
 ra sunt. Si ergo signum quæris, quo certus sis, temporalia
 tibi danda, cum tibi fuerit expediens, en signum Ionæ,
 quo de hac re certus esse poteris. Audi Paulum ex hoc sig-
 no illud colligentem. Qui proprio filio suo non pepercit, **Rom. 8.**
C sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum
 illo omnia nobis donauit? Adeo certus de hac re hoc signo
 Paulus redditus erat, vt non donanda dicat, sed donata, non
 ait donabit, sed donauit, qui sanguinem & vitam tibi dedit, qui
 semetipsum in diuinissimo Eucharistiæ sacramento tradit,
 quo pacto temporalia, vilia, & nihil negabit? Signo Ionæ cer-
 tos nos reddidit.

Sed hi, quos hucusque diximus, similes Pharisei sunt pecca-
 tores signa petentes, alij verò sūt pij, qui etiã signa petunt, quibus
 etiã signo Ionæ satisfaciendum nobis est. Aliqui enim sunt,
 quibus peccati deformitatem Deus aperuit, ac manifestam fe-
 cit. Cū delectatione peccati facies operitur, non ita deformat
 apparet, fucus enim ille illud ornat, at verò cū De^o ipsū peccatū

Simile.

ostendit homini, vt in se est, abominandum omnino apparet, A
& nihil eo turpius excogitari potest, cumque illud anima in
se videat, deficere solct, ac penè exanimari, quasi ille qui lethale
in se videt vulnus tumens, non circū ligatum, nec fotū oleo,
dicitque cum Plal. dereliquit me virtus mea, & dñm̄ oculorū
meorū & ipsum nō est mecū, & cū se videat indignā diuino au
xilio putat sibi cōcedendū nō esse. Cui si dixeris, Deus tibi ade
rit, ne pauas dicit, qua in re illud ego videbo? vnde certus red
dar diuinū mihi affuturū auxiliū? hoc est, volumus à te signū vi
dere. Huic dicā, signū illud datū Ionæ prophetæ, quod adeo
magnū est, vt simile excogitari nequaquā possit, tradit⁹ est prop
ter delicta nostra, resurrexit propter iustificationē nostrā. Quid
enim dubitari potest nobis affuturū auxiliū ab eo, qui vt nobis
auxilio esset, vitā dedit? Sed ais, nō mereor hoc auxiliū, ita est, B
nō mereris, nec prima gratia merito tuo cōcedēda est, sed Chri
Dñi, alias gratia nō esset, eā tibi concedendā, si velis, ostendit
manifestè signum Ionæ. Quod quantū sit signū ex alio minori
colliges signo, plorat Lazari causa, & dicunt Pharisæi, ecce quo
modo diligebat eū, si solū lacrymas fundere signum est amoris
in Lazarū, qui peccatorē obstinatū representat, quod nā erit sig
nū in cruce lachrymas fundere, & sanguinis riuos? an non hoc
signū immēsi amoris? satis est hoc signū, vt omnē auferat timo
rē, ac pusillanimitatē, & cū dæmonē te trepidare fecerit, dicēs,
te à Deo derelinquendum, memorare huius signi, quo animū,
viresque recipias. Hoc signum Deus mūdo dedit, quo certus ef
set nō vltra futurū diluuiū dissipans terrā, ponā, ait arcū meum
in nubibus, & recordabor fœderis mei vobiscum, & c. Sed Ec
clesiæ concessus est arcus alter insignior, cuius ille figura fuit,
qui Christus est Dñs. Efficitur enim cælestis arcus, cū vmbro
sa quēdā & opaca nubes imbrīūq; minutissimis aspersa guttulis
soli se è regione opponens, sic illam inuadit, ac varie sua luce af
ficit, vt recepto in nube lumine, posteaq; refractō, varijs tū co
loribus suffundatur, tū præcipue puniceo, viridi, purpureo que
notet. In quo quis nō videat, expressam esse imaginē hui⁹ diuini
arcus, in quo æternū illud diuini verbi lumē ab splēdissimo illo
sole, totiusque diuinitatis fonte iam inde ab omni æternitate
generatum, in humani corporis artubus, quasi in opaca & vmbro
sa

Psal. 37.

Rom. 4.

Ioan. 11.

Gen. 9.

A brosa nube receptum est? Quis præterea non animaduertat, in
tanta illius arcus diuersitate colorum adumbratam fuisse, nec
sanè leuiter humanæ naturæ pulchritudinem, ac cælestium il
lam diuinorumque munerum varietatem, qua suis vt colori
bus ornanda erat, cum illam sibi Deus copularet, atque con
iungeret? Christus ergo Dominus in cruce arcus est, quem
inspiciens pater placatur humano generi, & libenter peccatori
ignoscit ob mediatorem talem, ne verò adinventionem hanc
meam puteris, audite Deum ipsum per prophetam hoc apertif
simis verbis ostendentem. Sicut in diebus Noe istud mihi est, *Esa. 54.*
cui iuravi, ne inducerem aquas diluuij vltra super terram, sic iu
raui, vt non irascartibi, & non increpem te, montes enim
commouebuntur, & colles contremiscent, misericordia au
tem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur,
dixit miserator tuus Dominus, pauperula paupertate conuul
sa absque vlla cōsolatione. En loquitur Dominus animę pusil
læ, pauperi, conuulsæ, sicut ait in diebus Noe iuravi, non dissi
pare amplius terram, & huius dedi signum celi arcum, ita nūc
iuravi, misericordiam meam non tibi defuturam, vt huius sig
num Christus Dominus est, verus arcus cælestis signum Ionæ.
Quod cum ita sit meritò nos Sapiens monet, vide ar
cum, & benedic eum, qui fecit illum, valde speciosus est in
splendore suo. Multa De⁹ dedit signa misericordiæ suę in eum,
qui ad eum cōuertitur, vt in prodigum, sed super omnia signa
signum est Ionæ, arcus cælestis Christus, quo dato signo iam
fas non est dubitare de hac re. Ante quam hoc signum mundo
daretur, loquitur Deus per prophetam populo suo, dic, ait, ad
domum Israel, sic loquuti estis, dicentes, iniquitates nostrę &
peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus, quo
modo ergo viuere poterimus? Dic ad eos, viuo ego dicit Do
minus Deus, nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius
à via sua, & viuat, conuertimini à vijs vestris pessimis, & qua
re moriemini domus Israel? Si hæc dominus dicebat, cum
signum Ionæ non aderat, nisi spē, nunc quando re ipsa datum
est, quis desperet? Signum ergo tibi datum hoc est libertatis
tuę, sicut Achaz datum est, dominus dabit vobis signum, ec
ce virgo concipiet, & c.

*Esa. 54.**Eccles. 43.**Eze. 33.**Esa. 7.*

Aduent.

Y 3

Alij

Alij etiam pij signum petunt, hi, scilicet, qui viam Dei in-
 gessi sunt, sed medio in itinere tempestas ingruit, tentatio ad-
 est, Deusq; abesse videtur, longeque recessisse, & ideo animum
 deponunt, putantque se à Deo de relictos, nec eos ministros ha-
 bere velle. Quibus si dicas, viriliter agite, & confortetur cor
 vestrum, Deus vobis aderit, si speraueritis in eum, illi dicunt
 qua in re illud ego videbo? hi etiam dicunt, *Volumus à te sig-
 num videre.* Quibus nos dicimus, summum huius rei signum
 eis datum in signo Ionæ prophetæ. Audi rationē te cōstringē-
 tem, tanta fuit bonitas ac amor in Christo Domino, vt te ini-
 micum sanguine suo redemerit, te vocauerit, & iustificauerit,
 & nunc cum amicus illius es, te deseret? Attende fiduciam
 Ionæ, cum esset in ventre ceti, & ego dixi, abiectus sum à con-
 spectu oculorum tuorum, verum tamen rursus videbo templū B
 sanctum tuum. Cum à bestia deuoratus in profundum maris
 descendisset, hæc orauit, sperauit, & obtinuit, tu ergo spera in
 Domino, fac bonitatē, videbis iterū faciem eius cū iubilo, ipse
 enim deducit ad inferos, & reducit, qui post tēpestatem trāquil-
 lū facit, & post fletum exultationē infundit. Sed ais, dereli-
 ctus nunc sum, sit ita, in cruce nunc es, sed post crucem refur-
 rectio est. Hoc signum Ionæ loquitur, ne ergo similis sis
 Israeli, quem à seruitute Aegyptiaca Dominus liberauerat in
 manu potenti: & cū in deserto esset, viso aliquo discrimine, cō-
 tinuò putat, se à Deo derelictū, & in desertū ductū, vt ibi pe-
 reat. Si te Dñs odio prosequeretur, relinqueret captiuū in de-
 monū potestate, eripuit te de potestate tenebrarū, diligit ergo
 te, & si in cruce ponit, cōtinuò resurgere te faciet. Sed ais, C
 oblitus est mei Deus, simile loquebatur Sio, vt Esaias ait, dixit Sio,
 dereliquit me Dñs, dominus oblitus est mei. Sed audi respōdē-
 tem Dominū, nūquid obliuisci potest mulier infantē suū? vt
 nō misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego nō obli-
 uiscar tui, in manib⁹ meis scripsi te. Quæ vltima verba nūc in
 signo Ionæ veritati omnino reddita sūt, in cruce enim, scripsit
 nos in manib⁹, vbi calam⁹ clauis fuerit, atramentū verò sanguis.

Sicut ergo petētibus signum Phariseis mors & resurrectio
 Christi supremū signū datur, ita omnibus fidelibus supremū
 signū Christi mors & resurrectio est. ¶ In quib⁹ etiā verbis, sig-

A num non dabitur ei, nisi signum Ionæ, aduertēda maximē diuina
 bonitas plus præstans, quā petatur, & meliōra, quā à nobis optē-
 tur. Petūt hi signū, vt Lucas explicat de cælo, vanū aliquod præ-
 stigiū, vel ignē forte descēdere, qui eos cōbureret, nō hoc sig-
 num illis præstat, sed quod illis cōueniētissimū est. Sicut petit
 puer à patre ignē, aut gladiū, & dat illi panē, aut pomū. Saluator
 Christus Dñs est nescit nisi signa salutis dare. Petierūt aliquan-
 do discipuli hoc signū de cælo ignē descenderet, quod hodie
 hi petūt, ignē, scilicet, in Samaritas venire, quibus Christ⁹ Dñs
 respōdit, nescitis cuius spiritus sitis, filius hominis nō venit ani-
 mas perdere, sed saluare. Ostēdit etiā Christus Dñs, superabun-
 dātius ipsum facere, quam petimus, aut intelligimus, petebant
 hi signū de cælo Christus vero eis cōcedit signū diuinū, signū
 de Deo ipso, mortē & resurrectionē Dei. Quando ergo à Deo
 petis, quod tibi cōueniens est, tribuit ille, si panē petis, non la-
 pidē accipies, si piscē nō scorpionē, & ampliora recipis quā ore,
 si vero petas, quæ noxia tibi sunt, non ea pater cælestis cōcedit
 sed eorum loco ea dat, quæ tibi proficua sunt, & non petēti bo-
 na plura cōcedit vt Achaz.

Adijcit vero Christus. *Viri Niniuita surgent in iudicio, &c.*
 In iudicio omnia peccata damnanda sunt à iustis, aliqua vero
 ita sunt à ratione aliena, vt nō solū à iustis dānanda sint, sed etiā
 à peccatoribus, qui irridebūt illas, qui ea perpetrarūt, quia eorū
 cōparatione etiā impij iusti apparebūt. Tale peccatū horū Pha-
 risæorū erat, in quos Niniuitæ, & regina Aultri consurget, &
 eos cōdēnabit. De quibus manifeste loquitur Psal. dicēs princi-
 pes conuenerūt in vnū aduersus Dñm, & aduersus Christum
 eius, qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subsanna-
 bit eos. Irridendi & subsannandi hi sunt. De similibus etiam lo-
 quitur diuina Sapientia, despexistis omne consilium meum, &
 increpationes meas neglexistis, ego quoque in interitu vestro
 ridebo, & subsannabo, cū vobis id, quod timebatis, aduenerit.
 Et Psalm. tu Domine deridebis eos, & ad nihilū deduces om-
 nes gentes. Hæc irrisio, & subsannatio metaphorice Deo tri-
 butur, sicut reliqua corpus spectantia, vt seueritas diuinæ iusti-
 tiæ, & punitionis exprimat, qui cum à deo sit misericors, vt
 deleturus hominem, tangi dicatur dolore cordis intrinsecus, Gen. 6.

Simile.

Luc. 12.

Esai. 7.

Psal. 2.

Prou. 1.

Psal. 58.

Gen. 6.

evult enim omnes, saluos fieri, aliquorū tamen criminiibus sic irritatur, vt læsa patiētia, & in furorē verfa, irrideat, ac subfannet impiōs, dum igni æterno traduntur. Crudelis iudicaretur nunc princeps ille, qui aditans neci malefactoris, rideret, irrideretque, ac subfannaret morientem, sed Deus absq; crudelitate id faciet. Tanta est aliquorum criminum malitia, vt illud cōmereantur. Irrisio ore fit, subfannatio naso, vt notant August. & Hieron. quia fanna significat sonitum narium, inde subfannare, quod est aliquid amplius quam irridere. Deus verò aliquos peccatores & irridere, & subfannare dicitur, quia illos irridendos, & subfannandos proponit alijs. Omnes ergo tum iusti, tum peccatores irridebunt in iudicio aliquos, & condemnabunt eos. Irridendi profecto, & subfannandi Scribæ & Pharifæi sunt legis doctores, qui Christum repulerunt, & signa alia postulabant. Sed irridendus, & condemnandus Christianus à B

Aug. Hierony.

Matt. 11. paganis est, dicentibus illud; quod Christus Dominus ait, vā tibi Corozain, vā tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factę fuissent virtutes, quę in te factę sunt, olim, in cinere & ciliicio pœnitentiam egissent, si nobis Euangelium Christi prædicatum esset vt tibi, si sacramenta habuissemus, quę tu habuisti, opera præstantiora, quam tu, præstitissemus. Tūc super eum ridebunt, & dicent, ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. An nō merito ridebit latro Iudā, Magdalena Pharifæum, Publicanus Pharifæum, sæcularis clericum pauper diuitem eum contemnentem? Vere diues draco tunc erit, quem formasti, ad illudendum ei, & quemadmodum Philistæi irridebant Sampsonem ligatum, & cæcum, qui fortissimus cū esset ab infirma Dalida superatus est, hic plurimi irridēdi in iudicio sunt, qui cū Dei gratia fortissimi essent, ab infirma sensualitate à re minima superati sunt. Sic etiā irridēdi sunt, qui pro minimis, vel forsā nihilo Deum reliquerunt, sicut Esau, qui pro lentibus primogenituram vendidit. Caue ergo tibi, ne tunc à Deo Angelis, iustis, & peccatoribus insurgentibus in te irridearis.

Sed eos, qui pœnituerūt, viros vocat, *virī ait, Niniuita. Nōmē hoc, vir, in diuina scriptura nomē est honoris ac dignitatis.*

Sic

Iob. 38.
A Sic loquitur Dominus ad Iob, accinge sicut vir lumbos tuos, viros ergo Niniuitas dicit, quia viriliter fecerūt, dum pœnitentiā egerūt, & Israeli præferūt. Nihil sic peccatorē honorare potest ac pœnitentia. A deo honorabiles pœnitētia fecit, vt Magdalenæ lachrymas in vniuerso mundo prædicari Christus voluerit, & Petrum Ecclesiæ petram fecit, & Paulum vas electionis, & ideo prodigus induitur stola: donat annulo, & in maximo honore habetur. Hinc Exo. 24. viderunt, ait, Deum *Exo. 24.* Israel, sub pedibus eius, quasi opus lapidis Saphirini, & quasi cęlum cum serenum est. Oleaster ait, Saphiros illos significare la *Oleaster.*

B suorum pœnitentiam, & laborem habebat, & in lapides pretiosos mutauerat lateres illos in quibus afflicti fuerant conficiendis, Deo enim conueniens in anima thronus conficitur ex laboribus pœnitentię, qui Deo lapides sunt pretiosi. Viri ergo fortes sunt, qui pœnitentię opera præstant, & hi surgent in iudicio cōtra impœnitentes, & condēnabunt eos, dicētes, accede huc impœnitens peccator, qua ratione pœnitentiam peccatorum non fecisti? mihi prædicauit Ionas, tibi verò Christus Dominus, nouissime enim loquutus est vobis pater in filio, ego vna concione credidi Ionæ, tu innumeras audisti conciones, ego sacramenta, quibus iuuarer, non habui, tu vero habuisti, ego dubius eram, an mihi Deus ignosceret, forsitan, dixi, conuertetur Deus, tu certus eras de venia, si infirmus fuisti *Luc. 18.* ego quoque infirmus eram. Verè omnis iniquitas oppilabit os suum. Qualis tibi tunc dolor erit, cum multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, & tu filius regni eijcieris in tenebras exteriores? cum videris plures Indos regnum intrare cęlorum, & tu audias, nescio vos. Nunc quidē dolorem non sentis, senties aliquando, sicut enim qui in bello decertat, licet plura vulnera passus sit, calore vrgente non sentit, sed cum deinde vulnera refriguerint, dolet, ita nunc innumeris vulneribus lethalibus anima tua confossa est, sed calore concupiscentiæ vrgente sensus tibi eorum non est, veniet dies iudicij cum ab omnibus irrisus, & condemnatus doleas.

Sed regina Aultri surget in iudicio, & condemnabit generatio-

Y 5

ratio-

Simile.

rationem hanc, quia cum illa tanto labore à finibus terræ venierit, ut audiret sapientiam Salomonis, illi non audierunt, plus quam Salomonem inter eos versantem. Quod maxime condēnabit in iudicio peccatorem, est summa facilitas, qua gloriam consequi, ac gratiam potuit, illi enim offerebatur gratia gratis, gloria pro paruo labore, quem quia præstare noluit, tantū bonum assequutus non est. Cum gratia ac gloria tam sublimes essent. Potuit Deus ardua, ac difficillima ab homine petere, ut illas concederet, at parua petit, venite, ait, propheta, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac. Hęc ergo tantū parua hominem non præstitisse, eum inexcusabilem reddet, verè mandata eius grauiā non sunt, ut Ioannes ait. Hoc inexcusabilem Adam reddidit, cui facillimum quid Deus præceperat, ne, scilicet, ex vno ligno comederet. Hinc Deuteronomio. 30. mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, nec procul positum nec in cœlo situm ut possis dicere, quis valet in cœlum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, atque opere compleamus, neque trās mare positum, ut causeris, & dicas, quis è nobis poterit transfretare, & illud ad nos vsque deferre? sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Cum non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, posset à te Deus exigere omnium martyrum tormenta, cum thesaurus cælestis immensus sit, & ei collati omnes terræ thesauri arena sint exigua, iure à te postulare Deus posset omnes labores, quos in acquirendis thesauris omnes homines sustinent, & tamen parum quid à te petitur, qua ratione illud negare poteris? Si rem grandem tibi dixisset propheta, profecto facere debuisses, quanto magis cum dixerit, lauare, & mundaberis. Quibus ergo minima, ac facilia præcepta sunt, caueamus ea prætermittere, ne in diuino iudicio inexcusabiles reperiamur. Sed in Ionæ mirabili historia aliqua nobis perpendenda sunt.

Primum, fugere voluit Ionas à facie Domini, nolens in Ninive prædicare, & ut fugeret, disponit in Tharsis ire, quasi in aliud regnum transfret.

tor

A tor appellatur, cum innumeras insanias perpetret, an non insania fugere à Deo? Sic etiam Adam à Deo fugit, sed non effugit, & Cain putauit posse se fallere Deum, & alij apud Psalmistam dicunt, & dixerunt, non videbit Dominus, nec intel liget Deus Iacob, intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, qui plantauit aurem, non audiet? aut qui fingit oculum non considerat? Quanto rectius David ait, quoniam ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Et Dominus per Ieremiam, putas ne Deus è vicino ego sum, dicit dominus, & non Deus de longe? si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum? dicit dominus. Numquid non cælum & terram ego impleo?

B Sed cum fugisset Ionas, tempestatem immisit dominus post eum. Chrysof. sunt tibi duo serui, alter latro, fidelis alter, latro furatur sciphum, & fugit, mittis post eum fidelem, qui eum insequatur, & capiat, fugit inobediens homuncio à Dei domo, mittitur post eum fidelis Dei minister, sed quis nam fidelis Dei seruus? certè spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius, ut Psalm. ait inobedientem seruum, facit enim verbum Dei, mare etiam, cui præceptum posuit, & non præteribit. Redi ò Ionas continuò, cum enim spiritus procellæ à Deo missus sit, teque quærat, licet in mare proijciant merces omnes, non quiescet, quoniam te insequitur, non merces. Peccator, qui tribularis, atque vexaris, Deo te quærit, te insequitur, in Deum conuertere, nihil tibi proderit ad amicum accedere, consilium postulare, medicum accersere, in Aegyptum pro auxilio descendere, foras peccata tua proijce in profundum maris, sin minus non quiescet tempestatem, nulla alia est nauigatoria ars, quæ te protegere valeat ab hac tempestate nisi pœnitentia. Sed interim Dei amorem, & in Ionam misericordiam considera, fugit ille, mittit Deus tempestatem, quæ eum reducat in Dei domum, & obsequium. Quando fugit filius à domo patris, & pater post eum mittit seruos, qui eum reducant in domum, dilectionem in filium ostendit, ac paterna viscera, si verò eum relinquat, nec reducere conetur, iratum iudicis ostendit animum. Ali-

quos

Gen. 8.
Psal. 93.

Psal. 138.
Iere. 23.

Chrysof.
Simile.

Psal. 148.

Simile.

Esa. 55.

I. Ioa. 5.

Gen. 2.
Deut. 30.

Rom. 8.

Sap. 7.

4. Reg. 5.

*Psal. 80.**Cant. 1.**Osea. 2.**Gen. 31.**Hiere. 2.**Luc. 15.**4. Reg. 2.**Esai. 5.*

quos peccatores relinquit Deus, nec eos insequitur, illos plane, de quibus Psalm. dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Quibus etiam loquitur, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, signum hoc iræ Dei est. Alios vero quærit Dominus, ut Ioannem, & in domum reducit tribulatione, & flagello, hi dilecti Deo filij sunt. De his Oseas, vadam, ait anima, post amatores meos, qui dant panes mihi, sed Deus misericors eam non relinquit sic ire, unde ait, ecce ego sepiam vias tuas spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, quæret eos, & non inueniet, & dicet vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene erat mihi tunc, magis quam nunc. Oblitus erat Iacob patris sui Isaac, cum delictis fruebatur in domo Laban, sed videns eius immutatam faciem, ait, vadam ad terram patrum meorum. Sic misericors Deus ponit in anima, cum ab eo recessit, mærorem, afflictionemque & ei dicit illud prophetæ, vide, quia malum, & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum. Sic egestate compulsus, ac labore reuertetur prodigus in domum patris. Sic petenti Heliseo duplicem spiritum, ait Elias, si videris me euntem, fiet tibi, quia cum anima videt Deum à se recessisse, & clamat, ac tristatur, spiritum recipit Domini.

Exorta tempestate, multa curant, qui in naui sunt, sed nihil omnia proficiunt, donec fugitiuus Ionas in mare detur. Tentatio tempestas est, hæc verò perpetuò in hac vita durat, quia fugitiua sensualitas in nobis manet, & fugitiuum peccatum est, quod dum in Ecclesia, & in anima durat, non quiescit tempestas, fugitiuum verò peccatum est, quoniam à Deo fugere facit, ut fugit Adam, nec aliquid proficiet, si clamans, serenitatem domine, serenitatem mitte, si fugitiuum non projicias à te. Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos, manus enim vestrae sanguine plenæ sunt. Vis exaudiri? lauamini, mundi esto te, &c. & tunc venite, & arguite me, mitte fugitiuum in mare, & serenitas continuo aderit.

Sed mirum illud profecto est, quod omnibus sollicitis in illa tempestate solus Ionas, propter quem orta est, dormit. Sic in Ecclesie periculis pij solliciti sunt, cum propter illos tempestas

Astas exorta non sit, dicuntque cum Iob, verebar omnia opera mea, sciens quia non parceres delinquenti, impij verò, quibus maximè timendum, nihil timent, cum propter illos tempestas exorta sit. Optimè Seneca in epistola ait, hoc interesse inter animi & corporis morbos, quod corporis morbi quo grauiores magis sentimus, animæ verò quo grauiores, minus sentimus quia impius cum in profundum malorum venerit contemnit. 1. Reg. 26. cum Saul insequeretur David, & sibi cõsulere deberet, ne in inimici manus ipse incideret, quem persequeretur, somno tamen quasi securus corripitur, & eum dormientem inuenit David. Sic Ionas dormiens inuenitur, sic & tu dormis in vtramque aurem securus. Continuit David Abisai, ne percuteret Saulem, & Deus continet dæmonem ne te interimat, quod nisi fecisset, iam in inferno esses, conurge ergo, qui dormis, & exurge à mortuis.

B Venit Ionas in Niniue, & prædicat. Niniue subuertetur. En Dei prædicationem peccatori factam, prope est interitus tuus. Multis verbis exposulat dominus cum prophetis insipientibus, quod diuersum prædicant peccatoribus, væ prophetis insipientibus, eo quod deceperint populum meum, dicentes, pax, pax, sed non est pax, & ipse ædificabat parietem, illi autem lineabant eum luto absque paleis. Dic ad eos, qui lineant absque temperatura, quod casurus sit, erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes de super irruentes, ventum procellæ dissipantem. Confortastis manus impij, ut non reuerteretur à via sua mala. Sententiam tulerat mortis Deus in Achab, & 400. prophetæ dicebant ei, victorem eum euaturum. Si in peccato es, aliud tibi loqui non possumus, quam quod Niniue dictum est, Niniue subuertetur. Scio enim, quod iniquitas eius finem dabit ei, ait de Niniue Thobias. Pœnitentiam igitur age cum Dei minas audieris. Sic Dei minis auditis pœnitet Achab, pœnituerunt Niniuitæ, & à licitis se abstinent, qui illicita perpetrarunt: notat Chryf. verba illa Gen. 7. ingressus est Noe & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius, vbi diuidit scriptura viros à fœminis, licet enim viri & vxores essent, tempore pœnitentiæ separan-

ran-

rantur, à licitis enim tibi abstinendum, si illicita perpetrasti, A
&c.

Feria Quinta post Domini cam primam quadra gesimæ,

*Them. Miserere mei fili David, filia mea male à
Dæmonio vexatur.* Matt. 5. B



Reponitur nobis mulier gentilis, gloria, ac ho-
nor gentium, & confusio Israelis, schola vniuer-
sæ Ecclesiæ, ad quam omnes venire debemus,
vt ab ea discamus, quo pacto Christum supera-
re possimus. Pugnauit dæmon in Christum, vt
superiore dominica nobis ostensū est, nec præualuit, pugnat ho-
die Chananæa, & Christum superat: quia diuersis admodum ar-
mis pugnauit: pugnauit dæmon malitia, ac astutia, sed non est
prudencia nec sapientia contra Dominum. Chananæa pugnat
fide, oratione, perseverantia, ac lachrymis. Et Christum supera-
uit. Sic etiam Angelum, qui Dei personam agebat, superauit C
Iacob, vnde Oseas ait. In fortitudine sua directus est cum An-
gelo, & inualuit ad Angelum, & confortatus est fleuit, & roga-
uit eum, oratione ergo, ac fletu pugnauit, ac vicit. Non supera-
tur Deus scientia, aut potentia, sed fide, oratione, ac lachrymis.
Nec alijs armis decertauit Maria, vt Deū superaret, & in terrā
deijceret. Eisdē armis nos ad Deū, & Mariā accedamus &c.

Hodie de Dei misericordia nobis agendū est de qua scriptū
est. Miserationes ei⁹ super omnia opera ei⁹. Quod si misericor-
dia Dei quasi regina est inter diuina attributa, non mirū, quod
per oliuam significatur, quę primatū tenet in omnes arbores.

Quan-

A Quādo ligna ierūt, vt eligerēt sibi regem, vt Iudicū refert histo-
ria, ad oliuā primum venerunt, vt in regem eam assumerent.
Et merito, quia semper virorē retinet, & oleū producit, quod
misericordiam significat. Oliua, ex qua hoc oleum colligitur,
Christus Dominus est, qui ait in Psalmo. Ego autem sicut oli-
ua fructifera in domo Dei mei. De qua etiam Ieremias ait, Oli-
uam vberem, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomē
tuum, ex oliua facta sunt ostia templi. Et Christus, qui ait, ego
sum ostium, oliua est, per me, ait, si quis introierit, saluabitur,
misericordia ergo Dei saluos nos facit, quia secundum miseri-
cordiam suam saluos nos fecit. Sicut ergo oliua vere, & hyeme
viridis est, ita in Christo est misericordia iustis, & peccatori-
bus, & hac in re magnificauit Dominus misericordiam suam.
Hinc Psaltes. Homines, & iumenta saluabis Domine quem
admodum multiplicasti misericordiam tuam Deus, id est. Mag-
nificasti misericordiam tuam, dum saluos facis, non so-
lum iustos, sed & peccatores, qui vt iumenta computruerunt
in stercore suo, vt Magdalenam, adulteram, & Chananæam.
Quicumque ergo sis, ð homo, siue iustus, siue peccator, inue-
nies in Christo misericordiam, & misericordiam mag-
nam.

Misericordia est compassio, ac dolor de malis miserorum,
ex quo sequitur desiderium subueniendi eis. Et diuina prou-
dentia factum est, vt hic dolor in nobis esset de alienis malis,
Csic enim sit, vt aliena miseria quodammodo mea sit, & inde est,
vt ad eius remedium commouear, vt meo dolori, ac compassio-
ni subueniam. Duo ergo complectitur misericordia, compassio-
nem de alienis incommodis, & subuentionem illorum. Primū
quidem in Deo non est, sed secundum. Nec vero oportuit vt
dolor, & compassio in Deo esset, vt in nobis, vt malis hominū
succurreret, infinita enim illius bonitas, ac amor satis illum in-
clinant, vt nostris consulat bonis. Et ideo cum eum misericor-
dem appellat David, ait. Misericors, & miserator, quasi dicat,
misericors quidem est, non propter dolorem, aut cōpassionē,
sed quia miserator, id est, operator miserationum, sine dolore
autem ita propensus ad miserendum est, vt diues dicatur in mi-
sericordia, & diues in omnes, qui inuocant illum.

Sed

Iud. 9.

Psal. 57.

Iere. 11.

3. Reg. 6.

Ioas. 10.

Psal. 35.

Oseas. 12.

Psal. 144.

Psal. 110.

Ephes. 2.

Rom. 10.

Sed vt diuinam explicemus misericordiam, simulq; intelli-
gamus, quæ nam sit illius magna misericordia, quam ille liben-
ter impertitus, & nos præcipuè quærere debemus. Attenden-
dum est, iram Dei in nos aliam esse paruam, aliã autem mag-
nam. Et hinc procedit, vt alia sit in nobis miseria parua, alia
magna. Ira Dei parua, quæ causa est paruæ miseriæ, illa est,
qua Deus infert mala temporalia, & idèd vniuersa tempora-
lis miseria parua censenda est. De qua loquitur Sathan ad
Dominum. *Extende paululum manum tuam super eum, nisi in
faciem benedixerit tibi. Expendendum est illud paulu-
lum, quo significatur ira Dei parua, & miseria parua, si enim
multa illa miseria foret, non diceret, extende paululum. Id
ipsum significat postea Iob dicens, miseremini mei, quia ma-
nus Domini tetigit me, non ait, percussit, aut contriuit me,
sed solum tetigit me. Miseria enim temporalis adèd parua est,
vt propter illam non dicatur, Deum ferire, ac vulnerare, sed
paululum manum extendere, & tangere. Alia est ira Dei
magna, ex qua, non vt ex causa, tamen vt ex permissione, se-
quitur miseria magna in homine. De qua Psaltes ait. Tu terri-
bilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua. Et Ieremias. Et
debellabo ego vos in manu extenta & in brachio forti, & in
furore, & indignatione, & in ira grandi. Ex hac ira mag-
na sequitur, vt ex permittente miseria magna in homine, pec-
catum, scilicèt. Illa sanè miseria summa est, & qua maior nõ
solum non est, verum nec ex cogitari potest, de qua Sapiens
ait. Iustitia eleuat gentè, miseros autem facit populos peccatũ.
Ex his demum colligitur, aliam esse Dei misericor-
diam paruam, aliam magnam, quæ enim releuat miseriam
paruam, parua misericordia est, quæ magnam, magna
censenda est. Audi Esaiam, qui explicat simul magnam
miseriam, & magnam misericordiam. Attende de cælo,
& vide de habitaculo sancto tuo, & folio gloriæ tuæ
vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo visce-
rum tuorum, & miserationum tuarum super me conti-
nuerunt se. Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos,
& Israel ignorauit nos. Quare errare nos fecisti Do-
mine de vijs tuis, indurasti cor nostrum, ne timeremus te?*

Facti

Facti sumus quasi in principio; cum non dominareris nostri,
nec inuocaretur nomen tuum super nos. Recte Esaias ait, mul-
titudinem miserationum Dei non esse concessam, cum in dura-
tum fuit hominum cor, ne Deum timeret, hæc enim maxima mi-
seria est, quæ dum non leuatur, magna misericordia nõ conce-
ditur. Et hinc est, quod cū Dauid in multis fuit miseris vite hu-
ius, cum Saul eum persequēbatur, cum Absalon eius animã qua-
rebat, cum Semai eum maledicebat, nõ à Deo petijt misericor-
diam magnam. Cum vero in peccati incidit miseriam, tunc vt
magnæ miseriæ mederetur, misericordiam magnam à Deo pos-
tulat, dicens, miserere mei Deus secundum magnam mise-
ricordiam tuam. Et cum à peccato se liberum vidit, dixit. Mis-
ericordia tua magna est super me, eruiisti animã meam ex infer-
no inferiori, id est, à culpa, quæ deterior est ipso inferno, vel à
dánatione eterna, quæ per peccatum incurrerat. Misericordia
magna propria electorũ est, misericordia parua etiam reprobis
cõceditur, Chanaan ergo misericordiam quærit in Christo,
oleũ in oliua, & misericordiam quærit magnã, quid enim qua-
rã fides magna nisi misericordiam magnam? Ideo liberari à da-
monis perit, non corpus solum, verum & animam, filium enim
Sed dices forsã, quo pacto inueniam hæc misericordiam in
Christo? Certe hoc cõpertũ tibi sit, quod Christus eodẽ hæc
ingento, ac nativã conditione est, qua præditus erat, cū in ter-
ris cõuersatus est. Et ideo eodẽ pacto nunc cum illo negotiari
C oportet, ac tunc. Vt hoc ille significaret, quod discipulis apparuis-
set suscitatus à mortuis, & illi territi, ac cõturbati sunt, accedit
ipse, & ait, quid turbati estis? videte manus meas, & pedes meos
quia ego ipse sum, palpate, & videte. Et in huius rei cõfirmatio-
ne sedit, & mādauit cõeis. Quasi dicit. Nouus gloriæ status
nõ me mutauit in alterũ, eiusdẽ nõc ingenti sum. Et ideo Paul.
ait. Qui ascendit, ipse est, & qui descendit, desit, id est ipse nec dis-
missus à se ipso est in cælo, & in terra, nec locens altior eius mutauit
vt placerna Pharaonis, qui debus succedebat, prospere oblit-
est interpretis sui. Et huius rei ratio est manifesta, quia si natura
conditionem mutasset, aliud nobis dedisset Euangelium, aliã
rationem, ac vitæ normam, vt cum eo agerem. Cum ergo
regulam illam non tradiderit, ipsemet est nobis, qui fulsit,

Aduen.

Z

cum

Iob. 1.

Iob. 19.

Psal. 75.

Ieremi. 21.

Prou. 14.

Esai. 63.

Iob. 1.

Psal. 50.

Psal. 85.

Ioa. 20.

Eph. 4.

Gen. 40.

Iob. 1.

Iob. 1.

cum quibus conuersatus fuit. Finge ergo nunc Christum visibiliter in mundo conuersari, & sicut tunc ad eum accederes, nunc accede, quia ad hoc nobiscum est in Eucharistia usque ad seculi consummationem.

Sed quia exemplar plurimum docet in omnibus, opus est imitatione, & hac de causa proponitur nobis hodie mulier, quæ ita probe se cum Christo gessit, & negotium perfecit, ut eius artem Christus miratus dixerit, o mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Enixe petebat Dalila à Sampstone, dic mihi, in quo sit maxima fortitudo tua, & quo ligatus fugere nequeas. Sic etiam summe à nobis optandum est, nosse, qua arte Deum ligare possimus, ut à nobis non fugiat, sed vniuersa obtinendum ab eo, quæ nobis necessaria sunt. Hanc ergo mulierem gentilem attendamus.

Jud. 16.

Psal. 21.
Thren. 3.

Eccle. 1.

Joan. 5.

Jud. 16.

Cant. 6.

Secessit Iesus in partes Tyræ, & Sidonis. Tyrus afflicto, Sidon venatio est. Venit ergo Iesus in afflictionem, & venationem. Factus quidē in pace locus eius erat, & in afflictione venit. Et in venatione factus cerua matutina venationi obnoxia, in Pla. 21. Vbi Christi passio traditur, titulum Hebræi inscribunt, procerua matutina, quia sicut cerua solet à canibus dicerpi, ita Iesus in passione sua à canibus circumdatus est, dicentes ipsi. Circūdederunt me canes multi. Et impletum est illud Hierem. venatione ceperunt me quæstruē. Cum ergo in hoc loco venationis venisset, procedit in campum Chanana, quæ canem Christus appellat, ut dicitur, sed ut liberetur. Sic ut enim sol semper illuminat, & quæ ab hoc hemispherio discedit, alud illumina, ita Christus à Iudæis recedens gentes illuminat. Quis enim hæc mulierem illuminavit, ac traxit nisi ipse. Vnde exiit flumina reuertuntur, ut iterum fluant. Sed in manifesto intrans flumina in mare, secreto vero exeunt. Sed è conuerso nunc cum Chanana sit, quæ publicè eam repellit à se, sed occultè trahit. Quia uoluerit. Nemo uenit ad me, nisi pater, qui trahit eum. Quia traxit eum, cum Chanana uenit ad ipsum, trahit eum proculdubio. Ipse ergo eam dimittet, & trahet, Dalila Sampsonem ligabat, ut fugeret, & Chanana duxerat, ut sponsa eius esset. Egre dicit, & abi. Et dimittit eam, ut reuertatur. Sana uobis reuertatur, & reuertetur.

A ut intueamur te. Duo uerba dicit, ut illa discedat, egredere, & abi, & quater monet, ut reuertatur, non ergo uolebat, eam discedere, vis nosse, quod Chanana traheretur, & tenebatur à Christo? Attende quod Apostoli aiunt, dimitte eam, ergo tenebat eam.

B Sed quid illa ait? *Miserere mei Domine fili David.* Attende miram Chananae sapientiam, quæ duobus uerbis omnia complectitur, quæ de Christo dici possunt, dum eum appellat Dominum, & filium David. Plus edocta fuit Chanana, quam sapientes illi, quos Christus confutauit illo argumento, quid uobis uideatur de Christo, cuius filius est? Illi respondent, David. Et Christus, quomodo ergo David uocat eum Dominum, dicens. Dixit Dominus Domino meo. Quomodo ergo est filius, & Dominus? Nescierunt illi argumentum dissoluere, sed nouit Chanana, magna fide prædita, cum eum dicit Dominum, & filium David. Illi non intellexerunt in Christo duas naturas, ideo solum putant eum filium David, nesciunt tamen, quomodo Dominus sit Davidis. Hæc autem duas naturas agnouit, & ideo eum appellat Dominum, & filium David. Recte ergo orat. Cum esses Dominus omnium, sola misericordia te fecit filium David, cum ergo proprium tibi sit miserere, quia Deus, miserere mei. Deinde tanquam filius David miserere mei, similis esto parenti tuo Dauid, docet enim, filios parentes imitari, Dauid autem misericordia commendatur in scriptura, ideo dicitur. Misericordias Dauid fideles. Et ad Dauid conuenerunt omnes, qui erant amaro animo, & oppressi a re alieno, & in angustia constituti. Nunc ergo ego in angustia constituta uenio ad te, miserere mei. Et sicut Dauid cithara sua pellebat Dæmonem à Saule, ita tu expelle à filia mea.

Mat. 22.

1. Reg. 22.

Prou. 30.

Filia mea male à demonio uocatur. Putas uitiorum uiam dulcem, & ideo eam ingredieris, sed plane difficilis uia est, & in ea male à demonio uocaberis. Primum, quia affectu cordis dominantis, & rationem ab imperio deurbate miserrimus homo redditur. Hoc in enigmate Sapiens exprimit, dicens. Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere, explicans uero hoc quartum, ait. Per ancillam, cum fuerit hæres domine suæ, id est,

Id est, per sensualitatem, cum in locum rationis ingrediens de-
 minatur. Id autem sustinere terra non potest, quia subsistere ho-
 mo non potest, cum in eo tanta est deordinatio. Secundo, ap-
 petitu dominante, plures affectus excitantur rationi aduersi,
 & inter se pugnantes, & ideo miser homo pluribus dominis
 feruitur cogitur, pluribus principibus, ac tyrannis. Et ideo si-
 mul in seditione beata esse nequit, ita nec homo appeti-
 tu turbatus. Hinc Iacobus. Vnde bella, & lites in vobis, nisi ex
 concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris? Cor
 impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, sed va-
 rijs agitur vndis. Tertiò male vexatur peccator, quia modò
 appetitur non constituit, & ideo fame, & siti vexatur, & similis
 est homini pauperi, qui plures habet famelicòs filios, panem
 petentes, cum ipse panem careat. Annon miserè torquetur ho-
 mo, qui vult plura desiderare, nec illa adipisci potest? Sed qua
 ratione via virtutis difficilis apparet? Non certe, quòd diffici-
 lis sit, sed quòd infueta. Hinc Plutar. Sicut qui diu in tenebris
 fuit, molestè fert, ad lucem venire, ita qui in caligine vitorum
 fuit, molestum ducit ad virtutis lucem accedere. Sed sic ut
 cum paululum in luce stetit, ita illa molestia, multo magis
 hominè delectatur, quam tenebris, sic ei accidit, qui à vitijs ad
 virtutem se contulit. Alia etiam causa est, quòd vitium falsa vo-
 lupratis specie decipit, cum intus lateat hamus amaritudinis, si-
 cut accidit febricitanti, qui potu aquæ sumpto leuatur. Sed et
 te traditas non humilis cum amplius vexat, ita in vitij
 voluptas est, sed hamus later, & amaritudo ut iure dicatur, videtur
 quia malum, & amarum est, reliquias re Dominum Deum
 tuum. Non solum malum, sed & amarum. Seneca ait, sunt que
 dam vlcera, quæ nocituræ manus appetunt, & tactu gaudent,
 quo læduntur. Sic vlcera mès cupiditate eo delectatur, quòd
 postea dolorem maximum incutit.

17 Sed quid Dñs respondet? *Non respondit re verbu.* Peccatori
 non respondet, cum differat rationes adhibere. Hinc Esai. Nò es
 recordata mei nec cogitasti in corde tuo, quia ego tacui, & quia
 si non videns, & mei oblitas. Cum sic tacet Deus, postea du-
 rius loquitur, iuxta illud Esai. Tacui semper filij, ut parturiens
 loquar. Attendens verò David hoc dñi silentiū, et tenebre, vò
 grauius

Esai. 57.

Plutar.

Ios. 2.
Seneca.
Simile.

Esai. 57.

Esai. 4.

A grauius puniat, orat Deum, ne taceat, dicens Domine ne files
 à me nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in
 lacum. Sic cum Dauid non tacuit, sed hic cito eum flagellauit.
 Et id ipsum promisit, cum filijs eius acturum. Visito in vir-
 ga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Et in li-
 bro Machabæorum dicitur. Statim ultiones adhibere, magna
 misericordiæ indicium est. Cum iustis autem tacet, ut eos pro-
 bet, ac humiliet, quasi aquam in igne conijcit, ut ignis amplius
 exardeat. Robustiores enim in maioribus discriminibus pro-
 bat. Hinc de vase electionis dicit. Ego ostendam illi, quanta
 eum oporteat pro nomine meo pati. Et vir bellicosus & robu-
 stus Dauid ait. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, &
 B malas. Ideo donec Spiritus sanctus venit, non permisit, ut Apo-
 stoli persecutiones sustinerent, nec aliquid eis deesset, quia in-
 firmiores erant, sed eo superueniente, multa sunt passi. Cum
 ergo fidem magnam nosset, quam in Chanaan posuerat,
 eam probat, ac dure tractat, quia nouit vires esse, quæ onus
 portarent. Si ergo in magnis non probaris, crede, infirmum, ac
 debilem te esse.

Sed quando negare nesciuit, quòd postulabatur? Certè cū
 Chanaan dixit. *Etiā Domine, nam & catelli, &c.* Tunc ait
 Marcus, Respondit. Propter hunc sermonem vade, exijt demo-
 nium à filia tua. Voci humilitatis cedit statim diuina misericor-
 dia. Quia oratio humiliatis se penetrabit nubes. Et humilium,
 C & abiectorum semper tibi placuit deprecatio. Mirā humilita-
 tis potentia, quæ Deum superat. Minimas res opposuit Deus
 fortissimis, ac robustissimis, ut illis cederent, mustellæ cedit
 Elephas, gallo, & muri Leo, Deus omnipotens humilitati.
 Veræ enim magnitudinis est, in superbos erigi, humilibus in-
 clinari. Clavis sanè est, quæ Dei thesauros aperit, & eam inue-
 nit Chanaan, clavis hæc humilitas est, cognitio Dei, ac sui ip-
 sius. Cum te agnoscis canem esse, indignum Dei misericordiæ
 & te despicias, Deumque exaltas, clauem inuenisti omniū the-
 saurorum Dei. Tunc accedere poteris ad Deum, venite, & ar-
 guite me, dicit Dominus.

Audi Christum, quid Chanaanæ respondeat. *O mulier, magna est fides tua; fiat tibi sicut vis.* Fides certe Chanaanæ

Psal. 83.

Mach.

Acto. 9.

Mar. 7.

Eccle. 35.

Iud. 9.

Esai. 1.

Rom. 1.

Sap. 15.

Zacha. 4.

Diu. Tho. 4.

Esa. 50.

Aristo.

magna fuit, quam & Dominus miratur, & cum fide in ea magna esse dicit, simul ostendit, reliquas virtutes in ea maximas fuisse. Et huius ratio est, quia iustus ex fide vivit, ut Paulus ait, quia fides est radix, ac fundamentum totius spiritualis ædificij, & quasi mater omnium virtutum. Hinc Sapiens, Nolle enim te, consummata iustitia est, & scire iustitiam, & virtutem tuam, radix est immortalitatis. Inter alia diuina mysteria, quæ Zacharias vidit, vnum est. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud. Vidit ergo vnum candelabrum ex quo septem hastilia procedebat, in quibus septem erant lucernæ D. Tho. in cap. 1. Apoc. ait candelabrum illud fidem esse, ex qua reliquæ virtutes procedunt tanquam hastilia diuersa, continentia lampadas septem. Attendamus ergo Chananeam, & illius magnam fidem, & videbimus ex illa processisse mirabiles virtutes tanquam lucernas, ut nos eis illuminemur. Primum ex magna illius fide processit spes maxima, qua confidit in Christo, ac sperauit, misericordiam se consecuturam, licet ethnica esset origiæ, licet, filia Cham maledicta in parente, licet canis esset, sperauit, panem se accepturam à Christo. Mirabilis planè spes, mirabilis quæ nobis lucerna, qua illuminamur, ut semper in Christo speremus, si ad eum accedere velimus, licet longè simus, licet ad cardines cæli dissipati. Hinc Esaias. Quis ambulat in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum. Si ambulasti in tenebris, & in umbra mortis, attende lumen fidei, quod te docet in Christo esse misericordiæ thesaurum, innitere super Deo tuo sicut Chananeæ.

Sed alteram lucernam inspiciamus ab hac magna fide procedentem, charitatem, scilicet. Enituit in Chananeæ dilectio proximi, dum tanto labore salutem quæsiuit filiæ, à sinibus suis egressa, & ad Christum clamans. Et hæc vera parentum dilectio in filios est, si curam gerant animarum ipsorum, & nullum non lapidem moueant, ut Deum eis non domineatur. Etiam Ethnicus Aristoteles. 8. Ethicorum cap. 11. ait, parentes debent non solum filios nutrire, sicut aues, & animalia faciunt, sed etiam eos instituire bonis moribus, ut studiose viuant,

A viuant. Et fides Christiana exigit, ut pater doceat filios, Deum timere, & à peccato discedere. Sic Tobias præstitit, *Tobi. 1.* qui filium timere Deum docuit. Caue, ait, ne quando prætermittas præcepta eius. Et Psaltes etiam aiebat. Venite *P salm. 33.* filij, audite me, timorem Domini docebo vos.

Mirum profecto est, quanta cura ac sollicitudine assistunt parentes filiis cum corpore infirmantur, quam verò negligentes sint, cum à dæmone in anima possidentur. De Respha concubina Saulis scriptum est, quod cum duo eius filij *2. Reg. 21.* ex Saul suscepti suspensi essent, propter peccata Saulis, & ipsorum etiam peccatum, qui patrem fuerant imitati, ut

B Glossa ait, Tollens Respha cilicium substrauit sibi super petram, nec dimisit, aues eos lacerare per diem, neque bestias per noctem ab initio messis, donec stillarent aquæ super eos de cælo. Non curauit Respha filiorum peccata in vita, nec eos instituit studiose, curat vero eorum corpora, ne lacerentur ab auibus. Respham nunc plures imitantur, qui nimia cura inuigilant circa filiorum corpora, & ea, quæ corpori conueniunt, animas autem non curant. Cauent nimium, si sciunt, filijs parari ab inimico necem, cum vero sciunt, Deum hostem filiorum esse, non curant. Si ægritudine vexantur, eis assistunt, & nec à muscis molestari permittunt, ac cum in animo laborant, & à dæmonibus discerpuntur eorum animæ, nil curant. Maxima Chananeæ fides efficit, ut animam filiæ liberare contendat, minima horum fides in causa est, ut solum ea, quæ videntur, attendant.

C Audi curam Iob, offerebat sacrificia per singulos *Iob. 1.* filios, dicens. Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. In quæ verba Origenes ait. *Origi.* O sinceritas patris, o dilectio parentis, o amor genitoris, non enim tantum pro corpore sollicitus erat, sed plus de anima cogitabat. Dic o Beate Iob, quomodo permitteres, ut aliquid mali in filiorum verbis, aut operibus excideret, qui pro occultis, & abditi cordis sollicitus eras? Sed plerique hominum hæc non reminiscuntur, cum tamè omnia, quæ filij delinquant, parentibus imputanda sint. Hæc Orig. Noli ut Respha solum

corpus curare, sed potius filiorum animas attende, si virtutibus incumbunt, si aliquid sit, quod eas à Deo auocet, si aliquo inquinantur peccato.

Ex eadem magna fide, processit in Chanangæ eximia fortitudo, quia vt dicit Assa. Oculi Domini contemplantur iustos, & fortitudinem præbent his, qui perfecto corde credunt in eum. En tertia lampas Chanangæ. Cuius tanta fortitudo fuit, vt armata oratione superauerit, non homines, & eorum exercitus, vt Iudas Machabæus, non mare, & Aegyptios, vt Moyse, non aerem vt Elias, nec ignem, vt Pueri Babylonis, nec cælum vt Iosue, illud tenens, sed ipsum Deum cum quo luctatus est velut Iacob, & in fortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum. Fortis profectò oratio fidei est, quæ Deum superat, & in hominis inclinatur voluntatem. Quia oculi Dñi super iustos, & aures eius in preces eorum vt Psal. ait. Quæ verba exponens Saluianus contragentes, ait, non tantum Dei audientia sed obediētia quædam declaratur, quia diuina bonitas misericordia sua magna quasi subijcitur nostris orationibus, non solum audit, sed obedit. Hinc Psaltes. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ, quia inclinauit aurem suam mihi. Quasi dicat, dilexi exauditionem Domini, mihi que gratissima est, quia semper me exaudit, & inclinatur aurem suam, quod seruorum, & obedientium est. Alludit Psaltes ad legem serui, cuius auris perforabatur in signum, quod seruus erat sempiternus, ita enim Deus inclinatur aurem suam nobis, vt eam perforemus, ipseque maneat nobis quasi seruus sempiternus, vt nostris votis satisfaciat. Mirabilis plane fortitudo orationis, quæ à magna fide procedit, quia Dei fortitudinem induit, Deus Dominus fortitudo mea, fiducialiter agam, & non timebo. In Deuteronomio dicitur. Cum in agro quispiam violat virginem, vel desponsatam, ipsa nulli pænæ subiacet, quia in agro erat, vbi nullus ei adiutor, si vero in ciuitate id scelus fuerit perpetratum, lapidatur puella, quia non clamauit, vt eriperetur, cum esset in ciuitate. Certe animæ nostræ sponsæ sunt Christi, despondi vos vni viro, virginem castam

2 Para. 1.

Psal. 33.
Salua.

Psal. 114.

Deut. 15.

Psal. 17.
Deut. 22.

A castam exhibere Christo. Cum ergo à dæmonio impeteris clama, in ciuitates, in Ecclesia, vbi clamanti, & oranti traderet Christus, nullus ergo excusationi locus tibi relinquitur, cum oratio concessa fuit, quæ fortissima est, qua adhibita, non solum Dæmones, sed & Deum vincere possis. Si in agro esses, vbi clamans non exaudieris, excusationi locus esset. At nunc nulla relicta excusatio est, clama ad Deum, & ad sanctos cum Chanangæ, & exaudieris, qui non clamat, consentire videtur, qui non orat, ipse se subijcit peccato voluntarie.

Ex eadem magna fide processit lampas alia humilitatis eximiæ, ac mansuetudinis, sustinuit enim, quod Christus ei nõ respondeat, quod eam dicat non esse de ouibus Israel, quod eam dicat canem. Vbi nunc leges mundi sunt, docentes, non sustinendum verbum asperum? Ecce lampadem Chanangam aduersus mundi tenebras, Paulus percussus à vipera, nec læsus, Deus à barbaris reputatur, vipera mordens in silentio detractor est, vt ait Sapiens, sed filios tuos neque venenatorum vicerunt dentes, cum humilitate, ac mansuetudine vniuersa sustinet, vt Paulus fecit, qui veneno non est infectus, id autem adeo est magnum, vt Deus à barbaris dicatur.

Lampas etiam perseuerantiæ in Chananea fuit maxima, &c.

Z. 5

Feria

2. Cor. 11.

Acto. 28.

Eccle. 10.

Sap. 16.

Feria Sexta Post Domini cam Primam Quadra gesimæ.

Them. Est autem Hierosolymis probatica piscina, &c. Ioan. 5.



DVO hodie miracula in Euangelio nobis proponuntur, alterum antique legis, nouæ verò alterum, illud piscina, hoc Christus Dominus operatus est. Promisit Deus, patrem se futurū seminis Abrahamæ, eiusque posteritatem funiculum ipsius esse dixit, pars autem Domini popu-

*Deut. 32.
Deut. 7.
Deut. 4.*

lus eius, Iacob funiculus hereditatis eius, promisitque se in medio eorum futurum, vt ergo se illi populo præsentem ostenderet, varijs signis & prodigijs illud manifestauit, quæ cum diuina opera essent, plane ostendebant, Deum eis adesse, vt merito dici posset quod Moyses ait, non est alia natio tã grandis, quæ Deos habeat ita appropinquâtes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Sic Israeli adfuit in deserto viginti innumeris mirabilibus, & deinde per prophetas signa de dit, quibus illi populo suam declarauit præsentiam, quibus celsantibus in hanc piscinam Angelum destinauit, qui miraculo Deum præsentem testabatur Israeli.

Recessit Deus à Synagoga, & opera omnia diuina cessauerunt, & in Ecclesiam translata sunt, in quam Dominus diuertit, & in qua commoratur, & sic in Ecclesia innumera parata miracula sunt, quibus Deus ostendit, se ei adesse. Sicut verò alia mirabilia, ita & piscine miraculum in Ecclesiam translatum est. Sed quæ, inquis, piscina Ecclesiæ est? Certe Baptismus piscina est, in qua omnis animæ infirmitas curatur. Misericordia diuina cum iustitia quasi contendit, & gressus illius considerat, & inde misericordia bona hominibus elicit, vnde iustitia

sup-

A supplicia, inde curationes ac medelas, vnde vulnera, arbore homo perditus est, & in arbore punitus, arbore liberandus homo est, serpentibus diuina iustitia ultiones adhibet, serpente medicina paratur à diuina misericordia, aquis iustitia mundum suffocauit & punit; aqua diuina misericordia vtitur in piscina, vt ægros saluti restituat, & aqua in Baptismo, vt peccata delet. Piscina nostra Baptismus est, ibi gratia, ac sanitate donati sumus, ibi omni ornati gratia, inde eximus similes columbis, quæ lacte sunt lotæ, ibi regenerati in Dei filios.

Sed heu fere omnes iterum inquinati, infirmatique sumus, alia indigemus piscina, secunda tabula, pœnitentia, scilicet, en piscinam, qua nunc mundamur, & infirmi sanamur. Mirum hoc profecto, & insigne diuinæ misericordiæ est, vt sicut in piscina illa sanabatur, qui in eam descendisset, sed à quacunque detineretur infirmitate, etiã desperata, ita in pœnitentiæ sacramento sanatur peccator, etiam si innumeris, & grauissimis peccatis teneatur, etiam si peccauerit super numerum arenæ maris, lex Dei inuiolabilis, perpetuoque seruata illa est, quæ Psal. ait, loquetur pacem in plebē suā, & super sanctos suos, & in illos etiam, qui conuertuntur ad cor, tanta est diuina misericordia, vt ab hominū malitia vinci nō possit, & huius rei exempla plura Deus præstitit, in Achab pessimo, in Manasse perditissimo, in Magdalena, latrone & similibus. Licet enim plura cōminat^o illis esset mala, sed statim cū ipsi cōuersi sunt, cōuersus ad eos Deus est, & in eos latā sententiā summa facilitate mutauit, ac

C si mutabilis, imo ac si leuis esset. De hac diuina lege loquitur Psal. hæc me cōsolata est in humilitate mea, quia eloquiū tuum viuificauit me. Nouatiani diuinā ignorâtes bonitatē, ac misericordiā, hanc piscinam pœnitentiæ tollebat, dicentes, delinquentibus post Baptismū non esse reliquū remediū. Contra quos D. Ambro. in libro de pœnitentia, ait, insanos illos esse, qui adeo Dei misericordiam angustabant, vt secundam pœnitentiā negarent, quos planè diuinæ bonitatis naturam penitus ignorasse ait, si enim, inquit, in alterutram partem declinandum esset, minus peccassent, si Deum omnia ignoscere, quam si nihil post primam pœnitentiā ignoscere, prædicassent, & vere in gens hæc Dei misericordia est, quam his verbis Tertulianus,

com-

Gen. 3.

Num. 21.

Gen. 6.

Psal. 84.

Psal. 118.

Ambro.

Tertulianus

Apoc. 2. commendat, in illud Apocalypsis. 2. age pœnitentiam. Inauditum misericordiae genus est, quod cum summo Dominus iure misericordiam, iure veniã negare posset, non modo non negat, sed ipse etiã & velit, & roget, & minetur nisi ad illũ reuertaris, tãto salutis nostrę amore tenetur, deniq; tam pater nemo, tãpius nemo. Qualis obsecro, lex illa regis esset, qua statueretur, vt omnis malefactor absolueretur, etiam si millies in crimen læsę maiestatis lapsus esset, dum illud confiteretur dolens? immensam redoleret misericordia lex ista. Hinc Ioel tot verbis hanc diuinam misericordiam amplificata, conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quoniam benignus & misericors est, patiens & multę misericordię, & præstabilis super malitia.

Ioel. 2. Sed dubitari potest, cur Angelis nulla pœnitentia concessa sit, homini vero Baptismus semel, & pœnitentia septuagies septies iterabilis. Prior huius rei ratio diuina voluntas est, cum enim pro sua voluntate pœnitentiam concedat, cui vult miseretur, & quę vult indurat, qua etiã ratione inter homines in hac re diuersitas est, dum hunc magis expectat, pluries pœnitentia vt concedit, alij vero secus. Sed vt hæc misericordia homini impendatur, non Angelo, aliqualem rationem, ac conuenientiam Iob allegat, dicens, memento quęso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me, nunquid fortitudo lapidis fortitudo mea est? quasi dicat, non est in me Angeli fortitudo, qui lapis ignitus ab Ezechiele dicitur. Et addit Iob, licet hæc celes in corde tuo, tamen scio, quia vniuersorum memineris, quasi dicat, licet nunc me punias, quasi oblitus puluerem me esse, scio, quod huius memor es. Eandem diuinę in homines misericordię rationem Psal. ostendit, dicens, sicut miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniã ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum dies eius, quasi dicat, sicut pater multa filio condonat, in eum sæpe misericordia vitur, & citra condignum punit, sic nobiscum se Deus habet, quoniam cognouit, nos puluerem esse, similes fœno, & flori, qui vento decidit, infirmitas ergo, ac debilitas hominis Dei misericordię mouet, & hominis peccatum excusat. Eadem ratione vitur

Psal.

Psal. 77. A Psal. 77. ipse autem est misericors, & propitius erit peccatis eorum, & non disperdet eos, & abundauit, vt auerteret iram suam, & non accendit omnem iram suam, & recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens & non rediens, quasi dicat, remisit multum de ira sua, attendens, quod non essent spiritus puri, vt Angeli, sed spiritus & caro obnoxia multis miserijs, & spiritus infirmus, vadens & non rediens, qui scilicet, a bono recedere nouit, nec redire, hoc Deus attendens, sæpe iram cohibuit suã. Hac ratione die cineris proxime elapso, sicut hominẽ in pœnitentiam Ecclesia commouit, dicens, memento homo, quia puluis es, ita & Deum in misericordiam flectere voluit, ostendens ei hominem puluerem esse, qui facile vento raptatur. His verò Diu. Thom. addit, Angelum natura sua, sicut intelligibilem, ita & immobilem esse, cum alicui adhæret, vt inde discedere nequeat, atque adeo penitentiam cum eius natura pugnare, at homo discursiuus cum sit, facile mutari potest, & ideo eius naturę pœnitentia cõuenit, quæ piscina est, in qua lauetur saneturque.

D. Tho. Sed excedit piscina nostra antiquam in immensum, illa vna erat in Hierusalem, & corpus sanabat, vnius duntaxat, & hoc non semper, sed aliquando, cū mouebatur, & turbata ab Angelo, sed pœnitentia animam sanat, & aliquando corpus, & vbiq; sacramentum hoc tibi ad manum est, & vniuersos sanat, & semper, ac continuũ, & mota ab homine, qui tibi similis peccator est, qui sciat compati, & condolere peccatori, quia & ipse peccator est, quod signum est diuinę clemetię in nos. Si his nunc esset inter hæc ciuitatem & regem, rexque diceret, sententiã proferat in hac lite senatus ciuitatis, diceretur regi, si senatus illam quõmittis, manifeste sententiã proferet pro ciuitate sua, hoc ego volo, rex ait. Annon summa Dei misericordia iudicio hominis peccatoris relinquere sententiã de peccatis ferendam? manifeste ostendit, desiderare se, pro hominibus sententiã ferri.

Sed quomodo salus paralytico concessa sit, videamus, hinc enim discemus, qua arte, atque ratione nobis huc est credenda. Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Dies festos eximijs operibus Christus Dominus signare voluit,

luit, vt edoceremur, nos præcipuis operibus his diebus intendere, sic in die festo hunc voluit paralyticum sanare.

Orige.

Sed qua ratione hunc diem festum appellat Iudæorū? Origi. homi. in. Num. ait alia festa Dei sunt, quæ ipse sua dicit, sabbatha, mea custodite, alia vero hominum festa dicuntur, quæ Dei festa sunt, illi grata, quæ vero hominum ingrata prorsus, & molesta. Hinc Esai. 1. calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta. Et Malachiæ. 2. dispergam super vultus vestros stercus solennitatum vestrarum. Cum enim festos dies Deus instituerit, vt in ipsis Deo fideles vacarent, cum id opere impletur, festus dies Dei est, quia Deo dies ille tribuitur, si vero non Deo sed carni, & vanitati in eo die vacas, dies festus tuus est non Dei. Ideo festus dies Iudæorum dicitur, & calendas vestras, &c. Impij verò illud effecerunt, quod in Psalmo dicitur, quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra. Vere diem Dei festum à terra tollit, qui eo vitur in peccatum, cum Deus illum in sui honoré instituerit. Et hoc dolet Hieremias, dicens, viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius, annon derideat deum festa nostra, in quibus ludis, comestationibus, & impudicijs vacamus, non Deo? Multi sunt hodie similes inscijs Israelitis, qui putabant, in die sabbathi pugnandum non esse cum inimicis, vt scribitur 1. Machabæorum libro, qua ratione plures mortui sunt. Sic nunc plures fideles putant, in die festo cum vitijs pugnandum non esse, & misere pereunt, ideo ait, erat dies festus Iudæorum.

Psal. 73.

Thren. 1.

1. Mach. 2.

Hieron.

Iosephus.

Est autem Hierosolymis probatica piscina, &c. Hieron. de locis hebraicis sic ait, Bethesda piscina in Hierusalem, quæ interpretari potest à nobis pecualis, hæc quinque quondam porticus habuit, ostendunturque gemini lacus, quorum vobis hybernis pluuijs adimpleri solet, alter miram in modum rubens quasi eruentis aquis antiqui in se operis signa testatur, nam hostias in eo lauari à sacerdotibus solitas ferunt, unde nomen accepit. Hæc ille. Hanc piscinam extruxit Salomon, quam Iosephus in descriptione Hierusalem, vocat stagnum Salomonis, & licet alie essent piscine in Hierusalem de quibus scriptura meminit, sed hæc Deus miraculo nobilitauit in com-

A in commendationem legalium sacrificiorum, & vt fidem astrueret sacramento Baptismi, & pœnitentiæ, vt ait Theophilactus, quorum erat figura. Vt cum dixeris, vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? diceremus, sicut vis diuina illi piscine assistebat ad salutem corporum, ita eadem vis Baptismo assistit ad animæ salutem. Sicut à sanguine sacrificiorum illa vim habebat, ita Baptismus à Christi sanguine, in illa lauabantur hostiæ animalium, in Baptismo, fideles, de quibus dicitur, vt exhibeamus corpora nostra hostiam viuam, Deo placentem.

Theoph.

Erat iuxta piscinam Xenodochium, quinque porticus habens, in quibus iacebat multitudo languentium, & coru clauderunt aridoru. Sicut piscina pœnitentiam significat, sic hi infirmi, qui ab Euangel. sibi esse dicitur, significant tria genera peccatorum. Cæci significant eos, qui ignorantia peccant, claudu, qui infirmitate & sensualitate ducente, aridi, qui malitia, ignorantis peccat, quando tenebaris aliquid scire, quod nescis, & quia nescis, peccatum admittis quod nō admitteres, si sciuisses quod si dicas, nesciui ego, audies, tenebaris scire, teneatur fidehis scire omnia diuina mandata, & Ecclesiastica, & in super que sui muneris & officij sunt, quod si ea ignores, à pacto nō excusaris, quod perpetras nesciens, quia scire tenebaris. Hinc Paul. si quis autem ignorat, ignorabitur. Quid est ignorabitur, certe ignoram est, audire verbum illud asperum, à quo se liberari Plat. orat, quod Christus expressit dicens, nescio vos, hoc durissimū verbū audiet, qui ignorauerit ea, que scire teneatur, ignorabitur ego à Deo ille, qui Deum ignorauerit. Hinc 1. Corint. 13. quigilate vestri, & nolite peccare ignorantiam enim Dei quidam habent, ad reuerentiam vobis dico, id est, ad confusionē, & verecundiam vestrā, quod cum vos sapientes putetis quidā Deū ignorent. Summis verbis à nobis petit dominus legis scientia. Deut. 6. erunt que verba hæc, que ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis. Non in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque egurgens, & ligabis ea, quasi signum in manu tua, erunt que & mouebuntur inrer oculos tuos, scribes que ea in limine, & ostijs domus tue. Quid nō enigerat eō, qui in lege gentie versatur si hæc

Rom. 12.

1. Cor. 14.

Psal. 90.

Matt. 25.

1. Cor. 15.

Deut. 6.

si legem Dei ignorat, cæcus est, A
tantum enim est non videre, & non scire.

Alij peccant ex infirmitate, ac fragilitate, qui scilicet, sensua
tate abstracti, & illecti peccant, hi per claudos significantur.
Aug. Animæ pedes affectus sunt, vt Augu. ait, quibus illa mouetur,
duplex vero affectus in homine est seu appetit⁹, intellectiuis,
& sensitiuis, sicut ergo in corporeis claudicatio prouenit ex
alterius pedis debili gressu, propter quem homo inordinate in
cedit, ita cum debilis ac infirma sensualitas est, & post se homi
nē trahit, ex sensualitatis inordinato gressu homo claudus di
citur. Hos claudos sic admonet Paul. propter quod remissas
manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus
vestris, vt non claudicans quis erret. Ne ergo claudus efficiaris, B
continennda est à ratione sensualitas, & quæ ducitur bono sensu
bili apparenti, contineatur æternis bonis ei à ratione ostens
sis, ne ergo patiaris, seruum dominari tibi, & conculcare te.

Audi vel rationem naturalem dicentem quod Seneca, ad ma
iora natus sum, quam vt appetitui seruiam, & quod symbolo
suo Pithagoras docuit, imaginem, ait, Dei æ æfferas in annu
lo, id est, animam corporis voluptatibus ne alliges, vt Hierony
mus explicat.

Alij malitia peccant, & horum peccata grauiora sunt, & ma
gis voluntaria, nam ignorantia, & passio auferunt aliquid ex
voluntario, qui malitia peccant, omni voluntate peccant, ideo
hi per aridos significantur. Sicut enim membrum aridum om
ni vita, ac sensu caret, ita hi nullum fere vitæ signum habent,
nullo fræno scientiæ detinētur, vnde effrenibus equis similes
sunt, quorum signa extitit Balaam, de quo dicitur Num. 24.
qui cadens apertos habet oculos, natura ad id impellere cæca
dimas, oculos claudimus, vt eos seruemus, sed ex malitia pec
cans cadit, & apertos oculos habet.

Hi omnes infirmi iuxta piscinam sunt, sanari possunt, expe
ctent aquæ motum, quia penitentiæ dosum Dei est, & nisi
Deus cor conturbet, penitentiæ non habent. Sic Balaam lachrymæ
& Antiochi eis non profuerunt, nec inuenerunt locum peni
tentia, quamuis cum lachrymis requisierint illam, hi piscinam
intrauerunt, sed quam Angelus non turbauerat, quando verò

Deus

A. Deus cor penitentiæ mouet, tunc fluit spiritus eius, & fluent
aquæ, o Domine quando hanc piscinam turbas, quanta in cor
de turbatio est, ab imo pectore suspiria prodeunt, impleturq;
illud Psal. conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut tor
rens in austro, auster enim ab infimis arenis, & ab imo mare tur
bat, ita Spiritus sancti flatus peccatoris cor. Qua in re multi de
cipiuntur dicentes, nunc peccatis me tradam, postea cum mi
hi liberit, ad Deum conuertar, non attendis miser, hoc opus
potius gratiæ esse, quam arbitrij tui, licet etiam illud concurrat,
& forte quando tu postea volueris, non aderit tibi specia
le auxilium licet adsit generale, non aderit tibi superabundans
sed necessarium, & licet hoc cõuerti possis si nimium coneris,
non tamē id efficias. Audi quid per prophetam loquatur De⁹,
B. plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem nō plui,
pars vna compluta est, & pars altera, super quam non plui,
aruit. Pluit nunc Dominus super hūc paraliticū, & sanatus est,
si super te non pluit, arefces, & in ignem mitteris, nūc te Deus
vocat, accede ad piscinam, forsan cum volueris accedere, non
mouebitur aqua speciali auxilio, & voluntas tua inefficax erit.
Contingetque tibi quod Israeli, qui noluit pugnare cum Phi
listæis quādo Deus voluit, & illos adiuuabat, postea ipsi volue
runt, & Deus noluit, & qui in prælium descenderunt perierūt.
Vane aliqui fidunt, ac conuersionē differunt, dicentes, latroni
& alijs fera penitentiæ profuit, & eis Deus affuit, aderit & mi
hi. Quæ paucis priuilegio donata sunt, sibi certo donanda cre
dunt, decipiūturque ad eum modum, quo Aegyptij, qui vidē
tes Israel mare sicco vestigio transire Dei singulari miraculo,
ipsis credunt simili miraculo Deum assuturum, & mare ingre
diuntur, & pereunt, descendentes in profundū vt lapis. Qui er
go certus non es, Deum tibi assuturum singulari ac speciali au
xilio, nunc eo vtere ne pereas.

Veniens ergo Christus in Ierusalem in die festo, in piscinā
& eius porticus diuertit, qui iuxta templum erant, quia qui glo
riam patris primum quærit, hominum etiam commoda,
ac vtilitatem curat, prope templum xenodochium est, & pro
pe Dei gloriam proximi commodum, sunt hi duo poli, super
quos machina vitæ Christianæ voluitur. Hæ sunt precatōnes,

Aduen.

Aa

ac vt

Psal. 147.

Psal. 125.

Amos. 4.

Num. 14.

Exo. 14.

ac vt ita dicam stationes, quas deambulare teneris, à templo in Xenodochium, à Deo in proximum, operibus misericordiae in die festo tibi intendendum est, exemplo Christi qui in die festo in xenodochium venit. Similis esto matri, quae duos dilectissimos filios in lecto discumbentes habens, ab vno in alium discurrit, & vellet in duo diuidi, vt semper cuique adesset, si hunc corpore relinquit, vt alium visitet, cum hoc cor relinquit iam huic cibum dat, iam illi potum, iam hunc visitat, iam illi. Sic tibi agendum est, Deus tibi dilectissimus in templo est, & in paupere, à Deo ergo, qui in templo est, ad Deum, qui in paupere est, veni. Intuere Iacob inter Deum & fratrem, iam cū Deo luctatur, iam fratrem adit, adorat, munera mittit, & plura fratri exhibere videtur, quam Deo, quia ait, sic vidi faciem tuam, quasi viderem vultum Dei, tibi exhibeo, quae Deo meo exhiberem, si indigeret, fratrem placans Deum placo, quia ille non placatur, nisi fratre placato. Vt accipiter ardeam capiat, non recto itinere eam inuadit, sed iam in hanc, iam in illam partem euolans tandem in eam irruit. Ita in Deum omnino recta & vna via tendere non potes, diuersae viae tibi arripiendae sunt, iam in xenodochium veni, iam in pauperis domum, iam in carcerem, non adeo recta haec apparet via, vt Deum capias sed certe recta est, licet enim à Deo deuiare videaris, sed ad Deum tendis, quia Deus in paupere est, sicque cum in utilitatem pauperum intenderis & eius causa oraueris, optime postea orabis, & Deum capies. Hoc Deus per Esaiam multis nos docet, frange esurienti panem tuum & egenos vagoque induc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris, tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te, tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet, ecce adsum. Et inferius, cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebrae tuae erunt sicut meridies, & requiem dabit tibi Dominus Deus tuus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficiet aqua. Et infra, & vocaberis sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, id est, cum hoc praestiteris, erit tibi sabbatum

thum

Simile.

Gen. 32.

Simile.

Esai. 58.

A tum & dies festus praeclarus & gloriosus, huc nunc gloriosum & delicatum sabbatum & festum Christus Dominus agit, dum veniens Hierusalem, in xenodochium properat, vt paralyticum curet, eique medeatur.

Et erat ibi homo. 38. annos habens. &c. Si his annis in porticu expectauit, mira profecto perseverantia fuit, cuius necessitate etiam ethnici agnouerunt. Fuluius in libr. de antiquitate Romanae memoriae prodidit, antiquos Romanos duo templa con- *Fuluius.*
tigua aedificasse, alterum perseverantiae & spei, sapientiae alterum, & in hoc intrabant per illud, vt significarent, ad sapientiam aditum praebere perseverantiam & spem, sine quibus nihil grande obtineri potest. Qui enim facile retro aspicit, eximium quid nunquam assequetur. Qua ratione Eze. 46. praecipitur, vt nullus ea *Ezech. 56.*
B porta egrediatur templum per quam introiit, & eius ratio est, quoniam qui eadem porta egreditur, qua intrauit, tergum vertat necesse est propitiatorio, ideo per aliam egredi praecipitur, vt semper vultum in propitiatorium conuertat. Cauendum tibi est, ne de te dicatur illud, verterunt ad me tergum, & non faciem, vt Ieremias ait. Hac ratione eunti in montem Loth dicitur, *Iere. 27.*
noli respicere post tergum, & vxor illius quia post tergum *Gen. 19.*
respexit, versa est in statuam salis, quae diu durauit, nam Iosephus lib. de antiquitatibus, ait eam se vidisse. Sed qua ratione in *Iosephus.*
salis statuam versa est? hac certe vt intelligat vir inconstans, in statuam se vertendum, quia sicut illa oculos habet, nec videt, pedes nec ambulat, ita peccator in bonum non proficit, quia inconstans est, si ergo in montem procedis virtutis, quae altissimus mons est, caue ne post tergum respicias, ne in statuam conuertaris, illa verò statua salis effecta est, vt eius recordatione ac memoria saliaris tu, qui insipidus, & sine sale es, & caput retro facile vertis.

C Sed si in omnibus constantes ac perseverantes nos esse oportet, & hic homo tandiu perseverauit expectans corporis salutem, an nos non perseverabimus pro animae nostrae salutem? Quidam sunt, qui animae salutem in momento operari volunt, & si oportet eos tantisper expectare, omnino impatientes dilationis sunt. Accedunt aliqui ad confessorium non omnino dispositi, vt par est ad absolutionis beneficium percipiendum, & si eis confes-

Simile.

for dicat, paulisper expecta, cura prius vt doceas restituas, fratri A
recõciliaris, sustinere nõ possunt. Similes hi infirmis sunt, qui
statim nulla adhibita mora poculum amarũ ac purgatiuum ac-
cipere volunt, quibus medicus ait, nondum dispositi humo-
res sunt, nondum præparatum corpus in purgationem, illi ve-
rò hoc non obstante, continuo purgari vellent. Sicut ergo
noxia purgatio est, quam debita ac conueniens dispositio non
precedit, ita absolutio, si vt oportet dispositus non sis. Sicut
ergo parabantur prius virgines intraturæ ad Assuerum, & mul-
tis diebus detinebantur, ita parandus tu es, disponendusque,
priusquam absolutionis beneficium percipias salubriter, &
Eucharistiam participes.

Vis sanus fieri? Quia enim in animo etiam sanandus erat,
voluntas eius necessaria erat. Hoc distat medela corporis B
ab animæ medela, quod illa licet melius perficiatur cum vo-
luntas ac desiderium salutis est, sed absque ea voluntate ac de-
siderio debitis medicinis applicatis sanatur corpus. Animæ ve-
rò salus in adultis pendet à volũtate, sine qua nulli salus con-
tingit. Hinc Psalmus, pluuiam voluntariam segregabis Deus
hæreditati tuæ. Et iterum, Deus meus volui, & legem tuam
in medio cordis mei, ideo ait, vis sanus fieri. Sed irrisoria vide-
tur ea interrogatio, qua infirmus interrogatur, velit ne sa-
nari, nec tamen est, multi enim sanari nolunt. In triplici sunt
differentia, qui in animo infirmantur, quidam enim sanari
omnino nolunt, quibus Deus salutem offert, illi verò eam
recusant, quia dilexerunt magis tenebras quam lucem, de qui-
bus propheta, dixistis enim, percussimus scædus cum morte, & C
cum inferno fecimus pactum, flagellum inundans cum
transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium
spem nostram, & mendacio protecti sumus. An non omni
peccatori affertur à Deo salus gratis? & multi infirmitatem
suam diligunt, nec à peccato recedere volunt? Hi sunt,
qui dicunt, nolimus sanari, nolimus Christum regnare
super nos, sed recede à nobis, scientiam viarum tuarum nõ-
sumus, vt Iob ait, miserandus profecto homo ille est, qui in
dubium non vocat, an corpore sanari velit, animæ verò salu-
tem, non indubium solum vocat, sed omnino recte obla-
tam

Psal. 67.

Psal. 39.

Ioan. 3.

Esai. 28.

Iob. 11.

Proph. 135.

A tam accipere. Quidam vero dicunt, velle quidem ani-
mi mei salutem, & voluntas aliqua in eis est, sed inefficax,
Sapiens contra logicorum dogma, ostendit duas contradi-
ctorias simul veras, ait enim, vult, & non vult piger, vel-
let quidem cælum sed nollet è lecto surgere, vt illud acqui-
rat. Sed vt in lectum ei deducatur, vult finem, sed non
media: hoc verò non est absolute & simpliciter finem velle,
d. est velle ita duntaxat, vel forte nec voluntas actus est,
sed intellectus. Quidam vero sanari volunt absoluta, ac
efficaci voluntate, illi, scilicet qui peccati infirmitatem agno-
uerunt, & abominantur cum Psalm. iniquitatem odio ha-
bui, & abominatus sum, legem autem tuam dilexi, & rursum,
qui diligitis Dominum odite malum, & rursum, iuravi &
statui custodire iudicia iustitiæ tuæ, hi salutem consequun-
tur, tam enim est voluntas potens diuina gratia adiuta, vt
sanitatem recuperare facile possit, quid facilius, quam sani-
tatem velle? si medicus aliud ab ægro non peteret, quam vt
sanari velit, quis ad horam ægrotaret? dic ergo, volo sanari, &
Deus in te sanitatem perficiet, quia vt Psalm. ait, Domini
Domini exitus mortis, & illud ipse in te perficiet quod per pro-
phetam ait, sanabo contritiones eorum, diligam eos. Sponta-
nee, quia auersus est furor meus ab eis. Sed ais, cur rem
hanc voluntati nostræ Deus permisit? cum enim libero ar-
bitrio malè multi vtantur, non melius esset nos in cælum du-
cere, siue velimus, siue non? Certè nec nos decebat, nec
Deum quod hoc exemplo ostendit Chrysostomus, si rex
C nunc in platea huius ciuitatis immensum argenti auri, & la-
pillorum cumulum poneret, diceretque, omnes ex his the-
sauris sibi accipiant, quæ placuerint, melius sic ageret, quam
si vi homines traheret, compelleretque accipere, vellent nol-
lent. Si enim id vi ageret, & diuitiæ illis contemptui habe-
rentur, nec vt decet æstimarentur, & cum hominibus non
ea reuerentia ageretur dum vi trahuntur, qua decet liberales
homines tractari. Proponit ergo nobis Deus inestimabiles the-
sauros gratiæ & gloriæ suæ, sed ea arte ac modo, vt & illi
in pretio habeantur, & nos cum reuerentia tractet ac hono-
re.

Psal. 118.

Psal. 96.

Psal. 118.

Psal. 67.

Osea. 14.

Chrysost.

Simile.

Eccles. 19.

re, ideo ante hominem vita & mors, bonum & malum, benedictio & maledictio, quod placuerit ei, dabitur illi. Salus ergo tua in eo sita est, si voluntate fortis ac efficaci velis sanari, ut nihil tibi difficile sit in cæli via, sed per ignem & saxa velis eo ire, ut sicut non est conari contra ictum fluij, sic nec contra voluntatem tuam, quia omnia vincet.

Sed infirmus hic ait, *hominem non habeo*. Mouere me, ait, non possum velociter, alius currit priusquam ego, & non est mihi homo, qui me deducat. Sed qua ratione eum, qui celerius currebat, sanabat Deus? Certe ut nobis significaret, peragendam nobis salutem nostram quasi contentione, sicut si cum alio contenderes super hac re, ut illum superares. Cælum merces est, quæ promittitur melius decertanti, celerius currenti, sic ergo tibi decertandum, ac currendum est, quasi decertans currit. Hinc Paulus, bonum est mihi mori, quam ut gloriam meam quis euacuet, quasi dicat, hic omnes nervos intendam, ne alius me superet, & gloriam præripiat. Et idem inferius eodem capite ait, nescitis, quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, sic currite, ut comprehendatis, omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam, sicut ergo qui citius currit, brauium accipit, sic qui citius ad piscinam venit, sanatur. Et hoc est illud Psalm. anticipauerunt vigilias oculi mei, id est, C prius quàm alij, euigilauit, & surrexit. Sic de Antonio Athanasio ait, omnium considerabat virtutes, curans omnes imitari, & superare, sic tibi salus tua peragenda est. 2. Regum. 18. ait Ioab Chusai, vade & nuncia regi, quæ vidisti, victoriam certe quam de Absalon obtulerat, adorauit Chusai & cucurrit, & ait Achimaas, quid impedit, si & ego curram post Chusai, & ait ei, curre, currens ergo Achimas per viam compendij transiit Chusai. Significat Achimaas tenens viam compendij, & vincens Chusai, eos, qui viam ingressi perfectionis reliquos facile præcedunt, tu ergo cura velocius currere, alioque prætere.

1. Cor. 9.

Psalm.
Athanas.

1. Reg. 18.

Non

A Non id præstat paralyticus, in super ait, *hominem non habeo*, qui me ducat. Multi quidem pereunt, quia hominem non habent, quia pastore carent. Hinc Zacharias ait, id circo abducti sunt, quasi grex affligentur, quia non est pastor eis. Prælati vero, qui pastoris officium ac munus non exercent, loquitur idem Zacharias, o pastor, & idolum derelinquens gregem, gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius. In hoc enim prælati à Deo constituti sunt, ut paralyticos curent, eos in piscinam deducant, si id non præstent, potest paralyticus dicere, *hominem non habeo*. Sed ante Christi Domini in mundum aduentum erat genus humanum vere sine homine, meritoque verba hæc usurpare poterat, hominem non habeo. Hinc est illud Ezechielis, quæ sui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni, & effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos. Sed iam homo nobis est Christus Dominus. Vnde ut id nobis notum esset, Pilatus ait, ecce homo, & ille se sapius dicit filium hominis, quod idem est ac homo, ut sciat mundus, aduenisse iam hominem, qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum, cui nulla insanabilis plaga, qui nulli dicat, quod propheta ait, insanabilis fractura tua, pessima plaga tua, quia iam misit Dominus verbum suum, & sanauit eos, ut infirmus quisque dicere possit illud Ioelis, infirmus dicat, quia fortis ego sum, cum hominem iam habeam. Quasi dubitans, & sub Cindicans, si forte ibi vellet eum ducere in piscinam, ait paralyticus, hominem non habeo, cui possemus dicere quod Samaritanæ, si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, vis sanus fieri, non dubitares, an te ad piscinam portare velit, hic enim dñs eò natus est, ut omnes homines & eorum onera portet, & vniuersa peccata, ut ait Esa. posuit in eo Deus iniquitates omnium nostrum, omnes mundi homines, omnia eorum onera, atque peccata super se tulit, summum profecto onus, & angelicis humanis importabile, sed quanta angustia onere tanto ipse per Esaiam loquitur, audite me domus Iacob, & omne residuum Esai. 49. domus Israel, qui portamini à meo vtero, & gestamini à mea vulua, vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ipse portabo

Zacha. 10.

Zacha. 11.

Ezech. 22.

Ioan. 19.

Iere. 30.

Psalm. 106.

Ioel. 3.

Ioan. 4.

Esa. 53.

Esa. 49.

1. Pet. 1.

Deut. 31.

Hieroglyphicum.

tabo, ego feci, ego feram, ego portabo, atque saluabo, in cruce A
 vero nos, nostraque peccata precipue portauit, vt Petrus ait,
 peccata nostra portauit in corpore suo super lignum, vt pec-
 catis mortui iustitiae viuamus. Est enim Christus regia illa
 aquila, de quadici tur expandit alas suas, & assumpsit eos,
 atque portauit in humeris suis. Si adhuc dubitas, an portare te
 velit, audi, quinque posuit porticus in corpore suo, vel
 potiùs quinque piscinas, non aquae sed sanguinis, non tau-
 rorum, & hircorum, sed proprij, vt ibi laueris, & fane-
 ris ab omni infirmitate. Mirabilis profecto Dei clementia.
 Vis ergo tu sanus esse hominem habes, piscinas habes, quod
 si semel sanatus es, caue, ne iterum pecces, ne tibi deterius
 aliquid contingat, peccata enim nos in innumera mala per-
 trahunt. Paricidam suis literis Hieroglyphicis Aegyptij
 significabant pastinaca in hamo comprehensa, qui enim il-
 lam piscatur, perit spina quam in cauda habet, quae for-
 tissimu inuenit venenum, vt significarent, quod oc-
 cisor patris, sui etiam occisor est, ego vero passi-
 nacae significare Dei offensorem, qui se
 precipue laedit & interficit,
 caue ergo tibi dein
 ceps, &c.

Sabbatho

**Sabbatho post Dominicam
 primam quadra-
 gesimae.**

Thema: Transfiguratus est ante eos.
 Matt. 17.

B



Conducit plurimum ad vitam Christianam per
 agenda cognitio aeternae beatitudinis, quae mer-
 ces est laboris nostri. Hinc ait Paulus, propte-
 rea & ego audiens fidem vestram, quae est in
 Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos,
 non cello gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in
 orationibus meis, vt Deus Domini nostri Iesu Christi pater
 gloriae det vobis spiritum sapientiae, & reuelationis in agnitio-
 nem eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quae sit
 spes vocationis eius, & quae diuitiae gloriae hereditatis eius in
 sanctis, & quae sit supereminens magnitudo virtutis eius in
 nos, qui credidimus. Merito caeleste lumen petit Paulus, vt
 agnoscatur a nobis gloriae magnitudo, & excellentia gra-
 tiae, & gloriae, quae ijs, qui in lege noua sunt, seruata
 est. Sed quae ais, bona ex hac nobis cognitione poueniunt?
 innumera plane. Sed duo expendamus. Primum, quod ter-
 rena facile despiciemus, si caelestia cognouerimus. Chryso-
 stomus in Ioannem ait, si quis caelum suspiceret, & quae illic
 bona sunt, contempleretur, statim praesentia contemneret
 tanquam nullius momenti. Nam & corporum pulchritudo
 quoad pulchrius non deprehenditur, in admiratione habetur,
 cum vero melius apparet, illa prior despicitur. Quod si in il-
 lam pulchritudinem & nos intueri voluerimus, & caelestis reg-
 ni speciem considerare, confestim nos huius seculi vinculis

Ephes. 1.

Chryso.

diffoluerimus. Hæc Chrysoſtomus. Certè ſi mentis oculis at-
 1. Io. 3. tendere mus gloriæ excellentiam, & viua fide illam ſperaremus,
 ſtatim ſancti efficeremur. Sic enim Ioannes ait, omnis, qui ha-
 bet hanc ſpem ſanctificat ſe, ſicut ille ſanctus eſt. Sicut enim ſi
 homo infimus de plebe vocaretur in regnum, infima, ac abie-
 cta relinqueret munera, & conuenientia dignitati regiæ exer-
 ceret, ita qui in cæli regnum vocatum ſe videt, & illud confe-
 qui ſperat facilè terrena abiicit.

Secundum, quod omnis labor viæ facilis redditur, tanta
 mercede propoſita, & labori vehementius homo incumbit, vt
 illam aſſequatur. Hinc Iacobus ait: patientes igitur eſtote fra-
 tres vſque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat pre-
 tioſum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat tempo-
 rancum, & ſerotinum, patientes igitur eſtote & vos, & confir-
 mate corda veſtra, quoniam aduentus Domini appropinqua-
 bit. Ideo de Iſachar Iacob ait, qua ratione agricolæ munus ſuf-
 ceperit, vidit requiem, quod eſſet bona, & terram, quod opti-
 ma, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, & factus eſt
 Gen. 49. tributis ſeruiens. Vis noſſe hominū tributa? Attēde eius immu-
 nitatem cum à Deo conditus fuit, & omnem laborem, ac dolo-
 rē tributum dices, ſed libèter his tributis ſeruit propter requiē,
 & terram optimam, terram certè viuentiū. Spes ergo colligen-
 di fructū ad laborē accēdit. Hoc etiam ſignificauit Dñs Moyſi
 detrectanti laborem, quē ei Deus iniungebat, ad quem Deus
 Exo. 4. ait, projice virgā in terrā, & verſa eſt in colubrū, fugiebat Moy-
 ſes, & Dominus ad eum, ſume caudā eius, & verſus eſt in virgā,
 ita omnino ſi laboris initia cōſideres, colubrū reperiēs, à quo
 fugias, ſed ſi finem, ac caudam, virgam tenebis, qua innitaris.

Vt ergo hanc immenſam gloriā, quæ nos expectat, ſi cru-
 cem tollimus, aliquomodo oſtenderet, tranſfiguratus eſt, qua-
 ſi diceret, ecce d' homines, quid mercedis pro laboribus recipie-
 tis. Tenuerat quidē gloriā in animę portione ſuperiori, ne ad
 corpus deſcēderet, effeceratq; illud, quod de Ezechia ſacra re-
 fert hiſtoria, ipſe eſt Ezechias, qui obturauit ſuperiorē fontē
 2. Par. 32. aquarum Gion, & auertit eas ſubter ad occidentem vrbis Da-
 uid. In conceptione obturauit gloriā, ne in corpus redun-
 daret, nunc autem eam auertit ſubter, vt veniat in ciuitatem

Dauid

A Dauid, in corpus, ſcilicet, & ſic diſcipuli regem in decore
 ſuo viderunt, ſicut illis promiſſum fuerat à Chriſto, ſunt de
 hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem donec videant fi-
 lium hominis venientem in regno ſuo, vt tanta gloria viſa ho-
 mines poſt ſe rapiat. Si enim dæmon oſtendit tibi gloriā,
 floresque mundi, vt te decipiat, ac poſt ſe trahat, an non te
 trahet gloria Chriſti vera? Mulier illa Apocalypſis ornata au-
 ro, ac purpura rapuit vniuerſam ferè terram, cur eam non ra-
 piat Chriſtus gloria ornatus? Chryſoſtomus homilia 55. in
 Ioannem ait. Si huius ſæculi lux adeo pulchra eſt, conſide-
 ra, qualis illa futura ſit, quanto enim ſolaris lux lucernæ lumen
 excedit, tanto, mo magis illa ſolarem, quod ibi ſignificatum
 eſt, Sol obſcurabitur, ad illius, videlicet, ſplendoris compa-
 rationem, vt non appareat. Quod ſi in hac vita vt ſplendida
 potiamur domo, tantum impendimus pecuniarum, quid im-
 pendendum non eſt, vt cœleſtem poſſideamus domum?
 Hæc relinquenda, illa permanſura, hic contentiones de ter-
 minis, illic minime, hæc tempore conſumitur, illa æterna,
 hanc pauper habere non poteſt, illam duobus obolis mercari
 licet cum vidua. Quomodo ergo pro tanta domo non labo-
 ramus? Vbi vis domum, in paruo oppidulo, an in regia ci-
 uitate? profeſto in regia ciuitate, vide, quam tibi ciuitatem pro-
 pono mirabilem, in qua domum ædificare poteſt minori ſum-
 ptu quam hic, ſumma ſapientia ibi ædificare, ſumma inſi-
 pientia hic. Si enim quis te duceret in Perſiam, vt eam vide-
 res regionem, mox reuerſurus, iuberetque, ibi domum æ-
 dificares, irrideres, quod inutilem ſuaderet impenſam, cur
 non idem reputas de hoc mundo, quem ſtatim relinques? An
 non hic vana ædificatio? ædifica in patria, vbi manſurus per-
 petuo es. Hæc Chryſoſtomus.

Vt ergo hanc gloriā oſtendat: *Assumpsit Iesus Petrum,
 Iacobum, & Ioannem.* Inardescit animus audita gloriæ mag-
 nitudine, ſed interrogat, cum Pfalte, quis aſcendet in mon-
 tem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Sed audi reſ-
 ponſum, innocens manibus, & mundo corde, qui non ac-
 cepit in vano animā ſuā, Ioānes aſcendit, qui gratiā ſignificat, Ia-
 cob, qui luſtor dicit. Quid ergo peccator faciet, qui mudo
 corde

corde non est? exclusus videtur ab hoc monte, sed absit, A etiam Petrus ascendit, qui negauit Christum. Præclarum profecto nuncium, quod etiam peccatoribus pateat aditus in cælum. De quo Psaltes ait, gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei: Memor ero Raab, & Babylonis, scientium me. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopum hi fuerunt illic. Ciuitas ista Dei est Ecclesia, & militans, & triumphans, in quam multi veniunt ex Aegypto, & Babylone, multi alienigenæ, Tyrij, & Aethiopes, peccatores ergo conscripti sunt eius ciues, gloriosum profecto nuncium. Sed si hæc ita se habent, liberè peccare possumus, & in peccato manere. Absit, nec enim in illa gloriæ ciuitate peccatores sunt, qui nunc

Psal. 86.

Apoc. 21.

peccatores sint, sed qui fuerunt, & peccata fleuerunt, non Petrus negans, sed flens, non Dauid adulter, sed pœnitens, quia nihil coinquinatum intrabit in eam, foris canes, & venefici, & omnes qui operantur, & faciunt mendacium. Si ergo inquinatus es, ablue vestes, vt in eam ciuitatem intres, illic enim duntaxat sunt, qui dealbauerunt vestes suas, & candidas fecerunt in sanguine agni. In montem conscendere te oportet, vt Christum videas. Periculo plenum est, quod quis cogitet, in cælum se viam agere, cum in infernum properet. Irrideres hominem dicentem in Orientem tendere, cum viam ad Occidentem agat, ita profecto irridendi sunt homines, qui in cælum se tendere dicunt, cum viæ eorum viæ sint inferi. Ille certe in cælum tendit, qui dirigit pedes in viam pacis, qui montem ascendit, qui naturam suam superat, qui se mortificat, qui terrena abijcit, qui verò terrenis delectatur, & inhiat, qui infima quærit, num in montem ascendit? Audi, quo duxerit discipulos Christus, vt eius gloriâ videret.

Et duxit illos in montem excelsum, seorsum. Locus, in quo Christus transfiguratur, ostendit aliquo modo, quid gloria sit. Quid est gloria? Respondet Augustinus: sicut Deus est omnino bonus remota omni imperfectione, ita celestis beatitudo est ista tus omnium bonorum aggregatione perfectus sine villo incommodo. Et quemadmodum Deus melius à nobis cognoscitur per negationes, quam per affirmationes, dum dicimus, Deus non est

Angelus,

A Angelus, sed maior Angelo, & sic de reliquis, ita gloria explicanda est, nullum in ea malum est, nec vero bonum est, qualia ea sunt, quæ videmus, sed multo excellentius. Id vero significatur in hoc monte, de quo duo Mattheus dicit, quod excelsus erat, & seorsum positus. Vt turris secura sit, duo habere debet, primum, quod in loco sit edito, in monte excelso, secundum, quod seorsum posita sit, nec prope illam sint alia loca excelsa, quæ vulgo dicuntur padrastris, à quibus expugnari possit. Terrena bona in infimo sunt loco celestia in excelso monte, illa minima, hæc vero maxima sunt. Deinde terrena bona, si quæ alta apparêt, ex multis locis expugnari possunt, tamen multos padrastris. Attende quot curis angatur cor regis, & principis terræ, quot inuidijs pateat diues, præpotensque homo: An non vides plura loca excelsa, ex quibus expugnatur eius gloria, non est ergo seorsum locata. At celestis beatitudo, non solum magna est, & excelsa, sed & seorsum posita, nullus eam expugnare valet, altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum.

Psal. 90.

Sed attendamus nunc montem, in quo gloria ista manifestatur, quod est cælum. Naturali lumine constat, in alia vita præmium esse, & supplicium, cum anima sit immortalis. Et ideo philosophi dixerunt, animas iustorum optimè se habere in alia vita, secus animas impiorum. Sed de corporis gloria nihil certi ratio naturalis dicebat, licet aliqui philosophi eam fuerint suspicati, dicentes, corporum resurrectionem futuram. Cuius rei aliqua ratio in natura inueniri potest, vt scilicet, appetitus naturalis animæ satietur, quæ tanquam pars corpus desiderat, & vt corpus, quod fuit animæ instrumentum ad virtutem, sic etiâ consors præmij. De hac vero gloria corporis licet aliqui inania quædam dixerint, de campis Elysijs, tamen religio Christiana maxima, ac mirabilia docet. Huius autem magnitudo colligitur ex cælo, quod mons est in quo hæc gloria ostenditur, & domus iustorum, quæ eos expectat, quam vt videremus, & optaremus, os homini sublime dedit, cælumque videre iussit, & erectos ad sydera tollere vultus. Est autem cælum vacuum, dum iustorum corpora non continet. Si videres regiam

giam aulam mirè fabricatam, & eam ingrediens, vacuam habitatore reperires, diceres sane, alicui maximo principi seruatam in habitationem. Ita omnino philosophandum est de cælesti domo, quod si dicas, Angeli in cælis sunt, qui ea inhabitent. Certe sicut mundus hic inferior solus esset, si eum homo non incoleret, licet plures Angeli in eo essent, quia corporum pulchritudo oculos, & ciborum dulcedo gustus & concentus aures corporeas postulat, ut percipiantur, ita cælestia corpora habitatore indigent corporeo, qui eis fruatur. Si ergo miserum esset, quod mundus hic inferiori qui puncta similis est, sine homine habitatore esset, quo pacto cælestia corpora immensa, ac pulcherrima sine habitatore futura erant. Nos ergo illa expectant, ille mons est, in quo Deus à nobis videndus est. Dicamus ergo cum Psalte, quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Tanta autem domus magnitudò ostendit inhabitantis dignitatem, nec enim homini infirmo aula paratur regia; est ad eò vero magna domus illa, ut ei collata terra punctum sit. Et quantum excedit magnitudine, excedit nobilitate, imo ideo excedit magnitudine, quia nobilitate, ut ait Dionysius, quia Deus de eo, quod excellentius est, plus condidit. Illa profecto domus maxima est, quam contemplans Paulus cõsolabatur, ac dicebat, scimus, quod si terrestris domus huius habitationis dissoluatur, ædificationem habemus, non manufactam, sed æternam in cælis.

Cum autem in montem peruenisset Christus, *Transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol.* Apocalypsis. 1. dicitur, & facies eius ut sol lucet in virtute sua. Semper sol lucet eminenti luce, quam tamen nos aliquando non videmus propter incidentia nubila. Ita Christi anima gloria maxima lucebat, sed propter peccata nostra opposita, in corpus non redundabit gloria illa, ut sic pati pro nobis posset. Et cum naturaliter gloria animæ in corpus redundet, singulari dispensatione quasi miraculo actum est, ut in corpus Christi gloria non rediret, ut pati pro nobis posset. Mirum hoc valde est, quod Christus miraculum efficit, ut pati possit, & per passionem intret in gloriam suam, nos autem miraculum optamus, ut ascendamus ad

Psal. 83.

Dionys.

2. Cor. 5.

Apoc. 1.

A ad gloriam per delicias, ille decertare vult cum hostibus, ut insigniatur corona, nos miracula optamus, ut sine pugna coronemur. Sic Petrus ait, bonum est nos hic esse, audiuit Christum de passione differentem cum Moyse, & Elia, nec consona concio ei visa est illi festiuitati, voluit sine labore coronari, sed nota fiet. Multa tibi sustinenda sunt à Petre, & tandem in cruce moriendum. Ideo ipse à Deo illuminatus postea dixit, in quo exultabitis modicum nunc, si oportet contristari in varijs tentationibus, ut probatio vestre fidei multo pretiosior sit auro. Et in eodem capite. Propter quod succincti lumbos mentis vestre, sobrii, perfecti, sperate in eam, quæ offertur vobis gratiã. **B** in reuelationem Iesu Christi quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantia vestre desiderijs, sed secundum eum, qui vocauit vos, sanctum. Desiderium quidem ignorantia Petri fuit, cum dixit, bonum est nos hic esse, quia nesciebat, quid diceret, ut Mattheus ait, huic desiderio configurantur homines simili ignorantia, cum ante crucem gloriæ expectant, non ergo id agendum, sed secundum eum, qui nos vocauit Iesum, qui repulit à se gloriã, donec passione consummaretur.

Sed plura sunt, quæ in sua transfiguratione Christus nos docet. Primum est, quod initio proposuimus, summam esse gloriam, quæ nobis promittitur, tum animæ, tum corporis, cuius hodie insigne, & exemplar, cui configurandi sumus, proponitur. Maxima profecto animæ gloria, à qua tanta gloria in corpore redundat. Magna gloria corporis, cum fulserit sicut sol in regno patris sui, & multo plusquam sol, est enim claritas corporis gloriosi alterius ordinis, quã claritas solis, multoq; excellentior, tãquã procedens à diuersa causa, à gloria, scilicet, animæ. De qua Esa. ait. Erit lux lunæ sicut lux solis & lux solis erit septem pliciter sicut lux septem dierum in die, qua alligauerit Deus vulnus populi sui, & percussuram plagæ sanauerit. Quæ verba sic exponit Augustinus tomo. 4. de quæstionibus noui, & veteris testamenti capite. 105. In die iudicij, cum sanabiter omnino nostra mortalitas, cum appropinquauerit redemptio nostra, caro nostra mortalis, quæ nunc similis lunæ mutatur, splendebit ut sol, id est, tanquam Christus, quia similes ei erimus, & reformabit

1. Pet. 1.

Esa. 30.

August.

bit

bit corpus humilitatis nostrę figuratum corpori claritatis suę. Iple vero sol septupla claritate erit, quia plus splēdebit quā omnia alia corpora simul. Si ergo ð homo corporeis rebus ita adhæres, vt eis mouearis, scito, in gloria summam futuram tui corporis excellentiam, etiam corporalia omnia, quę appetere potes, tibi dabūtur, rejice ergo terrena, quę nihil sunt. Dixerat Propheta Alias ad Ieroboā, Assumā te, & regnabis super Israel & super omnia, quę desiderat anima tua. Audita ergo morte Salomonis, reliquit A Egyptum, & venit in Ierusalē. Simile ergo tu audi, vt relinquant mundum, & ea, quę in mundo sunt, regnabis super omnia, quę desiderat anima tua, non solum in cęlesti patria tibi Deus promittitur, sed vniuersa, quę corpori optare potes. Aperi ostium, dilata illud, & quicquid dixeris, & optaueris, in gloria reperies. Tanta ergo promissione habita, labora, & montem conscende cęli, vt ea perfruaris.

Secundum, quod in hac transfiguratione ostenditur, est, quo pacto corpus nostrum in animam, & anima in Deum trāsfigurari debeat, vt & corpus, & anima super naturam suam ferantur. Audi animę transfigurationem, qua Deo similis efficitur. Intellectus iusti diuino intellectui conformatur, eique similis est, cum similiter iudicat, ac diuinus, cum vniuersa ponderat siclo sanctuarij, illa in magno pretio habet, quę Deus magni ducit, illa autem despicit, quę Deus contemenda dixit, diuitias lutum, honores aerem, ac fumum, delicias spinas reputat. Contra vero lachrymas, elemosynam, orationem diuitias, ac thesauros putat. Sic etiam in voluntate transfiguratur, diligens Deum, & diuinę voluntati in omnibus obtemperans.

Sed de corporis transfiguratione dicamus, transfigurabitur quidem in gloria, & configurabitur spiritui per dotes glorię, vt quasi spiritus appareat. Anima transformatur in Deum, similis ei, quia videt eum, sicuti est, corpus transformatur in spiritum, & ideo Paulus ait, seminatur carnale, resurget spirituale, non quidem quod natura sit spiritus, sed conditione, agile enim erit, quasi spiritus, subtile, impassibile, ac splēdidū. Nunc vero etiam anima, & corpus iusti quodāmodo transfigurantur, licet enim in gloria id præcipuē fiat, sed & nunc initium aliquod illius est. Audi ergo transfigurationem tum animę, tum

corpo-

A corporis iusti. Cum gratia initium sit glorię, & eius similitudo, cum anima gratia ornatur, transfigurari dicitur. De qua re multa, ac præclara Paulus ad Corinthios, quo loco primum Moysen proponit, qui diuino colloquio transfiguratus in Deum est, splendente illius facie. Et filij quidem Israel transfigurandi in Moysen erant, sicut ille in Deum, sed infirmi fuerunt, & ideo dixerunt Moysi, vt velo faciem operiret, & ideo velo ignoratię opertū est cor eorum vsq; in hodiernum diē. Nos vero reuelata facie glorię Domini specularantes in eandē imaginem transformamur à claritate in claritatem. Volumus videre Christi faciem splendētem, vt in eandem imaginem transformemur, suscepta illius claritate, quasi specula obiecta soli.

B Attende diuinum ordinem, claritas patris deriuatur in filium, claritas filij in animam, claritas animę in corpus.

Vidimus animę transfigurationem in Deum, videamus nunc corporis transfigurationem in animam, etiam in hac vita. Corpus iusti in spiritum transire debet, idēo totus homo dicitur spiritualis, quia corpus in spiritus conditione transit. Et ideo ait Chrysostomus, iustum appellari Angelum, quia sicut Angelus est purus spiritus sine corpore, ita iustus in corpore cū sit, nō habet corporis vilitatem, quia illud subijcit spiritui. Bellum geritur inter carnem & spiritum, vis autē belli est vt victor in leges suas victum ducat & ideo cū corpus spiritū debellat, in corporis leges eū ducit, & ideo descendit in profundū inferni quasi lapis, torquetur igne corporeo, quasi corpus, & nunc ea, quę corporis sunt, sapit, eisq; delectatur, quia animalis homo non percipit ea, quę sunt spiritus Dei. Ita etiam cum spiritus victor extitit, corpus ducit in suam conditionem, nō solum in cælo, vt diximus, sed etiam hic. Eo enim deuenire solet corpus per diuinam gratiam, vt cælestia sapiat, & quis delectetur. An nō eo perueniat, qui ait cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum? Et de multis sanctis memorię proditum est, eo peruenisse, vt humanis affectibus carere viderentur. Et in vniuersum iusti, licet eos experiantur, sed ad vitia non pertrahuntur, & licet tribus multis eos impugnet, domo ipsi immobiles persistunt, quasi impassibiles, licet iniurijs hæsi, licet passionibus exagitati integri sunt, etiam iusti impassibiles. Si agilitate

Aducn.

Bb

tem

3. Reg. 11.

1. Cor. 15.

2. Cor. 3.

Chryso.

1. Cor. 2.

Psal. 33.

tem desideras, audi, sicut spiritus promptus est in omne opus A bonum, ita & eorum corpora, quæ infatigabilia aliquando appa-
Esa. 40. rent, faciliis eis est oratio, vigilia, aspera vitæ ratio, ieiunium, pauperum visitatio. Hinc Esaias, qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ, volabunt, & non deficient, current, & non laborabunt. Eorum
Esa. 60. velocitatem miratur Esaias, qui sunt isti, qui ut nubes volant? Fœlix corpus iusti, quod sic transfiguratur, & inœlix anima peccatoris, quæ in corpus transfigurata est, & in belluam degeneravit. Quod ut antiqui sapientes significarent, Plato, Pythagoras, & A Egyptij diuersas hominum metamorphoses anxierunt, quibus homines in belluas mutabantur, ut significarent homines, qui vitijs in belluas degenerauerant. Et in diuina scriptura similia multa sunt, homines enim nominibus ferarum significantur. Longe hi sunt à transfiguratione Christi, lumen enim non habent, qui sunt rebelles lumini. Vnde dixit Trimegistus, lex Dei non patitur transitum hominum ad lapides, & bestias.

Curemus ergo corpora Deo offerre transfigurata, sicut nos Paulus monet, corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori, glorificate ergo, & portate Deum in corpore vestro. Dedit quidem Deus tibi carnem, sed non ut carnalis sis, sed ut portes Deum in corpore tuo, ut templum sis Dei, non dæmonum dominium. Voluerunt homines consecrare, & honorare vitia, quæ vero illa colere tanquam Deos non potuerunt, coluerunt Deos vitijs oneratos, in quibus vitia quodam modo cohibent, dum enim ea in dijs fuisse dicebant, hæc non habebantur. Nunc in impij nolent in Deum transfigurari, sed Deum in ipsos transire velent, ut talis Deus esset, ut eorum appetitum, ac desiderijs seruiret, nec ea violeretur, sed verum fieret, existimasti in quæ, quod ero tui similis? arguam te, & tuam contrafaciem tuam.

Hanc eandem doctrinam nos hodie docet Dominus, cum vestimentis suis sub alba seruitur. Vestes Christi etiam sunt, quæ quibusdam Elia vult Dominus, quidam autem his vel hinc nomen dant, & tunc in diaboli educti, qui sponsum habet, & ei candidi esse debent, ob hanc eandem rem, iac in imagine

Esa. 40.

Esa. 60.

Iob. 24. Trimeg.

1. Cor. 6.

Psalm. 49.

Esa. 49.

Hoc

A Hoc voluit Dominus significare, cum populum suum voluit ab ethnicis separare legibus, conuictu, ac vestitu, & cum plures eis eticas prohibuit, quæ vitia significabant, Bernardus ait: filij Babylon fulgent in monilibus, & sordent in moribus, quærunthi diuitias perituras etiam cum animæ vulneribus. Simileque sunt Naaman Syro, qui leprosus cum esset, abundabat vestibus, sed quid vestes proficiunt corporis, ubi anima nuda est? Audi ergo o Christiane, qualis esse debeas, à Paulo, qui Tyro discipulo ait, in omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate verbum sanum, irreprehensibile, ut is, qui ex aduerso est, vereatur, nihil mali habens dicere de nobis. Ecce qualè te esse oporteat, ut vestis Christi sis, esto perfectum sanctitatis exemplar, ut vereatur qui ex aduerso est, id est, paganus, & Ecclesiæ hostis, ut ait
 B Ambrosius, cum nihil mali dicere possit de fidei. Vel per eum qui ex aduerso est diabolus intelligi potest, ut ait Chrysostomus, & omnis, qui ei obsequitur. Tantus ergo vitæ candor à fidei exigitur, ut non solum scelerati homines, sed nec dæmon, cuius oculi perspicaciores sunt, aliquam in eo maculam inueniat.

Sic transfigurato Christo. Apparent Moyses & Elias cum eo loquentes. Exprimit Lucas sermonem, qui erat de excessu eius, quem Christus eis reuelauit, de quo immensas ei gratias egerunt. Cum in gloria esset, voluit, de passione tractari sua, & cum ad passionem properaret, palmis excipi voluit, quia gloria, & palmæ adeptio fructus est passionis illius. Nec solum Christus de passione agit, sed Moyses, & Elias, quia lex & propheta passionem Christi loquuntur, & per passionem ad gloriam deuenitur. Vellet quidem Petrus crucem fugere, ut in monte cum Christo glorioso esset, sed non ei conceditur: ille crucem detractat, sed ut Christo fruatur, tu vero ut mundo, & brutorum delicijs fruaris. Sed si ille nesciebat, quid diceret, dum fugere voluit crucem, ut Christo fruatur, an non tu omnino amens eris, cum crucem detroctas, ut mundum tecteris? Maxime quod Petrus tabernacula ibi construere noluit, nisi Christo annuente, vnde ait, si vis, ut tu contra Dei voluntatem in terra construere tabernacula vis. Antedamus nunc o huius

Bern.

4. Reg. 5.

Ad Titu. 2.

Ambros. Chrys.

Luc. 9.

Bb 2

gloria,

gloria, & honore indutum, qui cū amicis agit de hac gloriosa veste deponenda, ac doloribus summis suscipiēdis pro nobis. Si enim adeo mirum fuit, quod David exuerit vestes regias, & coram arca saltaret tanquam infimus de plebe; annon omnino mirabile, quod Deus infinite maiestatis exuat nunc regiā, ac diuinā vestem, gloriā, scilicet, corporis, & humilē, ac pānolam induat pro hominū salute? Quas illi gratias pro tāto beneficio referant Moyses, & Elias, nō memorat Euangelista, sed procul dubio multę fuere, immēsum enim illud fuit beneficiū, vt non solū homines sibi reconciliari voluerit, sed id morte, ac acerbissima passione effecerit, nulla certe alia bonitas quā diuina ac infinita id excogitare poruit. Ionas recusauit ire in Niniem ad eius remediū, ne Deo ignoscente, ipse propheta falsus haberetur, quo pacto susciperet ille mūdi remediū, si ea passurus esset, quę Christus Dominus? Sed nec nos ipsi pro nobis ipsis, & pro æterna nostra salute talia sustineremus. Quod manifesta experientia comprobari potest, nunc enim, cum pauca à nobis sustinenda sunt, & parua præstanda pro animarum salute, vix ea præstamus, quis, obsecro, tanta præstaret, quanta Christus Dominus? Eximium sibi præstitum obsequium putauit David, cum tres illi viri per medios iruperunt hostes, & aquam hauserunt de cisterna Bethlem, quam tanto in pretio David habuit, vt eam non biberit, sed Deo libauerit. Si officium seruorum tanti habitum est; quanti habendum est, quod Rex noster innumeris vulneribus, doloribus, ac morte nobis salutem parauerit? Vix pro iusto, ac amico quis moritur, quanta ergo Christi charitas, quantum beneficium, cum pro impijs, & hostibus occubuit? Mira profecto, ac stupenda charitas illa, ac dignitas fuit. Clamant Iudæi, crucifige, Christus clamat, ignosce. Reliquę creaturę Deo debent, quod factę sint, sed vnico verbo creatę sunt, dixit, & factę sunt; mandauit, & creata sunt; at homo Deo suo debet, quod illum fecit, quod ei gratiam contulit, quod morte, ac sanguine eum refecerit, vere dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Nunquā ergo à memoria excidat beneficium tantum.

Vox taudē patris intonuit. *Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.* Videmus Christum speciosum præ filijs hominum, in cuius

A cuius labijs gratia diffusa est, qui decorem induit, Dominus regnauit, decorem indutus est, non ait, decorem vestē induit, sed ipsummet decorem, non participatum, sed infinitum, sed quid inde sequitur? sane vt eum audiamus, eum sequamur, cui enim talis Deus displicere potest? Hinc loquitur ille per Hieremiam. quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem? Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios, vox eius dulcis, totus desiderabilis, cur ergo eum non sequimur, ac audimus? Sed causatur impius, ac dicit, Deus quidem rectus, & nō est iniquitas in eo, sed manus eius dura est, dure suos tractat, præcipit crucem ferri, abnegare se se hominem. Hac de re conqueruntur Philistæi, & reijciunt arcam, non maneat arca Dei in Bethleem. B Israel apud nos, quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrū. Ita peccator ait, dura est manus Dei super me, manus verò mundi blanda, ac delectabilis. Sed cum hominibus, qui ita sinistre de Deo loquuntur, iudicio ille contēdit per Micham. Popule meus, quid feci tibi? aut quid molestus fui? responde mihi, quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis liberaui te? Cum tibi ò homo dicitur, abnega te, crucem tolle, peccatum relinque, de domo seruitutis erueris, de potestate tenebrarum liberaris, non molestia, sed gloria afficeris. Gaudete, & exultate quoniā merces vestra, copiosa est in cælis, cuius præmij magnitudo omnem laborem facilem reddit, &c.

C

Aduen.

Bb 3

Domi-

Psal. 92.

Hiere. 2.

Cant. 2.

1. Reg. 5.

Miche. 6.

Matt. 5.

Dominica Secūda Quadra- gesimæ.

Thema. Transfiguratus est ante eos, &c.
Matthæi. 17.



His, quæ admirari maximè solemus, vnum illud est, si nouitas aliqua intersit, cum mutatione ab vno in alterum extremum. Id autè hodie videre licet in Christo Domino, qui habitu inuentus vt homo humilem vestem susceperat, & obscuram, nunc vero subito decorem induit, amictus lumine sicut vestimento. Venit in mundum eo habitu, quo desideratus fuerat ab Esai. Ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti, non est species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientè infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius. Sic etiam ostensus fuit Zachariæ, qui ait: vidi Iesum sacerdotem magnum indutum vestibus sordidis. Nec sine magna causa humilem induit vestem, quoniam in labore venit in mundum, merito ergo operarij veste induitur, vili, non pretiosa, nec enim hæc ad laborem apta est. Vnde sicut ciecitus prior Adam de paradiso, vt in labore, & sudore vultus terram coleret, & panem manducaret, indutus à Deo est veste vili, pelle, scilicet, animatis emortui, ita veniens secundus Adà è paradiso cælesti in locum laboris, homo natus est ad laborè, & ideo non gloriosam vestem suscepit, quæ labori apta non erat, sed humilem. Et quemadmodum miles in pugnam veniens vestes deponit pretiosas, & ferro, ac armis se induit, ita rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum, & bello conuenientia arma suscepit. Sed hodie in veste pretiosa apparet, cum adhuc in die laboris sit, & impletum iam appar-

ret

A retinuit Zachariæ, auferte vestimenta sordida ab eo, & induite eum mutatorijs. Iam similis videtur Ioseph, cum veste mutata offertur Pharaoni, & Mardocheo, cum regijs induitur vestibus. Nouitas hæc maximam admirationem inducit, & admiratio inquisitionem, vt huius rei causas inquiramus precipuas.

Et prior est ratio in fidei cõfirmationè. Oportebat namq; vt author fidei, & cõsummator Iesus testamenti noui in gloria, ac diuina potestate daret. Cum descenderet Moyses legenturus populo Israelitico, vt eum Deus commendaret, ac honorabilem redderet, & vt significaret, à Dei consortio etiam venire, & à colloquio eius, qui est inaccessibleis lux, eximia luce vultum eius decorauit, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem eius. Oportuit ergo, vt legislator noui testamenti ampliori lumine ornaretur. Quæ ratione Paulus ait, non solum Christum Iesum, verum & Apostolos eius amplior gloria decoratos quàm Moysen, ait enim: Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita quod non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? In quæ verba multa de hac re dicit Diuus Thomas. Lux ergo hodierna, qua luxit Christi facies, multo amplior fuit, quàm lux Moysi, qua Christus ostensus est non solum homo beatus, verum etiam & Deus verus.

C Quia vt Damascenus ait, non solum lux ista resultauit in corpus ab anima Christi gloriosa, sed etiam à diuinitate, & ad hoc fuit summa, ac maxima, cuiusmodi nunc ea claritas est, qua fulget in cælo. Quæ ratione de ciuitate illa cælesti Ioannes ait, & ciuitas non eget sole, neque luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est agnus. Dulcissima profecto verba, ac melliflua, lucerna eius est agnus. Fugebunt quidem iusti in regno patris eorum sicut sol, & lucerna ubi dicuntur, quia vt plurimum similes stellis sunt, ac vero Christus sicut sol est illius ciuitatis, lucerna eius, cuius tantum claritas, vt longo superet claritate omnia similia corpora beatorum. Sicut ergo pars lunæ, quæ à sole respicitur, lucida redditur, parte alia obscura manente, ita anima Christi beata erat, & luce diuinitatis

Bb 4

plena,

plena, corpus vero non sic, sed passibile, nunc autem, cum transfiguratus est, lux diuinitatis irradiauit in corpus eius, & illud reddidit clarissimum. Simulque pater ostendit eum filium suum, cuius legem omnes accipere debent, & ideo nunc ait, ipsum audite. Et ideo Petrus in ostensionem diuinitatis Christi adducit illius gloriam in transfiguratione a se visam. Non enim in doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a Deo patre honorem, & gloriam, voce de lapsa ad eum huiusmodi a magnifica gloria, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de caelo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. In fidei ergo firmitatem, ut quanto honore dignus Christus esset, appareret, transfiguratus est.

Secunda huius transfigurationis ratio fuit, ut erigeretur, ac aueretur spes nostra. Nullus sic indiget aliqua ostensione, ut ea credatur, quae dicit, ac promittit, ut pauper. Unde Sapiens, pauper locutus est, & dicunt, quis est hic? Si nunc ego inuitare vos omnes, ac monerem, ut relictis diuitijs, & domibus proprijs, me sequeremini per asperam viam, promittens vobis, daturum me longe meliorem terram, ampliores opes, ac delectationes, non me attenderetis haec dicentem. Si vero in huius rei testimonium in medium vobis proferrem vestem vnam illius terrae, quam promitto, quam videretis tanto esse pretio, ut longe superet omnes huius terrae diuitias, tunc facile mihi crederetis, meque sequeremini. Hoc ipsum nunc Christus facit. Descendit de caelo, ut homines a terrenis abstraheret, ut ad caelestia properare faceret, dicebat huic, vade, vende omnia, quae habes, da pauperibus, & sequere me, & habebis thesaurum in caelo, similia multis consulebat, non ei creditur, ostendit hodie vestem de caelo allatam, quae tanta est, ut omnia terrena longe superet, & ait, eni terra viventium, ad quam vos inuito, signum est opes patriae illius. Quis enim non audiat? quis ei non credat? In hunc vero finem dirigi transfigurationem ostendit plane, quod pater hodie dixit, ipsum audite, ipsi credite: inumeras diuitias promittenti, quando signum illarum manifestum vobis proponit. Licet ergo difficilis sit via in montem, Christum.

Astum sequere, sicut enim ille transfiguratus est, tu quoque transfiguraberis, ut sic loqui liceat, & reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. Et quemadmodum Iacob post labores, & luctam nomen aliud accepit, qui enim dicebatur Iacob, id est, luctator Israel dicitur, quod plures sancti interpretantur videtur Deum, auditque, non vocaberis ultra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Ita plane nobis continget, si Christum sequi voluerimus, luctandum nobis erit, & laborandum paulisper, sed cito aderit laboris finis, & regem in decore suo videbunt. Sicut ergo laboranti in itinere Israeli botrus è terra promissa ducitur, tantusque erat, ut à duobus viris portari fuerit necesse, quo viso vberi terrae fructu, credidit Israel, terram illam optimam esse inter omnes terras, & animum viresque resumpsit ad illius expugnationem. Ita lassatis nobis ieiunio, & poenitentiae laboribus proponitur botrus Cypri dilectus Christus fructus caeli, qui inter duos viros Moysem, & Eliam transfiguratur, ut tanto virtutis fructu inspecto, in eius laborem vehementer accendamus. Dum arca ambulauit per desertum operata erat cilicij, & pellibus animalium, sed reposita in templo Salomonis reliquit vilia operimenta, & inter Cherubinos, cedros, & aurum reposita est. Hoc ipsum Christo contigit, hoc & nobis accidet, cuius rei exemplar in Christi transfiguratione nobis proponitur, ut spes nostra firma sit. Hac ergo à Christo Domino facta ostensione, credamus dicenti, bona vera in caelo esse, & terrena nihili ducenda. Si optio Petro data esset, ut partiretur omni mundi delectatione, aut corpore Beato Christi, diceret plane, quod hodie dixit, bonum est nos hic esse, omnia arbitraretur ut stercore, ut Christum lucrifaceret. Id ipsum & nos diceremus, si ea nobis optio daretur, tantum enim bonum est corporis gloria, ut eam vel à longe videre, maius sit bonum, quam vniuersa mundi oblectamenta acquirere. Quanta obsecro res erit, ipsam beati gloriam intra se continere? annon id omnia mundi bona facile superabit? Si ergo vera bona diligis de homo, virtutem amplectere, qua haec tibi bona parabis. Dolendum plane est, quod fidelis, qui haec nouit terrena magni ducat, & caelestia aspernetur. An non pater doleret, qui filio multas congregaret diuitias, si eum ita dementatum videret.

vt aurum, & gemmas, quæ ille congregat, spargeret, ac perderet, magna vero cura cōgregaret lutum, & stercurus? Quid aliud te putas facere, cum diuitias terræ congregas, & virtutes, ac gratiam relinquis? Certe, qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercorea.

Thren. 4.

His ergo de ~~gans~~ gloriâ suâ hodie ostēdere voluit. Simul etiam charitatem excitare voluit, vt eū diligeremus, qui adeo speciosus est. Ostensio nem vero gloriæ facere voluit, cum inferni nullam dederit. Vnde Chrysolto. homilia. 57. in Matthæum ait, diseruera Christus de regno, & Gehenna, cum diceret, in vitam æternam custodit animam, qui eam hic odit, & perdet eam, qui hic diligit, & regnum oculis ostendere voluit in transfiguratione, gehennam secus, quia inferni indicium facile homo deprehendet in conscientia sua, si peccator est. Ingredere ò homo, cor tuum, illud circumspecte, & infernum videbis, si à Deo recessisti, vide, quia malum, & amarum est, reliquit se te Dominum Deum tuum, quod si infernus locus est culparum, ac pœnarum, cur cor impij infernus non dicatur, in quo culpæ plures, & pœnæ multæ sunt? Annon ibi timor, amaritudo, vermisqueten inferni signa. Ad hunc descenderat infernū, quia is, dolores inferni circumdederunt me, & iterum, eduxisti ab inferno animam meam. Et ideo alibi de inimicis ait, descendant in infernum viuentes. Est ergo infernus duplex, sicut & gloria, est infernus superior, à quo emergere potest homo, culpa scilicet, mortalis, & status peccati, est infernus inferior, in quo nullus est redemptio, à quo se liberatum dicit Psaltes, cum ait, misericordia tua magna est super me, cruiisti animam meā ex inferno inferiori. Inferior infernus dicitur locus damnatorum, à quo magna Dei misericordia liberatur, qui cum peccauerit, in illum non truditur. Sed cum inferiorem infernum dicit, alium esse superiorem innuit, qui, vt diximus, cor peccatoris est, in quo tanta est ostensio inferni, vt aliam præberi, non fuerit necesse, gloriæ autem ostensionem dedit, quia licet in corde iusti gloria quædam sit testimonium conscientiæ, qua gloriatur homo in spe gloriæ filiorum Dei, tamen quia nescit homo, an odio vel amore dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta, non plene gloriatur, nec adeo magna gloriæ ostē-

Chrysol.

Hierem. 2.

Psal. 17.

Psal. 29.

Psal. 54.

Psal. 85.

A ostensio in corde illius est. In peccatoris autem corde maior inferni est ostensio, quæ planè nouit, se in peccati statu esse, & damnatum ad æternas pœnas, ideo inferni ostensio non fuit adeo necessaria.

Iam vero ordinem, ac circumstantias, quibus facta fuit transfiguratio, contemplemur, quæ mire Matthæus ostendit in Euangelio. *Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem.* Licet omnibus hominibus gloriam promiserit, & omnibus voluerit esse manifestam, sed vt Diuus Thomas ait 3. parte, quæstio. 35. articul. 3. alta mysteria non sunt omnibus exponenda immediate, sed per maiores suo tempore debent ad alios deuenire. Et ideo vt Chrysolomus dicit, assumpsit tres tanquam potiores. Nam Petrus excellens fuit in dilectione ad Christum, & in potestate sibi commissa, Ioannes vero in priuilegio amoris, quo à Christo diligebatur propter virginitatem, & propter prærogatiuam Euangelicæ doctrinæ, Iacobus autem propter prærogatiuam martyrij. Quæ ratione hos tres vocat Paulus supramodum Apostolos. 2. Corinthiorum, 12. id est maximos inter Apostolos, vt ibi Diuus Thomas, explicat. Quos etiam magnos Apostolos dicit, 2. Corinthiorum, 11. Sicut ergo terræ Reges suos habent familiares, ac charos amicos, quibus secreta reuelent sua, ita & Deus, sed hac diuersitate, quod illi pro arbitrio, ac animi affectione hos, vel illos in amicos admittunt, Deus autem illos amicos habet, qui præcipui virtute sunt. Vnde ait, vos amici mei eritis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis, & iterum, qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ille meus frater, soror, & mater est. Nulla est ergo via, vt amicus Dei sis, nisi eius facere voluntatem, nec enim nobilitas, vel diuitiæ, aut aliquid humanum commendabilem Deo hominem reddit, sed sola virtus: si ergo inter Dei amicos, ac familiares numerari vis, dilige Christum cum Petro, pro eo patere cum Iacobo, carnem supera cum Ioanne. Hoc autem factum concedit Christus principibus, & vniuersis hominibus, vt familiares, ac intimos aliquos habeant, dummodo hi sint, qui virtute emineant.

D. Tho.

B

C

Ioan.

Eduxit illos in montem excelsum, seorsum. Tertullianus Tertul. libro

Psal. 87.

per sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, si ergo ille negotia nostra agens laborauit, cur nos non laboremus, & cum eo montem conscendamus? Nulla enim aliare licet permoueret militum animos dux, aut rex, vt labori alicui incumbere, quam si viderent regem, aut ducem labori illi, ac operi totis viribus incumbentem.

Cum ergo montem conscendisset Christus orare cepit, & sic transfiguratus est. Apparuerunt autem Moyses, & Elias cum eo loquentes. Non solū discipuli, qui ex nouo testamento erāt, adesse debuerunt transfigurationi, sed etiam aliqui patres ex veteri. Quia, vt ait Diuus Thomas, ideo transfiguratus est Christus, vt gloriā in hominibus ostenderet, ad quam adducuntur

D. Tho.

homines per Christum, non solum qui post eum fuerunt, sed etiam qui illum præcesserunt, vnde eo ad passionem properante, tam turbæ, quæ sequebantur, quam quæ præcedebāt, ei clamabant. Hofanna, vt dicitur Matt. 21. quasi salutem ab eo petentes, & ideo conueniens fuit, vt transfigurationi eius adessent non solum discipuli, sed etiam Moyses, & Elias, qui eum præcesserant. Cur autē Moyses, & Elias electi sint potius quā alij, multas rationes adducit Diuus Thom. art. 3. ex Chryf. homi. 57. in Matthæum, & ex Damaf. in oratione de transfiguratione. Quibus addit Tertul. li. 4. contra Marcionem c. 22. Ap- paruisse Moysen, & Eliam, quādo paterna voce declaratus est, Christus hominum doctor, quem audire omnes tenentur, vt

Matth. 21.

intelligatur facta translatio auditionis à Moysē legislatore, & Eliā æmulatore legis, à creatore in Christum eius secundum decessionem veteris, & successionem noui testamenti. Tradit igitur pater filio discipulos nouos, ostensis prius cum illo Moysē, & Eliā in claritatis prærogatiua, atque itā dimissis, quasi iam officio, & honore perfunctis. Hæc Tertulianus. Deinde vt aliqui ex antiquis patribus docent, nunc expleuit Deus, quod olim Moysi promiserat petenti, ostende mihi gloriam tuam, ad quem Dominus, cum transibit gloria mea, videbis posteritatem meam. Ita Tertulianus lib. 4. contra Marcio. c. 22. & libro contra Praxeam. c. 14. & Ireneus lib. 4. contra Hæreses. c. 37.

1. 10. 1.

Exo. 33.

Tertul.

De Eliā nullū dubium est, apparuisse verum Eliam in proprio corpore, quoniam viuis translatus est, ac nunc manet author

A author est Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis c. 3. & Tertulianus libro de anima c. 35. De Moysē certum est veram illius animam hic adfuisse, sed in quo corpore controuersia est. Nam Diuus Thomas putat in corpore aereo apparuisse, vt Angeli. Alij putant in proprio corpore apparuisse, & ad hoc fuisse iudicatum Hoc tenet Augu. lib. 3. de mirabilibus sacræ scripturæ, c. 10. & Hieronymus in cap. 17. Matthæi, & in hanc sententiam inclinat Damascenus oratione de transfiguratione, & hæc sententia est probabilior. Sed dubitabis an corpora Eliæ & Moysi rutilauerint etiam in transfiguratione, & luce gloriosa fuerint donata, & rationem dubitandi præbet Lucas, qui ait, erant autem Moyses, & Elias visi in maiestate, quod alij verunt visū in gloria. In hac re certius est, quod cum animæ illorum gloriosæ non essent, nec corpora fuerunt, sed ex redundantia gloriæ Christi ab extrinseco fuisse eos illuminatos, & famma luce perfusos, vt in maiestate, & gloria quadam essent. Ex quo demum ad nostra descendentes, quo pacto huius transfigurationis participes esse possimus dicamus. Sicut enim Moyses, & Elias quia Christo proximi erant, in maiestate, & gloria visi sunt, ita accedite ad Deum, & illuminamini, ait. Psaltes. Et Paulus exuentes vos veterem hominem, induite nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Et idem Paulus ostendens transfigurationem suam, ait, nos autem reuelata facie gloriam Domini specularantes, in eadem imaginem transformamur à claritate in claritatem. In hac transfiguratione induitur anima iusti mira pulchritudine, & gloriæ vestimentis, redditurque pulchrior cælo stellis ornato, & omnis naturalis pulchritudo ei collata fæditas censenda est, ac deformitas, nec Salomon in omni gloria sua sic ornatus vnquā est. Audi vestes animæ sic transfiguratae, attende illius ornamenta similia vestibus Christi transfigurati. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & vestimento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsam ornatum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. De eis de vestibus loquitur idem Esaias. Conturge, conturge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalē. Sed quæ nam vestes hæc? vestimenta

August.
Tertul.Aug.
Hieron.
Damasc.Psal. 33.
Ephes. 4.

2. Cor. 3.

Esai. 61.

Esai. 52.

Eccle. 9. *Apoc. 19.* *Thren. 4.* *ad. 11.* *ad. 12.* *ad. 13.* *ad. 14.* *ad. 15.* *ad. 16.* *ad. 17.* *ad. 18.* *ad. 19.* *ad. 20.* *ad. 21.* *ad. 22.* *ad. 23.* *ad. 24.* *ad. 25.* *ad. 26.* *ad. 27.* *ad. 28.* *ad. 29.* *ad. 30.* *ad. 31.* *ad. 32.* *ad. 33.* *ad. 34.* *ad. 35.* *ad. 36.* *ad. 37.* *ad. 38.* *ad. 39.* *ad. 40.* *ad. 41.* *ad. 42.* *ad. 43.* *ad. 44.* *ad. 45.* *ad. 46.* *ad. 47.* *ad. 48.* *ad. 49.* *ad. 50.* *ad. 51.* *ad. 52.* *ad. 53.* *ad. 54.* *ad. 55.* *ad. 56.* *ad. 57.* *ad. 58.* *ad. 59.* *ad. 60.* *ad. 61.* *ad. 62.* *ad. 63.* *ad. 64.* *ad. 65.* *ad. 66.* *ad. 67.* *ad. 68.* *ad. 69.* *ad. 70.* *ad. 71.* *ad. 72.* *ad. 73.* *ad. 74.* *ad. 75.* *ad. 76.* *ad. 77.* *ad. 78.* *ad. 79.* *ad. 80.* *ad. 81.* *ad. 82.* *ad. 83.* *ad. 84.* *ad. 85.* *ad. 86.* *ad. 87.* *ad. 88.* *ad. 89.* *ad. 90.* *ad. 91.* *ad. 92.* *ad. 93.* *ad. 94.* *ad. 95.* *ad. 96.* *ad. 97.* *ad. 98.* *ad. 99.* *ad. 100.* *ad. 101.* *ad. 102.* *ad. 103.* *ad. 104.* *ad. 105.* *ad. 106.* *ad. 107.* *ad. 108.* *ad. 109.* *ad. 110.* *ad. 111.* *ad. 112.* *ad. 113.* *ad. 114.* *ad. 115.* *ad. 116.* *ad. 117.* *ad. 118.* *ad. 119.* *ad. 120.* *ad. 121.* *ad. 122.* *ad. 123.* *ad. 124.* *ad. 125.* *ad. 126.* *ad. 127.* *ad. 128.* *ad. 129.* *ad. 130.* *ad. 131.* *ad. 132.* *ad. 133.* *ad. 134.* *ad. 135.* *ad. 136.* *ad. 137.* *ad. 138.* *ad. 139.* *ad. 140.* *ad. 141.* *ad. 142.* *ad. 143.* *ad. 144.* *ad. 145.* *ad. 146.* *ad. 147.* *ad. 148.* *ad. 149.* *ad. 150.* *ad. 151.* *ad. 152.* *ad. 153.* *ad. 154.* *ad. 155.* *ad. 156.* *ad. 157.* *ad. 158.* *ad. 159.* *ad. 160.* *ad. 161.* *ad. 162.* *ad. 163.* *ad. 164.* *ad. 165.* *ad. 166.* *ad. 167.* *ad. 168.* *ad. 169.* *ad. 170.* *ad. 171.* *ad. 172.* *ad. 173.* *ad. 174.* *ad. 175.* *ad. 176.* *ad. 177.* *ad. 178.* *ad. 179.* *ad. 180.* *ad. 181.* *ad. 182.* *ad. 183.* *ad. 184.* *ad. 185.* *ad. 186.* *ad. 187.* *ad. 188.* *ad. 189.* *ad. 190.* *ad. 191.* *ad. 192.* *ad. 193.* *ad. 194.* *ad. 195.* *ad. 196.* *ad. 197.* *ad. 198.* *ad. 199.* *ad. 200.* *ad. 201.* *ad. 202.* *ad. 203.* *ad. 204.* *ad. 205.* *ad. 206.* *ad. 207.* *ad. 208.* *ad. 209.* *ad. 210.* *ad. 211.* *ad. 212.* *ad. 213.* *ad. 214.* *ad. 215.* *ad. 216.* *ad. 217.* *ad. 218.* *ad. 219.* *ad. 220.* *ad. 221.* *ad. 222.* *ad. 223.* *ad. 224.* *ad. 225.* *ad. 226.* *ad. 227.* *ad. 228.* *ad. 229.* *ad. 230.* *ad. 231.* *ad. 232.* *ad. 233.* *ad. 234.* *ad. 235.* *ad. 236.* *ad. 237.* *ad. 238.* *ad. 239.* *ad. 240.* *ad. 241.* *ad. 242.* *ad. 243.* *ad. 244.* *ad. 245.* *ad. 246.* *ad. 247.* *ad. 248.* *ad. 249.* *ad. 250.* *ad. 251.* *ad. 252.* *ad. 253.* *ad. 254.* *ad. 255.* *ad. 256.* *ad. 257.* *ad. 258.* *ad. 259.* *ad. 260.* *ad. 261.* *ad. 262.* *ad. 263.* *ad. 264.* *ad. 265.* *ad. 266.* *ad. 267.* *ad. 268.* *ad. 269.* *ad. 270.* *ad. 271.* *ad. 272.* *ad. 273.* *ad. 274.* *ad. 275.* *ad. 276.* *ad. 277.* *ad. 278.* *ad. 279.* *ad. 280.* *ad. 281.* *ad. 282.* *ad. 283.* *ad. 284.* *ad. 285.* *ad. 286.* *ad. 287.* *ad. 288.* *ad. 289.* *ad. 290.* *ad. 291.* *ad. 292.* *ad. 293.* *ad. 294.* *ad. 295.* *ad. 296.* *ad. 297.* *ad. 298.* *ad. 299.* *ad. 300.* *ad. 301.* *ad. 302.* *ad. 303.* *ad. 304.* *ad. 305.* *ad. 306.* *ad. 307.* *ad. 308.* *ad. 309.* *ad. 310.* *ad. 311.* *ad. 312.* *ad. 313.* *ad. 314.* *ad. 315.* *ad. 316.* *ad. 317.* *ad. 318.* *ad. 319.* *ad. 320.* *ad. 321.* *ad. 322.* *ad. 323.* *ad. 324.* *ad. 325.* *ad. 326.* *ad. 327.* *ad. 328.* *ad. 329.* *ad. 330.* *ad. 331.* *ad. 332.* *ad. 333.* *ad. 334.* *ad. 335.* *ad. 336.* *ad. 337.* *ad. 338.* *ad. 339.* *ad. 340.* *ad. 341.* *ad. 342.* *ad. 343.* *ad. 344.* *ad. 345.* *ad. 346.* *ad. 347.* *ad. 348.* *ad. 349.* *ad. 350.* *ad. 351.* *ad. 352.* *ad. 353.* *ad. 354.* *ad. 355.* *ad. 356.* *ad. 357.* *ad. 358.* *ad. 359.* *ad. 360.* *ad. 361.* *ad. 362.* *ad. 363.* *ad. 364.* *ad. 365.* *ad. 366.* *ad. 367.* *ad. 368.* *ad. 369.* *ad. 370.* *ad. 371.* *ad. 372.* *ad. 373.* *ad. 374.* *ad. 375.* *ad. 376.* *ad. 377.* *ad. 378.* *ad. 379.* *ad. 380.* *ad. 381.* *ad. 382.* *ad. 383.* *ad. 384.* *ad. 385.* *ad. 386.* *ad. 387.* *ad. 388.* *ad. 389.* *ad. 390.* *ad. 391.* *ad. 392.* *ad. 393.* *ad. 394.* *ad. 395.* *ad. 396.* *ad. 397.* *ad. 398.* *ad. 399.* *ad. 400.* *ad. 401.* *ad. 402.* *ad. 403.* *ad. 404.* *ad. 405.* *ad. 406.* *ad. 407.* *ad. 408.* *ad. 409.* *ad. 410.* *ad. 411.* *ad. 412.* *ad. 413.* *ad. 414.* *ad. 415.* *ad. 416.* *ad. 417.* *ad. 418.* *ad. 419.* *ad. 420.* *ad. 421.* *ad. 422.* *ad. 423.* *ad. 424.* *ad. 425.* *ad. 426.* *ad. 427.* *ad. 428.* *ad. 429.* *ad. 430.* *ad. 431.* *ad. 432.* *ad. 433.* *ad. 434.* *ad. 435.* *ad. 436.* *ad. 437.* *ad. 438.* *ad. 439.* *ad. 440.* *ad. 441.* *ad. 442.* *ad. 443.* *ad. 444.* *ad. 445.* *ad. 446.* *ad. 447.* *ad. 448.* *ad. 449.* *ad. 450.* *ad. 451.* *ad. 452.* *ad. 453.* *ad. 454.* *ad. 455.* *ad. 456.* *ad. 457.* *ad. 458.* *ad. 459.* *ad. 460.* *ad. 461.* *ad. 462.* *ad. 463.* *ad. 464.* *ad. 465.* *ad. 466.* *ad. 467.* *ad. 468.* *ad. 469.* *ad. 470.* *ad. 471.* *ad. 472.* *ad. 473.* *ad. 474.* *ad. 475.* *ad. 476.* *ad. 477.* *ad. 478.* *ad. 479.* *ad. 480.* *ad. 481.* *ad. 482.* *ad. 483.* *ad. 484.* *ad. 485.* *ad. 486.* *ad. 487.* *ad. 488.* *ad. 489.* *ad. 490.* *ad. 491.* *ad. 492.* *ad. 493.* *ad. 494.* *ad. 495.* *ad. 496.* *ad. 497.* *ad. 498.* *ad. 499.* *ad. 500.* *ad. 501.* *ad. 502.* *ad. 503.* *ad. 504.* *ad. 505.* *ad. 506.* *ad. 507.* *ad. 508.* *ad. 509.* *ad. 510.* *ad. 511.* *ad. 512.* *ad. 513.* *ad. 514.* *ad. 515.* *ad. 516.* *ad. 517.* *ad. 518.* *ad. 519.* *ad. 520.* *ad. 521.* *ad. 522.* *ad. 523.* *ad. 524.* *ad. 525.* *ad. 526.* *ad. 527.* *ad. 528.* *ad. 529.* *ad. 530.* *ad. 531.* *ad. 532.* *ad. 533.* *ad. 534.* *ad. 535.* *ad. 536.* *ad. 537.* *ad. 538.* *ad. 539.* *ad. 540.* *ad. 541.* *ad. 542.* *ad. 543.* *ad. 544.* *ad. 545.* *ad. 546.* *ad. 547.* *ad. 548.* *ad. 549.* *ad. 550.* *ad. 551.* *ad. 552.* *ad. 553.* *ad. 554.* *ad. 555.* *ad. 556.* *ad. 557.* *ad. 558.* *ad. 559.* *ad. 560.* *ad. 561.* *ad. 562.* *ad. 563.* *ad. 564.* *ad. 565.* *ad. 566.* *ad. 567.* *ad. 568.* *ad. 569.* *ad. 570.* *ad. 571.* *ad. 572.* *ad. 573.* *ad. 574.* *ad. 575.* *ad. 576.* *ad. 577.* *ad. 578.* *ad. 579.* *ad. 580.* *ad. 581.* *ad. 582.* *ad. 583.* *ad. 584.* *ad. 585.* *ad. 586.* *ad. 587.* *ad. 588.* *ad. 589.* *ad. 590.* *ad. 591.* *ad. 592.* *ad. 593.* *ad. 594.* *ad. 595.* *ad. 596.* *ad. 597.* *ad. 598.* *ad. 599.* *ad. 600.* *ad. 601.* *ad. 602.* *ad. 603.* *ad. 604.* *ad. 605.* *ad. 606.* *ad. 607.* *ad. 608.* *ad. 609.* *ad. 610.* *ad. 611.* *ad. 612.* *ad. 613.* *ad. 614.* *ad. 615.* *ad. 616.* *ad. 617.* *ad. 618.* *ad. 619.* *ad. 620.* *ad. 621.* *ad. 622.* *ad. 623.* *ad. 624.* *ad. 625.* *ad. 626.* *ad. 627.* *ad. 628.* *ad. 629.* *ad. 630.* *ad. 631.* *ad. 632.* *ad. 633.* *ad. 634.* *ad. 635.* *ad. 636.* *ad. 637.* *ad. 638.* *ad. 639.* *ad. 640.* *ad. 641.* *ad. 642.* *ad. 643.* *ad. 644.* *ad. 645.* *ad. 646.* *ad. 647.* *ad. 648.* *ad. 649.* *ad. 650.* *ad. 651.* *ad. 652.* *ad. 653.* *ad. 654.* *ad. 655.* *ad. 656.* *ad. 657.* *ad. 658.* *ad. 659.* *ad. 660.* *ad. 661.* *ad. 662.* *ad. 663.* *ad. 664.* *ad. 665.* *ad. 666.* *ad. 667.* *ad. 668.* *ad. 669.* *ad. 670.* *ad. 671.* *ad. 672.* *ad. 673.* *ad. 674.* *ad. 675.* *ad. 676.* *ad. 677.* *ad. 678.* *ad. 679.* *ad. 680.* *ad. 681.* *ad. 682.* *ad. 683.* *ad. 684.* *ad. 685.* *ad. 686.* *ad. 687.* *ad. 688.* *ad. 689.* *ad. 690.* *ad. 691.* *ad. 692.* *ad. 693.* *ad. 694.* *ad. 695.* *ad. 696.* *ad. 697.* *ad. 698.* *ad. 699.* *ad. 700.* *ad. 701.* *ad. 702.* *ad. 703.* *ad. 704.* *ad. 705.* *ad. 706.* *ad. 707.* *ad. 708.* *ad. 709.* *ad. 710.* *ad. 711.* *ad. 712.* *ad. 713.* *ad. 714.* *ad. 715.* *ad. 716.* *ad. 717.* *ad. 718.* *ad. 719.* *ad. 720.* *ad. 721.* *ad. 722.* *ad. 723.* *ad. 724.* *ad. 725.* *ad. 726.* *ad. 727.* *ad. 728.* *ad. 729.* *ad. 730.* *ad. 731.* *ad. 732.* *ad. 733.* *ad. 734.* *ad. 735.* *ad. 736.* *ad. 737.* *ad. 738.* *ad. 739.* *ad. 740.* *ad. 741.* *ad. 742.* *ad. 743.* *ad. 744.* *ad. 745.* *ad. 746.* *ad. 747.* *ad. 748.* *ad. 749.* *ad. 750.* *ad. 751.* *ad. 752.* *ad. 753.* *ad. 754.* *ad. 755.* *ad. 756.* *ad. 757.* *ad. 758.* *ad. 759.* *ad. 760.* *ad. 761.* *ad. 762.* *ad. 763.* *ad. 764.* *ad. 765.* *ad. 766.* *ad. 767.* *ad. 768.* *ad. 769.* *ad. 770.* *ad. 771.* *ad. 772.* *ad. 773.* *ad. 774.* *ad. 775.* *ad. 776.* *ad. 777.* *ad. 778.* *ad. 779.* *ad. 780.* *ad. 781.* *ad. 782.* *ad. 783.* *ad. 784.* *ad. 785.* *ad. 786.* *ad. 787.* *ad. 788.* *ad. 789.* *ad. 790.* *ad. 791.* *ad. 792.* *ad. 793.* *ad. 794.* *ad. 795.* *ad. 796.* *ad. 797.* *ad. 798.* *ad. 799.* *ad. 800.* *ad. 801.* *ad. 802.* *ad. 803.* *ad. 804.* *ad. 805.* *ad. 806.* *ad. 807.* *ad. 808.* *ad. 809.* *ad. 810.* *ad. 811.* *ad. 812.* *ad. 813.* *ad. 814.* *ad. 815.* *ad. 816.* *ad. 817.* *ad. 818.* *ad. 819.* *ad. 820.* *ad. 821.* *ad. 822.* *ad. 823.* *ad. 824.* *ad. 825.* *ad. 826.* *ad. 827.* *ad. 828.* *ad. 829.* *ad. 830.* *ad. 831.* *ad. 832.* *ad. 833.* *ad. 834.* *ad. 835.* *ad. 836.* *ad. 837.* *ad. 838.* *ad. 839.* *ad. 840.* *ad. 841.* *ad. 842.* *ad. 843.* *ad. 844.* *ad. 845.* *ad. 846.* *ad. 847.* *ad. 848.* *ad. 849.* *ad. 850.* *ad. 851.* *ad. 852.* *ad. 853.* *ad. 854.* *ad. 855.* *ad. 856.* *ad. 857.* *ad. 858.* *ad. 859.* *ad. 860.* *ad. 861.* *ad. 862.* *ad. 863.* *ad. 864.* *ad. 865.* *ad. 866.* *ad. 867.* *ad. 868.* *ad. 869.* *ad. 870.* *ad. 871.* *ad. 872.* *ad. 873.* *ad. 874.* *ad. 875.* *ad. 876.* *ad. 877.* *ad. 878.* *ad. 879.* *ad. 880.* *ad. 881.* *ad. 882.* *ad. 883.* *ad. 884.* *ad. 885.* *ad. 886.* *ad. 887.* *ad. 888.* *ad. 889.* *ad. 890.* *ad. 891.* *ad. 892.* *ad. 893.* *ad. 894.* *ad. 895.* *ad. 896.* *ad. 897.* *ad. 898.* *ad. 899.* *ad. 900.* *ad. 901.* *ad. 902.* *ad. 903.* *ad. 904.* *ad. 905.* *ad. 906.* *ad. 907.* *ad. 908.* *ad. 909.* *ad. 910.* *ad. 911.* *ad. 912.* *ad. 913.* *ad. 914.* *ad. 915.* *ad. 916.* *ad. 917.* *ad. 918.* *ad. 919.* *ad. 920.* *ad. 921.* *ad. 922.* *ad. 923.* *ad. 924.* *ad. 925.* *ad. 926.* *ad. 927.* *ad. 928.* *ad. 929.* *ad. 930.* *ad. 931.* *ad. 932.* *ad. 933.* *ad. 934.* *ad. 935.* *ad. 936.* *ad. 937.* *ad. 938.* *ad. 939.* *ad. 940.* *ad. 941.* *ad. 942.* *ad. 943.* *ad. 944.* *ad. 945.* *ad. 946.* *ad. 947.* *ad. 948.* *ad. 949.* *ad. 950.* *ad. 951.* *ad. 952.* *ad. 953.* *ad. 954.* *ad. 955.* *ad. 956.* *ad. 957.* *ad. 958.* *ad. 959.* *ad. 960.* *ad. 961.* *ad. 962.* *ad. 963.* *ad. 964.* *ad. 965.* *ad. 966.* *ad. 967.* *ad. 968.* *ad. 969.* *ad. 970.* *ad. 971.* *ad. 972.* *ad. 973.* *ad. 974.* *ad. 975.* *ad. 976.* *ad. 977.* *ad. 978.* *ad. 979.* *ad. 980.* *ad. 981.* *ad. 982.* *ad. 983.* *ad. 984.* *ad. 985.* *ad. 986.* *ad. 987.* *ad. 988.* *ad. 989.* *ad. 990.* *ad. 991.* *ad. 992.* *ad. 993.* *ad. 994.* *ad. 995.* *ad. 996.* *ad. 997.* *ad. 998.* *ad. 999.* *ad. 1000.*

Diximus de his, qui cum Christo transfigurantur. Quidam vero sunt, qui defigurantur, ut sic loqui liceat. Annon dices defiguratum eum hominem esse, ad quem Deus dicet, nescio vos? sed quo pacto Domine nescis imaginem, quam manu propria pinxisti, & quæ tui expressa effigies est? Certè quemadmodum cum alicui pictori offers imaginem, quæ ipse pinxit, alius tamen perdidit, & lituris penè deleuit, ait, non agnosco eam, ita homini accidit, quem Deus efformauit, sed ipse character bestie accepit, & imaginem eius superinduxit, ideo cum dicit à se nesciri. Denigrata est super carbones facies eorū, non sunt agniti in plateis, ait Hieremias. Ad id autem tempus hoc quadragesimæ institutum est, ut sicut hucusque portauimus imaginem terreni, nunc portemus imaginem cælestis, ut cū Christo in montem ascendamus, ut cum eo transfiguremur.

Sed quidnam est, quod Christus cum Moysse, & Elia loquebatur? Certe Lucas ait, dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalē, de morte ergo Christi sermo erat, licet enim splendidum se Christus videat, nō obliuiscitur mortis, & passionis suæ. Nō sic homo, sed si pretioso amictu induetur, latatur, & exultat, quasi nunquam moriturus. Sic Petrus videns gloriam corporis

*Psal. 90.
Luc. 1.
Cant. 2.*

in culpa peccati est, & proximus morti secundæ, inferno, scilicet, in umbra autem vitæ iustus est, cui Deus protector est, scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis, ut Psal. ait. Sic etiam Mariæ dicitur, virtus altissimi obumbrabit tibi. Recte qui sub hac umbra est, dicet cum sponsa, sub umbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Qui bonæ arbori adhæret, bona umbra protegitur, ut vulgo iactari solet. Noli ergo adhære mundo, ne umbra mortis te occupet, mihi enim adhære Deo bonum est, & sub umbra manus illius protegi, ac gloriari.

Intonuit vox patris. *Hic est filius meus dilectus.* Tremuntque discipuli, sed quid obsecro timent? proprium est mundi timere, ac trepidare diuina voce audita, ait nunc pater. *Ipsam audite.* Et timent discipuli. Quid, obsecro, timetis audientes, oportere vos sequi Christum? quid trepidatis? nihil in hac re est, quod timeas, nihil quod trepides, proijce te in Deum, & securus eris excipiet te, non se subtrahet. Times ne malum te comprehendat, si in montem virtutis conscenderis, sicut Loth timuit, sed vane timet, frustra conturbatur, nullum ea in re periculum, aut discrimen est, sed plena securitas. Noli timere serue meus, Deus tuus ait, si transieris per ignem, non combureris, & flamma non ardebit in te. Ascende ergo in hunc montem, ibi videbis Christum in gloria, &c.

Feria

Gen. 19.

Esaï. 41.

A Feria Secunda Post Dominicam secundam Quadra

gesima.

Them. Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini, &c. Ioannis, 8.



MIS verbis Christus Dominus prænuncium eternæ mortis Pharisæis dicit, eos derelinquens, quasi desperatos, ut relinquere solet medicus infirmum, de cuius vita desperat, quia pluribus adhibitis medicinis non proficit in melius, sed in peius. Hoc autem mirabile est, cum tantus de cælo descenderit medicus, quæ enim erit ægritudo, quæ medico tanto sit in sanabilis?

Quod propheta olim desperatam dicerent plagam hominum, nõ adeo mirum est, sed quod id etiã Christus dicat, mirabile plane. Præsertim cum de Messia tempore prædixerit Zacharia. Et erit, qui offenderit ex eis in die illa, quasi David, & domus David quasi Dei, sicut Angelus Dñi in conspectu eorũ. Quæ verba exponens Gregorius homilia. 20. in Ezechielem ait. Qui offenderit, erit sicut David, quia peccator ad penitentiam redit. Domus vero David erit quasi domus Dei, quia hi peccatores non solum penitentiam agent, sed vitam celestem, & Angelicam ducent, & ita erunt sicut Angelus Domini. Nec mirum, ista vaticinetur propheta de Messia tempore, si enim nunc audires, Deum in terram venire, ut homines curaret, sine dubio crederes nullum non curandum, quo ergo pacto dici potest, in peccato vestro moriemini? Certe his verbis manifestum sit, quanta sit hominis duritia, quanta per-

CC 2

uica-

Zach. 12.

Greg.

uicacia, cum à Deo deseritur, quæ eo vsque procedit, vt licet Deus medicum agat, licet potentissimas medicinas ei propinet, non ei proficiunt in salutem, sed in peccato suo moriatur. Sed vnde durities ista procedat, nosse oportet, vt eius causas vitemus.

Rom. 9.
Exo. 9.
Exod. 4.
Aug.

Certe Paulus ait: cuius vult miseretur, & quem vult, indurat. Et de indurato Pharaone scriptura ait, indurauit Dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos. Et Dominus ad Moysen, ego indurabo cor Pharaonis. In quæ verba Augustinus sermone 88. de tempore ait. Quid est, ego indurabo cor eius, nisi cum abfuerit gratia mea, obduret eum nequitia sua, sicut quoties nimio frigore constringitur aqua, solis calore superueniente resoluitur, & discedente sole iterum induratur. Ita peccatorum frigore refrigescit charitas multorum, & velut glacies obdurantur, & cum calor diuinæ misericordiæ superuenierit, resoluuntur. Quod in Pharaone impletum esse cognouimus, à quo quoties flagella remota sunt, contra Deum se obduratus crexit, quoties vero afflictus est, humiliter supplicauit. Hucusque Augustinus. Indurare ergo hominem, Deus dicitur, quia licet auxilium sufficiens ad conuersionem nulli neget, negat tamen iusto iudicio aliquibus auxilia abundantiora, ac maiora, id autem efficit propter ingentia facinora prius admittita, quorum supplicium est cordis duritia. Et hac ratione Pharaon induratus est, quia filios Hebræorum occiderat & Israël percutus fuerat absque causa. Inter alia, quæ de Behemot, ac eius corpore ad Iob Dominus ait, vnum est: cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus, eo enim peccatoris cor deuenire solet, vt sit quasi lapis, & quasi incus, nec ictibus vllis cedat, si huiusmodi senseris cor tuum, time, prope mortem enim æternam es. Hinc Sapiens, cor durum male habebit in nouissimo. Et id ipsum nunc Christus ait: in peccato vestro moriemini.

Iob. 41.

Eccle. 3.

Ezech. 36.

Sed interrogas, duro sum corde, est ne mihi remedium est sane, sed quod illud? Ora humili corde Deum, vt propitius rebellem tuam voluntatem ad se compellat, vt te emolliat. Ingens Dei beneficium est, cor emollire, & tanquam maximum donum ille promisit per Ezechielem: dabo vobis cor nouum, & spiri-

A & spiritum nouum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. In quæ verba Hieronymus ait: quando cor nouum datum fuerit, & spiritus nouus, tunc auferetur de corde Iudaico omnis duritia, quæ lapidi comparatur, vt pro lapideo corde sit cor carneum, molle, & tenerum, quod spiritum Dei in se possit recipere. Multa certe lapidea corda in carnea mutata sunt à Christo, vt Magdalene cor, latronis, Matthei, Sauli, de quibus David ait. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra. Cùm Christus in mundum venit, facies Dei in terra manifestata fuit, & licet multi, tum Iudæi, tum ethnici indurati essent, sed igne diuino effectum est, vt montes illi fluxerint sicut cera. Nec verò mirum est, id effici per Christum, cum prius illius figura id præstiterit. Cum enim obseruaret Elias venientem Deum, ecce Dominus transit, & spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum, si tunc petras contriuit, quid mirum, homo factus illas emolliat? Ad diuinam Christi vim pertinet, cor emollire, ille inunctus est, & vnctio ab eo descendit, quæ corda emollit. Si ergo cor tuum durum senseris, ad Christum supplex accede, ora eum, vt lapideum cor tollat.

Hiero.

Psal. 96.

3. Reg. 19.

Diximus Deum indurare hominem permissiue, cum ab eo subtrahit auxilium, & ideo directe, & per se non est Deus obdurationis causa, sed permissiua tantum, quæ ergo est duritiæ causa propria, ac efficiens? Sane homo ipse, qui peccatis peccata cumulat, & rebellis efficitur diuino lumini, nec admittit mediam illam, ac curationes, quæ Deus adhibere vult in eius salutem; quapropter Deus iuste derelinquit eum. Efficiturque illud Hieremias: curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam, quoniam peruenit vsque ad celos iudicium eius. Simile quid idem propheta de alijs loquitur Domine, percussisti eos, & non doluerunt, at triuisti eos, & reuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Ad ipsum significat Iob, cum ait: ipsi rebelles fuerunt lumini. Sicut ergo medicus relinquit, ac deserit infirmum sibi non obedientem, & noxia manducantem, ac moritur infirmus, sic derelictus, cuius mortis causa per se est ipse infirmus, qui nocivus manducat,

Aduen.

Ce 3

medi-

Hiero. 51.

Hiero. 5.

Iob. 24.

medicus autem, deferens, causa est permittens. Ita peccator ob-
 stinationis, ac eterna mortis sibi causa est directe, qui pec-
 ca innumera admittit, & medicamina fugit, Deus vero permissio
 est tantum. Sicut ergo Deus exoratus est, ut durum cor emolliat,
 ita homo curare debet, ut a peccatis absterneat, illa enim sunt,
 que cor durum reddunt. Et cum Deum a se repulerit, dum peccavit
 curet, ne omnino recedat, nec dicat. *Ego vado, & queretis me,*
& in peccato vestro moriemini. Cum enim lege Dei recesserit, dif-
 ficile invenitur. Ideo Plat. ut quid Dominus recessisti lege? Con-
 suetudo enim peccati hominem a Deo lege esse facit, & peccato ma-
 xime delectari, licet insuaue sit. Vnde Chryl. homi. 3. de peni-
 tentia ait: *Magna comedebant Iudei, & cepas de Aegypto que*
rebant consuetudine ducti, dulcius certe, ac suavius magna erat,
sed consuetudo eos rapiebat. Ita sane quid dulcius, aut delectabi-
 lius virtute? nihil omnino, sed consuetudo nos trahit, ut terre-
 nis delectemur potiusquam celestibus. Ab infantia Pharisei
 peccatores erant, & in peccato diu perseverauerant, ideo audiunt,
 in peccato vestro moriemini. *Difficile enim curatur consue-*
tudo peccati. Hinc refert Marcus, demoniacum quendam a
 Christi discipulis sanari non potuisse, qui adductus ad Christum
 est, & cum vidisset eum, statim spiritus conturbavit illum, &
 alius in terram volubatur spumas. Et interrogavit Christus
 patrem illius, quantum temporis est, ex quo hoc ei accidit? &
 respondet, ab infantia. Et Iesus dixit, surde, & mute spiritus
 ego precipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum, &
 exclamans, & mulcum discerpens eum exiit ab eo, & factus est
 sicut mortuus. Nouerat Christus, ab infantia a demone
 correptum, sed id interrogat, ut id omnes sciant. Similiter
 vero ostendere voluit, quam difficile qui ab infantia se demo-
 ni tradidere, ab eo liberentur, & ideo discipuli, qui alios cur-
 auerunt, hunc non poterunt curare, & demonium exiit
 discerpens hominem. Ideo Iob ait, ossa eius implebuntur vi-
 uis, & dolosa sentiant ossa, & cum eo impulsore dormient. Perit
 mors edabitur verba illa Hieremias, simulari potest a Ethiops
 pellem suam, & aut pardus varietates suas, & vos poteritis be-
 nefacere, & virtutibus vestris malum. Hoc quidem impossibile
 est hominibus, Deo autem possibile. Per simile hoc est illud
 -ibom

Psal. 101.

Chryl. 3.

Mar. 9.

Mar. 9.

Job. 20.

Job. 20.

Job. 20.

Hier. 13.

Asto, quod de diuitibus apud Eucam Christus pronuntiauit,
 cum enim dixisset, difficilius esse diuitum intrare in regnum
 celorum, quam camelum per foramen acus, & Apostoli dixissent
 quis potest saluus fieri? Respondit Iesus, que impossibilia
 sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Id ipsum de
 inueterata consuetudine peccandi dicere possumus, impossi-
 bile est apud homines, nullam superare, sed possibile apud
 Deum, ideo ad eum accede, nec illum abire permittas, qui
 nunc ait. *Ego vado.* Si enim ille abierit, efficitur procul-
 dubio, quod sequitur. *In peccato vestro moriemini.* Sicut
 ergo Augustinus videns se praua consuetudine irretitum, ac
 ligatum quasi seruum, ad Christum gemebat, & eum ora-
 bat, & subito ei gratia illuxit, qua sensit se liberatum, ac inci-
 nit, dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam
 laudis. Ita tu si sanibus peccatorum constrictus es, si ser-
 uus peccati, clama ad redemptorem tuum, qui libera-
 bit te.

His vero, qui ad hunc miserum statum non peruenere, quid
 conuenientius dicere possumus, quam ut alienis periculis cau-
 ti redantur. Si difficillimum est assuetam relinquere, si peccati
 iugum excutere asperum, ne ergo hoc subeas iugum, ne ad-
 das peccata peccatis, ne irretiaris. Hinc Sapiens. Fili peccasti,
 non adicias iterum, sed & de pristinis deprecare, ut tibi dimit-
 tantur. Quodlibet peccatum cathena pars est, cum plura fue-
 rint, cathena conficitur, qua ligamur, ne ergo ex peccatis ca-
 thena fiat, caute priora peccata, si enim ea admiseris, illa te in
 alia, atque alia trahent, ut audias, in peccato vestro mories
 mini. Sicut enim is, qui mare primum ingreditur, quam-
 libet tempestatem, & fluctum horret, sed in altum tandem
 deuectus omnia despicit, nec fluctus, aut tempestatem timet.
 Ita qui in peccatum incidit, initio quidem illud horret, sed
 cum in peccatis processerit, in profundum malorum variis
 contentis, peccata nihil inducit, conciones non timet, Deum
 non reueretur.

C Sed iam audiamus celestem magistrum, hec docentem. *Ego vado,*
& queretis me, & in peccato vestro moriemini. Prisci philosophi
 qui felicitate, ac bonam fortunam optabant, dicebant, rem-
 -pus,

Luc. 18.

103.2

103.2

Eccle. 21.

Simile.

pus, ac diligentiam, & adhibitam curam parentes esse bonæ fortunæ, ac felicitatis, & tempus patrem illius, diligentiam autem matrem dixere, omnis enim felix rei successus ab his duobus pendet, à tempore conuenienti, & cura adhibita. In temporis rota occasio sedet, & ideo si oportunitas transeat, nihil ex voto succedit, quia tempus occasionem rapit, nisi eam manus diligentia teneat. Hinc Paulus, ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Et secundum tempus descendebat Angelus in piscinam, & mota aqua, ille sanabatur, qui prius descēdebat. Hinc natura prouidens animalium conseruationi, instinctum eis dedit, quo tempora, & eorum mutationes agnoscerent, ut conueniens, ac opportunum tempus nō prætermittant. Hinc Plinius li. 1. c. 6. & 10. ait, apes peragunt opus suum non statis diebus, sed quoties cæli commoditas inuitat, sic suo quoque tempore rapienda est occasio. Hinc Dominus per Hieremiam ait. Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini, quomodo dicitis sapientes nos sumus? Inspiciens omnino homo ille est, & iumentis insipientibus similis, qui occasionem prætermittit qua à peccato liberari, & felicitatem consequi possit. Hanc uero peccatoris stultitiam aptissima similitudine exprimit Spiritus sanctus, cum ait per Esaiam, filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium uiarum, sicut Orix illaqueatus, pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui. Quasi dicat, filij tui à Hierusalem proiecti sunt, perdit, ac vastati, dormiunt in omni uia, similesque sunt bestiæ rudi, quæ dicitur Orix, quæ caprea quedam est filuestris, adeo tamen stulta, ut cū inciderit in laqueos, non cuter euadere, aut eos confringere, sed dormit, quasi securus esset, cū cito uenturi sint canes, qui eū dilacerent. Ita peccator cū in peccato sit, & ad eū capiendū mors processerit, & uisio diuina, dormit tam quæ securus. His nūc annūciat Christus, in peccato uestro moriemini, quia ego uado, ac discedo, qui nunc uobiscū erā, & hanc felicissimā occasionē prætermittitis, quia nullam adhibetis diligentiam, præteribit ergo occasio, quia ego uado, & cum me quaesierint abscis, tunc, & tunc peccata uestra moriemini. Hanc Isidellus

ignauiam lachrymis multis deplorauit Christus, cum uidens ciuitatem fleuit super illam dicens, quia si cognouisses & tu, & non reliquent in te lapidem super lapidem, qui non destruetur, eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuæ, tantum enim hoc malum est, ut sanguineis lachrymis sit deplorandum etiam in die tantæ solennitatis, & gaudij. Et in hunc scopum dirigitur uniuersum Euangelium, quod hodierna die proponitur, ut uantur occasione, quæ nunc eis adest, quoniam cito ille discedet, & cum eo occasio. Nec aliqua doctrina est utilior, ac conuenientior omni homini fideli, ac ista, ut, scilicet, occasionem non prætermittat, cum eum Deus uocat, nullus enim fere peccatorum est, qui secum non decernat, aliquando se acturum penitentiam, sed aliqui in longum eam differunt, nec uocanti Deo respondent, ad quos Dominus ait, ego uado, & quia uocaui, & renuistis, ego in interitu uestro ridebo, ego uos derelinquam, ut in peccato moriamini. Suprema omnium ratio quæ homini proponi potuit hæc est, si prætermiseris occasionem in peccato morieris. Cum enim iudicium hominis tale futurum sit, qualis ille in morte inuentus fuerit, si in gratia moritur, certa illi salus est, si in peccato, certa est damnatio, & ideo quisque sicut beatitudinem, ita & bonam mortem optat, adeo ut & peruersus propheta eam optauerit, cum dixit, morietur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Attende ergo rationis vim. Si occasionem prætermiseris, in peccato morieris, unde sequitur æterna damnatio, caue ergo, & uigila. Adeo potens hæc ratio est, ut Euangelista dicat. Hæc eo loquente multi crediderunt, quia minas tantas intenteras timuerunt.

Attende ergo o homo, quod Deus discedit, uiam agit, sicut cæcus in uia es, clama, ne forte prætereas, & cæcus permanes. Hinc præclare Oseas loquens de Christi aduentu ait, quasi diluculum præparatus est egressus eius, & ueniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ. Similis ait, erit aduentus Christi aurora, erit nobis imber temporaneus, & serotinus, id est, imber Mesfis, Octobr. cum semina iaciuntur, & quasi imber Maij, quando fruges ad maturitatem peruenerint, quæ implebit nobis uelle, incipere, ac perficere fructum anime nostre.

Cyrl. 111

Sed expendit optime Cyrillus, Dei aduentum similem dici a aurora, quia opus est mane surgere ante lucem, vt ea frui possimus, quali diluculum, ait. Dulce profecto diluculum est in vere cum spirataer temperatus, aues concinunt, sol nubes decoras reddit, odorem spargit flores, & ros in flores, ac prata descendit, quasi multitudo gemmarum ea ornans, vere tempus illud aptum est omni operi, ac contemplationi, sed cito transit, nec illo fruetur, qui somno indulget, statim enim exortus sol aestum immittit. Sic ergo Dei aduentus diluculum dicitur quia cito praeterit, nec eo fruetur, qui dormierit, & in lecto peccati quieuerit. Ideo de iusto Sapiens ait iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, vt particula illa bona diei non eum praetereat, in qua celeste mana descendit, ac colligi potest. Quod si aliquis parum moram fecerit, & sol exoriat, mana deficit, nec colligi poterit. Vnde de

Eccle. 39.

Mana Sapiens ait, quod ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat, vt notum omnibus esset, quod oportet praevnire solem ad benedictionem tuam. Mirum sane illud erat, quod paruo radio solis Mana deficeret, cum igni applicatum non deficeret, sed induraretur, non ergo illius rei causa erat leuitas, ac facilitas ipsius, sed diuina ordinatione illud factum fuit: vt omnibus hominibus doctrina per necessaria traderetur, ea autem est, oportere hominem non dormire, sed mane surgere, vt diuinam percipiat visitationem. Eo namque tempore Iacob benedictionem Angeli suscipit, & diuina sapientia ait, qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Si vero in hoc mane dormieris, pertransibit Deus, & cum quaesieris, non inuenies. Ideo ardentem Paulus monet: Hortamur vos, ne in vacuum gratia Dei recipiatis, dicit enim scriptura, in tempore placito adiuu te, & in die salutis auxiliatus sum tibi. Quasi dicat, cum Deus pulsat cunctum, speret ei cum dicit, ad me reuertere, ne differas, quonia quaedam sunt tempora accepta magis, dies quidam salutis sunt, hi vero sunt illi, in quibus Deus vocat. Ecce nunc tempus acceptum, noli illud contempere, apprehendo Deum, cum ad te venit, si enim abiit, non poteris illum sequi, nec relinquet vestigia, vt te educat ad ipsum. Si ergo lapsus es homo, noli negligere, negli inter dentes

Exo. 16.

Mana Sapiens ait, quod ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat, vt notum omnibus esset, quod oportet praevnire solem ad benedictionem tuam. Mirum sane illud erat, quod paruo radio solis Mana deficeret, cum igni applicatum non deficeret, sed induraretur, non ergo illius rei causa erat leuitas, ac facilitas ipsius, sed diuina ordinatione illud factum fuit: vt omnibus hominibus doctrina per necessaria traderetur, ea autem est, oportere hominem non dormire, sed mane surgere, vt diuinam percipiat visitationem. Eo namque tempore Iacob benedictionem Angeli suscipit, & diuina sapientia ait, qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Si vero in hoc mane dormieris, pertransibit Deus, & cum quaesieris, non inuenies. Ideo ardentem Paulus monet: Hortamur vos, ne in vacuum gratia Dei recipiatis, dicit enim scriptura, in tempore placito adiuu te, & in die salutis auxiliatus sum tibi. Quasi dicat, cum Deus pulsat cunctum, speret ei cum dicit, ad me reuertere, ne differas, quonia quaedam sunt tempora accepta magis, dies quidam salutis sunt, hi vero sunt illi, in quibus Deus vocat. Ecce nunc tempus acceptum, noli illud contempere, apprehendo Deum, cum ad te venit, si enim abiit, non poteris illum sequi, nec relinquet vestigia, vt te educat ad ipsum. Si ergo lapsus es homo, noli negligere, negli inter dentes

4. 111 V

Gen. 32. Prov. 8.

2. Cor. 6.

Si ergo lapsus es homo, noli negligere, negli inter dentes

A stia inferi dormire, si enim facultatem a Deo accipit deglutiendi te, manebis in aeterno carcere. Ambulans post desideria cordis tui, & forsitan pauci viae passus percurrendi restat, vt incidas in voraginem, vnde emergere non possis. Cali magno impetu percurrunt, & filum vitae tuae iam iam perficiunt. Diuina iustitia aduersus te irata est, & arcum suum tendit, & parauit illum, & in eo posuit vasa mortis, caue, nescis enim, quando sagittam emittet contra te. Iam securis aduersum te eleuata est, nescis, quando excideris, scis vero te arborem esse infrugiferam. Corrodit vermis hederam vitae tuae; nescis, quando exiccanda sit, caue ne in peccato moriaris.

B Sed illud plane mirandum est, quod cum haec ita se habeant, nondum bene peccator percepit, ipsum Deo indigere, non Desi ipso, & ideo cum Christus dixisset Pharisaeis. Quo ego vado, vos non potestis venire, & si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Responderunt ei. Tu quis es? Et Dominus ait. Principium, qui & loquor vobis. Augustinus tractatu. 39. & Chrysostomus aiunt, Christus est principium, qui loquitur nobis, quia ille cor mouet, animae loquitur, & si ille tacet, licet reliqui omnes loquantur, nihil proficiunt. Confidera opera Dei, quia nemo potest corrigere, quem ipse despexerit, audi ergo Deum ad te loquentem, ne te despiciat, & in peccato moriaris. Sed forsitan obijcies, quando cunque homo inuocauerit nomen Domini, saluus erit, & eum, qui venerit ad me, non eiciam foras, ait Dominus, licet ergo nunc occasionem praetermittam, licet Deum vocantem non audiam, cum voluero conuerti aderit mihi. Ideo enim Dionysius in epistola ad Demophilum ait, Deum similem esse foli, qui omnibus se praebet, nec est, qui se abscondat a calore eius, sanabiles Deus fecit nationes orbis terrarum, nec est illis medicamentum exterminij; vt Sapiens ait, semper ergo sanari homo poterit, cum voluerit. Respondet, vtrumque verum esse, sed secundum est, duplex esse Deus auxiliu, quo peccatoribus adest, vt conuertatur, aliud est, abundans, & precipuum, quo facile potest homo conuerti, aliud vero sufficiens, quo potest homo, si eo utatur, salutem animae consequi, sed difficile, & multa posita para-

Aug. Chryf.

Eccle. 12

Ioan. 6.

Dionys.

Sap. 11

ac di-

et diligentia. Cum ergo nunc Deus te vocat, & tibi facilem præbet salutis viam, audi vocem eius, nunc enim sine difficultate operaberis salutem tuam. Si autem Deum non audieris, si abundans illius auxilium non susceperis, auertet se Deus à te, relinquetque solum auxilium sufficiens, quo potes quidem in mentem redire, sed omnibus viribus adhibitis, & multa cura, hæc vero adhibere cum sit difficile, vix peccator eam adhibet, qui enim minimam difficultatem non superabit: quo pacto maximam superabit minori auxilio? Noli ergo dicere, possibile mihi erit, à peccato liberari, cum voluero, quia id difficile erit nunc cum facile est, illud age. Ne similis sis pauperi, cui oblata occasio est pauperiem depellendi, & diuitias acquirendi, ille vero eam prætermittit vana fiducia dicens; forsán mundus mutabitur, ac euertetur, & ego comes ero, aut dux, & tunc diues euadam. Huic persimilis est peccator, qui nunc facile conuerti potest, & ipse in longum differt, cum adeo difficile erit, vt sancti illud dicant, impossibile, non quidem absolute, sed quia difficillimum est. Vnde D. Th. 2. 2. q. 14. ar. 3. ait tales per Dei potestiam aliquando quasi miraculose spiritaliter sanantur. Et ideò sicut videns hominem in extremis, dicis, hunc mortuum putas, ex his enim, aut nullus, aut fere nullus euadit, ita inter mortuos Deus eos computat, qui auxilijs eius non vtuntur, & ab eo derelicti sunt. Vis eos videre inter mortuos computatos audi Baruc, dereliquisti fontem sapientie, inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, de putatus es cum descendentibus in infernum. Derelinquit fontem sapientie, qui Deum vocantem non audit, inueteratus est in terra aliena, qui in peccatis à ratione alienis diu perseverauit, hic cum mortuis iam annumeratur, inter damnatos computari potest. Id ipsum explicat Psal. sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. Repelluntur enim peccatores, qui Deum non audiunt, & similes sunt mortuis, qui in sepulchro iacent. Merito ergo nos per Hiero-

*Simile.**D. Tho.**Simile.**Baruc. 3.**Psal. 87.**Hiere. 6.*

monet: erudire, erudire Hierusalém, ne forte recedat anima mea à te, id est, suscipe doctrinam meam, qua erudiaris, ne ego ab eis in peccato moriaris.

Sed forsán dices, hæc diuina derelictio solum maximis peccatori

A catoribus, qui diu in omni peccato fuerunt, seruata est, ego vero non sic effrenate pecco. Respondeo; diuersas admodum esse vltiones, quas Deus in hac vita, & in futura peccatoribus adhibet, nam in alio saculo supplicia sunt certa, & iuxta mensuram delicti, nec vnquã minor peccato maior tribuitur pena. Sed in hac vita vltiones adhibet profundo suo iudicio, ac prouidentia, nulla seruata regula, aut lege certa. Sæpe enim nunc peccata punit, sæpe in aliam vitam punitionem seruat, sæpe minoribus delictis maiorem adhibet penam, vnum peccatorẽ diu expectat, alium cito punit. Ita ergo supplicium hoc, quo Deus peccatores punit eos derelinquens, non potest certa lege, ac mensura comprehendere. Nec valet quidquã dicere, non derelinquar, nisi tot peccata perpetrauero, & tandiu in eis durauero, secreta Dei in hoc iudicia sunt, & alium citius derelinquit, vt ei placet. Hinc colligit Adria. Papa. Horribile est Dei vocem negligere, & peccata peccatis addere, quia nescimus, quãdo, vel pro quanto scelere deseramur à Deo.

Adria.

Cum ergo te Deus vocat ò homo, dic, forsán aliam Dei vocem non audiam, nunc pulsat Deus ad ianuam cordis mei, forsán amplius non pulsabit. Quid ergo moram facis? cur ad Deum statim non redis? Si putas, postea facilius id efficiendũ, omnino erras, Deus enim magis à te recedit, dẽmon amplius te subijciet, tu maiori cæcitate, ac infirmitate eris oppressus, difficilius ergo postea conuerteris. Sed nũc hoc quadragesimæ tempore

potiora Deus auxilia præbet, eis vtamur, & queramus Dominum, dum inueniri potest, inuocemus eum dum prope est, &c.

Feria

Feria Tertia post Domini. cam secundam qua dragesime.

Thema. Qui se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Matt. 23.



M hoc Euangelio superbiam Phariseorum, & Scribarum describit Christus multis verbis. Docet vero discipulos, ut eorū doctrinam suscipiant, quam ex lege tradunt, mores autem nullo modo imitentur, sed humilitatem sectentur, despiciantque vanam mundi glorio-

lam:

Pro huius doctrinæ intelligentia notandum, quod diuersitas appetituum diuersitatem sequitur naturarum. Ideo terra inclinatur in locum inferiorem, ignis in superiorem, animalia in motum, inanimantia in quietem. In homine autem cum duplex sit natura, altera propter corpus, altera propter animam, duplex est etiam appetitus, deliciarum, qui sequitur corpus, in quo similis est brutis, & ideo bruta etiam appetunt similia. Et appetitus excellentiæ, & honoris, qui sequitur animam. Vnde excellentiam, ac honorem homo solus appetit inter corporea, nihil hoc ad bruta attinet. Et hic appetitus vehementissimus in homine est, quia procedit ex anima. Corpus enim propter animam est, & anima illi principatur, ac illud mouet, & ideo inclinatio, quæ sequitur animam, potissimum in homine obtinet locum. Et ideo inclinatio in excellentiam, ac honorem maior est, quam inclinatio in delicias. Et id comprobatur manifesta experientia, cum homines relinquunt voluptates, ut excellentiam ac honorem consequantur.

Deinde aduertendū est, hoc interesse inter hominē, & inferiores

A riores creaturas, quod illæ sequentes suas inclinationes non errant, imo infallibiliter ducuntur in suum finem. Lapis deorsum fertur, ignis sursum, & ea ipsis conueniunt. Homo vero, si duci se omnino permittat ab affectibus, & inclinationibus suis, peribit omnino, quia ut Deus Noe dixit, sensus, & cogitatio hominis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Ideo Paulus monet. *Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Et ad Titum ait. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs, & voluptatibus varijs. Et tanquam Dei maximum supplicium ait in Psal. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Licet ergo appetitus hominis in bonum tendat, facile tamen in malum declinat, si duci se permittat nimium.*

B Ad frenandum ergo duo ista hominū desideria, ac affectus due sunt virtutes, altera in concupiscibili, quæ dicitur temperantia, qua deliciarum appetitui modus præscribitur, altera in irascibili, quæ est humilitas, qua excellentiæ, ac honoris appetitus in ordinem redigitur, D. Th. 2. 2. q. 161. illud sic explicat. In bono arduo duo sunt, bonum, & hoc attrahit appetitum, & difficultas adipiscendi, & hoc retrahit. Secundum primū insurgit motus spei, propter secundum autem motus desperationis. Motus appetitui, qui se habent per modum impulsiois, indigent virtute moderante, & refrigente, qui vero per modū retractionis oportet, habeant virtutē firmantē, & impellentē. Et sic circa appetitū boni ardui necessaria est humilitas refrigens, ne immoderate tendatur in excelsa, & necessaria est magnanimitas, quæ firmet contra desperationem, & impellat ad prosecutionem magnorum secundum rectam rationem.

C Inordinatus profecto hominis appetitus est, dum inanem mundi gloriolam magno studio quærit, vocari ab hominibus Rabi primos accubitus, & denique videri, spectarique ab hominibus, nihil enim aliud quā vmbra sectatur, non veram gloriā, sed gloriæ vmbra. Ut hoc manifestū fiat, attendendum est, duplicē hominis esse figurā, naturalem alteram, quæ resultat in speculo, cū ei homo obijcitur, alteram in vmbra, cum se proponit soli. Si harum figurarum diuersitatē nosse vis, speculum sume, & coram sole sta, videbis tunc vmbra tuam, quæ figura tui est,

Gene. 6.

Rom. 13.

Tit. 3.

Psal. 80.

D. Tho.

est, sed imperfecta, & quæ te plene non exprimit, sed confuse admodum. In speculo autem videbis expressam tui effigie, omnibus ornatâ lineamentis. Hac ratione Pau. asserit, Deû, & eius mysteria in lege expressa esse tâquã in vmbra. Vmbra (ait) habet lex futurorû honorû, nõ ipsam imaginẽ rerû, quia imperfectã, rudemq; figurã. Et hinc factû est, vt Deû præsentem nõ agno uerint, cuius solû vmbra viderant, quia si regem gloriæ cognouissent, nõ vtiq; crucifixissent. Sicut nõ agnosceres hominem, cuius solã vmbra vidisses. In lege vero noua asserit Paul. videri Deum tanquã in speculo, quia clarius, ac manifestius videmus nunc per speculû in enigmate. Et nos reuelata facie gloriæ Domini specularantes, id est, in speculo videntes, (vt græca habent), in eandem imaginem transformamur. Cum ergo honor, ac fama hominis sit imago illius, quam describit, ac pingit is, qui honori aliquem habet. Hæc figura duplex est, prima, quam homo habet coram Deo, & hæc est figura expressa, certa, ac optima, est illa imago speculi, quia vt Diuus Dionysius ait, in diuino intellectu quasi in lucidissimo speculo quisque hominum pro meritis representatur. Ibi minutissima quæque hominum apparent, nihil in re est, quod ibi expressum non sit, in eo speculo apparet, niger, an albus sit, speciosus, an deformis, gratia ornatus, an peccato sedatus, an oculus sit simplex, aut nequã. Et deniq; vniuersa hominis merita, ac opera cû omni circumstantia ibi expressa sunt. At vero in hominis intellectu, cûm alium honorat, ac æstimatione dignum ducit, est quidem hominis figura, sed tâquam in vmbra, per quam certû de re iudicium proferri non potest, nec enim vmbra manifestat, an ille niger, vel albus, speciosus, an deformis sit, nec per eam homo recte agnoscitur. Ita propter hominum opinionem, aut iudicium nihil certi de homine habemus, nescimus, an Deo gratus, vel ingratus sit, an opera vacua, vel plena sint. Opinio hominum vmbra est confusa, qua solum agnoscitur corpus quodam in genere, nihil vero certû, & indubitatû. Ideo Paulus aiebat. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, qui autem iudicat me, Dominus est. Hinc etiam cum Samuelli placuisset Eliab filius Isai maior, ait ad eum

Heb. 10.

1. Cor. 13.

2. Cor. 3.

Dionys.

1. Cor. 10.

1. Reg. 16.

A eum Dominus: Ne respicias vultum eius, nec altitudinem stature eius, quoniam abiici eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor. Et ideo Deus elegit David, qui aptior erat regnô & licet corpore minor esset, animo tamen superabat fratres, & ideo leones, & vrsos discerpebat vt agnos.

Scribæ ergo, & Pharisei sicut in vmbra Deum agnoscebant, ita vmbra sibi quærebant, gloriam, scilicet, hominum, quam vmbra esse ostendimus, vocari rabbi ab hominibus, primo loco sedere. Non sic agere debent Christi discipuli, qui Deum perfectius agnoscunt, quærant gloriam veram, à Deo, scilicet, in pretio haberi, coram eo magnos esse. Hinc

B Esdras ait. Expectate pastorem vestrum, requiem æternitatis dabit vobis. Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis. Fugite vmbra sæculi huius, accipite iocunditatem gloriæ vestræ. Prænuñciat Esdras Christi aduentum, in quo vera gloria quærenda erat, & vmbre fugiendæ, vmbra namque nihil certi de re docet. Incedant simul mulieres duæ, quarum altera rustica, vilis, ac deformis sit, altera vero nobilis, diues, ornata, ac pulchra, an per vmbra eas agnosces, aut diuides? Non sanè, quia vmbra nihil certi de re ostendit, ita omnino hominum iudicium nescit, an ille Deo placeat, an mundo, an ille fortisanimo, an pusillus. Imo verò vmbre decipere solent, & aliquando res magna in vmbra minor apparet, aliquando res minor in vmbra maxima videtur. Hinc in libro Iudicum dicitur. Cumq; vidisset populû Ga
C laal, dixit ad Zebul, ecce de montibus multitudo descendit, cui ille respõdit vmbra montiû vides quasi capita hominû, & hoc errore deciperis, grandis profecto error, cûm vmbra môtis caput hominis appareat. Mons profecto virtus est, môtis pinguis, mons coagulatus, mons, in quo beneplacitum est Deo, habitare in eo. Môtis est pœnitentia sacramentorû vsus, humilitas, & denique omnis iustitia, sed vulgi iudicio parua res apparet, cû maxima appareant terrena. An non magnates, ac principes magni habentur mundo? An non iusti pauperes despiciuntur? Miraris celsitudinem terrenam, de ea colloquia misces, quasi de re magna virtutem autem despicias, cum è

4. Esdr. 2.

Iud. 9.

A duen.

D d

curia

curia epistolę mitruntur, de rebus caducis tractant, quis ad honores assumptus sit, quis lite ex voto confecta maioratu potitur: en umbras magnas hominum iudicio. Facile profecto est umbram crescere, ut ait Ezechias. Si enim lucernam parum elongaueris, crescet rei umbra, si sol elongatus fuerit similiter. Væ nobis, ait Ieremias, quia declinauit dies, & longiores factę sunt umbrę vesperi, defectus ergo, & elongatio luminis efficit, ut umbrę crescant. Sicut ergo cum sol appropiat nobis, & in medio cursu est, corpora terrena minimam efficiunt umbram, cum verò sol recedit, maximam, & ided longiores fiunt umbrę vesperi, ita in iustis, quibus adest sol iustitię, terrena vniuersa minimam umbram faciunt, quia nihil eis apparent. Paulus omnia arbitratur sterco-
A ra. Sapiens vanitatem, Iacobus foenum. At in reproborum iudicio, vbi longē Deus est, vbi lux minor, vbi sol recedit, maxima res apparet honos, voluptas, substantia, magnam ergo efficit umbram, umbra enim est humana exultatio, ut diximus. Vis videre, quantam faciat umbram terrena res in corde impij? Tantam certe, ut eius causa Deum deserat, æternam vitam amittat, & se in infernum detrudat.

Et hę umbrę sunt, quę peccati regnum stabiliunt, sub his umbris illud latet, & securum est. Vnde de Behemot Dominus ait. Sub umbra dormit in secreto calami. Hoc enim est, quod illam in anima quiescere, ac dormire facit, quod umbra falsę opinionis habet anima, illa enim eā peccato tenet. Gregorius Nazianzenus de vita Moyli ait, honor umbra est, virtus verò corpus est, ex quo lumine illustrato hęc umbra procedit. Nunc ergo aduerte, res esse in triplici differētia, sunt enim aliqua corpora sine vlla umbra, ut coeli, qui diaphani sunt, sunt corpora cum umbra, ut homo, animalia, ac plantę, Sicut umbrę sine corpore, ut phantasmata, quę ab inferis procedunt, & umbrę dicuntur, & regio inferi umbra dicitur, sine vllò corpore, verò umbrę sunt illa, quę phantasmata dicimus, ita in proposito philosophandum est. Sunt enim quędam virtutis opera interiora, ac præcipua, quę pater tuus videt in abscondito, ut Doctrinatio, humilitas, mundi despectus, hęc interiora similia sunt coeli, sine vlla verò umbra sunt, quia cum

A ab hominibus non videantur, nulla umbra honoris mundi hęc opera sequuntur quia soli Deo nota sunt. Alia verò sunt virtutis opera exteriora, quę homines vident, & quibus honor tribuitur, hęc corpora sunt cum umbra. Si verò phantasmata vis videre, ea plane sunt, cum alicui honor tribuitur sine virtute. Si quempiam videas honoratum ab hominibus, quia diues est, vel præpotens, cum nulla ornatur virtute, illud dic phantasma, quia umbra sine corpore est. Huiusmodi erant scribę, & pharisęi, quos nulla virtus commendabile efficiebat, & ipsi honorem usurpare volebant. Ecce noctium phantasmata, inferni que larvas, ac dæmonum simulacra.

Deinde attende, quòd is, qui ante faciem suam solem respicit, umbram post tergum habet, quam non videt. Is verò, qui post tergum solem relinquit, umbram coram oculis habet, eamque respicit. Hęc præcipua inter iustos, & peccatores diuersitas est, quòd iustus tanquam aquilę filius Deum præ oculis habet, ad eumque conuersus est. Sic ille, qui ait. Oculi mei semper ad Dominum. Et iterum. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Peccator verò auertit à Deo faciem suam, & ut propheta ait. Verterunt ad me tergum, & non faciem. Et Psalter. Auertunt se, & non seruauerunt pactum. Et hęc auersio à Deo bono incommutabili est maximum peccati malum. De qua Ieremias ait. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Peccator ergo, qui solem post tergum relinquit, umbram coram oculis habet, illam insequitur, ac assequi curant, vult enim ab hominibus in pretio haberi. Hinc Sapiens. Ab immundo quid mundabitur? A mendace quid verum dicitur? Quasi qui sequitur umbram, sic qui attendit ad visa mendacia. Quasi dicat, quid mendax homo dicit nisi mendacium? Væ ei, qui umbram hęc vanam sequitur. Qui innititur mendacijs, impingetur ad laqueos mortis, verè in mortis laqueos impingit, qui mendacem hominum opinionem sequitur, propter illam enim hic vindictam exercet, ille superflue ornatur, ille diuitias infumit. Contra verò iustus solem iustitię coram oculis habens, versus eum viam peragit, & umbram humanę opinio-

Heb. 12.

his, ac laudis post tergum relinquit, non enim hominibus A placere, sed Deo studet. Impletque illud Pauli. Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Et in hoc etiam mundo superbi hominis stultitia apparet, ac iusti sapientia, quia hic etiam impletur, quod Christus ait, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Quod eadem umbræ similitudine fit manifestum: Qui enim verius solem viam agit, umbram fugit, & umbra eum insequitur. Contra autem accidit ei, qui solem à tergo relinquens viam agit, umbram enim semper insequitur, sed non consequitur, post illam currit, sed illa semper præcedit, nec unquam eum tenet, fugit, ait Iob, velut umbra. Cum enim vides hominem alta sapere, superbire, ac se iactare, eum despicias, & nihili ducis, humilem vero spiritu excipiet gloria, & superbum sequitur humilitas, vt sapiens ait.

Iob. 7.

Pron. 29.

Seneca.

Ex quo demum sequitur vanum hominum iudicium non curandum, sed Dei, quod certum est. Seneca ait. Nulla res nos maioribus malis implicat, quam quod ad rumorem componitur. Dic mihi obsecro, vt se ornet mulier, umbram considerat, an speculum? Vt quid ergo tu umbram opinionis humanæ respicias, & speculum derelinques? Christus speculum est sine macula, quo inspecto te ornare debes, hominum opinio umbra vana est. Cur ego dices, sacramenta non frequenter, ne dicar deuotus, ludum non relinquo, ne dicar auarus: superfluas vestes non defero, ne dicar nimium modestus.

Scribæ ergo, & pharisæi umbras sectabantur, non veram iustitiam, & licet vera docerent, mala perpetrabant, ideo De eis Christus ait. *Super cathedram Moysi, &c.* quia legem Moysi explicabant, omnia, quæ dixerint vobis, facite. Ea omnia, quæ docent ex lege, & Moysè, non quæ ex proprio capite. *Secundum verò opera eorum nolite facere, dicunt enim, et non faciunt.* Ex his primò colligendum est, doctrinam regram à doctoribus capiendam, prauum autem exemplum cauendum. Recte Augustinus, vnam cape, spinam caue. Accidit aliquando vitom esse prope rubum, aut rhamnum, &

aliqui

A aliqui palmites vitis in rubo sunt, ex quibus procedunt botri Simile. optimi, recte nunc Augustinus ait, vnam cape, spinam caue. Ita cum doctor est in cathedra Moysi, vel Christi, licet prauus sit operibus suis, iuxta vitem illam est, quæ de se ait. Ego sum vitis vera, ipse quidem rubus est spinis peccatorum plenus, sed propter officium propinquus est Christo, doctrina bona eius capienda est, quia à vite procedit. Spina eius, ac peccatum fugiendum.

Joan. 25.

Secundò collige, vitio dari doctoribus, ac primarijs viris, quod vitam honestam non sequantur, & optimum exemplum non præbeant. Licet enim omnis fidelis teneatur virtutem se qui, & tale præbere exemplum, Vt sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est, sed hoc præcipua, ac singulari ratione exigitur ab eo, qui in dignitate constitutus est, is enim arctiori vinculo tenetur, quia ille exemplar est inferiorum, & qualis superior est, tales inferiores esse solent. Hinc Sapiens. Secundum iudicem populi sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Id ipsum verum habet in reliquis, qui præstant, qualis est pater familias, tales sunt eius domestici, qualis pater tales & filij. Hinc cum Saul super gladium suum irrueret, irruit & amiger eius super gladium suum, & mortuus est cum eo. Qui rogatus noluit regem interficere, se ipsum in teremit non rogatus, sed principis exemplo permotus, tantum principis exemplum valuit in re omnium acerbissima,

Matth. 5.

Ecclesi. 10.

1 Reg. 16.

C morte, scilicet, Hinc Psaltes. Vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate die, ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia, & non defecit de plateis eius usura, & dolus. Cum dixisset David in Hierusalem iniquitatem esse, eius rei causam assignans, ait, super muros eius iniquitas. Quo loco Augustinus ait, non in muris lapideis iniquitas, sed in viris, qui munimenta ciuitatis sunt, in nobilibus, & principibus viris, qui à Deo costituti sunt in propugnacula vrbis, cum ergo in his iniquitas esset, non potuit deficere in plateis eius usura ac dolus. Nequaquam honesta filia erit, modestus filius, si parentes videt arguant.

Psal. 54.

August.

Aduent.

Dd 3

Quomodo

Quomodo non luxuria abundaret in Ierusalem, in qua regnat Herodes, qui uxorem fratris rapuit? Sunt quidem superiores, ac principes viri similes primo cælo, quod post se rapit inferiores cælos, licet ipsi in diuersum moueantur. Et ideo cauendum illis est omne vitium, ne prauo suo exemplo alios inficiant. Hoc rectè animaduertit præclarus ille Eleazarus, qui non solum crimen non admisit, nec legem violauit, verum etiam cum quidam iniqua miseratione commoti, tollentes eum secreto, rogabant, afferri carnes, quibus ei vesci licebat, vt simularetur manducasse, sicut rex imperauerat de sacrificij carnibus, vt hoc facto à morte liberaretur. Ille respondit. Præmitti se velle in infernum, non enim, inquit, ætati nostræ dignum est fingere, vt multi adolescentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur. Præclarus profecto vir, qui ne prauum præberet exemplum, mori elegit. Vt autem his, qui in dignitate constituti cum sint, improbitatis suæ exemplo alios post se trahunt. Vnde de inobediente regina Vasthi sapientes dixerunt Assueri regi. Non solum regem læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contempnant viros suos, & dicant, Rex Assuerus iussit, vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit, atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum, atque Medorum parumpendunt imperia maritorum. Placuit id regi, & repudiavit Vasthi, & hoc scripsit omnibus prouincijs. Hinc diuersum sacrificium pro sacerdotis peccato iniunctum erat. Vnde in Leuitico dicitur. Si sacerdos, qui est vnctus, peccauerit, delinquere faciens populum, offerret pro peccato suo vitulum &c. Expendenda verba illa sunt, delinquere faciens populum, quia vt ibi Glossa ait, à peccatis sacerdotum sumit populus peccandi argumentum. Hinc fit, vt eodem capite agens de populi totius peccato solummodo vitulum offerri pro eo præcipiat, nec plura offert populus vniversus pro peccato, quam solus sacerdos, quia grauis timè sacerdos peccat, cum delinquit, & vniversum post se

A rapit populum, eum enim pastor ad præcipitia tendit, gregem secum in præcipitium ducit. Hinc etiam factum est, vt delinquentem populo grauitur in terra Madian, dixerit Dominus Moyse. Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. Quia certe principum exemplo illi deliquerant, Hinc etiam nunc Pharisæi arguuntur, quod doctrinam morum exemplo non confirment. Addit vero Dominus.

Dilatant phylacteria sua, & magnificant simbrias. Ait Hieronymus. Præceperat Deus in lege, ligabis verba mea quasi signum in manu tua, eruntque, & mouebuntur inter oculos tuos, illi ergo mandatum hoc exterius solum seruantes, in schedulis mandata scribebant, & ante oculos, & in manibus portabant, & hæc schedulæ græce dicuntur phylacterium, id est, conseruatorium, (ita Caietanus hic) quia ad legis memoriam conseruandam erant. Pharisæi ergo phylacterijs communibus non contenti, ea maiora faciebant, id significat, dilatant phylacteria, id est, maiora faciunt. Id ipsum in simbrijs faciebant. De simbrijs autem in libro Numeri sic scriptum est, Dixit quoque Dominus ad Moysen. Loquere filijs Israel, & dices ad eos, vt faciant sibi simbrias per angules palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorum Domini faciant ea sintque sancti Deo suo. Voluit sanè Deus distingui populum suum ab exteris veste. Simulque voluit, vt in simbria hyacinthina, quæ cæli colorem referebat, mercedem æternam contemplantur, qua illecti à terrenorum cupiditate auocarentur, & Dei implerent præcepta. Quod ille præstabat, qui dicebat. Inclinaui cor meum, ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. Si enim quis præ oculis haberet æternam Dei mercedem, facile caduca sperneret, & legem seruaret. Has ergo simbrias magnas faciebant Scribæ, & Pharisæi, & eo exteriori cultu contenti, interioris nihil præstabant. Sed & nunc plura phylacteria, ac simbrias videmus multorum, qui exteriora curant, interiora obliuiscuntur.

Num. 25

Hier.

Deut. 6

Caiet.

Num. 15

Psal. 118

Osee. 7.

cuntur, An non sacerdos amictus superpelliceo phylacterium
ducit? An non surgens ut Euangelium audiat, simbram defert?
Sed quid ista profunt, si cor Deo non tradatur? Audi Oseam.
Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuerfatur, co-
mederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Aptissima simili-
tudine hypocritas exprimit, similes eos dicens panis, qui super
prunas ex altera parte ponitur, & illa quidem decoquitur, at ve-
ro alteram ignis non tangit, & ideo massa relinquitur. Ita hypo-
critis accidit, qui exteriora recta habent, interiora vero secus.
Et ideo de eis Oseas ait. Comederunt alieni robur eius, id est,
interiorem virtutem, & ille id ignorauit.

Acto. 1.
Esai. 30.

Vis optimum videre magistrum? *Vnus est magister vester
Christus.* Nec is est ex illis, qui dicunt, & non faciunt, quia ce-
pit Iesus facere, & docere, ut Lucas ait. Vnde Esaias ait: Erunt
oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient
verbum post tergum monentis, hæc est via, ambulate in ea.
Optimus profectò magister, qui est verbum, & sapientia pa-
tris, qui viam salutis prior incedens, cum nobis verbo, & exem-
plo monstrat. De hoc Magistro pater dixit, ipsum audite.

Mat. 17.
Ioan. 14.

Eum ergo audiamus, ac imitemur, qui via est, veritas, &
vita, ipse vita est, ad quam perueniendum, via,
per quam ambulandum, veritas, que
nos docet. Hanc teneamus, &c.

Feria

A Feria Quarta post Domini cam secundam qua dragesime.

*Thema. Filius hominis non venit
ministrari, sed ministrare, & dare ani-
mam suam redemptionem pro multis.*
B. Matthæi. 20.



HUMANI generis, quod arbori simile est, du-
plex est radix Adam primus & Adam secundus,
qui inter se maximè distant, sicut enim distant
cæli à terra, & album à nigro, ita Christus ab Ada-
mo, homo nouus à veteri. Adam nos efficit pec-
catores, & iræ filios, Christus iustos, & Dei filios. Ab Adam
mors procedit, à Christo gratia. Et hinc est, quod vtriusque
via diuersa admodum est. Adam enim homo ille fuit, qui descen-
debat ab Ierusalem in Ierico, Christus vero ascendit ab Ierico
in Ierusalem. Adam principium fuit superbiæ, ambitionis, fa-
stus, ac deliciarum. Christus vero humilitatis, crucis, ac poeni-
tentia. Horum exemplar hodie in Euangelio nobis proponi-
tur, Christus enim in Ierusalem ascendit, ut mortem sustineat.
At mater filiorum Zebedei filijs suis petit sedes præcipuas in
regno, quo putabat Christum in terra regnaturum.

Sed primum Christi iter videamus, per quod nobis incedé-
dum est, si in cælestem Ierusalem peruenire cupimus. Non ve-
ni, ait, ministrari, sed ministrare, qui Dominus omnium erat,
omnium se seruum fecit. Ego in medio vestrum sum, sicut qui
ministrat. Sed quoniam in munere, vel officio ministrat? In audi-
tum in mundo munus suscepit, dare, ait, animam suam redemp-
tionem pro multis. Plura nouimus munera esse in donibus re-

D d s gum

gum, ac principum, sunt enim primicerij, pincernæ, cubicularij, præfecti mensæ, sed hucusque non fuit officium inuentum quod moriendi munus dicatur, nec ullus ingreditur in principis domum, ut mortem oppetat, sed potius ut uiuat. At Christus non solum venit ministrare, sed & ministrare in officio mortui, vel mortis, ut moreretur, & vitam daret, tale munus nullus hominum suscepit nisi Christus, qui ait, veni ministrare, & dare animam meam redemptionem pro multis, ecce eius munus. Quo nos deuinxit, ut ferui ei efficiamur. Vnde Paulus, in hoc Christus mortuus est, ut viuorum, & mortuorum dominetur, ut qui viuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Rei huius ratio est manifesta. Cum enim fidei iussor pro debitoribus æs alienum soluit illi quidem à creditore liberatur, sed fidei iussori obnoxij relinquuntur. Sic homo à peccato per Christum liberatus, obnoxius dæmoni non est, sed Christo, qui eum eripuit, debitor est, ut illi uiuat, ac obsequatur.

Ut ergo nos sibi deuinciret, & munus exqueretur, ad quod venerat, ait. *Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum &c.* Hæc eadem verba proposita nobis sunt in Dominica quinquagesimæ, sed additum est tunc, ipsi vero non intellexerunt, & ideo repetitione opus est, quia lectio hæc intellecta nequaquam fuerat. Tunc parum attendistis, cum hoc proponeretur, quia comestationibus, & alijs vanis intendebatis, ideo nunc rursus proponitur. Solet homo historiam narrare, quam alius intercipit diuersum quid loquens, deinde ergo, qui narrationem cæperat, eam prosequitur dicens, dicebamus hæc, & hæc. Ita proponebat nobis Ecclesia Christi passionem in quinquagesima, sed interruptio facta est vanitatibus illius temporis, nunc iterum Ecclesia ad narrationem suam reuertitur, dicens, ecce ascendimus Ierosolymam. Est autem Christi passionis meditatio initium omnis homini. Sicut enim passio fuit initium vitæ, & totius boni, ita illius consideratio cuique est principium salutis. Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam.

Psal. 117.

Psal. 67.

Sed ait, ecce ascendimus. Præcedere videtur Christum David dicēs, iter facite ei, qui ascendit, quasi dicat, nullus impediat hoc iter,

A iter, quia nobis valde necessariū est, sicut enim primo homine descendente descendimus in eo omnes, ac cecidimus, ita Christo ascendente omnes ascendimus. Sed incongrua d' Dñe apparet diuisio ista, quia dicis, non te solum ascendere, sed omnes tecum, cum vero de passione loqueris, ais, de te solo, & filius hominis tradetur. Tu solus pateris, & omnes fructum passionis percipimus. Sicut botrus calcatur solus, & vinum bibimus omnes, ita Christus est botrus Cypri, ut sponsa ait, qui ex terra promissa defertur, calcatur ille, ut nos ascendamus.

Cant. 1.

Sed vos omnes rogo, nunquid non impudentiæ nobis deputabitur, si Christo in crucē ascendente, velimus nos in valle manere, & delicijs frui? En Israelis delictum, cū Moyse in monte pro eis ieiunaret, ac oraret, ipse vitulos adorabat, & sedit mā

Exo. 32.

B ducare, & bibere. Si membrum Christi es, d' homo, illum imitare, monstrum enim esset, si alterius rationis esset corpus quam caput, ut si humano capiti ceruicem apponeres equinā. Sicut enim qui spiritum humanum non habet, non est homo, ita qui spiritum Christi non habet, hic non est eius, ut Paulus ait. Spiritum Christi habet, qui eum imitatur. Ideo cū homini Deus animam dedit, insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ, & cū Spiritum sanctum dedit Apostolis, insufflauit in eos, quasi spiritum, ac respirationē ex intimis visceribus proferens, quia vita diuina viuere debet homo, non animali, aut terrena. Vita animalis ducit hominem ad delicias, honores, diuitias, ecce spiritum Adæ terreni, sed alter est spiritus Christi ducens ad humilitatem, pœnitentiam ac crucem. Id Petrus manifestis verbis loquitur, cum ait. Si ex probramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, & gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus super vos requiescet. Spiritus ergo Christi est, pati, deijci, humiliari. Et ideo post Deū nihil maius cēsendum est quā iustus homo, quia habet spiritum Dei, viuit diuina vita. Hinc Hier. ad Rusticū, nihil Christiano scelicus, cui promittitur regnū celorum, nihil imbecillius, qui à carne superatur.

1. Pet. 4.

Hier.

Sed nunc vos omnes, vestrasq; cōscientias testes aduoco, nū habetis hunc Christi spiritum? num ascenditis cum Christo? num crucem optatis? Diuersa profecto hominum via est, diuersa desideria, ut nunc patet in discipulis petentibus dexterā,

ac

Gen. 35.

ac sinistram. Idola sua habent homines, & aurum suum, & argentum, ac similia fecere idola sibi. Vt autem illa deleat, Christus venit. Et quemadmodum scriptura ait de Iacob, dederunt ei omnes Deos alienos, quos habebant, & in aures, quæ erant in auribus eorum. At ille insedit eas subter therebinthum, ita nunc Christus sub cruce sua omnia idola hominum sepelire curat. Ibi enim crucifixit veterem hominem nostrum, cum actibus suis. Demus ergo nunc ei omnia idola nostra, omnia illa, quæ colimus, ac diligimus inordinate, vt ea sepeliat. Nec illa solum, verum & in aures eorum, ornamenta illorum, quia non solum peccata nobis relinquenda sunt, sed & peccati ornamenta, occasiones, & omnia adiacentia. Sed cur sub arbore crucis peccata sepelienda sunt? Certe, quia peccatum, & eius grauitas in Christi cruce maximè cernitur, nec in vilo supplicio peccatoribus inflictio in hac vita, nec in ipso inferno, ita apparet peccati grauitas ac in Christo in cruce propter peccatum mortuo, quia ibi extra elementum suum peccatum est. Sicut enim cum natans in maris profundo est, licet nimiam aquam super se habeat, pondus illius non sentit, quia in suo centro aqua est, & ideo ponderis nihil habet. Si vero amphoram aquæ haurias ex mari, & super te ponas, pondere grauaris, quia extra locum suum aqua constituta pondere premit suo. Ita vniuersa hominum supplicia, etiam quæ in inferno damnati patiuntur, minoris ponderis sunt, quam Christi innocentis supplicium, in illis enim castigatio quasi in suo est centro, dum in peccatoribus est, sed in Deo mortuo extra centrum est, & ideo grauius apparet. Et ideo Christum crucifixum optabat Iob videre, cum diceret. Responde mihi, quantas habeo iniquitates, & peccata, & scelera mea, & delicta mea ostende mihi. Attende primum humilitatem Iob, qui iniquitates, scelera, ac peccata, & delicta se habere dicit, cum cum non reprehendat cor eius in vita sua, tibi vero apparet, nulla esse, vel leuia peccata tua. Secundum attende, non vulgare aliquid petere Iob, sed quid maximum, sed quod nam illud? Certe optabat videre Christum in cruce, in quo hominum scelera, atque delicta maximè apparent, & ideo ait peccata & scelera ostende mihi, in Christo, scilicet. Si quanti apud Deum ponderis sint cogitationes turpes, colloquia

praua,

A praua, opera peruersa, nosse vis, inspicere Christum crucifixum, & ibi id maxime cernes. Est enim Christus crucifixus Hieroglyphicum, & pictura peccati. Vis nosse ò homo, quanti apud Deum ponderis peccatum sit? Inspice Christum crucifixum, & ibi id videbis, adeo enim dure tractatus est Christus à patre, quia imago peccatoris erat, quia statua illius, quid ergo fiet vero peccatori, si in manus Dei deuenit?

Sed postquam vidit homo, ita Deo displicere peccatum, summum facinus est, illud perpetrare. Prius enim, quam Christus in mundum veniret, nesciebat homo, quanto odio Deus peccatum prosequeretur, & ideo orabat Iob in Christo illud sibi ostendi, nunc ergo postquàm illud homo videt, quo pacto peccare audeat? Augetur etià nunc peccati grauitas ex summa hominis ingratitude tanto beneficio, quam subiecto exemplo manifestabo. Finge hominem, qui in carcere est ad mortem damnatus, & mortem turpissimam, nec est illi effugium. Ingre ditur carcerem amicus eius, & ait illi, decreui te liberare, vt vita viuas, & non moriaris, da ergo mihi vestimenta tua, & mea accipe, & egredere ex carcere, salua animam tuam, ego hic manebo tuis vestibus, personam tui agens, & ego moriar pro te. Quanti obsecro beneficium hoc æstimandum erat? Sed finge, produci in supplicium eum, qui in carcere mansit, finge etiam, quod impossibile factu apparet, quod is, qui liberatus fuit, inter carnifices esse velit, & carnificem ageret aduersus Ceum, qui liberauit ipsum, & qui propter illum ad mortem ducitur, an non summæ ingratitude id esse diceres? An non iure cum eo exostularet amicus, ac diceret, eripui ego te à morte, & tui causa morior, & tu mihi inimicus, ac hostis eris? Hoc nunc agis ò peccator, cum peccatis tuis iterum Christum crucifigis. Eripuit ille te à morte in similitudinem carnis peccati factus, & nunc eius hostis eris illum iterum crucifigis? Nusquam similis ingratitude visa est.

Sed vt acerbitatem passionis suæ Dominus ostenderet ait. Tradetur principibus sacerdotum &c. Prophetauit nunc Christus, quod postea Pilatus fecit, cum tradidit illum voluntati eorum. Si ergo principibus iratis traditus est, proculdubio maxima in eum tormenta exercebunt. Si enim ira, ac iniustitia

cum

Simile.

cum potentia coniungitur, nihil durius, aut iniquius esse potest. Voluit Deus contere Christum, & maximis tormentis afficere, voluit eum virum dolorum facere, vt id ergo fieret, tradidit illum, non leonibus, aut tigribus discerendum, hi enim mitius cum eo se haberent, sed principibus sacerdotū. Si in manus irati principis, ac potentis quis incidat, vā ei. Hinc Sophonias. Principes in medio eius quasi leones rugientes, iudices eius lupi vesperi, non relinquebant in mano. Et Sapiens, est generatio, quæ pro dentibus habet gladios. Et iterum loquuntur impij, apud Sapientem, sit fortitudo nostra lex iustitiæ. Quia nullam aliam legem seruant, quam fortitudinem, ac potentiam suam, & ideo vniuersa, quæ possunt mala, perpetrant. Hinc Micheas. Audite principes Iacob, & duces domus B Iſrael, nunquid non vestrum est, scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorū. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper ex coriauerunt, & ossa eorum confregerunt. Miris profecto verbis describit propheta iudicium iniustitiam, ac violentiam, qui non contenti pelle hominum, nec satis illis apparet, eos exco- riare, & carnes etiam ab ossibus auferunt, & ossa ipsa confringunt. De quibus etiam Psaltes ait, qui deuorant plebem meam sicut escam panis. Ita profecto solet diues pauperem deuorare, ac si panem comederet. Id ipsum Nathan explicuit parabola diuitis proposita, qui ouem pauperis abstulit. De his dicitur, **Ben** jamin lupus rapax, mane rapiet prædam, vespere diuidet spolia. Vita illorum mane est pertransiens, in quo rapiunt, ac diripiunt cuncta, sed cito adueniet vespere, id est, mors in qua spolia diuidentur, vel eis testamento ea legantibus, quæ diripiuerunt, vel morte ea diuidente. Vt ergo durissimè tractetur Christus, principibus traditur.

Sed cum Christus passionem suam discipulis manifestaret. **Tunc accessit mater filiorum Zebedæi.** Vt autem discipulorum ambitionem magnam notaret Euangelista, ait. **Tunc.** Cū Christus humilitatem, & tormenta cogitabat, illi cogitant honores, ac requiem, Simili ratione Paulus ponderat hominum in Deum ingrati- tudinem, cum ait, **Quoniam Dominus Iesus in-**

Sopho. 3.
Prou. 2.
Sap. 2.

Mich. 3.

Psal. 13.

1. Reg. 12.
Gen. 49.

1. Reg. 11.

A qua nocte tradebatur, accepit panem. Cum summa ingrati- do mundi erat in Christum, tunc Christi maxima in homines beneficia. Sic etiam cum de passione sua ageret Christus, facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Nunc cum de passione agit, accedit mater filiorum Zebedæi petens dexterā, ac sinistram. Pulchra profecto reprehensio Dauidis illa fuit, cum Vrias ait, **Arca Dei Israel habitat in papilionibus, & Dominus meus Ioab, & serui Domini mei super faciem terræ manent, & ego ingrediar domum meam, vt comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea? per salutem tuam non faciam hanc rem. An non putamus interius cordi Dauidis dictum à Deo fuisse, hic abstinet à propria vxore, quia arca Dei est in papilionibus, nonne oportuit, te abstinere ab aliena vxore? Sed mira humani cordis malitia est, nec enim hac reprehensione arcetur Dauid, sed potius in eius profectio, & facit, vt Vrias derelictus moriatur, & plures cū eo, nec id curat, dū appetitui suo faciāt satis. Ita nunc mater filiorū Zebedei nihil curat Christi mortē, sed solum filiorū curat gloriam. Ei vero perfimiles sunt, qui Christi passionem non atēdunt sed liberè peccāt & delicijs, ac honoribus se tradunt etiam nunc in quadragesima, cum Christi passio omnibus obijcitur. Nunc ergo ludis vacare, ac comestationibus propter temporis circumstantiā turpius est.**

Accessit ergo adorās, & petens aliquid ab eo. Nescit homo ad Deum accedere, eumque adorare, nisi aliquid habeat, quod petat, nisi vtilitate ducatur. Sic Iacob ait, si fuerit Domin⁹ mecū, **Gen. 28.** & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum. Et luctatus cum Angelo ait, non dimittam te, nisi prius benedixeris mihi. Cum nihil habes, quod petas, non accedis ad Deum, cum occideret eos, quærebant eum, & diluculo veniebant ad eum. Quando homo in labore est, vel in aliqua alia corporis necessitate, tunc ieiunat, orat, sacrificia offert. Apparet nobis Deus vestis, qua in via ab aqua protegimur, quā induimus, dum pluit, sereno autem tempore eam reijcimus. Ita tranquillo tempore vanitati incumbimus, aduerso vero ad Deum

Luc. 22.

2. Reg. 11.

Gen. 28.

Gen. 32.

Psal. 77.

1. Reg. 11.

Deum properamus, quia eo indigemus. Pauci admodum sunt qui solam diuinam voluntatem, ac gloriam quærentes, ad eum accedant. Hinc ad quosdam ait. Amē dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis, operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Noli ergo ò homo solum propter temporalia ad Deum accedere, sed potius æterna quære, nec in his duntaxat sistas, sed quære Dei gloriam.

Dic, vt sedeant hi duo filij mei &c. In hac petitione, quæ à filiis processit, manifestum efficitur, quod Lucas ait, cum hanc historiam scriberet, ipsi nihil horum intellexerunt. Manifestum est, eos non intellexisse Christi passionem, cum diuersam viam arripere velint, imo contrariam. Dolendum planè, quod lectionem passionis suæ Christus legat discipulis, & adeo manifestè eam edisserat, nec tamen illi intelligant, quod ante Christum optarentur terrena, non mirum, quia ea hominibus promittebantur, at nunc cum Christi crucis gloriam viderimus, quod eam declinemus, dolendum plane est. Sed ne hoc adeo mirum videatur, attende, quod sicut in omni disciplina sunt quædam, quæ tyronibus traduntur, ac incipientibus, alia autem, quæ proficientibus, quæ non ita probè intelligunt incipientes, ita in Christi doctrina quædam sunt, quæ proficientibus sunt peruia, non tyronibus. Et de his sunt, quæ ad gloriam crucis spectant. Cum ergo discipuli Christi tunc temporis tyrones essent, donec Spiritus sancti gratia copiosa eos perfectos reddidit, maximum crucis bonum non intelligunt. Perfectorum est illud Iacobi, omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. Et illud. Beati estis, cum vos oderint homines, & cum separauerint vos &c. Perfectus erat, qui ait. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Et iterum, sed & si immolor super sacrificium fidei vestre, gaudeo, & congratulor omnibus vobis, id ipsum vos gaudete, & congratulamini mihi. Hinc spiritu diuino edocti Apostoli, ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Sic ergo tunc putata, te profecisse in virtute, cum crucem libenter amplecteris,

cum

A cum in ea gloriaris, cum illius diuitias agnoueris.

Aliam viam in cælum adinuenire vellet humana infirmitas, nec crucem amplecti, ideo accedit mater petens filijs sedē honoris, & requiei. Sed absque dubio via alia in cælum nulla est præter crucem, & Christi calicē, quod si alia via esset, Christus, qui adeo desiderauit, nos in cælum ducere, eam ostēdisset, si via in cælū essent diuitiæ, deliciæ, ac honores. Christus viæ ductor id nobis dixisset, ille vero ait, qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucē suā, & sequatur me. Quod cū ita se habeat, vbi mēs, vbi ratio nostra? Cur adeo desideramus viā, quam scimus, in cælū nō tendere, & eam relinquimus, quā nouimus, ad cælū ducere? Attēde Pauli desiderium de hac re. Imitatores mei estote fratres charissimi, & obseruate eos, qui

B ita ambulant, multi enim ambulant, quos sæpe dicebā vobis, nūc autē & flens dico, inimicos crucis Christi, quorū finis interitus, quorū De⁹ vēter est, & gloria in cōfusione, qui terrena sapiunt. In quæ verba Athanas. ait. Multa affici admiratione debemus, si qui dediti delicijs sunt, & vitæ præsentis otio quietiori addicti, crucis nō sint hostes, & Christo insensī. Si via crucis in cælū, patriā tuā te ducit, cur ab ea fugis? Si anxie quæris aliquē, eā arripis viā, vt quæras, qua nosti illū tēdere, si ergo ò anima spōsum quæris Christū, scito, viā crucis ipsū tenuisse, illac eū inuenies. ¶ Rectè ergo celestis magister ait, alij quæretibus viā.

Mosis quid petatis. Sed merito inquiri potest, qua de causa Deus, qui suauiter vniversa disponit, cum viam in cælum nobis parauit, voluit eam angustam esse, nec angustam solum, sed asperam, horridam, spinis plenam, per quam incedens hic pallium relinquat, illic sanguinem, illic honorem, & qui potuit laetam, & dulcem, ac rosas plenam viam parare, eam amarā, ac difficilem parauit. Certè rerum ordo, ac natura id exigebat. Natura enim comparatum videmus, vt rectè Aristoteles expēdit, quod quo res perfectior est, eo pluribus eget in sui conseruationē, & finem consequendum, & ideo plures habet vires, quibus in illum tendat. Hinc fit, vt infima, quæ in mōdo sunt, vno sint appetitu, & vnica vi finem suum allequantur, vt lapis sola grauitate dyoitur in inferiorem locum, ubique consistit immotus. Arbores verò, quia perfectiores sunt, non ita quiete

Aduen.

Ee

cunt,

Ioan. 6.

Luc. 9.

Iaco. 1.

Mat. 5.

2. Cor. 7.

Philip. 2.

Acto. 1.

Mat. 16.

Philip. 3.

Athanas.

Arist.

cunt, sed ad humorem mittunt radices, & in altum crescunt, A
 ut aerem, ac solem quærant, quo fructum reddant. Animalia
 verò quia nobiliora sunt, pluribus indigent, & ideo per diuer-
 sa loca discurrunt, ut cibum quærant, ut catulos educare va-
 leant. Homo quia superior est, præcipue gratia eleuatus, plu-
 ribus indiget. Nunc ergo attendendum est, quod etiam in ani-
 malibus, ut fines suos consequantur, oportet inferioris natu-
 ræ appetitum vincere, ut superioris finem consequatur. Vide-
 bis enim media ætate animal conscendere rupes multo labo-
 re, & gravitatem corporis vincentem, ut aere frigido, vel son-
 te potiat, quo indiget natura animalis. En vincitur corpo-
 ris grauissimè inclinatio, ut superiori fiat satis. Quid obsecro mi-
 rum, si oporteat, hominem sibi ipsi vim inferre, & corporis
 appetitum superare, ut rationis finem consequatur? Licetèr B
 go opus sit tibi, in superiora conscendere labore multo, non
 mireris. Ideo Sapiens. Quàm aspera est nimium sapientia
 indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors, qua-
 si lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur
 proijcere illam. Græca manifestiorem reddunt sensum, a-
 iunt enim, similem esse hominis viam ei, qui lapidem in al-
 tum portat. In hoc vero iustus à peccatore distat, quod ius-
 tus licet grauetur, sed appetitu superiore inferiore superat,
 & lapidem portat, licet grauat, peccator autem, ne graue-
 tur, virtutem deserit, seque præcipitem dat. Audi vtriusque
 consiliium, iustus, ne præcipitem, labore adhibito sustinet
 tendit. Peccator, ne laboret ascendens, se dat præcipitem in
 ima, & misere perit. An non ista stultitia magna est? Audi Job.
 Job. 18. Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consi-
 lium suum. Similis peccator est porcus illis, in quos intrat
 Mattb. 3. malignus spiritus, & præcipitabit eos. Qui se præcipitat
 te in se maximam stragem facit, discerpitur enim, dolens ac mi-
 sere perit, nihilominus maiori impetu procedit, ac facilitate,
 sine ulla assensu, quia gravitate corporis ducitur. Qui au-
 tem ascendit, minore dolore, ac damno procedit, sed maiori
 repugnancia, ac difficultate, quia sibi vim infert. vincens cor-
 poris grauedinem. Peccator se dat præcipitem, & ideo
 plura sibi damna inferit in salute corporis, in diuitijs, fama, sed
 potissimum

Ecclesi. 6.

Job. 18.

Mattb. 3.

A potissimum in anima, discerpitur misere, sed suauiter, ac faci-
 liter, quia appetitu corporis ad ima ducitur. Iustus autem as-
 cendit in Ierusalem difficili via, qui in altum ducitur, sed non
 discerpitur, non perit. Sed obsecro, nonne stultissimum est,
 quod homo attendat potius difficultatem, ac insuauitatem, vnde
 illam fugiat, quam damna, & interitum, velitque potius præcipi-
 tari, ut suauiter, ac faciliter incedat, quam ascendere, ut viuatur
 victa aliqua corporis repugnancia? Viam agis o homo in celo,
 ascendis in montem altum, occurrit tibi difficultas, aut verbum
 asperum, quod tibi dictum est. vel quid simile, si vincas aram
 tuam, difficultatem patieris, sed sursum viam ages, si vero cap-
 difficultate victus in vindictam procedas, te das præcipitem, &
 misere torqueberis, discerperis, ac disperbis, nec tu solum,
 B sed & tua vniuersa, vindictam enim sumpisti de inimico, sed
 maximo tuo damno, tum corporis, tum etiam animæ. Id
 ipsum inhonesto accidit, qui si vellet se mortificare, ac oculos
 deprimere, licet mortificatione ad id opus sit, tamen facile id
 perageret, quod cum non faciat, mulierem alienam deside-
 rat, & se præcipitat, damnaque plurima patitur in diuitijs, hono-
 re, salute, ac in anima, quæ misere disperit. Hinc Sapiens des-
 cribit A Egyptiorum turbationem in nocte illa horribili, dicēs
 sonus validus præcipitarum petrarū, aut resonans de altissi-
 mis montibus Echo deficientes faciebat illos præ timore. Ve-
 re Echo in mundo est, omnia enim resonant, omnia, quæ etiā
 in tenebris fiunt, manifestantur, & ab omnibus passim dicun-
 tur, sic dici solet, ille talem ingressus est domum, & infelicem
 C exitum habuit, ille vindictam sumere volens perijt. Hoc
 Echo sepiissime auditur, quo innumera mala nouimus eorum
 qui se præcipitant in vitia. Sicut verò rupes, cum ex alto ca-
 dit, sola incepit cursum, sed omnia, quæ inuenit, post se ra-
 pit, ac in profundum ducit, petras, arbores, pecora. Ita cum
 se homo præcipitat, non ille solus descendit, sed post se rapit
 honorè, diuitias, amicos, filios, vxorem. Ita Ioanni, & Iacobo
 accidit, qui ambitione præcipitati, reliquos A post se post se
 in profundum duxerunt indignatione, ac murmuratione. Sed
 Christus Dominus eos tenet, ne pereant, illi tamen non
 superbia, ac ambitione, sed humilitate ascendunt. Eius-
 dem

cap. 17.

Simile.

e. 321

ad. 321

demenim viā peragunt superbus, & humilis; sed diuersimodē:
 sicut eandē ambulat viā descendēs, & ascendēs montē, sed hac
 diuersitate, quod vnde hic inchoat, ille terminū ponit. Ab alto
 incipit viā agere superbus, & in infima venit; seque precipitat,
 ab infimo incipit humilis, & violentiā sibi infert, & ad alta per
 uenit. Merito ait discipulis suis: *Nescitis quid petatis.* Quia
 cū ab humilitate incipere deberēt, à superbia initium sumunt,
 vnde precipitentur. Deinde, nesciunt, quid petant, quia vt
 Gregorius ait, stultitia est, retinere labentia, stare velle in non
 stantibus, sedem statuere in vanitate. Sanē nescit, quid petit,
 quia viā agens, sedem petit. Vita christiani viā quādam in
 cœlum est, in cœlo sedes nobis est parata; hic transeundum,
 ac percurrēdum nobis est. Quia non habemus hic ciuitatem
 manentem, sed futuram inquirimus, & per fidem ambulamus.
 Cū ergo quispiam affectu suo hæret creaturæ, in viā sedem
 sumit, & ideo nescit, quid faciat. Sancti confitebantur se esse
 peregrinos super terram, & ideo in tabernaculis habitabant,
 vt ostenderent, se aliam inquirere habitationem. Ideo nescitis,
 quid petatis, cum hic sedem queritis. Si vt vitam, & honorem,
 ac diuitias conseruare, necessarium esset, viam aliquam agere,
 & cum in mediā viā esses, sederes, nec vltra transires, certē nescires,
 quid facis. Si viuere vis, in cœlum te properare oportet,
 in Baptismo datur nobis fides, quæ est vestis viatorum, perfidē
 enim ambulamus, sacramenta etiam viatorū sunt victualia,
 si ergo viā cepisti, quo pacto consistis in medio viæ? Festine
 ergo ingredi in illā requiē, vt ne in id ipsū quis incidat in
 credulitatis exēptum, & ne terrearis viæ difficultate; nec enim
 tenuit Chrī vī huius difficultas, cū pergeret in Ierusalē, vt pateret,
 imo vt Lucas ait, obfirmavit faciē suā, vt iret in Ierusalē. Quī
 dā enim similes sunt his, qui dicūt, volo talē viā agere, & nūquā
 viam arripiunt. Huiusmodi aliquādo fuit Augustinus qui dicebat
 Deo, expecta modicum, & illud modicum protendebatur in
 maximum alij viam suscipiunt, sed eius difficultate terri
 beam deserunt. Alij obfirmant faciē suā cum Christo, & cum
 Paulo, qui ait, sequor autem, si quomodo comprehendā. Sic illa
 animus Ezechielis ibat, & nō reuertebatur, semper ante faciē
 ambulabat. Et vacce ferentes arcam ibant in die

cum

A ctum & pergebant eadem viā mugientes reclusis vitulis passionum.

Feria quinta post Dominicam secundam quadagesimæ.

Thema. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Luc. 16.



Ixerat Christus, non potestis Deo seruire, & Mammonæ, & audiebant hæc Pharisei, qui erant auari, & deridebant illum, vt ergo eos tereret, proponit exēplum hominis diuitis, quod parabola non est, sed historia, quæ illis tēporibus acciderat, vt communis sanctorum sententia docet. Et addit Abdias Babylonicus grauissimus author Apostolorumque discipulus, quod cum historiam hanc Christus narrasset, multi ei non crediderunt, sed putauerunt, sēgmetum esse, ab eo inuentum, vt eos terreret. Tunc autem defunctus efferebatur in sepulturam, & Christus dixit, vt huius rei veritatem sciatis, mortuus hic dicet vobis, quid de hac re videbit in alio sæculo. Et cum eum Christus voce sua suscitasset, præcepit, vt ea, quæ viderat de diuite, & Lazaro omnibus proponeret. Ille vero historiam dixit eisdem verbis, quibus Christus eam narrauerat. Tunc Christus adiūxit. Nunc nulla vobis relinquitur excusatio, cū mortuus surrexerit, vt diues petebat, & vobis annunciauerit veritatem. Ostenditur autem, quanti fecerit Dñs historiam hanc, quæq; sit utilis, cum ad eius confirmationē mortuum suscitauerit, qui eius fuit oculatus testis.

Aduen.

Ee 3

Illud

Abdias lib. 5.

Illud planè mirandum est, quod diuitiæ ita amide à fidelibus sitiantur, cum earum innumera mala in Euangelio audierint. Nec audierint solum, verum & oculis inspexerint. Ex illis enim, quasi ex radice vniuersa peccata procedunt. Et ideo cum Paulus plura diuitiarum mala enumerasset tandem ait. Radix omnium malorum cupiditas. Expendit Aug. Chryf. & Theod. verbū illud, radix, quo Apostolus radicem peccatorum cupiditatē, ac diuitias dixit, ramos autē alia peccata; sicut enim ex radice procedit ad alimentū succus, ac cibus, quo nutriunt, ac fructificant, ita diuitiæ nutrimentū sunt vitiorum omnium, illis enim nutritur superbia, ludus, luxuria, vindicta, gula, & reliqua vitia. Et ideo vt diuitis mala enumeraret Christus, à radice exordium sumit, dicens. *Homo quidam erat diues, & alia* deinde mala recenset. Cum hominem istum dixit diuitem, ostendit, quam ei fuerit difficile, virtutem consequi, & ad vitam æternam peruenire. Terrorem debent incutere verba illa Domini, facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. Nomine cameli quidam accipiunt funem nauticum, quæ etiam camelus à Græcis dicitur. Et in ea significatione accipit camelum Titus Liuius de cada. 4. & alij. Et iuxta hanc acceptionem significat Dominus, difficile esse diuitem in cælum intrare, sicut funem grossiorem per foramen acus, possibile tamen, quia sicut funis ille diuidi potest in minutissima fila, & sic per foramen acus transire, ita diues, si diuitias suas in pauperes diuidat, si non vniuersa sibi congreget, poterit introire in regnum Dei. Alij autem nomine cameli accipiunt animal, quod hoc nomine dicitur. Et tunc diuitem debemus distinguere, est enim diues, qui ex corde diues est, qui hic habet consolationem suam, qui confidit in diuitijs suis, qui in multitudine diuitiarum gloriatur, qui cor diuitijs apponit. Et de huiusmodi diuiterectè ait Christus, impossibile esse, intrare in regnum cælorum. Ideo Psaltes ait, diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Optime ait, diuitiæ si affluant, quia aliquando diuitiæ ad instar fluminis rapidi veniunt, & illud est affluere, tunc, ait, caute, ne cor iuxta sit, rapiet enim illud torrens inundans diuitiarum, & post se trahet sicut inundans fluuius ea, quæ in

ripa

A ripa inuenit. Pluribus diuitibus accidit, quod Achá, qui ex Ana themate Ierico surripuit regulam auream, quæ eū in mortem duxit. Quidam enim diuitijs abutuntur, dum ex eis regulam vitiorum, ac excessuum desumunt, sic diues iste epulo agebat, qui pro multitudine diuitiarum, vestes, ac victum habebat, & sicut diues erat numis, ita pretiosis induebatur, & epulabatur quotidie splendide, rapiebatur ille diuitijs, quia iuxta illas cor apposuerat, diues hic omnino à salute alienus est. Alter diues est, qui diuitias possidet, licet non eas diligat vt finem. Et cū de hoc dicitur, difficilius esse eū intrare in regnum Dei, quàm camelum per foramen acus, intelligendum est, hyperbolicam esse locutionem, quæ significat, non impossibilitatem, sed maximam difficultatem, quia cum sint vitiorum nutrimentum, difficile à vitijs separantur, & cū radix sint, pullulant germina peccatorum ex ipsis.

Hæc manifesta sient, si ea, quæ de hoc diuitem in Euangelio proponuntur, intederimus, additur enim. *Et induebatur purpura, & bysso.* Ecce primum germen diuitiarum, ramum, qui à radice diuitiarum procedit, vestes pretiosæ, ac curiosæ, vestibus regijs induebatur diues iste. Hæc verò vincula sunt, quibus plurima peccata trahuntur, quasi currum peccatis plenum defert homo, cum pretiosis indui vult. Et ideo Esaias ait, vè qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum, funiculi vanitatis sunt vestes pretiosæ, quibus vanè ornatur homo, sed præcipuè scemina, quæ hac in parte incorrigibiles esse solent, & vt corpus induatur, anima nudatur, ideo enim solent debita non soluere, ministris stipendia non dare, eleemosynas non facere, rixæ ac contentiones plures inter virum & uxorem haberi. An non illud ridendum, quod mulier illa ad Elisæum ait. Ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos, ad seruiendum sibi, cui dixit Elisæus, quid habes in domo tua? At illa respondit, non habeo quicquid in domo mea, nisi parum olei, quo vngar. Oleum habebat, quo faciè vngeret, nec tamen habebat, unde debita solueret, nec quid manducaret. Ita nunc pluribus accidit, quid comedant non habent, & tamen vanè se ornant. Hanc hominum vanitatem nobis explicuit Deus in bombycibus, qui sericum conficiunt, ex serico vero præcipuus hominum ornatus conficitur. Vermis ergo ille multo

Ee 4 labore

I. Tim. 6.
August.
Chryf.
Theod.

Mat. 19.

Liuius.

Esa. 5.

4. Reg. 4.

Simile.

labore ex intimis visceribus per os fila serica emittit, & putat A
conficere se sibi regiam vestem, optimum lectum, per amplam
que domum, cum tamen conficiat carcerem, sepulchrum, &
findonem, vt sepeliatur, ac moriatur. Mirabilis profecto res
ista non sine magno aliquo mysterio ab auctore naturæ ordi-
nata fuit. Certe in hominum doctrinam, sæpe enim homo, vt
corpus serico induat, animam in sepulchro ponit, & obliuiscitur
Dei propter corporis ornatum, nec tempus relinquatur
animæ, cum corpori nimius cultus impenditur. Et inde fit, vt
cum corpori serica vestis paratur, animæ paretur carcer, ac in-
teritus.

Sed à radice diuitiarum non vnicus procedit ramus, alium er-
go videamus. *Epulabatur quotidie splendide.* Regula aurea diui-
tiarum mensura erat epularum, non enim necessitas regula
erat, sed vitium, & ideo hac regula lapidem alium sibi elabora-
uit in sepulchrum & animæ, & corporis. Appetiuit Israel car-
nes, pluit Deus sicut puluerem carnem, & sicut arenam maris
volatilia pënata. Comedit Israel nõ in mensura, sed in satieta-
tem, & ideo adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascen-
dit super eos, & vocatum est nomen loci sepulchra concupif-
centiæ. Ecce quo pacto sepulchrum sibi elaborauerunt, cum
comederent. Ieiunium vocat Basilius sepulchrum vitiorum vi-
tam virtutum, gulam dicere possumus sepulchrum virtutum,
vitam vitiorum. Accidere nunc solet diuitibus, vt etiam in qua-
dragesima leui causa ieiunia non seruent, carnes comedant, &
toto anno epulentur splendide. Non quæuis corporis capiti,
aut somni iactura satis est, vt ieiunium non seruetur, imo. eo iei-
unium ordinatur, vt aliquod detrimentum corpori detur.
Sed quo pacto diues avarus hic dicitur, qui diuitias profunde-
bat, qui splendidum conuiuium parabat quotidie amicis, ac cõ-
sanguineis? Certè avarus dicitur, quia licet mundo fuerit lar-
gus, Deo tamè & eius pauperi Lazaro avarus fuit. Audi Christi
consiliũ, optimũ. Cũ facis prædiũ, aut cænã, noli vocare amicos,
tuos, neq; fratres, tuos, neq; cognatos, neque vicinos, neque di-
uites, ne forte te & ipsi re inuident, & fiat tibi retributio. Sed
cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæ-
cos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuere

Num. 11.
Psal. 77.

Basil.

Luc. 14.

A tur enim tibi in retributione iustorum. Diues hic contra facie-
bat: pauperi Lazaro nihil dabat, sed amicis, & cognatis, ideo
avarus dicitur, quia licet prodigus fuerit mundo, sed Deo di-
ues non fuit.

Post splendidum conuiuium aderat in mensa diuitis mur-
muratio, ac detractio, qui est alius ramus illius radice. Ita asse-
runt Ambrosius, & Gregorius, & hac de causa in inferno sin-
gulariter in lingua torquebatur, & ei remediũ petijt, quia lin-
gua vino, & cibus calefacta in ignem est versa, & denigrabat sa-
mã proximorũ. Quia vt Iacobus ait, lingua ignis est deuorans. Iaco. 3.
Putat diues, licere sibi, de omnibus loqui, sulcitur etiã ab his,
qui eum audiunt. Vnde Sapiens ait, diues locutus est, & om-
nes tacuerunt, & verbũ illius vsque ad nubes perducent. Hinc
B audaciores fiunt, vt de omnibus loquatur, etiã de sumis. Hinc
Psaltes, posuerunt in celum os suum, & lingua eorum transi-
uit in terra. Et hinc fit, vt diues in inferno positus loquatur
cõtra diuinam prouidentia, quod conuenientes prædicatores
non mittat Ecclesiæ suæ, & contra Abraham, quod id non cu-
ret, & ideo ait, conuenientem prædicatorem Lazarum esse, qui
testis est oculatus, non illi, qui nunciant ea, quæ non viderunt.
An non rectius ei fuisset, si sua attendisset, quam de conciona-
toribus, & ordine concionandi differere? Multis diuitibus nunc
dicere possemus illud, quod Pharisei cæco dixerunt, in pecca-
tis totus natus es, & tu doces nos. Nescis à peccato emergere, Ioa. 9.
docere vis, quomodo sit prædicandum? Intolerabile hoc est,
quod homo sit deperditus moribus, ardens luxuriæ igne, ani-
malis, nõ percipiens quæ Dei sunt, & velit concionatores dirige-
re, prælatos gubernare, & super cõuiuij, ac ludii mæsam hæc tra-
ctet. Hæc est illa Oza temeritas, quã sine supplicio Deo passus. 2. Reg. 6.
non est. Cum enim arca deferretur à bobus, vnus eorum lasci-
uiens paululum inclinauit eam, Oza voluit eam tenere ac diri-
gere, & percussus est super temeritate sua, quia tetigit arcam.
Origenes, & Gregorius aiunt, arcam esse concionatorem ver-
bi Dei, qui virgam Dei, & mænã portat, & legis tabulas, quæ ille
gem, & supplicium, ac præmium annunciat. Aliquãdõ vero in-
clinatus videtur aliquibus, cum apparet excessisse in correctio-
ne. Sed caue tu, ne eum tenere, aut dirigere velis, percutiensq;
enim.

enim à Deo super temeritate tua.

Ex eadem radice procedit germen aliud immisericordiae, & crudelitatis cum pauperibus. Apparet hoc manifestè, cum pauper Lazarus esset ad eius ianuam, vlceribus plenus, adeoque miser, vt ab eo nomen acceperit miseria, quam ideo Hispanè dicimus lazeria, cum & ipsi canes ei compaterentur, & lingerent eius vulnera, diues tamen adeo crudelis fuit, vt ei non compateretur, sed cor simile lapidi haberet. Sic de Nabal Carmelo diuite immisericoe dicitur, emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. Plinius libro 2. ait fluuium quemdam esse, qui herbas, & arbores immixtas in eo, in lapides mutat, huiusmodi diues auarus est. Sic etiam in stomacho lapis effici solet, cum parum caloris habet, nec cibum decoquere potest, & in corpus diuidere, ideo in stomacho detentus & iecoris calore exiccatus in lapidem vertitur. Rectè diuitem dicere possumus stomachū reipublicæ, quia seruat alimentum omnium, cum in eo calor est charitatis, decoquit cibum, & sibi partem seruans, in totum corpus reliqua distribuit, si verò calore hoc destitutus sit, cibum omnem sibi seruat, & nimio calore amoris proprii detentus cibus vertitur in lapidem, qui eum perdit, quia diuitias congregat in malum suum.

Vidimus hucusque arborem peruersam, cuius radix iniquitas est, & rami noxij, quid ergo de hac arbore fiet? Certè illud quod Daniel audiuit, succidite arborem, præcindite ramos, dispergite fructus. Et non relinquatur ei radix, nec germen, & tradatur igni ad comburendum. Et ita factum est, cum mortuus est diues, & sepultus est in inferno, succide ficū, vt quid vel terram occupat, ait Dominus cultori horti. Diues enim, qui multam terram occupat, & sibi eam seruat, nec fructum refert, nec misericors est, iusto Dei iudicio ante tempus tollitur de terra, vt alia arbor ibi plantetur, quæ fructum referat, & pauperibus multa distribuat. Ecce impletum illud, iam securis ad radicem arboris posita est, omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. An non vides ò homo, plures infrugiferas arbores succidi quotidie? caue ergo tibi, transplantatur arbor inutilis à lecto in infernum, iuxta fluuium ni-

grum

A grum obliuionis, vt hodie habes in Euangelio? Time ne tibi simile contingat.

Sed attendendum est, qua ratione dicatur? *Sepultus est in inferno*, quis enim infernū sepulchrū dicit? ibi tamen sepulchrū elaborauit hic diues. Mos fuit gentibus sepulchra magnifica construere, quia sepulchrū domus hominis perpetua est. Hinc Psaltes, sepulchra eorum domus eorum in æternum. Hinc Artemisa viro suo extruxit Mausoleum, quod vnum fuit ex septē mundi mirabilibus. Hinc Aegypti Pyramides extruxerunt, quæ alterū ex mirabilibus fuit. Et nunc Christiani principes diuitias plures insumunt, vt sepulchra sibi permagnifica ædificent. Videamus nunc, quod sibi extruxerit diues hic sepulchrū, & quo in loco. Non certè in cælo, si enim ibi sibi parare vellet sepulchrum, ac æternam domum, Lazarum elegisset præclarum ad hoc opificem, diuitiasque suas in cælum mitteret, vt sibi sepulchrum pararet. Vbi ergo sepulchrum extruxit quo diuitias destinauit suas? certè in infernum eas misit, in peccatis eas insumpsit, in inferno ergo extruxit sepulchrum. Merito sepultus est in inferno. Vis ò homo nosse, vbi extruas sepulchrum tibi? vide, quo dirigas diuitias tuas, si enim mulier culis, si ludo, si adulatoribus, si denique peccatis diuitias tradas in infernum mittis eas, & opificibus eas tradis, qui in inferno sepulchra extruunt. Sic Ieremias sepeliendos in inferno ostendit, cum ait, sic conteram populum istum, & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non potest ultra instaurari, & in Topheht sepelientur, eo quod non sit alius locus ad sepeliendum. Miserum profecto peccatoris excidium ostenditur, quod instaurari nequaquam potest. In Topheht verò sepeliendum dicit, quia in inferno reponentur. Topheht enim erat vallis illa filiorum Enon, in qua pueri cremabantur in sacrificium idolo Moloc, & ne parentes commouerentur eiulatibus filiorum, tympana pulsabantur interim, & ideo locus ille Topheht dicebatur, id est, tympanum, vt Hieronymus ait. In Topheht ergo paratur sepulchrum peccatori, quia non est alius locus ei conueniens ad sepulturam, ille locum illum elegit, qui sibi interitum parauit, qui tanquam bombix

seri-

1 Reg. 25.

Plinius.

Simile.

Daniel. 4.

Luc. 13.

Luc. 3.

Psal. 48.

Ier. 19.

Hiero.

sericam sibi domum conficiebat, qui sepulchra concupiscentie elegit, dum carnes appetiuit, & eius vitia dilexit. En sepulchra vniuersa in vnum conueniunt infernum. Sepultus ergo in inferno est. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Miserum profecto sepulchrum ignis æternus, sed illud sibi eligit homo, illud erigit, ac extruit.

Sed illud prætermittendum non est, quod huic diuiti in inferno sepulto accidit, quod armis suis sepultus est, eaque in inferno tanquam in sepulchro habet. Mos est, vt magni duces, & commendatarii armis induti sepeliantur, & principes viri plura arma sua circa sepulchrum suum collocare solent. Hoc autem huic diuiti accidisse ostendit Euangeliū. Pugnavit homo hic, sicut & alij diuites superbi in Deum, ita enim Iob ait, B tetendit aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice, armatus est, operuit faciem eius crassitudo. An nō his verbis diuitem superbum descriptum vides? An non stupida hominis infania est, qui aduersus Deum pugnam inicit? Sed quibus armis pugnat? ea ostendit Paulus dicens, sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sanè hominis affectus prauus, & inclinationes perversæ arma sunt, quibus in Deum pugnavit. Damnatus verò in inferno appetitus prauos peccatorum conseruat, & ideo armis suis circumdatus sepelitur. Hinc Ezechiel. Ibi Assur, & omnis multitudo eius in circuitu illius sepulchra eorum omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio, quorum data sunt sepulchra in nouissimis lacis, & facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius vniuersi interfecti, cadentesque gladio, qui dederant quondam formidinem suam in terra viventium, & inferius, qui descendunt ad infernum cum armis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum. Descendit ergo homo ad infernum cum armis suis, quia prauus habitus, ac inclinationes cum ipso manent, quia iniquitates eorum tanquam oleum ossa penetravit, & ignis inferni scoriam illam non consumpsit. Hoc in isto diuite manifestè patet, qui dum viveret, gulæ nimium indulgit, & in inferno linguæ refrigeriū quaerit, nec de peccati venia, aut remedio agit, sed de linguæ dulce-

Adulcedine. Dum vixit, temerè iudicauit, & proximis detraxit, in inferno similiter agit, dum petit, Lazarum mitti in mundū, vt concionatorem agat, quia concionatores Ierusalem tepidè peccatores admonent.

Sed iam de Lazaro aliquid dicamus, qui miser, & ærumnosus, in vita fuit, sed moriens exceptus est Abrahæ sinu. Illud primum mirabile est, quod dira patiatur in hac vita, qui statim recipiendus est in Abrahæ sinum, Augustinus ait, electos qui dem Dei cernimus, & pia agere, & crudelia multa tolerare. Quo pacto ò Dōmine tribulationes in eum immittis, qui plurima tibi obsequia præstat? Vidimus Iob virum Iob. 1. simplicem, & rectum, & cui tu testimonium perhibuisti, qui testa saniem radebat, & cum esset vas electionis, quasi vas perditum factum est, dum illum mittis in sterquilinum. Gregorius. Miror, quod beatus Iob tot damna rerum sustinet, & repente mentis oculos ad Ioannem conuerto, & non sine grauissima admiratione perpendo, quod ille prophetiæ spiritu intra vterum matris impletus, atque, vt ita dicam, priusquam nasceretur renatus, ille amicus sponsi, ille, quo inter natos mulierum non surrexit maior, ille propheta, & plusquam propheta ab iniquis in carcerem mittitur, & pro puellæ saltu capite truncatur, & vir tantę seueritatis pro risu turpi moritur. Nunquid nam credimus, aliquid fuisse in eius vita, quod sic despecta mors tergeret? Quando ille vel in cibo peccauit, qui locustas solum, & mel siluestre edidit? Quid Deo vel de qualitate sui tegminis deliquit, qui camelorum pillis corpus operuit? Quid illum vel loquacitas noxa polluit? Quando illum vel silentij culpa attingit, qui ita vehementer ad se venientes increpauit, dicens, genimina viperarū quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? Quid est, quod Deus omnipotens sic vehementer in sæculo despicit, quem sic sublimiter ante secula elegit? Cur iustus perit in iustitia sua? Cur Lazarus iustus fame, & vlcerebus vexatur?

Prior rei huius ratio est, vt in electos in hac vita animaduertat, quibus in alia parcere disponit. Si dixerimus, quod peccatū non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. I. Ioan. 1.

licet

Esa. 64.

licet homo iustus sit, tamen vt Esaias ait, omnes iustitiæ A
nostre quasi pannus menstruata, imperfectiones multa re-
periuntur etiam in bonis operibus, nemo dicere valet, mun-
dus sum à peccato. Vt ergo ab his maculis iustus purgetur, à
Deo nunc tribulatur. Hinc Gregorius, boni, si quæ deli-
querunt, hic recipiunt, vt ab æterna plenius damnatione
liberentur. Electorum quippe anima hic marcescit, quia
in illa postmodum exultatione viridescit. Modò eos dies
afflictionis possident, quia dies lætitiæ hos sequuntur,
exiccat eos Deus in terra, vt refloreat in cælo. Hic dicunt,
humiliasti nos in loco afflictionis, in æterna vita dicunt, læ-
tati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus
vidimus mala. Cum ergo aliquid in electis sit, quod pur-
getur, hic locus purgationis est. Malleus, & omne ferra-
mentum non sunt audita in templo Salomonis, quia ex la-
pidina elaborati lapides ducebantur, vt nihil iam secan-
dum restaret. Sic Ierusalem cælestis ædificatur ex vitis
lapidibus, illic autem ictus nulli sunt, hic elaborandi,
sunt lapides. Hinc canit Ecclesia, tunctionibus, pres-
suris expoliti lapides suis coaptantur locis per manus arti-
ficis.

Psal. 59.

Secunda eiusdem rei ratio est, vt iusti hic moneantur fu-
gere à ventura ira. Hinc Psalter, ostendisti populo tuo
dura, & potasti nos vino compunctionis, id est, amaritudi-
nis, dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant
à facie arcus, id est, verberibus iustos admonuisti, quan-
ta sit ira iudicij, vt ab ea fugiant. Deus quidem arcum C
suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit, vasa mor-
tis, & quo amplius hic arcus distenditur, eò durius per-
cutiet. In hoc ergo misericordiæ tempore suos affligit,
ac percutit, & per ista huius temporis flagella significat
(ait Gregorius) quomodo percussurus est, quando non
parcet. Et hac consideratione fugiunt iusti à facie arcus, & li-
berantur dilectiui.

Greg.

Eccles. 2.

Tertia demum causa est, vt probeat Deus electos. Hinc

Eccles. 7.

Sapiens, in igne probatur argentum, homines vero recepti-
biles

A biles in camino humilitatis. Et vasa figuli probat fornax, ho-
mines verò tentatio tribulationis, tactu enim, ac sonitu ag-
noscitur vas, an integrum sit, vel con fractum. Hinc Augusti-
nus, quod fornax auro, quod lima ferro, hoc tribulatio iusto.
Vnde illi loquuntur in Psalmo, probasti nos Domine, igne
nos examinasti, sicut examinatur argentum. Hinc Gregorius
de Iob ait, subtilius perscrutandum est, cur tot plagis per-
cutitur, qui tantam virtutum custodiam sine reprehensione
conseruauit. Et respondet, cum omnium virtutum manda-
ta perficeret, vnum ei deerat, vt flagellatus agere gratias sci-
ret. Notum erat, quia seruire Deo inter dona nouerat, sed
dignum fuit, vt iudicium seueritatis inquireret, vtrum deu-
tus & inter flagella permaneret. Contactu voluit Deus pa-
lam fieri, quod intus latebat. Probat Deus suos, vt videat, si si-
miles sint A hod, qui vtraque manu pro dextera vtebatur, si
læua tribulationis vti norunt, sicut dextera prosperitatis. In
prosperitate Iob talis est inuentus, vt non sit ei similis in vni-
uersa terra, probatur aduersitate, & palam fit, sic læua
vti edm sicut dextera. Iustus ergo Lazarus proba-
tur fame, vlcerebusque, & fidelis inuen-
tus accipit coronam
vite, &c.

Aug.

Psal. 65.

Greg.

Iud. 3.

Feria

Feria sexta post Dominicam secundam quadra- gesime.

*Thema. Malos malè perdet, & vineam suam lo-
cabit &c. Matthæi. 21.*



Roposita parabola à Christo Phariseis, in seip-
sos sententiam ferunt, putantes in alijs crimen
esse, & in alios sententiam ferri, hoc enim inge-
nium est hominum, vt mala pœnæ, tunc plenè
intelligant, cum illa in seipsis experiuntur, mala
verò culpæ, cum in alijs ea viderint. Vides alium infirmari, vel
doloribus angi, nò plene percipis doloris, aut infirmitatis vim
donec expertus dolores illos, aut infirmitatem es, contra verò
mala culpæ cū in te vides, nò illa vt oportet, exaggeras, sed faci-
lia tibi apparent, cū verò in alijs ea videris, turpissima dicis. Si
cut Moyfi virga in manu illius baculus est, proiecta vero ser-
pens apparet. Ideo Nathan culpā Dauidi proposuit in parabo-
la, vt alterius crederet crimē, & hoc ipsum nunc Christus cū
Phariseis agit. Vt ergo vel in alijs peccata agnoscamus nostra,
eaq; corrigamus, gratiam imploremus &c.

In sitū nobis à natura est, cū grauissimā in amico infirmita-
tē videmus, illius radicē ac causas inquirere, ac percontari. Et
eas nosse cupimus duas ob causas, primò, vt medelā adhibea-
mus, si fieri potest, secūdo, vt nobis caueamus, ne simili de cau-
sa in illā incidamus infirmitatē. In hodierno Euāg. proponitur
nobis Iudaici populi grauissima infirmitas, casus, dolor, Dei de-
relictio, ablatio vineæ, & fidei. Et in hac miseria, quæ omniū ea-
rū, quæ in mūdo sunt, suprema est, per mille quingētos annos
ac amplius durāt, nec placatur Deus eorū orationibus & lachri-
mis, quas in synagogis, quotidie fūdūt, sed eos aridos, siccosq;
relinquit, & ros, qui primū vellus madefecit illud, ex quo sibi
vestem

Exod. 3.

3. Reg. 12.

Iud. 6.

A vestē humanitatis cōfecit, nunc siccum est, & terra gētiliū rore
madida. Nec verò infirmitas hæc pessima in sola Synagoga est,
sed etiā in alijs populis nobis cōiunctis, qui in eadē Christi fide
gloriabātur, sicut & nos. Fidē suā donauerat Deus oriētī, Africæ,
Angliæ, Germaniæ, Galliæ, & nunc magna ex parte ab eis ablata
est. Merito à nobis inquirendum nunc est, quæ tantæ infirmita-
tis causa extiterit, vt saltem nobis caueamus.

Desiderauit aliquādo Israel, vt De^o ab eis recederet, eos relinque-
ret, vt idolis sicut gētes sacrificarēt, De^o verò pro infinita sua bo-
nitate noluit. Hinc per Ezech. ait, viuo ego, dicit Dñs, quia non
respondebo vobis, neq; cogitatio mētis vestrę fiet dicentiū, eri-
mus sicut gētes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna & la-
pides. Viuo ego dicit Dñs Deus, quoniā in manu forti, & in bra-
chio extēto, regnabo super vos. Hoc vero Israelis desideriu ex-
plicat Dñs per Esa. eique præcipit, vt illud scribat, vt sit testimo-
nium cōtra Israel in æternum, vt cum derelicti fuerint, Dei cau-
sa iusta appareat, hinc ait propheta. Nūc ergo ingressus scribe ei
super buxum, & in libro diligēter exara illud, & erit in die nouis-
simo in testimonium vsq; in æternum, popul^o enim ad iracundiā
prouocās est, & filij mēdaces, filij nolētes audire legē Dei, qui di-
cunt vidētibus nolit e videre &c. Et post pauca, cesset à facie no-
stra sanct^o Israel, quasi dicāt, relinquat nos De^o Israeli, nolimus
eum Deum, & patrē, pro arbitrato nos agere sinat, sicut & gētes.

Simile quid solēt insolētes filij aliquādo loqui, cum à patrib^{us} cor-
ripiunt, ac castigāt, relinquat me pater, inobediēs filius ait, nò me
curet, ego mei curā gerā, his dictis à patris domo egressus fil^{ius} dis-
sipator, est, & profectus in regionē longinquā, in qua à patris cura
alienus esset, sed pater, dum patrē agit, relinquere filium nò vult,
nouit enim eum cōtinuo perditum iri. Ita Deus per Ezech. respō-
dit, nò fiet cogitatio cordis vestri, qua desideratis, me à vobis rece-
dere, si enim id facerē, perditū omnino essetis. Vt eis, ait per pro-
phetā, cum recessero ab eis, sed subiciā vos flagello tanquā pater
faciē q; vos obedire præceptis meis. Hęc sūma Dei misericordia
fuit. Sed sicut de meritis filij exigētib^{us}, solet pater eū relinquere
nec iā patrē agere, sed iudicē, ita cū Israele Deus fecit, dereliquit
eū, lōgē recessit, & illud ei tandē cōtigit, quod multis retro sæcu-
lis Esa. prædixerat, & relinquet filia Siō sicut vmbraculū in vinea
& sicut tuguriū in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. Hū-
ius veo rei causa hodierna parabola nobis Christus apperit, vt eā

Esai. 36.
Simile.
Luc. 15.
Osec. 9.
Esai. 17.

Hier. 3.

Plutar.

Luc. 12.

Simile.

Psal. 94.

Hier. 15.

Job. 1.

Job. 31.

Simile.

nos caueamus, stultissimū enim est alienis malis inspectis nō ca-
 uere. Hinc Hier. 3. & vidit preuaricatrix soror ei⁹ Iuda, quia pro eo
 quod mechata esset auerfatrix Israel, dimississē eā, & dedit ei libel-
 lū repudiij, & nō timuit preuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, &
 fornicata est etiā ipsa. Dereliquerat De⁹ decē tribus, quia vitulos
 aureos adorauerunt & in captiuitatē tradiderat, & cū hoc vidisset
 Iuda, nō sibi cōsuluit, ideo, & ipsa derelicta fuit, & in captiuitatē
 tradita. De Plat. refert Plutar. multū eū aliorū delictis in virtutis
 studio, & sui cognitione profecisse. Vbi enim alios turpe aliquid
 faciētes vidisset, ad se reuerfus, seq; totū circūspiciēs, aiebat, num
 ego tale aliquid admisi? ita quod alias indignationis, & detractio-
 nis occasio erat, illi virtutis & honestatis materiam prebebat.

Derelicta ergo à Deo Synagoga est, quoniā cum plura à Deo
 recepisset beneficia, illis omnibus ingrata fuit, & cū ei De⁹ vineā
 locasset suā, fidē scilicet & cognitionē sui dedisset, & eā Ecclesiā
 suā cōstituisset, fruct⁹ & reddit⁹ dare noluit. Duo nobis valde timē-
 da sūt, plura beneficia à Deo accepta, & plura in eum peccata ad-
 missa, vniuersorum, quę à Deo accepimus, ratio exigetur à nobis
 & cui plus datū est, plus exiget ab eo. Mādu camus nūc Dei bene-
 ficia in dulcedine, sed aliquādo nobis erūt in amaritudine, cū de
 eis reddem⁹ rationē. Sicut viatori cōtingere solet, qui hospitium in
 gressus multa recipit, plura & delicatiora comedit, sed cū rationis
 tēpus venit, plura soluere tenetur. Ne ergo obliuiscaris ea, quę à
 Deo recipis, Deus enim ea nō obliuiscit, sed ait, existimasti, in-
 que, quod ero tui similis? arguā te, & statuā cōtra faciē tuā. Hinc
 nobis verbū illud timēdū, auferet à vobis regnū Dei. Audi tremē-
 tē Hier. sedebā solus, quia cōminatione replesti me, hec verō lo-
 quit, qui in vtero matris sanctificatus fuit. Et cū tātus vir Iob esset,
 vt Dei testimonio, nō sit ei similis in terra, & ipse dixerit, nō re-
 prehēdit me cor meū in tota vita mea, adhuc ait, sēper quāsi tū
 mētes sup me flux⁹ timui Deū, & pōdus eius ferre nō potui. Sed
 quid sancti viri timēt? eerte hoc, quod sicut omnia, quę dispēsa-
 tori domus tradis, nō eo illi das, vt libere & pro arbitratu vtātur,
 sed vt in his, quę ei pręcipis, illa insumat, & omniū quę insup
 rationē ab eo exiget, sic vniuersa, quę tibi De⁹ cōtulit beneficia,
 eo dedit, vt omnib⁹ illi inferuias. Existimas o homo, substantiā, hō-
 norē & reliqua omnia tēporalia, (vt interim gratulā sileamus) tibi
 à Deo cōcessa, vt eis libere vtaris? sicut, omniū rationē reddēs vt
 q; ad nouissimū quadratē. Hoc ergo timēt facti, ne forte in viciū

gra.

gratiā Dei receperint, ne forte negotiati nō sint talētis receptis: fo-
 lū enī quia talētū in terra ille abscōdit, & eo negotiatus nō est, dā-
 nā. Vis nosse Dei beneficia te dānaturū, si eis nō vtaris par est? au-
 di prophetā, tantūmodo vos cognoui ex vniuersis cognationib⁹
 terrę, idcirco visitabo sup vos omnes iniquitates vestras, quasi di-
 cat, quia vos maiori beneuolētia, & beneficijs profecutus sū, qui-
 bus ingrati extitistis, vos puniā ampli⁹. Vis nosse, an in obliuione
 sint corā Deo beneficia, quę tibi cōtulit? audi loquētē ipsū p pro-
 phetā, ego exterminauī ante vos Amorrhēu, ego ascēdere vos fe-
 ci de terra Aegypti, ego suscitauī de filijs vestris prophetas, & de
 iuuenibus vestris Nazareos, nūquid nō ita est filij Israel? ¶ En pri-
 mū quod hodie proponitur Synagogæ in sui dānationē, quod il-
 li tradita vinea sit, sepe circūdata, toculari, turre ornata. De hac re
 Psal. loquit. Vineā de Aegypto trāstulisti, eieicisti gētes, & plāsti-
 cā, operuit mōtes vmbra ei⁹, & arbuta ei⁹ cedros Dei, mōtes o-
 peruit ei⁹ vmbra, id est, prophetas cognitio obscura (quę vmbra
 dicit) mysteriorū Ecclesię, vmbra habet lex futurorū bonorū, ait
 Paul. hec vmbra prophetas operuit, & arbuta, inquit eius cedros
 Dei, sicut solet vitis plātari iuxta arborē, & palmites arbori adhe-
 rētes per eā in sublime erigūt, ita in promissa terra vberi iuxta ce-
 dros plātate vites palmites p cedros extēdebāt vsq; ad sūmū. Hoc
 verō efficit (ait Aug. in Psa.) cū tu adherēs patriarchis, ac factis qui
 more cedrorū in sublime erecti sūt, crescis eorū exēplo, ac imita-
 tione. Iuxta Abraham crescere poteris fide, & spe, ac obediētia;
 iuxta Ioseph castitate, & inimicorū dilectione, iuxta Moyse man-
 suetudine & tolerātia. Sed quid miserē illi vineę contigerit, ex-
 plicat Psa. singularis ferus depast⁹ est eā, lupbia, ait Au. singula-
 ris ferus est, qui demolitus est, vineā illi enī ferre nō potuerūt cor-
 ripiētes in porta, & ideo prophetas occiderūt, & demū Dñm pro-
 phetarū, qui missi fuerāt, vt fructus vineę peterēt. Cauēdū nobis
 ab hoc vitio est, quod singulare est, deuastās, ac pdēs animā, sed
 cū manifesta supbia nō potest demō animę tuę vineā deuastare,
 trāstigmat se in vulpeculas paruas, de quib⁹ scriptū est, capite no-
 bis vulpes paruulas, quę demoliūt vineas. Sed quēnā iste vulpes
 parua sūt? vulpes parua facilē abscōditur in vinea, ne videat, sicq;
 securi vineā demolit, dum nō cernit. Audi vulpes paruulas has,
 huic ait demō, nō ita virib⁹ vales, delicat⁹ es, ne ieiunes, en vulpē
 parua, quę nō facile videtur, illi ait, filij tibi sunt ne des elemosy-
 nas, sed filijs serua, en vulpē parua, illi loquitur, nō te Deus tristē
 esse vult, sed gaudētē, lude ergo, epulare & gaude, illi ait vxor-

Mat. 25.

Amos. 3.

Amos. 2.

Psal. 79.

Hebr. 10.

Aug.

Cant. 2.

ratu es, nō religioni addictus, vt quid ergo tibi sacramentorū frequētia iugis oratio? ciliciū, aut verberatio? illi ait, nupta es, orna ergo te, vt & viro & omnib⁹ placeas, faciē extermina, ornāmēta quā plurima coeme, innumera huiusmodi cōsilia sūt, quib⁹ Dei vineā demō vastat in vulpes trāsformat⁹ paruas, quia nō manite sta peccata illa sunt, quæ per singularē ferū significāt, sed parua initio vidētur mala vel nulla forā, ex ijs tamē prouenit, vt Dei vinea penitus vastetur. ¶ Secūdū nobis timēdū diximus plura peccata, fructus nō dare. Cōcessa nobis fides & Ecclesia, quæ vinea est, vt fructus faciam⁹, quos si nō damus, auferetur à nobis vinea. Sed quis mihi fructus dādus est, ais, certe fruct⁹ lucis (ait Pau.) in omni bonitate, & iustitia & veritate, probātes, quid sit beneplacitū Deo, & nolite cōmunicare operib⁹ infructuosis tenebrarū. Hūc fructū iustitiæ innumeris locis scripturæ à nobis De⁹ exigit, in hoc enim omnis cognitio intellectus, & fidei ordinatur, vt virtutis fructus copiosos demus, quos si nō dederimus, otiosa nobis lux est, non enim in sōnū, sed in laborē lucē cōcedis seruo tuo, q̄ si dormiat, lucē meritō abstuleris. Hinc Angelo Ephesi dicit, age pœnitētiā, & prima opera fac, sin autē, veniā tibi, & mouebo candelabrū tuū de loco suo, id est, lucē, ac fidē auferā quā tibi dedi vt laborares, Hinc per prophetā loquitur, erudire Hierusalē, ne forte recedat anima mea à te, & ponā te terrā desertā, inuiā, & inhabitabilē. Vis huius rei manifestam experiētiā? audi illud. 4. Reg. 17. & testificatus est Dominus in Israel, & in Iuda, per manum omniū prophetarū & vidētū dicēs, reuertimini à vijs vestris pessimis, & custodi te p̄cepta mea, qui nō audierūt, sed indurauerūt ceruicē suā, iratusq; est Dñs vehemēter Israeli, & abstulit eos à cōspectu suo, & nō remāsīt nisi tribus Iuda rātū modo, sed nec ipse Iuda custodiuit mādata Dñi Dei sui, proiecitq; Dñs omne semē Israel, & afflixit eos, & tradidit in manus diripiētū, donec proijceret eos à facie sua. ¶ Quo modo verò nobis timēdū sit, ratio vrgētissima ostēdit, quæ hæc est. Philosophis lumen naturale dedit, quo Deū, & rōtā, quæ gerēda erant, agnoscerent, & eo vfi nō sūt, vt debuerunt, propter quod ira Dei in eos venit, & obscuratū illis lumē illud est, vt latē ostēdit Paulus, dicēs, reuelatur ira Dei decēdē super omānē impietate, & iniustitiā, hominū eorū, qui veritatem Dei in iustitia detinent, quia quod notū est Dei manifestū est in illis, quia cū cognouissent Deū, nō sicut Deū glorificauerūt, aut gratias egerūt, sed euauerunt in cogitationib⁹ suis, & obscuro

Ephes. 5.

Apost. 2.

Hier. 6.

4. Reg. 17.

Rom. 1.

Aratū est insipiēs cor eorū, dicētes enim se esse sapiētes, stulti facti sunt & mutauerūt gloriā incorruptibilis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, volucrū, & quadrupedū, & serpētū, quia lumine naturali benē vfi nō sūt, illud ipsā illis obscuratū est adeo, vt serpētes & quadrupedes adorarēt. In sup. Synagoga datū est ultra naturale lumē fidei lux & nec illo, nec ac bene vfi sūt, & ideo in tenebras infidelitatis deciderunt. Si ergo nos, qui lumē naturale habem⁹, & insup. fidei lumē multo pręstātius quā Iudæi, his nō bene vtamur, quid nobis sperādū restat? Si illi minori b⁹ ingrati beneficijs, tāto sūt affecti supplicio an nō simile nos expectet, si maioribus ingrati fuerimus?

Audiamus hæc à Ch̄so Dño in hodierna parabola mirē expressa, homo quidā plātauit vineā. &c. In celo quidē Angelorū vineā plātauit sine villo labore, & vites vineæ illius Angeli sūt, ex quibus vberimos colligit fructus amoris, & obsequiorū. Sed aliā plātauit siluestre in mūdo vineā, vt fructū etiā colligeret, hanc verò sūmo labore plātauit, vt Noe. Voluit in mēsa sua esse fructus terræ, lachrymas, ieiunia, elemosinas, ac similia, & vt his fructibus vesceret, vineā hominū plātauit, & te hui⁹ vineæ vitē fecit, an forte de te propheta ait, expectaui, vt faceret vvas, & fecit labruscas? Multi sūt homines qui post multos annos ne vnū botrū protulerunt, qui dignus Dei mēsa esset, Dan. 14. suadet idolorum sacerdotes, vt quotidie cibos dijs suis apponant, nec dijs illos māducabāt, sed vniuersa sacerdotes deuorabāt. Multi quidē putāt nunc Deo se apponere quotidie cibos plurimos, qui tamē nō à Deo gustāt, quia illos deuorat vana gloria, & plures mūdi respectus, sed alij nec vllū bonū fructū vnquā dare voluerūt sed innumera peccata, furta, adulteria, & similia, hæccine reddis Dño popule stulte & insipiēs, vva eorū vva fellis, & botri amarissimi, fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum infanabile. Hęc ne propinas Deo tuo? verē vinea aliena es, vinea praua, quomodo cōuersa es in amaritudine? ¶ Sed caufaris, & dicis, plātauit quidē Deus animā, vitē, sed in corpore misero, ac grūnoso, & ideo fructū referre nō valeo. Licet enī plāta optima sit, licet vitis p̄clara, si tamē in terra sterili ac pueris plāteat, fructū nō referet. Sicut enī plāta in terra nimis calida insita, fructū nō refert, quoniā nimio calore humiditas fructui necessaria cō-

Esa. 5.

Dani. 14.

Deut. 32.

Simile.

Aduen.

Ff 3

sumitur aisi plu

pluuijs calor corrigatur, ita anima quauis optima in corpore in-
 fita, quod concupiscentie calore ardens vniuersa bona germina
 anime consumit, referre fructu bonu difficile poterit, quia cor-
 pus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit sensu multa
 cogitate terrena inhabitatio. Et deinde, si vinea iuxta via sit, &
 a pretereuntibus colligitur eius fructus, dno nihil reliquu erit, ita
 anime nostre cogitasse videtur, iuxta illud Psal. & vindemiatur ea
 omnes, qui pretergrediuntur via, platuri namque sumus in mundo, in
 quo plures pertransiunt, & quisque sibi fructu surripit, iam mundus,
 iam demon, si pullulat in anima flos desiderij recti, plures ea decer-
 puit, & demum si eo in loco vinea est, ubi a feris depascatur, quis
 fructus ex illa sperandus est? sic ait Psal. exterminauit eam aper de sil-
 ua &c. ¶ Excusationes, quas diximus, satis esse videtur, vt vinea
 fructu non det, sed vt his omnibus occurreret Deus, multa ani-
 me contulit, quibus vniuersa mala vitaret, & fructu iustitie reple-
 ri possit. Primum enim, licet animam in corpore platurerit, tamen
 in Ecclesia hominem posuit, in qua gratie redudantia tanta est, vt
 omnem corporis calorem facile temperet, ac vincat, quod Esa. sig-
 nificat, dicens, vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, id
 est, in loco pingui, vberi, aquis pleno. Vis nosse, immensum te
 posse fructu proferre? audi, insertus in Baptismo es in Christo
 Dno, factus es palme pinguisime illius vitis: ille enim vitis est,
 nos palmites. Tanta vero Christi Dni virtus est, vt si infructifer-
 ram in eo inseratur, frugifer reddatur. Hinc Paul. si tu cum olea-
 ster esses insertus es in bona oliua, & particeps, pinguedinis oliu-
 factus es. Ne ergo causeris corporis infirmitate, cum tibi aduer-
 sus illam gratia Christi concessa sit. Sed ne dicas, in via sum, & qui pre-
 tergrediuntur, vindemiatur me, & bestie agri me perdunt, ecce se-
 pe circudedit vineam Dns, qua secuta sit ab incurfibus bestiarum,
 & viatorum, contra mundum, & demonem, seipsum sepe constituit, & Dns
 in circuitu populi sui, Angelos custodes in id ipsum destinavit,
 prelatos, & principes in id ipsum constituit. Nihil ergo excusatio-
 nis tibi relinquitur, si fructu non referas. ¶ Sed platurit vineam,
 ait, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. Visu est agri-
 colis, Dnam in locum qua abiisse, & ideo vineam suam putauerunt,
 nec Dno fructus reddendos esse. Ita reliquit Deus hominem in
 manu consilij sui, vt libero arbitrio agat, quae ei placuerint, cogi-
 tar

Sap. 9.

Psal. 79.

Psal. 79.

Esa. 5.

Ioan. 15.

Rom. 11.

A rat vero insanus homo, vniuersa sibi licere, & Deum in celum abij-
 se, nec nostra considerare. Licet ergo tibi longe esse videatur, sed
 timendus tibi est, ita enim longe est, vt prope sit, ita a longe confi-
 derat, ac punire potest, vt cum prope est, audi loquentem per Hier.
 putas ne Deus est vicino ego sum, dicit Dns, & non Deo, de longe
 si occultabitur in absconditis, & ego non videbo eum dicit Dns, num
 quid non celum & terram ego impleo? Caue ergo, ne te demon deci-
 piat pingens tibi, dum longe esse, posseque te impune agere quod li-
 buerit, est enim egregius pictor demon, & incautos facile deci-
 pit. Solet pictor in tabula plane multa depingere, & cum omnia
 plana sint, ac aequalia, hoc eminere videtur, illud vero inferius
 esse, hoc autem umbris ille efficit, & alijs ab arte inuentis, & cum
 omnia, quae in tabula depicta sunt, aequaliter a te distent, aliqua
 nimium distare videtur, cum prope sint: ita plane astutus pictor da-
 mon est, & te decipit, efficitque vt plura quam longissime distare vi-
 deatur, cum tamen proxima sint, morte, iudiciumque: quasi longissime
 distent, pingit, & tamen valde tibi proxima sunt; Deum depingit ti-
 bi circa cardines caeli ambulante, nec tua considerate, cum tamen in
 ipso viuas, mouearis, & sis, alia magna apparere facit, alia emine-
 re, magnae substantiae esse, cum tamen nihil sint; cauendum tibi
 a deceptore tanto, & si Deum longe recessisse dicat, & moram fa-
 cturum, vt nunquam ad te peruenire possit, tu ei ne credideris, de-
 ceptor, impostorque est. Sic etiam & prava animi affectio decipe-
 re solet hominem, & securum esse, quod tale non est, quemadmo-
 dum sunt aliqua ocularia, quibus res apparere duplo maiores quam
 sint, si quis eis vtatur, & potest transire angustum, cogitat ampliore
 ponte esse, & extra pontem pedem figit putans ibi potius partem esse, &
 in fluuium se precipitem dare. Ita plane ijs contingit, qui prauum affe-
 ctum sunt, prava affectio omnia ampla facit apparere, diuinam mise-
 ricordiam sic amplificat, vt in peccato manere te posse dicat per
 vniuersam vitam, omnem contractum licitum apparere facit, dum modo
 pecunias acquirat, Deum longe esse dicit, qui prope est, caue er-
 go, ne his ocularibus res contempleris, ac decipiaris, & cum putes te
 recto itinere pedes dirigere in viam pacis, in infernum demergaris.
 Proposita vero similitudine a Christo Dno illi in seipsum sen-
 tentiam proferunt dicentes, malos male perder. Attende diuinam sapientiam
 in hominibus iudicandis, efficit enim, vt tu testis, & iudex aduer-
 sus te sis, te ipsum in teste contra te producet primum Deo. Audi Iob, Iob. 9.

Hier. 23.

Simile.

Simile.

si uoluerō me iustificare, os meum condemnabit me, os meū A
causam Dei agit, potius quam meam, & cum aspera nimmū sen-
tentia illa sit, uoluit ab ipsis in seipos proferri, & hanc asperam
sententiam, & uerbum asperū inferius explicat Christus Dñs
cum ait, an non legistis, lapidem quem reprobauerunt & edificā-
tes, hic factus est in caput anguli, qui ceciderit super lapidem
Psal. 117.
istum cōfringetur, super quem autē ceciderit, conteret eū. Ut
superius dicta uerba explicentur, notandum, aliquos dixisse in
ædificatione templi Salomonis illud contigisse, ut lapis quidā
ad omnia estimatus inutilis, tandē ad cōsummationē ædificij,
duorūq; angulorū conclusionē in unū, admodū iudicaretur accō-
modus, hoc certū nō est, satis uerō huic loco explicādo est, ut
ædificatibus aliquando id accidat, ut lapis, qui nullo loco ui-
detur idoneus, ad summā ædificij proficiat utilitatē, ut lapis an-
gularis esse solet, qui nō solū suū implet locū, ut cæteri lapides,
sed paritor duos parietes cōiūgit, est uero caput anguli sumitas
duorum parietum in unum cōuenientium, quasi ergo eis nūc
Christus dicit, ego quidem lapis præcipuus sum, qui à uobis re-
probor, & extra uineam proijciendus sum, & occidendus, sed
à patre electus sum in caput anguli, ut coniungā populos duos
Iudeos, qui in unam cōuenient Ecclesiā, & loco plu-
riū Iudeorū, qui me reprobant, gentes ego adducā, quibus tra-
dam regnum Dei, qui fructū referent. Et nūc quidē uos in hūc
offenditis lapidem, & confringimini, peccato enim offendim⁹
Christum & confringimur, sed cum uos deferam, & fide ma-
miseritis, lapis hic super uos cadet, & omnino cōminuet, & inu-
tiles ad omne opus rectū efficiet, ut nō remaneat ex uobis testa
in qua colligatur parū aquę de fouea, aut igniculus de incēdio.
Sed dura profecto sententia, & asperum uerbum hoc, de quo
cum Paulus differeret, ait, nolo uos ignorare fratres mysterium
hoc, ut non sitis uobis met ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte
contingit in Israel donec plenitudo gentium subintraret, nā
delictum eorū diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum gen-
tium plenitudo. Quasi dicat, ad illorum æmulationem, & inui-
diam gentes in Dei domum admisse sunt, quemadmodū prin-
ceps qui ex genere suo ministros habet in domo sua, qui tūc
obediētes sunt, & rebelles, eos ē domo proijcit, & exteros re-
cipit, ut ei fideliter ministrent, & in illos largit⁹ sua dona ef-
fun-

Esa. 30.
Rom. 11.

Simile.

A fundat. Hoc manifeste eis prædixerat Moyses, ipsi me prouo-
cauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in uanitati-
bus suis, & ego prouocabo eos in eo, qui nō est populus, & in
gente stulta irritabo illos. Hoc ipsum Baptista comminabatur
dicēs, agite fructus dignos pœnitentiæ, & ne cæperitis dicere,
patrem habemus Abrahā, dico enim uobis, quia potēs est Dñs
minus, de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Ex quo illud
tibi colligendum est, quod Psal. admonet, seruite Dño. in timo-
re, & exultate ei cū tremore, apprehēdite disciplinā, ne quādo
irascatur Dñs, & pereatis de uia iusta. Etiam cū Deo obseque-
ris, & ei inferuis, timere te oportet, quonjā terribilis Dñs est
super omnes, qui in circuitu eius sunt, & sanctificabor, ait ille,
in his, qui appropinquāt mihi. Sicut enim tu, cum ministrū ha-
bes incurram, ac negligenter, illum ē domo proijcis, & minist-
rum intelligentē, & disciplinātū admittis, ita Dominus plu-
res à gratia deturbat, & in peccatum graue prolabi permittit,
& quasi à domo sua obsequio suo submolet, quia negligenter
se habent, & maledictus homo, qui opus Dei facit negligēt.
Sed si ille timere debet, qui Deo inferuit, quid obsecro ille, quī
in eum peccat peccator es, caue ne à domo sua te omnino pro-
ijciat, sicut Iudeos eiecit, & alios in Ecclesiā suam recipiat.
An non in Esaia legimus unde hoc timere possimus, ait enim,
legem eius insulę expectabunt, & ponā flumina in insulis, &
stagna arefaciam, laudate habitatores petrae, ponent Dominō
gloriam, & legē eius in insulis nunciabunt. Videmus iam sic cæ-
ta stagna Græciæ, Angliæ, Africę, & ad insulas aquam fluxis-
se doctrinę. Sed ais, nos idola non colimus, ut sic derelinqua-
mur, sed & ego dico, ne hi, qui derelicti nunc sunt, idola co-
lebāt, sed ob alia peccata à Deo derelicti sunt. Audi hoc Dñm
dicentem per Hierem. super quo propicius tibi esse poterō? si
lij tui dereliquerunt me, & iurāt in ijs, qui nō sunt dii, saturau-
eos, & mechati sunt, in domo meretricis luxurabantur, inuēti
sunt in populo impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos pone-
tes, & pedicas, ad capiendū viros, nūquid super his nō uisitabo?
dicit Dñs, aut super gēte huiusmodi nō uisiter animam eam? Au-
di Paulum differētē, qui ratione quidā fide amiserunt, hoc præ-
ceptū comedo tibi si i. ut iulites in illis bonā militiā habēs si i. Tim. 2.
Esa. 42.

Esa. 42.

Hier. 5.

Et s. de.

de, & bonā conscientiam, quam quidam repellentes circa fidē
 naufragauerunt. Fides sine charitate virtus nō est, licet vera si-
 des sit, atq; adeo nō ita radicata est, & cū volūtas intellectu mo-
 ueat, cū illa prauē affecta est, facile in suā sententiā adducit intel-
 lectū, vt ei appareat illud verū, quod volūtati cōsentaneū est.
 Hinc illud Arist. dictum, qualis vnusquisq; est, talis finis sibi vi-
 detur, id est, qualiter est secundum appetitū dispositus, sic intel-
 lectū iudicat. Hoc vero præcipue in fide locū habet, ad quā re-
 quiruntur pia voluntatis affectio. Huic verò accedit Dei iustum
 supplicium, quo permittit, lucem ab eo auferri, qui ea nō vtitur
 in opus & salutem. Reddamus ergo vineæ fructus, quos à nō-
 bis exigit Dominus per seruos suos, & per vnigenitum suum.

Sabbatho post Domi. secun- dam quadages.

*The. Pater peccaui in celum, & coram te iam non
 sum dignus vocari filius tuus. Lucæ. 15.*



In hoc Euāgelio quasi in diuina comœdia obij-
 citur oculis nostris misera hominis cōditio,
 & eius destructio, cum à Deo recedit per pec-
 catum. Eiusdem etiam conuersio, & Dei miseri-
 cordia, ac benignitas, quæ etiam excipit in gau-
 dio. Et querela filij iusti, quod tanta lætitia ex-

cipiatur dissipator filius, ac demum satisfactio patris huicque
 rele.

Primum autem huius comœdiæ videamus. *Homo quidam ha-
 bebatur duos filios.* Homo iste Deus est, qui non solum nomē ho-
 minis assumpsit, sed plura alia, omnia tamen nomina hominū
 sunt, vt expendit Hieronymus, vt pater familias, seminator,
 agricola, medicus, rex, nomina autem Angelorum non sump-
 sit, sicut nec naturam, quia cum Dei nomina ab effluuiis su-
 mantur, & hominem reparauerit, non Angelū, ideo hominum
 nomina sibi usurpat. Et cō vsque hominem exaltare voluit, vt

vnus

A vnus hominum ei esset æqualis, & super omnes esset Angelos,
 Deus ergo hic homo est, qui habebat duos filios, iustum, ac
 peccatorem. Iam diuina misericordiæ viscera in hominem
 panduntur, dum eum filium nuncupat. Sicut ergo singularis
 est homini prouidentia erga filios, ita & Dei in homines. Om-
 nis autē homo Dei filius dicitur propter naturā à Deo participa-
 tam similem diuinæ naturæ. Sicut enim pater is dicitur, qui al-
 teri dedit suam naturam, ita cum Deus suam naturam quodā
 modō homini dederit, cum imaginem sui tribuit, pater dicitur.
 Hinc Malachias. Nunquid non vnus pater creauit nos? & Moyses in Deuteronomio. Nunquid non ipse est pater
 tuus, qui fecit, & possedit te? Capax homo est æternæ illius hæ-
 reditatis, ac beatitudinis, & ideò Dei genus sumus, quia potest
 homo Deum cognoscere, ac diligere, & eum videre, eoq; frui,
 ad quem montem bestia tangere nequit. Sed iusti singulari
 ratione Dei filij sunt, quia gratiam habent, quæ est diuinæ na-
 turæ participatio, propter quam clamamus abba pater. Et ideò
 Petrus ait. Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa dona-
 uit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Et ideò
 suos docuit, vt eum vocarent patrem. Sic orabitis, Pater no-
 ster. Et iterum, nolite vocare vobis patrem super terram, vnus
 est enim pater vester, qui in cælis est, cum quo si patres carnis
 conferantur, patres dicendi non sunt, quia vt Psaltes ait. Pater
 meus, & mater mea dereliquerunt me. Dominus autem assump-
 sit me.

C Sed quanta sit hæc misericordia hominibus collata, vt filij
 Dei nominentur, & sint, humanum ingenium assequi non valet
 Venit Christus, ait Paulus. Factus ex muliere, factus sub lege,
 vt adoptionem filiorum reciperemus. Magna certè adoptio. Si
 enim adeo nagnum censes. Si te rex Hispaniarum in filium
 adoptaret, & regni hæredem institueret, quāti obsecro dūcen-
 dū est, quod te Deus adoptet in filium, & in filium heredem? Ideò
 enim iustus maior filius dicitur, quia hæres vniuersorum consti-
 tuitur. Hinc Ioannes. Videte, qualē charitatē dedit nobis pa-
 ter, vt filij Dei nominemur, & simus. Quanta hæc dignitas sit,
 nemo nouit, nisi Deus, & sancti, qui in cælo eū vident. Hoc
 enim nomē filij, est nomē illud, de quo in Apocalypsi dicitur.
 Dabo.

Mal. 4.

Deut. 32.

Acto. 17.

Exod. 19.

2. Pet. 1.

Matth. 6.

Matth. 23.

Psal. 26.

Gala. 4.

1. Ioa. 3.

Apoc. 2.

Dabo ei calculum candidum, & in calculo nomen nouum A scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Sed illud planè miserimum in homine est, quod hanc diuinam filiationem nihil ducit. Si regis Hispaniarum filius effici posses, qua cura, ac solitudine id curares? Si tibi diceretur, confitere peccata, & regis filius eris, num differres confessionē? Et ecce ea debite peracta, filius Dei efficeris, nec tamen facis? Si alicui hominū nunc rex diceret, esto filius, & hæres meus, sed caue, ne talē rem facias, si enim feceris, efficiam te seruū vilissimi serui mei. An non his auditis caueret maximè, ne illud perpetraret? Sed quomodò tu non caues peccatum, cum audieris, per illud te effici ex Dei filio dæmonis seruū?

Simile.

Cum ergo duo essent filij. Dixit adolescentior patri, da mihi B portionem substantiæ, qua me contingit. Iam incipit describere peccatorē, quem primū dicit fuisse adolescentiorem, maior enim natū iustus est, qui à patre non recedit, minor verò est, qui discedit. Sed qua ratione iustus dicitur filius maior, & peccator est adolescentior? Primò, quia Deus hominem in gratia condidit, Primum ergo fuit, quod homo esset in iustitia, secundum verò, quod peccauerit. Præterea iustus maior dicitur, quia sapientior est, peccator verò tanquam adolescentens stultus est. Vnde ad peccatores dicitur. Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Et idè in scriptura iustus sapiens dicitur, peccator stultus, quia omnis peccans est ignorans. Et Psaltes, ait. Vir insipiens non cognoscet, & C stultus non intelliget hæc. Ex quo sequitur diuersitas, inter hæreditates iusti, ac peccatoris. Nam sicut in domo principis filius natū maior regnum hæreditario iure percipit, minor filius non sic, sed bona alia longè minora, ita iustus hæreditate percipit regnum Dei, venite, possidete regnum, audient iusti. At verò peccatorum hæreditas longè diuersa est, bona enim eis conceduntur mobilia, & parui momenti. Quæ diuersitas adumbrata est in ea diuisione, quam Abraham fecit inter filios, de qua scriptum est. Deditq; Abraham cuncta, quæ possederat Isaac, filijs concubinarum largitus est munera, id est, bona immobilia seruata sunt Isaac, mobilia autè tradita sunt filijs concubinarum. Audi maioris hæreditatem, quâ his verbis Pe-

trus

A trus exprimit. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu 1. Pet. 1. Christi, qui secundum misericordiã suam magnam regenerauit nos in spem viuam, in hæreditatem incorruptibilem, incõtaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cælis. De qua hæreditate ipsi obueniēte gloriatur Plaltes. Sortes ceciderūt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. Et iterum, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. Sed peccatoris hæreditas longè diuersa est. Vnde in Genesi dicitur. Separauit Abraham filios concubinarum ab Isaac. Et Sara ait. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Sed quænam est peccatorum hæreditas? Ipsi eam explicant, dicentes. Dixerunt impij, cogitantes apud se non recte, exiguum, & cum tædio est tempus B vitæ nostræ. Venite ergo, fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino pretioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra. Ecce hæreditatē filij dissipatoris. Magna certè hæreditas iusti est, & ideo ipse magnus est, & maior natū filius. Minima hæreditas peccatoris, & ideo ipse minimus est, & paruulus nuncupatur. Quis obsecro, diuitias iusti dicere valebit? Nullus sane, quia ille diuitias meas explicare poterit, qui magnitudinem hæreditatis meæ dicere potuerit, qui vero id dicere nequiverit, nec diuitias meas explicare valebit. Quis ergo diuitias iusti dicere poterit? Nullus certè, quia Deus hæreditas eius est, cuius magnitudinis non est finis, & quem explicare nullus valet. At sicut peccatoris hæreditas parua est, ita ipse paruus dicitur, ideo Sapiens ait. Vsq; quo paruuli diligentis infantia, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupiunt? Minor ergo filius est, qui à Deo recedit. Sed nūc interrogo, si posset minor natū regis filius se maiorē facere filium, an id negligeret? Quomodo ergo tu negligis, vidēs te minorē esse filiū, posseque maiorē efficere? Surripuit benedictionē Iacob, & hoc audito, irrogijt E'au clamore grãdi, quia primogenitus ille constitutus fuerat ante eū. Et precat patrē dicens, mihi; obsecro, vt benedicas? Quomodo ergo tu ad Deum nõ clamas pro benedictione, ac dicis cum Iacob, nõ dimittam te, nisi prius benedixeris mihi? Sed

Prou. 1.

Gen. 27.

Gen. 32.

Sed iam attendamus, quid adolescentior filius faciat accepta hereditate. *Congregatis omnibus profectus est in regionem longinquam.* Discessit a patre, ut liberè, ac pro arbitrato agere possit. Initium superbix hominis apostatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, recedit cor eius. Apostatare à Deo est recedere à patre. Et hinc omne malum initium sumit. Vnde Psaltes. Ecce qui elongant se à te peribunt, perdisti omnes, qui fornicantur abs te. Et initium omnis peccati superbia, & qui tenuerit eam, adimplebitur maledictis. Et Psaltes, increpasti superbos, maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Contra vero iustus facit, sicut maior natu filius, qui in domo sub cura patris manere vult.

Vnde ait. Mihi adherere Deo bonum est, ponere in Domino spem meam. Sed emphasin habet verbum illud. *Congregatis omnibus.* Nihil omisit ex suis, omnia tulit. In quibus verbis ostèditur infatigabilis peccatoris, qui vniuersa bona sibi colligere vult. Hinc sapiens, iustus comedit, & replet animam suam, vter autem impiorum insaturabilis. De Behemot dicitur. Absorbent fluiui, & nò mirabitur, & fiducia habet, quod in fluat Iordanis in os eius. Mirabilis sane fitis, quæ fluiui integrum petit, sed mirabilior cupidi, qui vniuersis, quæ in mundo sunt, nò satisfiatur. Hoc autè manifeste ostèdit, quod homo tanquàm finem diligit ea, quæ in mudo sunt. Quod enim diligitur sicut finis, diligitur sine termino, quod amatur vt mediũ, diligitur in mensura, in quatuor cõducit fini. Sicut sanitatè vult sine mèsura egrotus, & quo plus illà assequi potest, eo plus desiderat, medicina verò cù mèsura diligit, in quatuor sanitati cõueniunt. Si ergo quis ipsa pecunias, & mundi bona sine termino diligit, tanquàm finem ea sibi proponit, & ideo omnia cõgregat vt hic filius prodigus. Ideo ad hos loquitur Esa. Væ, qui cõiungitis domũ ad domũ, & agrũ agro copulatis vsq; ad terminũ loci. Nũquid habitabitis vos soli in medio terræ? In auribus meis sunt hæc, dicit Dñs exercituũ. Et hac ratione paucis nos cõtètos Deus vult. Vnde Sapiens. Minimũ pro magno placeat tibi, & impropriũ peregrinationis non audies. Id est, esto cõtètus paucis rebus tẽporalibus, & sic necesse nò erit tibi peregrinari à patria, vt dissipator filius fecit. Et Crassus, qui vt aurum acquireret, in peregrinas regiones cù multo exercitu profectus, longe à patria misere perijt.

Eccle. 10.

Psal. 72.

Eccles. 10.

Psal. 118.

Psal. 72.

Prou. 13.

Iob. 40.

Esa. 5.

Eccle. 29.

Sed

A Sed quanam regio longinqua est, in quã profectus est prodigus? Certè maledictio peccatoris est, illa Cain maledictio, vagus, & profugus eris super terram. Et Oseas ait. Abijciet eos Dominus Deus meus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus. A propria patria in terram longinquam abire, ac peregrinari peccator dicitur, quia recedit à se ipso, à propria natura, & à Deo. A se quidem, & à propria natura, quia cum sit rationalis, & id proprium sit hominis, cum à ratione recedit, à se ipso elongatur, & ad peregrina ducitur. Sapiens depingit sensualitatem, sub nomine meretricis iuuenem decipientem & ad se allicientem. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum, statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & nescit, quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius, velut si avis festinet ad laqueum. Et nescit stultus, quod de periculo animæ eius agitur. An non irrides hominem, qui à bestia se duci permitteret? Quis verò te ducat attède, an nò à bestia duceres, cum appetitum sequeris? Accedit nũc ad te homo, & ait, eamus Cõstantinopolim, ibi plurima bona tibi dabo. Acquiescit illè, & à patria recedit, vt ad peregrina ducatur. Sed Angelus ei apparens ait. Attède miser, quo ducaris, hic enim Turca est, qui te in vincula conijciet, seruũ faciet, vel interimet. Quis nam his auditis illam viam non deserat? Audi, ò homo, qui te ab appetitu duci permittis, audi à diuino spiritu, quo eas. Bos es ductus ad victimam, avis festinans ad laqueum, de periculo animæ tuæ agitur. An his auditis ab eã via non recedes?

Secundò in regionem longinquam peccator recedit, quia à Deo elongatur, qui est veluti naturalis hominis patria. Hinc per Esaia Dominus ait. Cor autè eorum longè est à me. Hinc Sapiens ait. Longe est ab impijs Dominus, non quia Deus recedat, qui nò mutatur, sed quia nos recessimus. Hinc Adã cum peccauit, fugit à Deo, & domus eius eum. Adam vbi est? Et de Cain dicitur. Egressus à facie Domini abiit profugus in terram. Sicut male facta fugit, & à patria elongatur, ita & peccator. Peccatũ enim est discessus à Deo, auersio ab incõmutabili bono, & conuersio ad commutabile. Idèd in parabola illa Samuelis, ad David ait. Cum autem peregrinus quidam venisset

Gen. 4. Osec. 9.

Prou. 7.

Esa. 29.

Prou. 15.

Gen. 3.

Gen. 4.

2. Reg. 12.

set

fer ad diuitem. Peregrinum dicit peccatum, & appetitum irrationabilem. Anima inhabitat in re per cognitionem, ac amorem, cum ergo Deo derelicto creaturam amplectitur, recedit à Deo. Sed mirum profecto est, quod Deum homo relinquat, qui patria eius est, qui terra optima, ut ad aliam diuertat. Audi illius querelas, quas huius rei causa proponit per Ieremiam. Nunquid terra sterilis ego sum aut Ierolimam? Quare ergo dixit populus meus, recessimus, non veniemus ultra ad te? Mutari solet homo à propria patria, ut in meliori habitet. An ergo meliorem inuenisti quam Deum, ut ab eo recesseris? Augustinus ait, Regio longinqua obliuio est Dei. Tunc abiisti in regionem longinquam, quando ad eum deuenisti statum, de quo Moyses ait, Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui? Et Ieremias. Populus uero meus oblitus est mei diebus innumeris. Ad hoc Psaltes ait. Intelligite hec, qui obliuiscimini Deum, nequando rapiat, & non sit, qui eripiat. Si Dei oblitus es, cuius nam recordaris? Regio etiam longinqua est regio tenebrarum, sicut regio iusti est regio lucis, de quibus regionibus in figura expressis in Aegypto alibi habes. Sed quid in hac regione longinqua fecit dissipator? *dissipauit substantiam suam uinendo luxuriose.* Peccato enim uniuersa hominis substantia dissipatur. Primum dissipatur potentia, & earum inclinationes, & actus, non quod substantia potentia peccat, sed quia impeditur à sua inclinatione, ac rectitudine. Sicut enim vitrum natura sua diaphanum, si liniatur bitumine, minus percipit lucis, & totaliter infici potest, ut licet vitri natura semper maneat diaphana, nihil tamen lucis per illud intret. Sic anima vitium irretita, & prauis habitibus impedita, licet rationalis natura sua sit, eo peruenire solet, ut ratione non utatur, ac si brutum esset. Dissipat etiam substantiam, quia virtutes amittit, & uniuersa bona opera, quae fuerat operatus. Hinc Ezechiel ait. Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, nunquid uiuet? Omnes iustitiae eius, quas fecerat, non recordabuntur. De eadem etiam perditione ait Ieremias. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. Mirabile profecto est, quod ad eum facilius homo uniuersa bona sua in momento dissipet. Finge nunc, hominem ad te accedere, ac dicere,

intra

A intra horam uniuersam collige substantiam tuam, & in mare proijce, an eum audires? Quem putas te habere thesaurum, cum gratiam Dei habes, & plurima bona opera? certe thesauros illos habes, de quibus Saluator ait. Thesaurizate uobis thesauros in caelo, ubi neque frugo, neque tinea demolitur. Et de quibus Tob. ait. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere. Et de quibus Sapi. Infinitus thesaurus est hominibus. Nec comparauit illi lapidem pretiosum, omne enim aurum in cooperatione eius arena est exigua. Sed uniuersos hos thesauros in mare proijcis eum peccatum mortale per petras, omnem substantiam dissipas, quo ergo pacto id tam cito credis suadenti demoni? Deinde ait August. aliqui peccatores sunt, qui aliqua ira, aut luxuria corripuntur, in quibus tamen multa remanent pia opera, unde citius ad Dei gratiam redeunt. **B** Et hi non dicuntur dissipasse omnem substantiam, alij autem omnino se uitium tradunt, & nihil boni in eis relinquitur, & hi in regionem longinquam abeunt, & omnem substantiam dissipant, & difficile ad Deum redeunt.

Nec uero sola spiritalis substantia ab his dissipari solet, sed etiam temporalis, dum vires corporis, ac salutem amittunt, & diuitias consumunt. De luxuria Iob ait. Ignis est usque ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Et Sapiens. Qui nutrit scortum, perdit substantiam.

C *Facta est fames valida in regione illa.* Famem patitur ut canes, ait Psal. In hac enim longinqua regione non potest non esse fames, non enim in ea Deus est, & nihil praeter illum satiare potest, Aug. ait, velles quidem peccator satiare absque Deo, & quod tibi bonum adesset, cum recessisses à Deo, qui bonum est. Audi ergo Deum. Si tibi bene est sine me, ergo nihil tibi deficit, licet ego non adsim tibi, ut ergo noueris, bene tibi esse non posse sine me, & quod ego uniuersale sum bonum, experieris sine me uniuersa non satiare, sed famem esse miseram. Sed retributio ista digna est peccatoris. Audi Ezech. Omnibus meretricibus datur merces, tu autem de disti mercedem cunctis amatoribus tuis, & dona dabis eis, ut intraret ad te undique ad fornicandum tecum. Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio. In eo enim, quod dedisti mercedem, & mercedem non

A. duen.

Cg

acce-

Hier. 2.

August.

Deut. 32.

Hier. 2.

Psal. 49.

Simile.

Ezech. 18.

Thren. 1.

Simil.

Matt. 6.

Tob. 1. 1. 1.

Sap. 7.

Aug.

Iob. 31.

Pron. 29.

Psal. 57.

Aug.

Ezech. 16.

accepisti, factū est in te contrariū . Quibus verbis describitur peccatoris mira stultitia, qui recedit à Deo, & simul amittit gaudiū, pacē cordis, & omnia bona sua dissipat. Hinc Pau. Quē fructū habuistis tūc in his, in quibus nūc erubescitis? Quasi dicat, nullū omnino, imo fructus vestros dissipastis. Ideo Sap. ait Sapientiā, & disciplinā qui adijcit, infelix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum.

Laborans hac fame prodigus. *Adhæsit vni cuius, & misit illum in villā, vt pasceret porcos.* Qui adherere Deo debuit, adhæret creaturæ, qui dicere debuit cū Psal. adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua, adhæret creaturis in eis, spē collocas. Sed quod munus ei à demone præstatur? Certe, vt porcos parceret. Sed quid hoc est? Sanē sensus pascere in creaturis. Et de filiquis satiari nō permittitur, quia vt Hiero. ait. Nec corpus voluptate, nec animus vanitate satiatur. Demō etiam curat, vt aliquid semper ei gustandū relinquat, quod expetat, vt peccatum efuriat. Suadet enim homini, q̄ licet aliqua gustauerit, aliquid restat denuo gustādū, vel aliqua circumstātia relicta sit, quæ eū præcipue delectabit, sic enim fortius hominē tenet. Non satiat oculus visu, nec auris impletur auditu, vt Sapiens ait.

Sed iam secundū actum cōmēdię videamus. Re mediū, scilicet, deperditi hominis. *Ipse autē in se reuersus dixit.* Exierat à se cum à ratione se alienauerat, cum ratione nō utebatur, nūc in se reuertitur, quia ratione utitur. Deinde, cū quis alicui rei ita intendit, vt aliā nō aduertat, dicere soles, nō est in se. Cum etiā quis ebrius, aut demētatus est, ais, nō est in se. Peccator sane in se nō est, quia ita temporalibus attendit, vt æterna nō curet. Et ebrius est, iuxta illud Psal. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius & omnis sapientia eorum deuorata est. Et in super stultus, & demētatus est, & ideo in se nō est. Et quæ admodum cū quis extra se factus est deliquio, aut nimia febrī, solet in se reduci tortura, ac cōstriktionē funium, ita Deus affligere solet peccatores, & hunc afflixit prodigum, vt in se reuertetur. Hinc Ose. Vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis, & quærat faciem meam. Quasi dicat, in tribulationibus vos derelinquam, donec me quærat per penitentiam. Similia hæc Domini verba sunt his, quæ dicere solet homo nobilis, qui domū suam

Rom. 6.

Sap. 3.

Psal. 62.

Hiero.

Eccle. 1.

Psal. 106.

Ose. 5.

A suam egressus est, vt duos homines inter se dissides conciliet, quod cum illi noluerint, ait ipse, ego reuertar in domum meā, & vos relinqū, vt inter vos pugnetis, donec deficiatis, & quærat me, vt vos conciliem.

Sed quid in se reuersus dicit? *Quæti mercenarij in domo patris mei abundant panibus.* In domo Dēi quidā sunt filij, qui solam Dei gloriam, & voluntatem attēdētes ei obsequuntur, alij etiā sunt mercenarij qui conducti præmio Deo inserviunt, inclinantq; cor suum ad faciendas Domini iustificationes propter retributionem. *Surgā, & ibo ad patrem meū, & dicā ei, pater peccauī in celū, & coram te.* Optime ait. Surgā. Surgite ergo, postquā federitis, qui manducatis panem, doloris. Qui dicit, surgā,

B ostendit, se cecidisse, & ita sane erat, vnde Propheta ait. Leua in directum oculos tuos, & vide, vbi non prostrata sis. Surgam quia qui cadit, nō adijciet, vt resurgat, & qui auersus est, nō reuertetur. Quia auersus est populus iste auersione contentiosus, ibo, ait, ad patrem, licet enim ego deliquerim, sed ille pater est, facile veniā dabit. Vnde vt oremus, dimitti nobis debita nostra orationis initium sumimus à verbo Pater noster. Ibo ergo ad patrem, quia sicut pater miseretur filiorum, ita misertus est Dominus timētibus se, quia ipse cognouit figmentū nostrum. Ad quem enim in omni necessitate accedere possumus sicut ad patrem? Hinc Hiero. ait. Ecce nos venimus ad te, vere mendaces erant colles, & multitudo montium, vere salus est in Domino

C Israel. Vniuersa illa, in quibus pacē quæsiuimus, vana erāt. Dicā ei. Pater peccaui in celum, & corā te, accusat se prodigus, q̄ peccauerit in celum, & contra Deū. Et in cōfessione dicimus. Cōfiteor Deo omnipotēti, & omnibus sanctis. Sed ad quid fit ista ad Sanctos cōfessio? Primum cōfitemur sanctis, vt aduocati nobis sint, vt Deo recōciliemur. Sicut vt proditor regi recōcilietur, quærit patrociniū amicorum regis, ita vt Dei gratiā assequamur, amicorum Dei intercessio plurimū iuuat. Duplex enim Dei tribunal est, alterū iustitiæ, in iudicio, & tunc nullus pro altero intercedet. Tunc furor viri nō parceret, nec flectetur cuiusquā precibus. Et ideo Psal. ait. Pro hac, iniquitate, scilicet, orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno, in diluuiō vero aquarum multarum ad eum nō approximabūt. Est aliud

Psal. 118.

Psal. 126.

Hiero. 3.

Hiero. 8.

Psal. 102.

Hiero. 3.

Psal. 31.

in domum tuam recipere, venit ille ad te, non ut in via sit bre-
uiter discessurus, sed permanenter. Vnde ait ipse. Ad eum ve-
niemus, & mansionem apud eum faciemus. Mansionem face-
re est, in eo velle in æternum consistere. Castellum autem mu-
nit gratia, virtutibus, donis, auxilijs, Angelis. Non exiit à te
Deus, nisi quodammodo vim patiens.

Simili ratione dæmon cum aliquem occupat, curat se mu-
niri omnino, ne inde pellatur. Et ideo nunc dicitur. *Erant Iesus
eijciens demonium, & illud erat mutum.* Mutum reddiderat ho-
minem, & cæcum, ut Matth. ait. Et Theophi. ait, surdum etiam
fuisse, quod colligit ex verbo græco, quod mutū & surdū signi-
ficat. Sed quid est, dæmō, quod sic hominē vexas, quē possi-
des? Sane illū possideo, & in eo me inuenire cupio, & ostia occlu-
do, per quæ inimicus ingredi potest. Nec verò exiit dæmō, nisi
vi pellatur. Et ideo cū egrederetur à puero illo, quem pater ad
Christum duxit, exiit discerpens eum, ita ut fieret quasi mor-
tuus, quia nō voluntate, sed necessitate coactus exibat. Et ideo
etiam clamabant dæmones, Iesu Nazarene cur ante tempus
venisti torquere nos? Torquetur dæmō, cū pellitur ab homine.

Sed mirabile est, quo pacto se dæmon in homine munit,
ne pellatur, oculos claudit, ne videat homo pessimum statum
suum, aures grauat, ne audiat inonentem Deum. Excæca cor-
populi huius, & aures eius aggraua, ne forte oculis suis videat,
& auribus audiant, & conuertantur, & sanent eos, linguam etiā li-
gat, ne confiteatur. En quo pacto se munierit dæmon, sed ho-
minum impensis se munit, sicut tyrannus expugnata ciuitate
illam munit, aduersus principem legitimum impensis ciuium,
illi enim aggerem ducunt, & muros ædificant in sui perniciē.
Ita peccatoris membra arma sunt iniquitatis peccato. Hinc
Paulus. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore,
ut obediat concupiscentijs eius. Sed neque exhibeatis mem-
bra vestra arma iniquitatis peccato. Tyrannus itaque ciuitate
capta tributa alia atque alia inuenit, quæ exigat à ciuibus, qui-
bus militibus stipendia, & cibos præstat, & ciues in operibus
suis laborare cogit, ut secure ciuitatem teneat. Audi persi-
mile, quod peccatori accidit. Vistributa videre alia, atque
alia, quæ dæmon ab eo exigit? Audi Hieremiam. Princeps

pro-

A prouinciarum facta est sub tributo. Quid obsecro d peccator,
in domo tua habes, ex quo tributum dæmoni non perfoluas?
Si tempus tuum est, ex illo maximam partem ventri, ludō, mur-
murationi quæ tribuis. Si diuitiæ tibi sunt, in peccatis mul-
tam earum partem consumis. Si vires tibi sunt, Si oculi,
pedes, manus, ex his arma peccati facis, lateres conficis in
ædificium ciuitatis Babylonicæ, in templa Deorum Aegy-
pti, grauat te dæmon, ut olim Pharaō operibus luti, & late-
ris, intendis caducis, ac perituris, ex quibus murum confi-
cis, quo Deo repugnes, & tibi excidium pares, sic enim con-
suetudine peccati firmaris, qua te securum dæmon possidet.
B Et impletur illud Esaiæ, & destruxistis domos ad muniendum
morum. An non destruxisti domum mentis tuæ, ut murum
dæmonis munires.

Cum sic munitus est dæmon in corde peccatoris, efficitur
illud, quod Iesus ait. *In pace sunt omnia, quæ possidet.* Secutum
enim se putat dæmon, impleturque illud Iob. Reputabit enim
quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum æs. Non fuga-
bit eum vir Sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ.
Quasi stipulam estimabit malleum, & deridebit vibrantem ha-
stam. Aduersus castellum illud mittit Deus Angelorum exer-
citu, nec ei cedit, vniverfa enim arma, quæ per es, & ferrū signifi-
catur, nihili ducit. Et sagittas potentis acutas nō pauet. Nec ve-
ro lapides fundæ metuit. Sicut fundaligatur lapis, & cū strepi-
tu in hostē mittitur, ita prædicator Dei verbo assumpto lapides
mittit in peccatores, & lapides tatos, qui ipsum Goliath deicere
possent, inferni enim æternatormenta proponit, ac similia, sed
ille his nō mouetur. Sic etiā quasi stipulam estimat malleū, qui
plane Dei verbū est, de quo Dominus per prophetam. Nonne
verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petras? Et hu-
ius rei ratio est, quia sicut spiritus diuinus ad cælestia viuificat
animam, quam inhabitat, & ad terrena mortificat, ita spiritus
nequam ad terrena viuificat animam, & ad cælestia mortuam
reddit. Similisque est latroni malefico, ex quibus aliqui esse dicū-
tur, qui incitationibus animum hominis sic dementant, & à se
alienant, ut coram ipso diripiant bona vniverfa, nec cōmonea-
tur. Mira profecto res, quam sit peccator dementatus, qui opes

Gg 4

cæs-

Gene. 25.

cælestes virtutum, gratiæ, ac gloriæ diripi videt coram se, ac negligit, & abit sicut Esau paruipendens, quod primogenita vendidisset. Dic, ò miser homo, nosti, quid vendideris, cum peccatum admisisti? An non primogenita? An non gratiam, & dona cælestia, quæ infinitus thesaurus sunt hominibus? An non Deum ipsum? Et adeo cæcus, ac dementatus es, vt paruipendas, vt nihil te amisisse putes? Audi animam miseram dicentem. Vulnerauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & non sensi. Tantum malum peccatum est, vt sit inferno deterius, & tantum vulnus non sentis? Senties vero paruam diuitiarum iacturam. Vere cæcus es, ac mutus, à dæmone posideris.

Prov. 23.

Sed quod huic homini remedium est? *Erat Iesus eiciens dæmonium. Et fortior illo superueniens vicerit eum.*

Simile.

Solus homo liberare se non potest, quod si id de se præsumat, ei accidet, quod aui, quæ laqueo irretita cum sit, dum magis curat se liberare, amplius irretitur. Si à diaboli laqueis emergendum est, fortior illo superueniat, necesse est. Hinc ad regē Aegypti, & ad dæmonem, cuius ille figuram gerebat, dicit Dominus per Ezechielem. Assimilatus es draconi, qui est in mari, & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina earum. Propterea hæc dicit Dominus Deus. Expandam super te rete meum, & extraham te in sagena mea. Audi, quid dæmon in anima faciat, cum eam inhabitat, turbat aquam, nisi enim turbaret, ac excæcaret, omnino non sustineretur, quis enim tyrannum vexantem sustineat, nisi cæcus esset? Hinc Psal. Comprehēderunt me mala,

Ezec. 32.

quorum non est numerus, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & non potui, vt viderem mala, scilicet, mea. Mala quidem innumera comprehendunt peccatorem, sed ille ea non videt, cæcus est, & ideo sustinet. En turbationem aquæ, quam dæmon efficit. Sed Christo superueniente, qui fortior est, extrahitur ab anima dæmō, id solius est Dei, & ideo hodie extrahēs Christus dæmonem, Deum se probat, cuius illud est proprium. Hinc Deus ad Job ait. An extrahere potes Leuiathan hamo? Quasi dicat, ego solus id faciam. Cum vero eductus fuerit dæmon ab anima, statim aquæ clare redduntur. Hinc Ezechiel

Job. 40.

Ezecb. 32.

ait,

Ait, tunc purissimas reddam aquas eorum. Quia tunc cæcus videt, & turbatio animi pellitur. Hinc Paulus. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cū vitijs, & concupiscentijs. Quo loco Pagninus legit, cum vitijs, & perturbationibus, quia turbatam animam sedat Deus, & cæcitatem pellit, vt se agnoscat.

Gala. 5.

Pagni.

Hinc nobis colligendum est, sequi partes, ac factionē Dei fortis, qui dæmonem vincit. Cum contentio esset in Israel, quē Deum sequi deberet, ait Elias, Deus, qui exaudierit per ignem ipse sit Deus, Deus potentior colendus est, & ita factum est, vt Deus adoraretur. Cum ergo videas Christum superasse Sathanam, Christi partes sequere. Ne sis vt Philistæi, qui viderūt

3. Reg. 18.

1. Reg. 5.

B Deum suum coram arca cecidisse, & licet truncus sit, eum leuant, & iterum colunt. Ne sis vt Babylonij, qui vident draconem mortuum, & nihilominus illius causam agunt. Quæro abs te ò homo, quem in domum tuam recipere velis, Christū, aut diabolū? Ait homo, si dæmon solus veniret, eum nequaquam exciperem, sed plenus donis venit, vellem fructus illius primum colligere, & postea Christum excipere. Sed ò homo impossibile est, quod optas, coangustatum est stratum, ita vt alter decidat, pallium breue est, duos operire non potest, aut Arca, aut Dagon in altari cordis reponere debes, arca enim ad latus non patietur esse Dagon, Deus domum tuam petit iure creationis, ac redemptionis, ipse eam edificat creatione, emit

Dani. 14.

Esa. 28.

C redemptione, cur ergo illam non inhabitet. Vide, quo tangeris dolore, si videas domum tuam ab alio vsurpari, & incoli? Quo ve tangereris, si videres sponsam tuam ab alio vsurpari, ac deturpari? Sed & Deus locationis iure domum tuam petit. Si domum locans eam das ei, qui plura tribuit, domum cordis concede ei, qui maiora pollicetur. Recte, ais, ideo cor dæmoni trado, quia delicias mihi præstat, Christus vero spinas, ideo ab eo fugio. An non cæcus es, nescis inter spinas rosas esse? A deo stultus es, vt putes sine Deo requiem tibi futuram? Possi de vniuersa, acquire vniuersum mūdum, sine Deo nihil habes, Augustinus. Versa, reuersa, ante, à tergo, à latere ad latus, non erit requies præter te Domine. Similis es infirmo, qui ait, me

Aug.

Eg 5

lius

lius ibi me habebō, illic leuius ferā dolores, nescit vero miser, A
nō illic remedium esse, nec hic non quiescere propter locum.
Sed propter infirmitatem interius latentem, eam tolle, & vbi
recte se habebit. Sic profecto impio accidere solet, male se ha-
beret hic, illuc transire disponit, in hoc munere contentus non
est, in alio requiem sibi promittit, sed vane, nec enim malum
in munere est, aut loco, sed in peccato, tolle dæmonem à cor-
de, & recte te habebis.

Sed ais, delicias, ac diuitias possideo, cum pecco. Dic,
ō miser, delicias eas dicis, quæ tibi æternos parant crucia-
tus? Diuitias dicis, cum Deum amittas, & æterna pau-
pertate sis cito premendus? Hæc, quæ audisti, vera esse
credis, an falsa? Si vera non credis, fidelis non es. Si B
credis, curā te dæmonium non pellis? Sed ais. Dulce mi-
hi apparet vitium. Nescis illud Iob, per gyrum dentium eius
formido? Nescis sub ea esca dulci hamum latere, quo dæ-
mon te decipit, & ex aqua gratiæ educit, vt pereas in æter-
num? Impossibile est, cum peccato lethali viuere, lex est
irremissibilis. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Cum
peccas, gratiæ vitam amittis, & Deum, & damnatus in in-
fernum es. Ne ergo escam solam consideres, sed & hamum,
non solam peccati delectationem, sed damnationem æter-
nam. Simili ratione noli asperitatem pœnitentiæ solam con-
siderare, sed Deum in ea latentem, & dulcis fiet, si pœni-
tentia Deum in domum ducit tuam, an non dices, malo C

Deum cum eo labore, quam eis carere, dum mihi Deus de-
tur, nihil mihi difficile erit? Hinc Hieremias. Maledictus,
qui prohibet gladium suum à sanguine. Licet ergo funden-
dus tibi sanguis sit, Deum cura possidere. Latet ergo dæ-
mon sub delectatione turpi, sub omni peccato, noli eia-
nuam cordis aperire, ne te interimat. Accidit aliquan-
do, vt inimicus veniat in domum tuam, vt te interimat, pul-
sat ianuam, & cum interrogas, quis ille sit, respondet si-
mulans se amicum tuum esse, si ei aperis deceptus, perijisti.
Ita omnino dæmon ostium cordis tui pulsatur, & amicum se
simulat, cum delectationem offert, sed caue, hostis est, qui
te oc-

Iob. 40.

Ezech. 18.

Hierem. 48.

Simile.

A te occidet, si aperueris, inuitat te ad ollam suam, sed caue, quia
mors in olla.

Sed quia initium remedij est cognitio infirmitatis, viden-
dum nobis est, quanta mala sint in anima, quæ lethali pec-
cato tenetur, sicut enim qui Deum perfecte agnoscit, currit
in odorem vnguentorum illius, ita qui malitiam peccati ag-
nosceret, ab eo fugeret, & tanto odio illud prosequeretur,
vt per ignem transiret potius quam per illius vmbra. Si-
cut de vipera dicitur, quod eo odio arborem, quæ vulgo
dicitur fresno, prosequatur, vt in ignem se mittat, vt illius
vmbra declinet. Vis nosse, quanta in te mala operetur
peccatum? In hoc homine videbis, efficit te cæcum, mu-
tum, sordum, & dæmoniacum. Vt quid enim putas mala hæc
B exteriora relicta esse à Deo remisso peccato, nisi vt mala pec-
cati agnoscas, quæ, quia interiora sunt, non vides, nec sen-
tis, & ideo exteriora relicta sunt, quæ nos angunt, vt inde in-
teriora colligamus. Manifesta experientia docet, animi vulne-
ra nos non sentire, quoniam si corpus tuum vulneratur, sta-
tim chirurgus accersitur, diuitiæ consumuntur, & omni cura
salus corporis quæritur. Et cum multa mortalia vulnera in agi-
ma habeas, nihil ea curas, non dolens, sed ais. Vulnerauerunt
me, & non dolui.

Vt ergo doleas, & illa mala agnoscas, vt ea fugias, atten-
de. Primum cæcus es. Hinc Sophonias. Ambulabunt vt cæci, qui à Domino peccauerunt. Dices, quia diues sum, &c. Cum sis pauper cæcus, &c. Sed quomodo, ais, cæcus
C sum? Audi. An non diceret cæcum eum esse, qui optione
ei data inter laminas auri, & ferri, ferream præeligeret? Quid,
obsecro, tu facis, cum caelestia dona relinquis, vt caduca, &
peritura possideas? An non diceret cæcum eum esse, qui
cum siti vexetur, fontem optimum derelinquit, in quo sitim
explere valet, & in aquam luto plenam, in qua porci recum-
bunt, se immittit, vt bibat? Quid te agere credis, cum de-
licias, ac voluptates quærens, non eas in Deo quæris, sed in
carnis cupiditatibus? Quid enim nequius, quid turpius,
quam quod excogitauit caro, & sanguis? An non cæcum di-
ces.

Sopho. 1.

Apoc. 3.

ces, qui regnum relinquit, vt pomum recipiat, aut mapam? Quid vero tu agis, cum caeleste regnum pro vilire commutas? An non ille cæcus, qui cibos optimos coram se habens, eis relictis, venenum manducat. Certe cæcus peccator est, & eo inferior quam cæcus corpore, quo animæ oculi præstant oculis corporis.

Sed & surdus est peccator. Surdum eum appellas, qui non audit, licet alta voce ad eum loquaris. Si Deum ad te clamantem non audis, quomodo surdus non es? Hinc Psalter. Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi. Et Zacharias. Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauauerunt, ne audirent, & cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem. Sicut enim Holophernes obturauit canales, quibus aqua in Bethuliam veniebat, ita dæmon aures occludit, per quas remedium, & aqua sapientiæ salutaris in animam venire solet. Quoties, obsecro, vocauit te Deus voce grandi, cum Deus maiestatis intonuit, quoties inspiratione, concione, tribulatione, & amici morte te monuit, nec audisti? Surdus ergo es. Deinde, qui idola colit, cæcus, mutus, ac surdus est. Sic enim ait Psalter. Oculos habent, & non videbunt, aures habent, & non audient. Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Sed ais, ego fidelis sum, Deum verum collo. Si aliquid diligis præ Deo, illud idolum tuum est, & cæcus, surdus, ac mutus efficeris. Vidit Ezechiel librum scriptum intus & foris, & in eo erant lamentationes, carmen, & vñ, significat diuinam scripturam, quæ intus, & foris scripta dicitur propter sensum literalem, & spiritualem. In ea vero scriptæ sunt lamentationes prophetarum, & ipsius Dei pro hominum peccatis, quæ Christus plorauit. Sunt etiam dulcia carmina, quibus nos Deus ad se adducere curat. An non dulce carmen illud. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, & illud. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus. Et etiam vñ, sunt minæ multæ terribiles aduersus peccatores. Qui ergo non audit tubam clangentem,

Psal. 80.

Zacha. 7.

Iudith. 2.

Psal. 113.

Ezech. 2.

Matt. 11.

Hier. 3.

A tem, ac minantem, qui carmina, & lamentationes non audit, num surdus non est?

Deinde mutus est peccator, quia lingua caret, vt Deum laudet, & animæ remedium quærat. Et eo vsque procedere solet, vt peccatum etiam in confessione taceat. Ostendit Dauid malū, quod ei euenerit, quia peccatū tacuit. Quoniā tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamare tota die. Cū ait, quoniā taci, cui, subintellige mea peccata, quia pro eis nō implorauit diuinā misericordiā, nec ea confessus sum. Propterea cōfectus sum malis, & quasi inueteratus, inueterauerunt ossa mea, id est, pene cōsumpta sunt, dum clamarem tota die, quia ad vana relicta mihi lingua est, non vero ad proficua, reiiquit enim homini dæ-

Psal. 31.

B mon sensus ad praua, non ad salutaria, linguam ad iuramenta, & ad inania, non ad confitendum. Quia ergo tacui peccatum, ait Dauid, perditus sum. Sicut enim vulnus, quod medico non aperitur, latius serpit, quia non curatur, & vniuersum corpus paulatim inficit, quia medicina non adhibetur, ita in anima cōtingit. Hinc Esaias. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, neque curata medicamine, neque fota oleo. Ideo a planta pedis, vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Si vero curatio fuisset adhibita, sanaretur homo etiam à grauissimis peccatis, ideo Sapiens ait, curatio cessare facit peccata maxima. Sed iure inquiri potest, qua ratione dicatur Dauid tacuisse peccata, cum ea confiteri non teneretur? Respon-

Simile.

Esai. 1.

Eccle. 10.

C deo, tenebatur confiteri Deo, & tenebatur secundum legem, talis offerre victimas, & sacrificia pro peccato, quæ omisit, vt peccatum celaret, & ideo tacuisse dicitur. Hinc ad Lazaram Christus ait, Lazare veni foras. Id est, per confessionem manifesta peccata, & statim solueris ab Apollolis. Quasi alter Lazarus in publicum processit Dauid, cum peccatum suum confessus est. Hac ratione Deus Adamum conuenit, vt peccatum confiteretur. Mutus itaque peccator est.

Ioa. 11.

Demum peccator dæmoniacus, ac phanaticus est, qui habitat enim dæmō in peccatore, vnde ait hodie Christus. Cū in mundus spiritus exierit ab homine, ergo in illo erat prius. Misericordus profecto homo ille est, in quo tot sunt mala. Vis, o homo, curari? Christus id efficiet, ad hoc enim in mundum venit. Vnde

Esaias.

Esai. 14.

Esai. Prope est, vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur, miserebitur enim Dominus Iacob, & inferius. Et erit in die illa, cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à cōcussione tua, & à seruitute dura, qua ante seruisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices. Quomodo es, sauit exactor, quieuit tributum? Centriuit Dominus baculum impiorum, virgam Dominantium cēdentem populos in indignatione, plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Liberatus enim homo per Christi gratiā à dæmonis seruitute, videt exactorem dæmonem cessasse, & tributum iam non exigere vt prius. Tunc canit homo cum *Psal.* Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi, eripiens in opem de manu fortiorum eius, egenum, & pauperem à diripiē tibus eum. Vt vero id tibi Deus præstet, fac, quod Moyfi præceptum est. Facies & altare de lignis Sethim, &c. Nō solidum, sed inane, & cauum intrinsecus facies illud, sicut tibi in mōte monstratum est. Ibi vero posito sacrificio, misit Deus de celo ignem, qui illud absumpsit, & eo igne vniuersa sacrificio posita oblata sunt. Ita vt à te dæmon pellatur, cura cor tuum vacuum ab omni inordinata affectione esse, præijce abs te omnem creaturam, quæ te inficit, & dæmonē cum ea pelles, Deus vero ignem mittet, quo ei placere possis in omnibus, & sacrificia grata offerre.

Exod. 27.

Sed cum dæmonem expuleris, noli credere, ipsum omnino abcessisse, tyrannus est, circuitq; quærens quem deuoret, quærit requiē, nec inuenit nisi in anima, & ideo ad illā iterū reuertitur, vt videat, si iterum castellum occupare possit, quod si incuria homo langueat, ingreditur eius domū, & assumit alios septem spiritus nequiores se, & sic amplius se munit, quā prius. Sicut cum dux aliquis arcem expugnat, à qua prius eiectus fuerat, munit singulari cura eam, & vniuersa, quæ infirma erant refarcit, ne iterum ab ea pellatur. Sicut diuersis machinis, ac artibus in bello vti dux solet, vt hostes superet, & aliquando inter se contrarijs, ita & dæmon. Aliquando enim hominem tenet vno peccato, nec in plura impellit, vt securior sit, aliquando vero in plura pertrahit. Sicut solet homo vilem mulierculam subijcere sibi quasi seruam, & ab ea multas pecunias exigere.

Simile.

A te. Illa vero grauata se sentiens, ait, libera sum, vt quid hanc patiar seruitutem, tunc ille ait, pauca exigam, illa mihi da, paucis contentus ero, & illa assentiri solet, nec attendit misera, quod adhuc serua maneat, cum iugum seruitutis omnino excutere possit. Ita accidere solet, vt aliquem peccatorem in innumera facinora dæmon trahat, ille vero tanto onere grauatus iugum dæmonis excutere vult, tunc dæmon, ne deferatur, vnico eum peccato tenet. Sed quid tibi prodest o miser homo, si alia peccata reliquisti, vno vero teneris. Siquis totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus, seruus dæmonis adhuc manes, omnino excute eius iugum, omnia relinque peccata, sin minus, nihil te egisse crede.

Iaco.

B Alia vero diuersa arte alios peccatores dæmon tenet, cum assumit septem spiritus nequiores se, id est, vniuersa vitia, vt hominem pestiferum reddat. Miserrimum profecto spectaculū hoc est, si nunc Turcarum imperator hanc expugnaret urbem, & muro disrupto vniuersi Turcæ intrarent ciuitatem, ciues iugularent, virgines stuprarent, domos expoliarent, templa diruerent, sacra vasa cōfringerēt, quale, obsecro, spectaculum illud esset? Nunc ergo attende homo te ipsum, qui ciuitas Dei es, cū in te dæmonia ingrediuntur, quia ianuam consensus eis aperuisti, sensus tuos corrumpunt, appetitum inficiunt, bona tua diripiunt. Nec vero ibi cōsistunt, sed vsque in templum anime veniunt, & illud perdunt, & manum suam mittit hostis ad omnia desiderabilia eius. Huius miserie maxima ponderatio ex vltimis Euangelij verbis colligi potest. Cum enim diceret mulier. Beatus venter, qui te portauit, Christus ait. *Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Quæ verba expendens Aug. Chrysol. & Beda, aiunt. Maius est. Deum concipere mente, quam ventre, & foelicior Maria, quia audiuit verbū Dei quam quia concepit vtero verbum Dei. Nunc ergo finge miserrimum spectaculū, quod nullo modo esse potuit, sed quod impossibile fuit, finge veritati redditum, vt colligas miserrimū spectaculū, quod quotidie oculis nostris subijcitur. Finge ergo de monibus tradi cōculcandum, ac diripiēdum corpus illud sacratissimum Mariæ, quod Dei templum mirabile fuit, finge in eo dæmones habitare, & vniuersa, quæ possunt, mala efficere, aures

*Simile.**Thren. 1.**Aug. Chrysol. Beda.*

res profecto horrent, cum tale quid audiunt, nec oculis cerni
 posset miserum hoc spectaculum, si forte fuisset. Sed inde me-
 te consurge, vt spectaculum aliud contempleris indignius, in-
 tolerabilius, vt ita loquar. Habitauit verbu Dei in virginis car-
 ne, habitat verbum Dei in iusti anima, & felicior anima, ex-
 celliorque, in qua Deus inhabitat, quam caro. Si ergo adeo
 horrendum, ac detestabile foret, videre templum Dei cor-
 porale violari, conculcari, ac reliquarium illud diuinum per-
 di, ac conculcari, quale obsecro, erit spectaculum, cum anima,
 quæ Dei templum dignius est, à dæmonibus capitur, deualla-
 tur, ac diripitur? Et relinquetur filia Sion sicut vmbra-
 culum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ
 vastatur. Miserum omnino est, videre animam reginam ab ipso
 Deo abstractam, à dæmonibus conculcari, & eorum seruum
 effici, videre paradysum illam in infernum mutatam, colum-
 bam illam laqueo captam, stratum regium factum dæmonum
 domicilium, Hierusalem cælestem mutatam in Babylonem,
 Dei imaginem in bestie imaginem mutatam. Ideo fleuit Chri-
 stus super Hierusalem, non tantum propter illius temporalem
 euerisionem, sed etiam propter spiritualem interitum.

Esai. 1.

Luc. 19.

Psal. 50.

Benigne ergo fac Domine in bona voluntate tua
 Sion, vt ædificentur muri Hierusalem, &c.

Feria

A FERIA SECUNDA POST DOMINICAM
 TERTIAM QUADRAGESIMÆ.

Them. Quanta audiuimus facta in Chapharnaum, fac & hic in patria tua, &c.
 Lucæ, 4.

B



Copus huius Euangelij est, ingeniū Dei hominibus manifestare, illud vero est, at-
 tendere hominum merita, atque virtutes vt illis beneficia sua præstet, non autem
 alia, quæ homines attendere solent, vt cō-
 sanguinitatem, propinquitatem, aut mu-
 nera alta, officiaque præclara. Et ideo be-
 neficia maxima exteris confert, quæ suis

ciuibus negat, quia illi digniores sunt. Hinc cum Petrus videret
 Cornelij centurionis, & suorum fidem, cui similem non in-
 uenerat in Israel, ait. In veritate comperi, quia non est persona
 ratur iustitiã, acceptus est illi. Hoc ergo certum sit, nihil Deo
 hominem commendabilem reddere præter virtutē, quæ cum
 ablit, reliqua nihil putantur à Deo. Audi, quid ad Ieconiam
 regem loquatur Dominus per Hieremiã. Viuo ego, dicit Do-
 minus, quia si fuerit Ieconias filius Ioachim Regis Iudæ annu-
 lus in manu dextera mea, inde euellam eum, & dabo te in ma-
 nu quærentium animam tuam quasi dicat, licet mihi sit con-
 iunctissimus alijs titulis, ac nominibus, quia iustitia, ac virtute
 non est præditus, eum à me separabo quasi alienum. Hanc au-
 tem veritatem excedentibus verbis Christus Dominus docuit
 apud Lucam, ait enim. Nunciatum est illi, mater tua, & fratres

Acto. 10.

Hiere. 22.

Luc. 8.

Aduen.

Hh

tui

tui stant foris, volentes te videre. Qui respondens dixit ad eos. Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt. Nihil ad se pertinere fratres, nec verò matrem putat Christus, nisi verbum Dei audiant, & faciant. Si ergo tanta propinquitas, qualis fratrum, & matris nulla reputatur à Christo, si virtus non esset, quid obsecro alia humana curabit? Licet ergo quispiam nobilis sit, princeps, rex, aut sacerdos suamamus, si virtute non ornatur, ad Deum non pertinet, licet annuus sit in Dei manu, inde euelletur, ac projicietur. Euripides dixit, Licet genere nobilior sis Ioue, si virtute non ornaris, vilissimum te dicam. Chrysostomus homilia 9. in Matheum ait, Attende, nihil profuisse filijs Samuelis, quod tantum habuerunt parentē, quia ipsi eius virtutes non fuerunt imitati. Et Diuus Augustinus in illud Psalmi 28. conteret Dominus cedros libani, ait, Nullam aliam apud Deum nobilitatem esse præter virtutē manifestē ostendit, cum principes Ecclesiæ suæ, & eius fundatores pauperes elegit, ac ignobiles, & ea, quæ non sunt. Qui ergo nulla humana gloria ornatur, attendat, gloriosum se esse posse, si virtutem coluerit, & qui multis fortunæ bonis ornatus est, attendat, an etiam virtute ornatur, sine qua nihil habet, de quo gloriari possit. Virtus sola bonum facit habentem, & ideo laude, ac honore dignum. Nazareni ergo putabant solo iure patriæ apud Christum magni ducendos, ac omnibus præferendos, quibus similes nunc sunt, qui gloriantur in nobilitate, antiquitate generis, muneribusque supremis, quasi hæc apud Deum magna sint, quibus omnibus hodie Christus ostendit exemplo Eliæ, & Elisei, non patriam, aut aliquid humanum à Deo respici, sed virtutem. Videamus iam viduæ, & Naman historias, vt ex eis decerpamus virtutes, propter quas præpositi sunt à prophetis vniuerso Israeli. De vidua Christus ait. *In veritate dico vobis, multe viduæ erant in diebus Eliæ.* Cuius rei historiam liber tertius Regum proponit, dicens. Factus est sermo Domini ad Eliam dicens. Surge, & vadē in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi, præcepi enim mulieri viduæ ibi vt pascat te. Inuenit viduam colligentem ligna quæ ei primum panem dedit, & ipse panem, & oleum multiplicauit.

In hac

In hac verò historia multa consideranda sunt. Primum Dei in suos cura, qui Eliam non deserit in illa maxima fame, sed præcipit viduæ, vt eum pascat, reuelatione ad eam facta, vt dicit Chrysostomus homilia prima de Elia. De improbis dictum est à Deo per prophetam, Non pascam vos, quod moritur moriatur, quod succiditur succidatur. At iustus ait, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Putant filij huius sæculi, nullam esse aliam viam, vt necessaria ad vitam sustentandam eis adsint, quæ eorum sollicitudo, ac industria, quæ si desit, nullam aliam viam putant esse, vt vitam tueantur. Hinc innumera peccata procedunt, quibus sibi diuitias acquirere curant, putantes, nullam aliam viam ad hoc esse. Hi profecto deplorandi sunt, potiusquæ illi de quibus Ieremias, Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandas animas. Illi quidem preciosa supellectilia dabant, at peccator gratiam, dona cælestia, & Deum relinquit, vt panem acquirat. Sicut Esau primogenita vendit, vt lenticulas emeret, dicuntque illud Osee, Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum. Ita profecto multi peccatis se implicant, Deos alienos sequuntur, quia sic alimenta, ac vestes acquirunt. Sed hi omnino errant, pactum enim Domini cum hominibus tale est: esto tu mihi seruus fidelis, filius obsequens, ego ero tibi herus & pater, pascamque te, & necessaria subministrabo. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, vt Psaltes ait. Sed quid mirum, quod homines qui filij sunt, pascat, cum etiam minutissima animantia curet, & cibum eis præstet? Hinc Psaltes, oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno, aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Vt autem hanc perpetuam in homines prouidentiam ostenderet, dixit ad Moysem, Pones super mensam meam panes propositionis in conspectu meo semper, non quod ea mensa ipse iadigeret, sed vt ostenderet, suis nunquam defuturam mensam. Nec vero ita certus cibus est diuitibus huius sæculi ac iustis. Vnde Psaltes, Diuites egne

Hb 2. runt

Euripi.

Chryf.

Aug.

3. Reg. 17.

Zach. 12.
Psal. 22.

Thren. 2.

Gen. 25.

Osee. 21.

2. Reg. 7.

Psal. 144.

Exo. 25.

Psal. 37.

runt, & esurierunt, inquirentes autem Dominum non deficient omni bono. A

Sed forsitan obijcis, mihi omnino necessaria non sunt, nec aliam viam noui, ut cibum capiam, nisi peccati remedium. Audi ò homo, qui quasi infidelis loqueris, cum fidelis sis. Attende primum Eliam, cui panes, & carnem edaces corui deferebant, ut noueris diuites, qui similes coruis sunt, & omnia sibi usurpare conantur, iustos pascere Dei præcepto. Simili ratione præcepit viduæ pauperi, ut eum pasceret priusquam se, & filium, & demum miraculo facto pascus esset, dum hydria farina non defecit, Daniele m pascuit in lacu leonum, Israeli manna in deserto dedit, & labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant, ut Psaltes ait. Sed quid mirum homini adsit Deus in necessitate, qui pullis coruorum adest. Sic enim Psaltes ait. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum in uocantibus eum. Et Iob ait. Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Dominum vagantes, eo quod non habeant cibos. Tradunt, qui rerum naturas scribere, pullos coruorum à parentibus destitui quasi alienos per septem dies, donec ornati plumis nigris à parentibus agnoscantur, illis uero diebus pasci à Deo, vel rore caelesti, vel quibusdam vermiculis singulari Dei prouidentia subministratis. Nunc ergo sermonem conuerto ad te, ò homo, qui tibi uideris omnino defertus, nullaque uia tibi apparet, qua necessaria uitæ acquirere possis. Qui adest pullis coruorum erocitantibus, num tibi deerit inuocanti eum, & ei obsequenti? Qui iumenta tua pascit, tibi deesse poterit. Spera ergo in Domino, & fac bonitatem, & pasceris in diuitijs eius. Inuoca Deum tuum, & adhibe aliquam diligentiam, quam commode potes, ut cibum acquiras, & Deus tibi præstet. Quia certum illud Psalmi est. Non uidi iustum derelictum.

Sociam uiduam, & illius fidem, ac misericordiam contem-
plemur. Perit ab ea Eliás aquam, deinde panem, præcipit-
que, ut illum prius pascat quam seipsam, ac filium, & illa
obedit. Sed illud primum mirandum, quod Elias solum pe-
tit

tit aquam, & buccellam panis paucis profecto contentus est, cum multa non sufficiant peccatori. Querelam istam in uniuerso mundo inuenies, quod nemo sit, qui satis sibi putet ea esse, quæ possidet, sicut diues sit, sed qua plurā possidet & pluribus se indigere dicit. Nec uerò querela ista solummodo pauperum est, sed potius diuitem, ac principum. Et huius rei causa duplex est, prior, quod multa substantia à multis dissipatur uiuendo luxuriose, ut dissipator filius fecisse legitur. Et huic occurret, si moderate uiuas, nec mundi uanitatē, sed Euangelij leges considerans. Quod ut nobis Dominus significaret, præcepit in mensura gomanna colligi, quod si quispiam amplius colligeret, putrescebat. Non illam mensuram Deus proposuit, quia manna deficere posset, si nimium colligeretur, sed ut homines edoceret, in mensura ab eis temporalia accipienda. Sicut sartori tradis pannum, ut illum pro libito scindat, uerstemque faciat, ita Christo trade diuitias tuas, ut illas pro arbitrio diuidat, & tunc in eius manibus panes posuisti, illeque eos multiplicabit. Tunc uero in eius manibus tua tradis, cum ea in summis iuxta leges ab eo præscriptas in Euangelio, permittit ergo Christo, ut tua scindat, ac diuidat, ille tibi uestem integram conficiet & satis tibi tua erunt. Secunda eiusdem querelæ ratio est, quod tria sunt insaturabilia, infernus, os uulue, & ignis, qui nunquam dicit sufficit. Ut sapiens ait. In impio ignis immoderate cupiditatis ardet, nunquam ergo dicit, sufficit. At uerò iustus eo igne non ardet & idem ait, habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Hinc Psaltes. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Audi, quo contentus Elias sit buccella panis, & uase aquæ. Paucis quidem natura contenta est, at uoluntas nullis. Hinc Sapiens, iustus comedit, & replet animam suam, uenter autem impiorum insaturabilis.

Sed uiduæ huius mirabilem misericordiam inspiciamus. Tanta ipsius penuria erat, ut statim se ac filium morituros dicit præ egestate, nihilominus ex pauca farina primum. Elia pa-

Aduen.

Hh 3

nem

Psal. 104.
Psal. 146.

Iob. 39.

Psal. 33.

Psal. 33.

Pror. 30.

1. Tim. 6.

Psal. 36.

Pror. 13.

Aug.
Ambr.
Hiero.

nem conficit cum ignotus homo esset. Placet nimium Deo A
misericordia, & huius viduæ elemosynam Augustinus, Am-
brosius, & Hieronymus valde cōmendant in tractatibus, quos
de viduis scripsere. Et Hieronymus de traditionibus hebrai-
cis ait, viduam hanc matrem fuisse Ionæ Prophetæ.

Deut. 23.

Sicut vero elemosyna Deo placet, ita crudelia hominum
viscera in pauperes displicent, cuiusmodi plurium nobilium,
ac diuitum sunt, qui iumentis necessaria abundanter præ-
bent, & tapetibus parietes induunt, cum pauperes Christi
nudos, ac famelicos videant, Dei verò in hos ira ostenditur
in Deuteronomio, cum Amonitas, & Moabitas à templo ex-
cludit, dicens, Amonites, Moabites etiam post decimam
generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum,
quia noluerunt vobis occurrere cum pane, & aqua in
via, quando egressi estis de Aegypto. Et quia conduxerunt
contra te Balaam. Quibus verbis nobis innuit, in æternum
excludendos à cælesti regno eos, qui egenis non subueniunt.

Amos. 6.

Audi dura verba Amos Prophetæ de hac re. Ve, qui opulenti
estis in Sion, optimates, capita populorum, ingredientes
pompaticè domum Israel, qui separati estis in diem malum.
Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti,
bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti. Et
nihil patiebantur super contritione Ioseph, idest, non com-
passi sunt pauperibus, ac miseris. Huiusmodi multi nunc
sunt, qui laute epulantur, egenis verò tribuunt nihil.

Luc. 16.

Id ipsum diuiti epuloni accidisse Lucas ait, qui ideo sepultus in
inferno est, quòd laute comederet, pretiosis indueretur, &
Lazáro non subuenerit. Quia iudicium sine misericordiæ,
qui non facit misericordiam, vt Iacobus ait. Ne verò pu-
tes soli illi diuiti durum accidisse iudicium. Addit Chris-
tus Dominus, sic erit homini, qui non fuerit in Deum di-
ues. Quidam enim diuites sunt mundo, non Deo, mudi-
do, eiusque vanitati largam proponunt mensam, Deo, & eius
pauperibus nullam. De quibus Esaias ait. Qui ponitis for-
tunæ mensam, & libatis super eam. Simachus vertit, qui po-
nitis fortunæ mensam, & libatis absque me super eam. Qui-
bus

Iaco. 2.

Esai. 65.

Hiero.

A bus verbis, ait Hieronymus, docetur, non Deo, sed dæmo-
ni id fieri. Ita omnino pluribus nunc accidit, qui diuites
sunt in mundum, & eius vanitates, eisque amplam propo-
nunt mensam, cum Deo, & eius pauperibus nihil dent. Vt de
terrere Aaron populum Israel à vitulorum cultu, petijt ab
eis in aures aureas, putauit enim, difficile eis futurum, illas
dare, atque adeo vitulos ab eis hac causa non exigendos. Ita
Augustinus super Genesim, quæstion. 141. Nihilominus ta-
men illa omnia libenter dederunt, cum Deo suo nihil offer-
rent. Quos imitantur, qui luxuriæ, ludo, & vanitati vniuer-
sam substantiam præstant, cum Deo in pauperibus nihil elar-
giantur.

Exo. 32.

Aug.

Sed si ab immiseri cordibus quæras, qua de causa elemo-
synas non præsent, certe dicent, ea perditâ credere, quæ pau-
peribus tribuunt. Hoc autem omnino falsum est. Audi Sapien-
tem. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post
tempora multa inuenies illum. Quæ verba Hieronymus ibi
de elemosyna explicat. Sicut enim qui seminat in terra irri-
gua, non perditum semen credit, sed multiplicandum in messe
expectat, ita qui elemosynam tribuit, non aliud facit quam
seminare, multiplicat ergo panem suum, non amittit, &
post multa tempora in iudicio multiplicatum reperiet. Mi-
sericors ergo multiplicat diuitias suas, sibi que seruat, vt
eis in æternum fruatur in cælo, qua in re melius sibi prouid-
et, quam is, qui eas seruat, qui eas in morte relinquet.

Ecclesi. 11.

Hiero.

C Nam cum interierit, non lumet omnia, neque descendet cum
eo gloria eius, vt Psaltes ait, & ideo de diuitibus huius sæcu-
li dicere solemus in morte, ille reliquit tot numos, tot præ-
dia, vere reliquit, & ab eo mors abstulit, at misericors non re-
linquit, sed secum defert omnia. Et ideo Christus monet.
Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo, &
tinea demolitur, vbi fures effodiunt, & furantur. Thesau-
rizzate autem vobis thesauros in cælo, vbi neque ærugo, neque
tinea demolitur, vbi fures non effodiunt, & furantur. Et
alteri diuiti ait. Omnia, quæcunque habes, vende, & da
pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. O homo, vbi

Psal. 48.

Matth. 6.

Luc. 18.

thesaurizas? Si in terra, an non nosti, furi te thesaurizare? **A**
 Vnus fur est, mors, scilicet, quem effugere non poteris, qui
 te omnibus expoliabit bonis. Sed ais, hæredibus relinquo di-
 uitias; bene, sed tibi quid seruas? An non tu tibi hæres eris?
 An non tibi aliqua seruabis? Audi, quid eleemosyna sit, ait
Eccle. 17. Sapiens. Eleemosyna viri quasi sacculum cum ipso. Quasi
 dicat, secum in sacculo defert vir, quicquid dedit pauperi, pau-
 per sacculus est; quo in cælum diuitiæ feruntur. Noli ergo ò
 homo, perditam putare pecuniam, quam pauperi tribuis,
 imo illa tibi seruata est, illam vero deperditam arbitrare, quam
 mundo, ac eius vanitati dedisti. Si enim aqua rigas fructife-
 ram arborem, non aquam perditam credis, quia vberes expe-
 ctas fructus, illam vero aquam perditam dicere potes, qua ri-
 gas lignum aridum, quod aqua nihil proficit. Ita omnino sub-
 stantia pauperibus erogata amissa nõ est, colliges enim tibi eter-
 num fructum ex ea arbore, colliges non poma, sed regna, cum
Matth. 25. audies. Percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine
 mundi, quia esuriui, & dedistis mihi manducare. Ea autem
 perditæ sunt, quæ mundo tribuisti, ex quibus fructum nullum
 colliges.

Sed dices forsan, negare non possum hunc eleemosynæ
 fructum, sed in longum hic differtur, in alteram, scilicet,
Eccle. 11. vitam, vnde Sapiens dixit, post multa tempora inuenies il-
 lum, si nunc fructum perciperem, libenter seminarem. At
 eleemosynam præstans similis ei est, qui palmam plantat, cu-
 ius fructum non manducat, quia post multos annos fructum
 fert. Sane si Deus fideles essemus, satis nobis esse deberat,
 vt misericordes essemus, quod hoc etiam valde placet, licet nul-
 lus alius fructus colligeretur. Ingratissima Deo eleemosy-
 na est, an non id satis tibi esse debet, vt illam præstes? Sed
 ultra hoc promittitur tibi remuneratio æterna, infinita, ac
 immensa, nec plurimum expectanda, cito enim adit mors.
 Sed si adeo terrenis deditus es, vt fructum velis in præsentem
 sæculo, nec hoc eleemosynæ dediti. Recte Dominus per
Hierem. 2. Hieremiam conqueritur. Nunquid terra ego sum sterilis, aut
 ferotina, quare ergo dixit populus meus, recessimus? Non
 esse

Eccle. 17.

Simile.

Matth. 25.

Eccle. 11.

Hierem. 2.

A esse sterilem, iam ostendimus, sed causabaris, quod ferotina
 esset terra Deus, quia in futurum seruat nobis fructum, sed
 audi, quod ferotina non sit, quia & hic fructum tribuit. Re-
 cte eleemosyna confertur oliuæ, quæ viridis semper est hye-
 me, & æstate, quia eleemosyna non solum in alio sæculo vi-
 ret, & fructum dat, sed etiam in hoc. An non id in vidua ista
 quæ paut Eliam, vides? Parum panis dedit, & hydria farinae
 non defecit. Date, ait Dominus, & dabitur vobis. Audi,
 Sapiens: Honora Dominum de tua substantia, & de pri-
 mitijs omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebun-
 tur horrea tua saturitate, & visio torcularia tua redundabunt.
 Misericordi ergo, non in alio sæculo solum, sed & in hoc
 promittitur misericordia. Recte ergo ad viduam misericor-
 dem diuertit Elias, vt ei misericordiam præstet, quæ enim in
 tanta penuria eleemosynam tribuit, cui dubium esse potest,
 largam eam præstitisse, cum abundauit? Ab eâ ergo misericor-
 diam discamus, vt ad nos Elias diuertat, & Dominus etiam
 Eliæ. Paulus ait. Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim
 placuerunt quidam Angelis hospitio receptis. Sed huic addi
 potest, adeo quosdam Deo placuisse hospitalitate peregrino-
 rum, vt Dominum etiam Angelorum hospitio reciperent,
 vt de Diuo Gregorio, & alijs sanctis memoriæ proditum
 est.

Sed restat, vt qui à vidua misericordiam didicimus, à Naa-
 man aliquid discamus. Erat ille princeps militiæ, & per illum
 dederat Dominus salutem Syriæ. Vel vt ait Augustinus sermo
 207. de tempore, quia multa bella foeliciter confecerat. Vel
 vt ait Lyra ex Rabbi Salomone, quia sagittauerat Achab, & sic
 liberauerat Syriam à tributo, quod reddebat pro confederatio-
 ne cum Benadab, vt dicitur 3. Reg. c. 20.

Audiuit Naaman vocem puellæ dicentis, vtinam fuisset
 Dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria, profecto cu-
 rasset eum à lepra, quam habet. Audiamus & nos leprosi vo-
 cem conscientiæ nostræ dicentis. Vade ad confessarium, pe-
 nitentiam age, vt à lepra liber sis. Captiua puella illa erat, & ca-
 ptiuæ conscientia peccatoris est, quia veritatem Dei in iniusti-

Simile.

*Matth. 6.
Prou. 3.*

Heb. 13.

*4. Reg. 5.
Aug.
Lyra.*

3. Reg. 20.

Rom. 1.

tra detinet, vt Paulus ait, sed clamat, ac vociferatur, ostendit
que prauum hominis statum. Venit Naaman, & consilium
detrectans Elisæi recedebat, sed meliori consilio ductus, obe-
diuit prophetæ, & liberatus est à lepra. Multi profecto lepro-
si nunc sunt, qui curari volunt, sicut Naamã, & ad sacerdotem
veniunt, qui eis remedia præbet, quibus peccatum omnino
superent, & illi cum bene cæperint, in medio cursu consistunt
nec victoriam plenam assequuntur. Qui similes sunt Israeli,
qui processit in bellam contra Regem Moab, & eo deuicto,
ac in ciuitate incluso, cum eum capere debuisset, recedit, &
ab expugnatione cesauit, & relictus est eis hostis sicut prius. In
pugnam cum dæmone descendisti per pœnitentiam, superasti
illum, noli arma spiritualia deponere, donec perfectam asse-
quaris victoriam. Superant aliqui carnem suam, & eam ligant,
sed cito eius vincula tollunt, & iterum regnat, ac præualeat ad-
uersus spiritum. Irascitur Deus in Regem Israel, quia diuicto
Benadab, ac capto, ei pepercit, & ideo ait, erit anima tua pro
anima illius. Si inimicorum victoriam obtinuisti, cur eos
non persequeris vsque ad interuersionem? Recte dixit Cæsar
à Pompeio superatus apud Dirrachium, si Pompeius nosset,
sicut vincere, sic victoriam sequi, perditum essemus omnino,
quia id non fecit Pompeius, postea superatus est. Cum tres
fagittas misisset Ioas aduersus Syriam, stetit, nec plures misit,
iratusque est vir Dei. Elisæus contra eum, & ait. Si percussisses
quinq; aut sexies, aut septies, percussisses Syriam vsque ad
consummationem. Id ipsum nunc dicimus eis, qui viam vir-
tutis ingressi facile ab ea recedunt, & cum inceperint inimi-
cos percutere, eos viuos dereliquerunt, & ab eis postea occisi
sunt. Cura ergo perfectam consequi victoriam, sicut ille, qui
ait. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non
conuertat, donec deficiant. Qui enim superato inimico eum
non iugulat, iterum cum eo pugnet, & forsitan superabitur.
Ideo Saul maledixit virum, qui comederit, donec hostes pe-
nitus deleantur. Noli ergo cito arma deponere, sed cura om-
nino subiugare tibi dæmones, & affectus tuos, vt omnino à te
elimines dæmonem, & de regno tuo dicatur, quod de Salo-

4. Reg. 3.

3. Reg. 20.

4. Reg. 13.

Psal. 17.

1. Reg. 14.

A monis regno dicitur, non erat occursum malus, neque Sathan. 3. Reg. 5.
Fœlix omnino regnum, de quo hoc dici potuit, si enim Sa-
than non est, nec occursum malus erit, fœlix anima, quæ Sa-
thanam à se expulit, nulla enim nocebit aduersitas, si nulla
dominetur iniquitas. Discamus ergo à Naaman obedire pro-
phetæ, & ab eo monita salutis accipere, & illa opere præstare,
vt perfectam salutem consequamur. Interrogauit etiam Na-
man Prophetã de officio in Dñm cum eum sustentaret in tēplo
idoli, quod ei concessit Elisæus, quia Dñm sustentare poterat
intra tēplū idoli, sicut extra illud. Ita ergo tu interroga confes-
sariū de omni dubio, ac periculo vt eius consilio recte ducaris.

B Sed attendenda est Nazarenorum malitia, quo processerit, voluerunt enim his auditis Christum præcipitare, Chry-
sostomus homilia 49. & Beda hic expendunt, non à deo irreue-
renter tractatum Christum ab Herode, & dæmone in simili
causa. Herodes miraculum videre voluit, nec Christus præsti-
tit, nec tamen eum præcipitauit, Dæmon miracula petijt, vt in
panem conuerteret lapides, nec id fecit, non tamen tentauit
Christum præcipitare, sed ei solum præcipitum suavit, Naza-
rei verò, quia miracula eis non exhibebat, eum præcipitare co-
nantur. Quo in facto duo attendenda sunt. Primum, quod
cum veritas adeo potens sit, ac præualeat, vt est apud Esdram
homo sui amantissimus, & cupiditatibus deditus illam auer-
satur, & sustinere nõ potest. Hinc Achab ait. Ego odi Micheam
quia non prophetat mihi bonum, sed malum, id est, non mihi
grata dicit, sed aspera. Hinc Esaias. Qui dicunt videntibus,
nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea, quæ
recta sunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores.
Mirum profecto, quod aiunt, Nolite aspicere nobis, quæ
recta sunt, si enim recta sunt, quomodo ea detrectatis?
Sane quia non placent, quia appetitæ non consonant. De-
his etiam Paulus manifestè ait, quod nostra hac tempesta-
te impletum videmus. Erit tēpus, cum sanam doctrinam non
sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros
prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent,
ad fabulas autem conuertentur. An non manifesta fa-
bula Lutheri hæresis? Sed ad illam conuersi multi sunt,
quia

Chrysof.
Beda.

3. Esd. 3.

3. Reg. 22.

Esa. 30.

1. Tim. 4.

quia appetitui consona docet. An non manifesta fabula erat A
idolorum cultus? Sed ea colebat Israel derelicto Deo vero,
quia Deus frænari appetitus præcipiebat, idola vero non
sic.

Secundum in hoc Nazarenorum facto attendendum est,
velle eos à se Christum abijcere tâquam inutilem prophetam
quia miracula eis vitia non præstat. Quibus illi similes sunt,
quibus Deus sterilis apparet, quia eis continuo bona tempo-
ralia non præstat. Si sciret homo in confessione non solum
peccata remitti, sed corporis salutem præstari, quis non con-
fiteretur? Si sciret cum vita honesta non solum gratiam con-
sequendam, sed diuitias multas, quis eam non amplecteretur,
at nunc quia temporalia emolumenta cum virtute coniuncta B
non apparent, sterilem virtutem esse credimus, & Deum
inutilem, quia multas statim diuitias non tribuit, & ideo eum
à mente sua repellit stultus. Non ergo sterilis Deus est, qui
æterna bona tribuit, & temporalia, quæ nobis conueniunt, si
in ipso fidem habeamus, viduam, ac Naaman imite-
mur, non Nazarenos, qui tanta incredulitate
erant, vt eam Christus mira-
tus sit, & c.

Feria

A Feria Tertia post Domini- cam Tertiam qua- dragesimæ.

*Thema. Si peccauerit in te frater tuus, vade,
& corripe eum inter te & ipsum solum. Si
te audierit, lucratus eris fratrem tuum, & c.
Matth. 18.*



RIA præcipua in hoc Euangelio nobis pro-
ponuntur. Primum, fraterna correctio. Secun-
dum, potestas clauium. Tertium, orationum
nostrarum exauditio, præcipue si à pluribus
fundantur.

De primo ait Dominus. *Si peccauerit in te fra-
ter tuus. Chrysol. Augustinus, & Hieron. in hunc locum sic
intelligunt verba ista. Si contra te peccat frater, si te læserit,
C corripe illum.*

*Chrysol.
Aug.
Hiero.*

Alij autem doctores sic accipiunt. Si peccauerit in te fra-
ter, id est, coram te, te præsentem. Quia non solum teneor corri-
gere eum, qui in me peccat, sed omnem, quem sciam peccare,
cui mea correctio prodesse poterit. Certum quidem est, debe-
re à nobis corrigi proximum, etiam si in alium, & non in nos
peccat. Sed Christus dixit, si peccauerit contra te, vt ex patri-
bus diximus, quia illud manifestius est, & in præceptis manife-
stiora exprimi solent, subintelliguntur autem similia, in qui-
bus eadem est ratio.

Vt autem de correctione fraterna aliquid dicamus sciendū
est, quod tempore Pelagij, qui dixit, solo libero arbitrio ro-
stram constare salutem, fuit error aliorum, qui vsurgerent. Ga-
rybdim incidere in Scylla, dixeruntque, quod cum surgeret à
pec-

Eccle. 7.

peccato sit opus diuinæ gratiæ, superflua erat omnis correctio solamque Deum orandum, vt corrigeret peccatorem. Probabant illud ex eo, considera opera Dei, quia nemo potest corrigere, quem ipse despexerit. Sed est Catholica sententia, correctionem fraternam esse opus vtilissimum, & maximæ misericordiæ. Ista fuit sententia Ethnicorum. Vnde Plato libro decimo de legibus prope finem legem statuit, quod cum quis propter peccata in Deum admissa, vt blasphemiam, fuerit carceri mancipatus, adducantur homines probi, qui illum exhortantes, in modestiam, & sanio rem mentem deducant, Aristoteles etiam 9. Ethicorum capite. 3. ait. Non est facile soluenda amicitia, etiam si alter amicorum peccet, nisi fiat in corrigibilis, sed magis (inquit) in his ferendum est amico auxilium, quam in pecunijs, quanto præstabiliores sunt mores, quam pecuniæ, & amicitia propinquiores. Ex diuina scriptura patet hæc veritas, Sapiens ait. Corripe amicum, corripe proximum, ne forte dicat, non intellexi, aut si intelligit, ne iterum cadat. Et hodie in Euangelio id Christus docet. Et ratio naturalis id manifeste ostendit, quia cum homo sit liber arbitrio, est vertibilis in vtranque partem, vnde corrigi debet. Contra errorem hæreticorum scripsit singulariter Augustinus librum in septimo tomo, cui titulus est, de correctione, & gratia. Et ad argumentum hæreticorum respondet Augustinus, quod licet sine gratia non sit correctio morum, illa tamen præsto est. Nec ergo gratia tollit correctionem, nec correctio negat gratiam.

*August.**Grego.*

Quam vero sit necessaria correctio, ostendit Gregorius 3. parte pastoralis curæ, admonitione 26. dicens. Si indigentibus proximis pecunias, aut frumentum absconderes, piaculum est, quomodo ergo abscondis peccati fratri correctionem? Hinc Sapiens. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus quæ utilitas in vtrisque? Si populus fame periret, & tu frumenta seruares, auctor profecto existeres mortis eorum, quomodo ergo doctrinæ seruabis panem? Hinc Sapiens. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Chirurgus non amputans membrum, quando necesse est, peccatum fraternæ mortis committit, quomodo tu cognoscens vlcera mentium, non ea curas sectione verborum?

*Prover. 11.**Ecclesiast. 20.*

Aborum? Ideo Hieremias ait. Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine, id est, qui prohibet verbum prædicationis à carnalis vitæ interfectione, de quo gladio dicitur. Gladius meus deuorabit carnes. Qui timore id non agit, audiat terribilia, vt timore discat timorem expellere. Audi, quod Matth. 25. Qui talentum noluit exercere, cum sententia illud perditionis amisit. Audi, quod Paulus se dicit à sanguine mundum, quia vitijs corrigendis non pepercit. Confessor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium vestrum, non enim subterfugi, quominus annunciarem omne consilium Dei vobis. Audi, quod voce Angelica Ioannes admonetur, qui audit, dicat, veni. Id est, qui intus vocatur à Deo, alios trahat, ne clausas fores etiam vocatus inueniat, si vocanti vacuus appropinquat. Audi, quod Esaias, qui tacuit, illustratus clamat. Væ mihi, quia tacui. Audi, quod promittit Deus multiplicare datæ ei, qui distribuit, ait enim Sapiens. Anima, quæ benedicit, impinguabitur, & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Et hoc proponit Dauid Deo. Ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti, iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam, & salutare tuum dixi. Et ad sponsam dicitur. Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. Et Moyse illos dicit Dei esse, qui gladios ad vliscendum sumunt. Si quis est Domini iungatur mecum. Ponat vir gladium super femur suum. Ite, & redite de porta vsque ad portam, & occidat vnusquisque fratrem suum. Gladium super femur ponere, est prædicationis studium voluptatibus carnis anteferre. De porta vsque ad portam discurrere, est à vitio in vitium, per quod ad mentem mors ingreditur, increpando discurrere. Nec vlli in hoc parcendum est, nec fratri. Si ergo Dei esse dicit, qui hæc facit, Dei non est, qui negligit. Hucusque Gregorius.

B Sed vt huius correctionis necessitas magis pateat, attendendum est miser hominis status, dum est in peccato. Quem exponit præclare Augustinus in sermone 16. de verbis Domini. Exponens verba Euangelij hodierni. *Lucretus eris fratrem tuum.* Quid est, lucretus est te, nisi quia perieras, si non lucraretur tibi? Nam si non perieras, quomodo te lucretus est? Homo ergo per

*Ierem. 48.**Matth. 25.**Acto. 20.**Apoc. 22.**Esai. 6.**Prover. 11.**Psal. 39.**Cant. 8.**Exod. 32.**Grego.**August.*

per peccatū perit omnino. Vulgo dici solet, hūc hominē perditū fuisse eo, vel eo negotio, quia diuitias amisit. Similiter dici solet, aliū hominem perditū fuisse hoc, vel illo excessu, quia corporis salutem amisit. Sed dicta ista tanquam vulgi vera non sunt, non enim dici debet, hominem perdi, quia salutem aut diuitias amisit. Sed cum solum perditum nuncupare potes, qui peccatum admisit, ille vere, & absolute se perdidit. Qui enim diuitias, aut salutem amisit, non se amisit, sed illa, quæ diximus. Qui autem peccat, seipsum perdit, & amittit, non sua tantum, sed & seipsum. Hinc propheta ait. Grex perditus factus est populus meus. Et pater ait. Frater tuus minor perierat, & inuentus est, & nunc Christus ait. Lucretus eris frater tuum. Perierat ergo.

Sed vt hoc manifestum fiat, notandum est. Peccatum à san-
ctis, & à philosophis etiam dictum fuisse ægritudinem mentis. Sicut contra virtus est bona consistentia, & salus animi. Hinc
Psal. 102. Pfalteres. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam. Et Sapiens de auaritia loquens, ait. Est alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole, diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui, pereunt enim in afflictione pessima. Et ideo de malis pastoribus Ezechiel ait, quod infirmum fuit, non consolidastis, quod ægrotum, non sanastis, quod confractum est, non alligastis. Et ratio huius metaphoræ est, quia sicut in corpore debita dispositio, & conueniens secundum naturam dicitur sanitas. Aegritudo vero est dispositio contraria, & disconueniens naturæ, ita cum virtus sit secundum rationem, & naturam hominis, peccatum vero sit contra eius naturam, virtus appellatur sanitas, & peccatum ægritudo. Ostendit hæc Diuus Thomas 1. 2. q. 71. articulo. 2. Vitium rei dicitur ex eo, quod non est disposita secundum naturam, vnde & de hoc vnaquæque res vituperatur. A vitio autem nomen vituperationis acceptum est, vt dicit Augustinus 6. de libero arbitrio. Natura autem cuiusque rei potissimum est forma, secundum quam speciem sortitur. Homo vero in specie constituitur per animam rationalem, & ideo id, quod est contra ordinem rationis, proprie est contra naturam hominis in quantum homo, quod secundum rationem est, secundum

Adum rationem esse, malum hominis est, præter rationem esse, vt Dionysius dicit 4. cap. de diuinis nominibus. Ideo virtus est secundum naturam hominis, vitium contra. Hæc Thomas. Ex quibus sequitur summum hominis malum, quod eum destruit, ac perdit, esse peccatum, etiam lumine naturali id ostendente. In alijs enim malis non priuatur homo bono rationis nisi in peccato, omne autem aliud bonum minus est bono rationis. Et per alia mala non malè habet homo in quantum homo, sed in quantum animal, per peccatum autem malè habet homo in quantum homo. Et ideo etiam lumine naturæ fugiendum est peccatum super omnia mala, tanquam maximum hominis malum. Sed si lumine naturæ hoc agnoscimus, cum fidei lumen ostendat alia peccati mala grauissima, quo pacto fieri potest, vt fidelis adeo facilè peccata admittat, vt vitet alia mala minima? Si apponis manum icui, ne ledatur caput, quomodo non apponis corpus, ne ledatur anima? Cui occurreret Esau Iacob, & cum timeret Iacob, posuit vtranque ancillam, & liberos earum in principio, Liam autem, & filios eius in secundo loco, Rachel autem, & Ioseph nouissimo loco. Verè anima Rachel est, quæ vltimo, ac tutiori loco statui debet. Quid ad hæc illi dicent, qui ne paruam pecuniam amittant, animæ iacturam faciunt?

Sed his, quæ diximus, plura addit fides. Ex quibus illud præcipuum est, quod peccatum Deus summè odit, ac execratur, tanquam sibi maximè aduersum, quia ipsius offensa est. Et ideo infinito odio illud prosequitur. Sicut manifestè ostendit, quando tanto odio sunt Deo impius, & impietas eius, vt creaturas à se maximè dilectas in æternum puniat propter peccatum. Sed illud odium præcipuè ostendit, cum vt peccatum deleret, pater filium morti tradidit, & filius libenter sanguinem, & vitam fudit, vt peccati regnum euerteret, illud quæ interimeret. Summum illud in hostem odium esset, quo fieret, vt vellet homo eum occidere se primum transuerberando, quia hostis post tergum est. Vetus homo noster crucifixus est cum Christo, & Christus crucifigi voluit, vt eum secum crucifigeret.

Peccatum ergo offensa Dei est, & summum hominis malum,

Aduent.

Ii

malum,

Dionys.

Gen. 33.

malum, quo omnino homo perditur. Perdit enim animam A suam, amittit diuinam gratiam, qua participat naturam diuinam. Amittit dona Spiritus sancti, virtutes, bona opera, ius in cælum, diuina protectio, lætitia conscientia, deletur homo de libro vitæ, efficitur seruus dæmonis, & peccati cubileque draconum. Relinquitur homo miserimus, verè perditus. Quoniam animam omnino perdit. Quod si illam conuenienti daret pretio, non adeo mirum esset. Sed pro nihilo rem pretiosissimam amittit, cum viderit, quanta Deus pro anima dederit. *Aug.* Augustinus ait. Postquam vidi, quanti me Deus fecerit, & quo in pretio me habuerit, nunquam amplius vili pretio me tradidi. Sed quodnam est animæ pretium? Certè Deus, non absolutè, Deus enim maior est anima, sed æstimatione. Sicut lapis pretiosus, & similia æstimari solent maxima æstimatione, & illud dicitur pretium earum rerum, licet non tantum in se ipsis valorem habeant.

Ex quibus duo colliguntur. Primum, quod homo peccator hæc attendens, deberet se ipsum corrigere, nec expectare corrigentem, vt à peccato exiret. Si enim nullo id exigente, cum se videt homo in aliquo malo, ab eo emergere curat, cur non cum in peccato est, emergere curabit? Ablati sunt capilli de capite Sampsonis, & relictus est infirmus in manibus hostium, sed crescentibus capillis, eos occidit. Abstulit dæmon ab homine capillos, cum cogitationes bonas, ac considerationem eorum, quæ diximus, abstulit, & ablata hac cogitatione omnis fortitudo animi abcessit. Si eam recuperare vis, cogita ea, quæ diximus, ac recogita, & tunc fortitudinem pristinam recipies vt ab inimicis libereris. Secundum, quod ex dictis colligitur est, ad charitatem pertinere, vt proximum corrigamus, & eum à peccato liberemus. Si enim charitas alia proximorum mala leuare curat, cur non maximum malum peccati tollere debet? Augustinus ait, perditus erat homo in peccato, quia lucrari dicitur cum ab eo reuocatur, cura ergo hominem perditum in mentem reducere. Verum Chrysostomus, & Hieronymus etiam aliquid amplius ex eo verbo lucratus eris fratrem tuum, colligunt, nimirum fratris salutem à nobis quer-

Arēdam tanquam proprium bonum, & illius perditionem velut proprium damnum esse habendam. Si enim fratrem penitentem lucrari dicimur, ergo & peccantem perdidimus. Hinc ergo ostenditur, quanta debeat inter Christianos esse animorum communio, cum alterius damna, & bona nostra putare debeamus. Si ergo errantem in viam reuocas, si ægrotum curas, si pauperi elemosynam tribuis, si mœstum consolaris, si denique amicum mones, vt relinquat negotiationem, in qua nostri diuitias vniuersas perdendas. Multo magis peccatorem corripere debes, vt à peccato recedat, quia hæc omnia ei prestitisti si id egeris, infirmum enim curasti, imo mortuum ad vitam reuocasti, errantem in viam reduxisti, pauperi, ac misero subuenisti. Denique vt Iacobus ait. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuertere fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Et Iudas in sua canonica, de correctione peccatorum agens, ait, illos saluate de igne rapientes. Aptissima certe similitudine ostendit, qua animi contentione, qua festinatione curandum à nobis est, vt peccatorem à peccato liberemus. Sicut enim cum puer in ignem incidit, nulla facta mora curris, vt eum eripias, ne pereat, ita qui in peccatum lapsus est, in ignem decidit, iam ignis inferni cœpit eum deuorare, vnum in inferno pedem posuit, accede ergo cito, vt eum salues.

Qui autem peccatorem correxerit, multa simul bona peraget. Primum enim, rem Deo gratissimam exhibet. Cum enim ille descenderit de cælo, vt ouem errantem quæreret, ad caulamque reduceret, qui ei in hoc opere famulatur, gratissimum opus perficit. Tanti ille duxit animam, vt sanguinem pro ea fuderit, & vita data emerit, qui ergo ei obtulerit hanc margaritam, quam in tanto habuit pretio, an non gratissimum munus offeret? Quod si liberalissimo regi margaritam dono des, cuius pretium sit ciuitas magna, quid non ab eo recepturum te speras? Quid ergo non recipies à Deo, cum ei animam obtuleris, cuius pretium vt superius

Ita dicitur

Aug.

Iud. 17.

Chryso.

Aug.

Hierony.

Iaco. 5.

Iud.

dixi, non ciuitas, sed Deus est; Deinde peccatori maximum bonum confers, efficeris enim quodammodo saluator illius, eripies eum de potestate tenebrarum. Quod si liberatoribus urbium ac regnorū tātus est honos delatus, & tot eis exhibitæ sunt gratiarū actiones, vt in Iudith, Dauid & similibus patet. Quas obsecro gratias tibi anima referet in æternum in cælis, cum tua admonitione factum viderit, vt à morte æterna liberaretur.

Correctio autē ista debet fieri in spiritu lenitatis, quia à charitate, ac misericordia procedere debet. Vnde Isidorus libro 3. de summo bono ait. Qui delinquentem superbo, vel odio suo animo corripit, non emendat, sed percutit, quicquid enim proteruus, vel indignans animus protulerit, obiurgantis furor est, non dilectio corrigentis. Hac de causa ait Ieremias. Virgam vigilantem ego video. Sed vt quid virga vigilans, & oculos habens. Certè ne ictum cæci percutiat, quod vulgo dicitur, dar palo de ciego. Iratus est Deus in Moysen, & adeo iratus, vt propter illud peccatum noluerit, eum intrare in terram promissam. Sed quid Moyses fecit? Certè dixit illi Dominus. Loquimini ad petram, & illa dabit vobis aquas. Solum præcepit Deus, vt loqueretur ad petram, ille vero dubitans percussit bis petram virga, quod verbis agendum fuit, virgæ percussione efficit, & ideo iratus ei Deus est, sic enim aliqui doctores peccatum illud Moyfi explicant. Similes autem Moyfi illi sunt, qui quod verbis agere possent, virga, & percussione faciunt. Charitate ergo, ac misericordia ducti corrigere nos oportet. Sed & is, qui corrigitur, eadem charitate suscipere debet correctionem. Sic Psaltes. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris, non impiquet caput meum. Et Sapiens. Melior est manifesta correctio quam amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentiæ, quam fraudulenta oscula odientis. Quibus verbis duo docemur. Primum, quod amici est, amicum corrigere, melius enim est amicum corrigere, quam amor absconditus. Nec enim amicus est, qui dissimulat amici culpam, nec qui eis fauet. Multa certè peccata vitarentur, si pul-

Isido.

Iere. i.

Num. 20.

Psal. 140.

Pro. 27.

lus esset, qui ea fulciret, qui excusaret, qui approbaret. At amici nunc ista faciunt, peccata excusant, approbant, ac fulciunt. Diues commotus confirmatur ab amicis, ait Sapiens. Locutus est superbè, & iustificauerunt illum. Et cum corrigere debuerint, iustificant eum. Aliquando peccata excusant, quæ fulcire nequeunt. Si inhonestus est amicus, dicunt, non mirum, iuuenis est. Si ludo diuitias, ac tempus consumit, aiunt, non mirum, ne alia deteriora faciat, ludendum est. Si inimicum irascitur, aiunt, id viri fortis animam decere. Si debitis oneratur, dicunt, nobilium id esse. Si vanè, ac superfluè se induit, aiunt, decere ornari eos, qui præcipui in republica sunt. Ecce fraudulenta oscula eorum, qui se amicos fingunt, cum non sint. Secundum, quod Sapiens docet superioribus verbis est, eum, qui corripitur, debere potius diligere corripientem se, quam adulantem, ille enim eum verè diligit, qui bonum animæ ipsius quærit. Cum quidam in Platonis amicū admittus ab eo interrogaret, qua in re ei magis placere possit. Respondit. Si admonueris me eorum, quæ male gesserò, & de Alexandro fertur, quod ministrum à domo expulit, quia cū duodecim annis ei ministrauerit, nullius rei eum admonuerit. Cum autem correctio ordinetur in correcti bonum, & emendatione, corrigi fraternaliter nullus debet, cum spes huius nō est. Cum autem hæc spes est, debemus corrigere, quia vt Sapiens ait. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo, Chrysostomus homilia 1. ad populum Antiochenum multa de hac re, & ad hoc expendit illud Exodi. Si videris a finem proximi tui iacentem sub onere, non pertransibis, sed subleuabis eum illo. Quanto potius tenetur homo hominē erigere, qui cecidit. Et si in temporalibus subuenire tenemur, potius in spiritualibus. Sed pastores, prælati, iudices strictius ad hoc tenentur. Vnde Gregorius in c. quamuis de regulis iuris ait. Nō potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedat, & pastor nesciat. Et ideo tenetur prælatus etiam inquirere, quia speculator domus Domini est, vt ait Augustinus 1. de ciuitate c. 9. Vbi adducit illud Ezechielis, speculatorem dedit te.

De secundo, quod initio diximus tradi in hoc Evangelio, confessione, scilicet, ait dominus. *Quæcumque solueris in terra*

Eccle. 13.

Eccle. 7.
Chryso.

Exod. 23.

Grego.

August.

raerunt soluta & in celo. Cum peccatum ad eod graue piaculum sit, vt diximus, nec plura peccata corrigi possint ab hominibus, quia occulta sunt, voluit in confessione omnia manifestari, vt de eis homo admoneretur. Quia verò tremendum esset ad Dei thronum accederet maximis sceleribus inquinatum hominē, ideo pater filio suo homini pro nobis facto hęc delegauit causam, & omne iudicium dedit filio, vt ad eum fiducia accedamus, qui caro est de carne nostra, & os ossibus. Sed quia homo iste simul Deus est, ac fons puritatis, & eius conspectum erubescere possemus, aliam adiecit misericordiam, dum iudices huius causę sacerdotes fecit, qui similes sunt alijs hominibus, & ipsi peccatores, qui admirari non possent aliorum peccata, cum ipsi similia perpetrauerint. Et ideo Petro clauas commisit, qui eum negauit, vt cum ad eum accederet, qui Christū negasset, eique confiteretur, diceret intra se, & ego negauit illum. Ita enim sacerdotibus accidit, cum homo eis confitetur, dicunt enim intra se, & ego similia perpetravi.

Sed cura, optimus tibi confessarius sit, qui virtute, ac doctrina polleat. Qui enim sibi nequam est, cui bonus erit? Qui animam suā negligit, quo pacto curabit tuam? Quomodo Medea filios comendabis tuos, cum scias ipsam proprios filios discerpisse, ac comedis? Hinc Sapiens. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subicias te omni homini pro peccato. Quo loco Gręca habent, vt adnotat Iansenius, ne subicias te homini stulto, ei enim, qui nouit adhibere remedium, peccatum confiteri oportet. Hinc Origenes in Psalm. 37. ait sicut hi qui habent intus inclusam escam indigestam, aut venenum stomacho grauitur imminentem, si vomuerint, releuantur, ita illi, qui peccauerunt, si occultant, & retinent intra se peccatum, in trinfecus vrgentur, & quodammodo suffocantur ab humore peccati, si autem se accusantes confiteantur, euomunt delicta. Tantummodo circumspecte diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuum, cui debeas causam languoris exponere, vt ita deum, si quid ille dixerit, siue quid consilij dederit, facias, & sequaris. Aliqua sunt homini pretiosa, ad quę optimum querit consiliarium. Hęc autem sunt, honor, vita (substantia), an cum

his

A non etiam animam adnumerabis? Si ergo lis tibi est super omni substantia, aut nobilitate, quem aduocatum eligis, nõne petitissimum? Ita sanē, quoniā illa magna tibi videntur. Sic etiam si grauissima ægritudine vrgeris, an non peritissimum medicum aduocas, licet diuitias multas infumas, licet aliunde eū euocari oporteat? Cur ergo ad animę tuę medelam non optimum confessarium vocabis? (An pluris ducis salutem corporis quam mentis; Inter Dei grauissimas minas illa est, quam Esaias proponit. Auferam consiliarium de medio eius. Vbi litera alia habet, optimum consiliarium. Recte Ambrosius. Ad turbidū fontem accedis, vt aquam haurias? Pręcipue vero necessarius est optimus confessarius, quia plurima deesse solent peccantibus, quę bonus confessarius attendens adimplet, ac supplet. Teneris omnia peccata confiteri, cordis, ac operis, teneris debitum examen præmittere, teneris dolere de Dei offensa, firmiter proponere correctionē vitę, teneris vitam inchoare nouam, Plurima horum deficere solent sine quibus aliquando informis, aliquando nulla efficitur confessio. Si optimum habes confessariū, omnia circumspectet, sin minus non curaberis. Nunc vero si hic confessarius peritus non te absoluit, aliū quęris, qui id præstet. Quia enim mali cōfessarij aliqui sunt, ab alijs dissentiunt. Animalia illa Ezechielis licet in se diuersa, sed eadem tenebant viam: vbi erat impetus spiritus, illuc gradientur. Ita confessarij agere debent. Plures vero sacerdotes constituit Deus, vt facile remedium peccati inuenias. Impleturque illud Psalmi. Benedices coronę apni benignitatis tuę, & campi tui replebuntur vbertate. Non ibi tibi promittit frumenti, aut vini copiam, sed gratię, quam per sacramenta tribuit, & ideo plures ministros adhibet, quia eorum, quę maximē necessaria erant, plura dedit, vt aeris, aquę, & terrę: Quia ergo plures peccatores erant, plures dedit confessarios, sed tu tibi optimum elige. Consiliarius sit tibi vnus de mille. Et coram eo effunde sicut aquam cor tuum, non sicut oleum de quo aliquid manet, vasi adhærens, sed sicut aqua, quę omnino effunditur, cuius nec odor, nec sapor manet in vase, ita relinquenda tibi peccata sunt, &c.

II

Feria

Eccles. 4.

Iansenius.

Orig.

Esa. 38.

Ambros.

Eze. 1.

Psalm. 64.

Eccles. 6.

Feria Quarta post Domini- cam Tertiam qua dragesime.

*Thema. Populus hic labijs me honorat,
cor autem eorum longe est à me.
Mat. 15. Esa. 29.*



Maxima est inter Deum, ac dæmonem conten-
tio super possessione hominis, quisq; enim sibi
illum vendicare curat, & diuersis admodu vsq;
procedunt. Sed in hoc vno conueniunt, quod
quisque cor hominis vsurpare desiderat, & ni-
hil se habere putat, donec illud acquirat, & ex-

pugnet. Et quod Deus eò sagittas suas dirigat, manifeste ostē-
dit. Psaltes, cum ait. Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent)
in corda inimicorum regis, id est sagittas suas acutas in cor
culatur inimicorum, vt eos expugnet, ac ad se trahat. Et hoc
est, quod Deus ab homine petit. Vnde ait, fili præbe mihi cor
tuum. Similiratione dæmon in cor hominis sagittas diri-
git. Hinc Ioannes ait. Cum iam diabolus misisset in cor, vt tra-
deret eum Iudas. Nouit dæmon, nihil se habere in homine,
cor non possideat. Sicut enim febris non est, donec noxius vi-
mor cor occupet, & venenum non occidit hominem, donec
illius cor tangat. Ita nulla tētatio, aut suggestio dæmonis homi-
nem lædit, nisi cor expugnet. Ideo licet Paulus, & alij ex lan-
ctis foetidissimas tentationes passi fuerint, læsi non sunt, nec
conquinati, quia cor eorum liberum fuit. Si ergo tu grauilli-
mas, ac turpissimas tentationes pateris, nihil mali tibi est, si
cordi tuo non placent. Quia illa sola conquinant hominem,
quæ à corde procedunt. Occupauerunt alienigenæ arcē Sion,
vt sacra refert historia, & deinde vadabant Ierusalem. Ita cum

dæmon

Adæmon cor occupat, vniuersum hominem inficit, ac per-
dit. Ideo Sapiens monet. Omni custodia seruà cor tuum, quia
ab ipso vita procedit. Præclare ait, omni custodia, omni cura,
omni adhibita diligentia.

Sic etiã Deus, cum cor hominis non habet, nihil hominis se
habere dicit, licet homo vniuersa sua ei tradiderit. Hinc in. Cã-
ticis ait. Si dederit homo omnem substantiam domus suę pro
dilectione, quasi nihilum despiciet eam. Et ideo in primo man-
dato ait. Diliges Dñm Deum tuum in toto corde tuo. Et hoc
est, quod ille postulabat, cum primogenitum sibi offerri pete-
bat. Et ideo nunc ait, populus hic labijs me honorat, cor autem
eorum longe est à me, & ideo nihil præstat, cum labia tribuit,
& cum reliqua omnia dederit, nisi enim cor det, nihil se dedisse
putat. Si verò cor dedisti, quicquid aliud dederis, multum est,
licet duo sint æra minuta.

Sed ais, Ego cor Deo tradidi, quo pacto omni custodia nūc
illud seruabo, ne dæmon illud occupet. Deus quidem custo-
diam adhibet, tum suam, tum Angelorum, quia cor iusti lectu-
lus est. Salomonis, de quo scriptum est. In lectulum Salomo-
nis sexaginta fortes ambulant ex fortissimis Israel. Et vt hanc eu-
stodiam Dominus significaret, præcepit in medio castrorum
tabernaculum suum esse. Nihilominus homini curandum est,
cor seruare suum, ne illud occupet dæmon. Sed quomodo, ais
illud seruabo? Certe si primum dæmonis incursum, ictumque
declinaueris. Quatuor illius ictus sunt, suggestio, delectatio,
consensus, opus. Primus est suggestio, & ea est colloquium il-
lud dæmonis, quod cum anima miscet, sicut cū Eva, inde pro-
cedit delectatio, consensus ac opus. Primum ergo impetum
inimici repelle, ille, minimus est, repelli facile potest. Sume
Pharaonis consiliū, qui inimicos occidere volens, paruulos ne-
cabat, & quia vnus euasit Moyses, perditus est. Hinc Psaltes.
Beatus qui tenebit, & allidet paruulos eius, (Babylon, scilicet)
ad petram. Cum paruum foramen in nauis est, illud refi-
ce, ne aqua obrutus pereas. Capite nobis vulpes paruulas, quæ
desolantur vitæ. Hinc præclare Sapiens, Quasi à latro co-
hiberi fugge peccatum. Sed parum dixisse videtur sapientis, col-
ber enim parum, aut nihil veneni habet, & à multis manibus ten-
neri

Psal. 44.

Prout. 23.

104. 12.

1. Mac. 6. 3.

& 4.

Prout. 4.

Cant. 8.

Mat. 22.

Exo. 13.

1. 2. 3.

Numer. 13.

Psal. 136.

de. 13.

Cant. 2.

Eccles. 11.

neri solet, an non melius diceret, quasi à facie reguli, aut vi-
 peræ fuge peccatum? Sanè plus dixit, cum ait, quasi à facie
 colubri vt id intelligas, audi Esaiam dicentem. Ne lateris
 Philistæa omnis tu, quoniã cõminuta est virga percussoris tui,
 de radice enim colubri egredietur regulus, & semẽ eius absor-
 bẽs volucrẽ. Quæ verba Propheta dixit propter regẽ, qui post
 Achab surrexit, qui maiora intulit damna. Sed ad spiritum ver-
 ba ista translata significant, fugiendum nobis esse à cogitatio-
 ne praua, quæ instar colubri est, nec venenum habere videtur,
 quia inde procedit regulus peccati. Cum ergo ait, quasi à facie
 colubri fuge peccatum, perinde est, ac si dicat, non solũ pec-
 catum fuge consummatum, verum & initia illius, cogitationẽ
 aspectum, & similia, ex quibus procedere solet. Attende astu-
 tiam dæmonis, quam tu in bonum imiteris. Ille enim, vt ho-
 na vniuersa ab anima auferat, etiam semen illorum auferre co-
 nat, verbũ, scilicet, Dei, sic enim Dominus ait. Deinde ve-
 nit diabolus, & tollit verbũ de corde eorum, ne credentes sal-
 ui fiant. Ita ergo tu semẽ dæmonis tolle de corde tuo, cogita-
 tio enim mala semẽ est peccati, si hæc abstuleris, nihil mali in te
 orietur, quia semẽ abstulisti, vnde malũ omne pullulat. Hinc
 Paulus. Nolite locũ dare diabolo, hoc verò fit, cum eius sug-
 gestionĩ resistis. Initio diabolus ciniphis est, sed deinde in giga-
 tẽ muratur, principijs obsta, tũc enim ciniphẽ facillẽ superabis.
 Si verò incuriosẽ agas, & cogitatio increuerit, & delectationẽ
 pepererit, difficillẽ superatur. Aut ergo resistendũ tibi peccato
 est, aut non, si resistẽdum, initio id prestabis facillimẽ, si nõ,
 quid miserius, quã te præcipitẽ in infernũ dare? Ad petra autẽ
 paruuli Babylonis allidendi sunt, quia vt Augustinus de se me-
 moriæ prodidit. Cum praua cogitatio cor ipsius pulsaret, ac-
 cedebat ad Christum crucifixum, & inde fugiebat omnis dæ-
 monis vis, Christus ergo petra est, qua inimici caput alliditur,
 qua vt muro cingitur cor, imo verò etiam vt antemurali, quia
 saluator ponetur in eamurus, & ante murale, vt cor Deo sit
 subditum, nec illud demon expugnet.
 Sed audiamus iam Christum, omnibus vijs curantem cor
 hõminis mundare, ac expugnare. Accedunt Pharisei accusan-
 tes discipulos, quod traditiones dæmoniorum acceptas non te-
 nent,

A uent, cum ipsi legem Dei transgredirentur, vt traditiones ser-
 uarent. Inter legem, & Euangelium multa sunt diuersa, sed
 hoc vnum nunc expendendum est, quod lex plurima exteriora
 præcipiebat, innumeras ceremonias, & sacrificia, nec tanta
 de cordis puritate dixerat. At Euangelium pauca admodum
 exteriora, & multa de cordis munditia, præcepit. Et merito,
 quia cor radix est omnium operum nostrorum, & fons, cor
 enim est, quod mouet pedes, vt ambulent, oculos, vt vi-
 deant, manus, vt operentur, & ideo si radix sancta, & rami
 sancti erunt, si fons purus, & riuus puri erunt. Inuenit Chri-
 stus in hominum cordibus peruersa femina, radicesque prauas,
 traditiones, scilicet, humanas contrarias diuinis. Ideo
 nunc ait. *Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus era-
 dicabitur.* Quæ verba Hilarius, & Chrysostomus, de his tra-
 ditionibus interpretantur. Hortulanus cordis pater meus
 est, & quas ille non plantauit, ego eradicaturus sum plantas.
 Sic enim mihi dictum est. Ego constitui te super gentes, &
 regna, vt euellas, & dilspes, ædifices, & plantes, eradi-
 cauerant Pharisei Dei plantas, dum præcepta Dei violari
 docebant, plantauerant verò noxias, dum suas traditiones
 induxerant. Nunc Christus has eradicare, illas plantare con-
 tendit. Sed ais, qui sunt hi errores, quos in cordibus
 nostris mundus plantat contrarios Dei legi? Certè lex Dei
 præponit paupertatem diuitijs, lachrimas risui, tribulationem
 gaudio. At si corda hominum inspicias videbis in-
 eis plantatam æstimationem honoris, diuitiarum, vitæque
 doliçipæ. Et cum ex corde præcedant cogitationes, & ope-
 ra, hinc provenit, vt illa cogitemus, ac magno studio quaræ-
 mus. Hinc Michæas ait. Vx, qui cogitatis inutile, & ope-
 ramini malum in cubilibus vestris. Et Ieremias, enuncratis
 supplicijs, ait. Cogitationes tuæ fecerunt hoc tibi, Lau-
 ua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias. Vique quo-
 morabuntur in te cogitationes noxiæ. Audi diuersa admo-
 dum, quæ dicunt propheta, & scribae ac Pharisei. Hi di-
 cunt, lauandas manus, ille dicit lau cor tuum à malitia.
 Sed vnde procedunt cogitationes istæ noxiæ? Istæ à corde
 in quo sola rerum æstimatio, infans, stagni animi ducunt
 diuitias

Hilar.
Chryf.

Iere. 1.

Mich. 2.
Iere. 4.

diuitias, honores, voluptates, & ideo illa cogitant, illa loquuntur. Et quia in nullo pretio virtus habetur, ideo de ea nec cogitant, nec loquuntur. Et hinc fit, vt inter fideles sit conuersatio ethiocratica, in his enim homo afficitur, quæ videt laudari, ac plurimum duci. Hinc Cato aiebat. Nobiles, ac senes Romanos in culpa esse, quod iuuenes vitijs essent dediti, quia in mutuis colloquijs de diuitijs agunt, de voluptate, pretiosis vestibus, alijsque vanis, nihil vero de continentia, iustitiaque seruanda, & inde procedit vt iuuenum corda his afficiantur, quæ audiunt. Id ipsum hunc accidit, ex quo enim puer nascitur, nihil audit nisi vanas hominum traditiones, ac æstimationes falsas, & ideo ea diligit, quæ etiamquam magna proponuntur. Et sic fit, quod nunc Christus ait. *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras.* Manifestè irritum fit Dei mandatum, cum ille ait. si quis te percusserit in vnâ maxillam, præbe ei & alteram, homo vero à pueritia discit vindictam inimici, audietque, forstem eum esse virtum, qui vindictam exercet. Sic etiam irrita facta est lex humilitatis, qua dicitur, sede in nouissimo loco, quoniam plura audit à puero, quæ ad ambitionem spectant. Sic irrita facta est paupertatis lex, quia diuitias magnam quid esse audiunt homines. Et sic in reliquis.

Cato.

Luc. 6.

Luc. 14.

Ezech. 8.

Hanc iniquitatem describit mire Ezechiel, enumeratis pluribus abominationibus, ait. Videbis abominationes maiores. Ecce in ostio templi Domini inter vestibulum, & altare quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad orientem, & adorabatur ad ortum solis, replentes terram iniquitate, & ecce applicauerunt ad naves suas. Vltima actum in omnia abominationum hanc esse dicit, quod homines post tergum templo relicto, manibus suis ramum florum tenentes, ac odore illius fruentes, illum laudabant, vt hoc exemplo docerent homines, à templo Dei discedere, & ad hortos, ac prata ire, vsque flores colligerent. Et sic repletam dicit terram iniquitate hoc prauo exemplo. Videbis hunc hominem, qui cælestia bona non laudat, sed suas facit diuitias, vel aliter magnificat opes, illum vero laudantem vanos vestimentorum cultus. Illi equos, ac phaleras, quisque ramum florum tenet. Et hoc factum repletum terram iniquitate, quia in istis traditionibus

A traditio hæc humana in cordibus hominum, & peccatum turpe non reputatur, sed aliquando honore dignum, & hinc fit, vt homines absque rubore perpetrent mala, iurent, lasciuant, vim dictam exerceant, & quæ mundi sunt, sectentur. Hinc Ieremias. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt, quoniam in confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt, idcirco cadent inter corruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus. Quia enim Deus nos à vitijs retrahere voluit frenum verècundie imposuit, ne in ea ruamus, vt calcaria ad virtutes præberet, honorem virtuti adiunxit. Peruersi vero contra faciunt, quoniam frenum virtuti apponunt, calcaria autem vitijs adhibent, dum homines à virtute auocant conuitijs, vt verecundia afficiantur bonum operantes, vitijs autem honorem adiungunt, quo homines in illa incitentur. De quo erroris freno, quod virtuti indignè apponitur, loquitur Deus per Esa. Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, & frenum erroris, quod erat in maxillis populorum. In iudicio enim impios in nihilum perdet, dum eos tantis cruciabit tormentis, vt melius esset illis, si nati non fuissent. Perdet etiam tunc frenum erroris, quod apposerat impij in maxillis populorum, quoniam omnes mundi traditiones vanas damnabit ostendens eas falsas, ac erroneas esse, & ideo frenum erroris perdere dicitur, tunc enim adeo manifesti erunt impiorum errores, vt & ipsi impij illos fateantur, dicentes, ergo errauimus. Ea autem calcaria vitijs adhibentur, vt non solum in malefactis homo gloriatur, verum & falsa aduersum se testimonia dicat, quod hæc, & illa peccata admiserit, quæ nunquam fecit, vt sibi inde honorem conciliet. Nec solum peccata suauit Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt, sed & quæ non fecerunt, prædicant.

Ierem. 9.

Esa. 30.

Sap. 5.

B
C
Sed unde obsecro tot mala in Dei Ecclesia? Dñe, nonne bonum semen seminasti, unde ergo habet zizania? Certe inimicus homo hoc fecit, diabolus, scilicet homo peruersus, qui traditiones huiusmodi aduersus legem Dei seminat in filiorum, & amicorum cordibus, quas illi memoria retinent, & quibus vtuntur, ac ducuntur. De qua re præclare Psaltes ait. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis in insipientibus, & similis factus est illis, hæc via illorum scandalum ipsis, & postea

Matt. 13.

Psal. 48.

postea in ore suo complacebunt. Cum ait, homo in honore est, in nobili conditione ac excellēti rationis, ac imaginis Dei statu, non intellexit, suam, scilicet nobilitatem, qua bruta excedebat. Hebræa habent, non permanet, non pernoctat, in illa, scilicet nobilitate rationis, ac gratiæ, vel per noctem vnam. Quibus verbis Rabbi Ahiu in Talmud allusum putat ad Adamum, qui per integram diē non fuit in paradiso, sed vltima diei hora ab illo eiectus in exilio pernoctauit. Addit autem Psaltes, hæc via illorum scandalum ipsis, postea in ore suo complacebunt. Idest (vt explicat Genebrardus in Psalmos) hæc viuendi ratio ipsis est scandalum, peccatum, error, attamen posterius eorum illud laudant, in ipsorum verbis & dictis sibi placet, eorum sermonibus & dictionibus desectantur, nec propter scandala, & errores vitæ, & consuetudinis ipsorum, eos imitari desinunt. Scandalum etiam pro ruina, ac perditione sumi potest, quasi dicat, iste viuendi modus illos perdet in vitæ exitu, illis erit causa exitij. Posterius tamen illos laudabunt. Id significat illud postea, idest, qui sunt postea, eorum posterius. Cum ergo ait, hæc via illorum scandalum ipsis, postea in ore suo complacebunt, significat. Hæc vitæ ratio illos perdet, & in infernum ducet. Sed eorum posterius, ac imitatores complacebunt sibi in dictis eorum, in eorum traditionibus, ac legibus, licet diuine legi contrarijs, vnde procedit, vt maiores, ac minores, parentes, ac filij in inferno ponantur sicut oues gregatim, vt qui socij fuerunt culpe, sint & supplicij, & ideo addit, Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.

Pharisæi ergo manus lauabant, nõ cor, cũ tamē prius cor lauare deberent. Hinc ad eos Dñs, Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis, vt fiat id, quod de foris est mundum. Lauare manus in scriptura significat excusare se se, immunem se ostendere à delicto. Sic accepit Pilatus aquam, & manus abluit, dicens, innocens ego sum à sanguine iusti huius. Pharisæi ergo manus lauabant, idest, cũ opera praua faciunt, ea excusant, male interpretantes Dei legem, vt se immunes à delicto ostendant. Hunc Pharisæorum morem plures nunc imitantur, qui falsis hominum traditionibus peccata excusant sua. Si eos carpsis, quod

manus

A murmurent respondent, non praua voluntate id dicere, sed quia malum illud est. Si eos corripis, quia ludo vacant, aiunt id se facere, vt ab alijs, quæ deteriora sunt animum abducant. Si eos reprehendis, quod iurent, aiunt, veritatem se asserere, & quod bene credit, qui bene iurat. Ne in hunc errorem incidere Psaltes, orat. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, idest, ne patiaris, vt declinem ad verba mala, vt peccata mea velim defendere, excusare, aut leuare, sed potius illa plane confitear. Quidam transferrunt ad operandum operationes in impietate, vt eo loco Genebrardus ait, & id faciunt hi, de quibus nunc dicebamus, qui excusant verbis malis peccata sua, vt liberè operari possent impietatem. De quibus Sapiens. Generatio quæ sibi munda videtur, & non est lota a fordibus suis. Licet enim lauare manus curent, sed coram Deo maculatum est cor eorum.

Lege Dei recte lauatur hominis cor, quia illa aqua est celestis. Hinc Sapiens. Lex sapientiæ fons vitæ. Hac aqua lauabat cor Dauid, cum diceret, in corde meo abscondi eloquia tua, vt, nõ peccet tibi. Traditiones autem humanæ aqua sunt turbida, ac fetida. Talis enim aqua est, qualis fons, & venæ, per quas discurrit aqua. Lex diuina à corde Dei processit, est fluuius illtanquam Christallus, qui à Dei throno procedit, & a templo profus. De qua aqua scriptum est, Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, Nõ potest nõn esse aqua ista optima, ac salubris, quæ à Deo vt fonte emanat. At vero aqua humanarum traditionum à fonte vitiato, ac inquinato, procedit, à cordibus prauè affectis, & veneno peccati inquinatis, & inde manifestum relinquitur, aquam illam omnino futuram peruersam, quia à lacunis procedit Ægypti, in quibus Crocodili sunt. Ab imundo ergo quis mundabitur? Quales doctores, talis & doctrina, cauendum ergo nobis est ab his hominum traditionibus, quæ Dei legi aduersantur. Obsecro, cum lites nunc plures sunt in Hispania, quæ leges attendendæ sunt, vt sententia iusta decernatur? An lex regis Hispaniæ, vel imperatoris Turcarum manifestum est in Hispania iudicandum esse iuxta leges regis ipsius. Attende nunc ò homo litem, quæ est inter carnem &

spiritum

Psal. 114.

Gene. 6.

Prou. 30.

Pro. 13.

Psal. 118.

Ezech. 36.

Genebrar.

Matt. 23.

spiritum, inter hominem carnalem, & spiritualem, lis autem a eo dirigitur, vt quisq; sibi bona hominis vsurpet, caro etenim vniuersam hominis curam, tempus, diuitias vsurpare præsunt. Spiritus contra, ea sibi iure vendicare conatur. Sententia super hac referenda est, sed quæ lex attendenda? An lex carnis, & peccati, & non potius lex Dei? Audi leges duas, quas Paulus commemorat. Sentio aliam legem in membris meis re pugnantem legi mentis meæ, & captiuam me in legem peccati. Si secundum legem carnis, ac peccati iudicare volueris, omnia carni trades. Sed attende Dei legem dicentem, quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijciuntur vobis, simul autem attende, quod in Ecclesia Christi sis, quod ille rex sit, vt eius legem seruandam noueris, & secundum illam iudicandum.

Sine causa, ait, colunt me. Id est sine fructu. Iustus irrigatur Dei lege, nec mūdatur solū, sed & fertilis redditur. Erit tāquā lignū, quod plantatū est secus decursus aquarū, quod fructū suū dabit in tēpore suo. Et erit anima eorum quasi hortus irriguus. Hęc diuina aqua colligitur in intellectu quasi in arca, & inde descendit in voluntatem, & cor vt plantas virtutum irrigat, & sic fructum referunt operum. Sed aliquando dæmon similis Holoferni concidi præcipit aquæ ductum, vt non descēdat ab intellectu in voluntatem aqua ista, & sic effunditur aqua per os, & efficitur illud, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum aridum manet, & fit tanquā miricę in deserto, & non videbit, cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate. Cum autem terra humani cordis otiosa esse non possit, crescunt in eo aliæ arbores infrugifere, vt ludi, comestiones, diuitiæ, irrigantur hęc arbores aqua turbida humanarū traditionū, quibus illę mirum in modum crescunt. Irrigatur tunc peccator aqua sicut Aegyptus, non aqua cælesti, sed Nili, quæ turbida est, ex quo aquæ ducuntur irriguæ pro hominum voluntate, quo affectu suo prauo aquas dirigere volunt, & sic fructum peccatorum proferunt. Sed licet florere videantur, & in altum crescere. Noli æmulari in malignatibus, neque zelaueris facientes iniquitatem, quia tanquam scœnum velociter arcescent. Et aduherinæ plantationes non dabunt radices altas.

Rom. 7.

Mat. 6.

Psal. 1.

Hier. 31.

Hier. 17.

Psal. 36.

Atas. Et omnis plantatio, quam non plantauit pater meus eradicabitur. Ad hos loquitur totus ille Psalmus, quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Propterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Eradicantur autem à Deo in morte, in qua apparet esse eos arbores autūnales, infructuosas, bis mortuas, eradicatas, vt Iudas ait. Et sæpe etiā in vita id accidit, vt eradicetur, & misere dispereat, & impleatur illud Psal. sicut scœnum tectorū, quod priusquam euellatur, exaruit.

B Caue ergo ò homo, ne à cæco mundo ducaris in eius traditiones, quia *Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.* Sapiens, ac videns sibi apparet homo astutus, qui bona terræ congregare nouit, sed cæcus est, cum cælestia relinquat, vt terrena acquirat, & dux cæcorum, cum humanis traditionibus alios post se trahit. Caue ergo tu ab eius ductu, ne in foveam inferni cadas. Vnde exeunt flumina reuertuntur, & ideo si ducaris lege Dei, quæ est aqua de cælo descendens, in cælū te ducet, fiet enim in te fons aquæ salientis in vitam æternam. Si verò aqua humanarum traditionum ducaris, in infernū te demerget, quia inde illa processit. An non cæci Pharisei, qui festucam vident in oculo alieno, & trabem in oculo suo non considerant? An non cæci sunt, qui in Ierusalem commorantes, vbi Pilatus est iniquus iudex, vbi Herodes tyrannus, vbi innumera crimina ingentia, illa non considerantes, discipulos Christi attendunt non lauantes manus?

C Vniuersus certè homo abluendus est, vt totus mundetur. Sed primum cor ablui oportet, quod radix est, abluendæ quidem manus sunt, sicut Samuel abluit, cum ostendit munera se non suscepisse, fulgeant ergo mundissimæ manus nullo sanguine peccatorum inquinatæ, mundentur oculi, ne videant vanitatem, illa enim inficit eos, ideo ora Deum, averte oculos meos, ne videant vanitatem, Lauentur pedes, ne eis adhareat puluis, sicut lauit Christus discipulorum pedes. Integra hominis lotio in baptismo fit, & omnia nostra lauari oportet, vt Deo placeamus. Super omnia tamen cor. Cor mundū crea in me Deus, ait Psaltes, quia illud lectus est Dei. Sicut

Aduen.

Kk

enim

Sapient.
Psal. 51.Iud.
Psal. 128.

Eccle. 1.

Ioan. 4.
Matth. 7.

1. Reg. 10.

Psal. 118.

Ioan. 12.

Psal. 50.

*Simile.**Simile.**August.**Aristo.**Galat. 5.*

enim omnes fruges, ac arbores radices altas in terra prius mit-
tant, vt succum terræ colligant, & postea in altum stipes cre-
scit, ita in charitate, & virtutibus internis prius radicandi su-
mus, ac fundandi, vnde omnes virtutes exteriores facillè cre-
scunt. Sicut viuente corde facile exterius mouetur animal, &
quemadmodùm ignis in nube inclusus quiescere non potest,
sed huc illucque agitur, donec cū tonitruo foras erumpit, ita
si amoris ignis in anima includatur, in opera externa procedet.
Cùm enim amoris natura sit, velle amato placere, qui Deū ex
corde diligit, in omni opere externo, ac labore penitentia
continuo exercetur, & eo feruore mustum hoc ardere so-
let, vt quasi disrumpat vtrem, & opus sit hominem monere
vt rationabile præstet obsequium. Et cùm ex hac charitate
opera externa procedunt, maximi sunt meriti. Et ideo Au-
gustinus Romanorum, & aliorum ethnicorum admiranda
facta, vt egregia fortitudinis opera, amorem patriæ, conti-
nentiam, & iustitiam dicit, virtutes veras non esse, quia ex
charitate Dei non procedebant, nec ex studio ei placendi,
sed ex inani gloria, vel ex terrenorum cupiditate, ideoque
magis cupiditatum, à quibus proficerebantur, quam virtu-
tum, quarum imaginem gerebant, nomen sortiri debent.
Quin & Aristoteles Hectoris fortitudinem indignam cen-
set nomine virtutis, cum gloriæ cupiditate, & vt Troia-
nis foeminis placeret, in aciem prodiret. Curandum ergo
homini est in corde perfectam charitatem habere, ad quam
habendam conducit multum sacramentorum frequens vsus,
& diuinorum consideratio. Si enim hæc charitas in corde
fuerit, facillè, ac suauiter externa perficiemus opera. Sicut
cùm terrenorum amor in corde est, efficit, vt terrena qua-
rantur maxima cura. Et hoc est, quod Paulus significat,
cum ait. Si spiritu ducimini, non estis sub lege, quia sicut
mater vnice diligens filium omnia, quæ ad eum spectant,
curat non lege ducta, sed amore, nec ei lex dilectionis, &
subuentionis filij difficilis est, quia sine lege id præstaret,
non est ergo sub lege, quia onere legis non premitur. Ita
qui Deum ex corde diligit, & facillè vniter facit exteriora
implet.

A implet. Hinc Psaltes. Confitebor tibi in directione cordis, in
eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ. Id est, cum intelligam lege
tua peti directionem cordis. Eam præcipue ergo custodire cu-
rabo, &c.

Feria Quinta Post Domini- cam Tertiam Quadra- gesimæ.

B *Thema. Socrus autem Simonis teneba-
tur magnis febribus, &c.*
Lucæ, 4.



Irabimur sane, si cum Christo domum Simo-
nis ingrediamur, si videamus illius socrum le-
cto decumbentem magnis febribus deten-
tam. Sed multo magis mirandum est, si spiri-
tualibus oculis contemplerur, in domo Si-
monis, quæ est Ecclesia, animas iacere lan-

C guentes, ac febricitantes. Vtriusque autem mali reme-
dium in Christo situm est, qui verbo suo socrum Petri sa-
nat, & animas ægras sanitati restituit, vt ei ministrent. Hæc
duo miranda accuratius consideremus, vt fructum colliga-
mus.

Primum mirabile est, quod socrus Simonis Christo familia-
ris febricitet, quod iustus tribulationibus vexetur. Cū tribula-
retur Israel, aiebat: Dereliquit me Dominus, & Dominus obli-
tus est mei. Sic dicere solet, qui tribulationem patitur, Domi-
nus me dereliquit. Sed audi, quid Israeli respondeat Deus. Nū
quid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur
tur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui.

Si ergo ea dilectione Deus prosequitur iustum, cur eum affligi permittit?

Multæ huius rei causæ sunt. Prior, ut maiora merita sibi iustus acquirat, id autem in tribulatione fit, ut colligitur ex illo Pauli. Id, quod in præsentis est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pōdus operatur in nobis. Quia in re sciendum nobis est, non solum operibus iustis mercedem æternam tribuendam, sed etiã passionibus, quæ patienter tolerantur. Nec enim minimum meritum in passione est, imo maximum. Deoque gratissimū, est mala æquo animo tolerare, quod ille præcipue ostendit, cum ad humani generis redemptionem passionem Christi sibi offerri voluit, quæ illi plus placuit, quam displicerint vniuersa hominum peccata. Non ergo minimus thesaurus in passione obfuscat. Hinc etiam ipse, qui hominum merita cumulari, ac augeri vult, à beato Iob abstulit filios, diuitias, salutem, quibus multa bona agebat, quia licet actiones abstulerit, passiones tamē dedit, quæ amplioris meriti causa essent. Et idē Paulus dixit. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Non dixit actiones, sed passiones, quia istæ potiores sunt. Et idē quæ madmodum amantissimus pater, qui desiderat, filium maximas diuitias congregare, illi occasiones, ac negotia offert, in quibus labore posito ditescere possit, ita cælestis pater, qui cælestes thesauros nos lucrari vult, infirmitates, doloresque nobis proponit, & aduersam fortunam, quæ in his patienter toleratis maximum nostrum est lucrum. Hinc sancti lætantes in cubilibus suis Deo cantant illud Psalmi. Lætati sumus pro diebus, in quibus nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala. Quia in malis illis corporis multa animi bona abscondita erant, si ergo infirmitate impeditis à multis pijs operibus si ieiunare non potes, si labores penitentia subire nequis, noli tristari, salua tibi sunt merita tua, patere libenter, cum beato Iob, & plus præstabis patiens, quam agens.

Secundo infirmitate grauari suos permittit Deus, quia in uicinis suis bona spiritualia collocans, & cælestes thesauros,

A ne superbiant, ostendit eorū vasa fictilia, ut dicant, portamus thesaurum in vasis fictilibus. Hac ratione ait Chrysostomus homilia prima ad populum Antiochenū, voluit Deus Timotheum vexari dolore stomachi, & alijs infirmitatibus. Quæ etiam ratione ait Paulus, Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet, quasi dicat, ait Chrysostomus, poterat Deus continere persecutiones, & tribulationes assiduas, sed quoniã in tertium raptus fui cælum, & in paradysum delatus, ne harum reuelationum magnitudine extollar, & alta sapiam, permisit persecutiones, & angelos Sathanæ, homines, scilicet diabolo ministrantes per tribulationes me colaphizare. Et ideo David tribulationem dicit humiliationem, cum ait. Bonū mihi, quia humiliasti me, id est, tribulasti me, ut explicat Augustinus. Et in eodem Psalmo. Nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea, id est, in tribulatione, quæ ideo humilitas, & humiliatio dicitur, quia hominem humiliat, ut de se modesta sentiat. Mira hominis leuitas, & incredibilis in superbiã propensio, quæ tot indiget ponderibus, ne in altum volet. Sicut ergo magnum beneficium homini cōferret is, qui nosset illum, si nauiget, in manus Turcarum deuēturum, & misera seruitute subijciendum, vel in manus latronum, qui eum despolient, & occidant, si eum alligaret, ac teneret, ut in ea mala non incidat, ita sanè Deus, cum videt iustum prospero vento nauigantem in superbiã tendere, misericordia ductus infirmitate eum tenet, ne in latronum manus veniat. Superbiã enim hostis, & grassator est, qui nullum homini bonum relinquit. Sicut autem prosperitate cor humanum extolli solet, & virtutem amittere, ita aduersitate, & ægritudine roboratur, ac perficitur. Hinc oranti Paulo, ut auferretur angelus Sathanæ eum colaphizans, dicitur. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur, quasi dicat magna quidē tribulatio est, sed maius est auxilium, quod tibi ego præsto gratia mea, quæ illā sustinere potes. Et virtus in infirmitate perficitur. Mirus loquēdi modus hic est, ait D. Th. in ea verba, ac si diceret, ignis in aqua crescit. Quid igitur est, virtus in infirmitate perficitur? hoc est, infirmitas est materia exercendæ virtutis, humilitatis,

A duen. Kk 3 & pa-

2. Cor. 4.

2. Cor. 12.

Iob. 1.

Rom. 8.

Simile.

Psalm. 85.

2. Cor. 4.
Chrys.
2. Cor. 12.Psal. 118.
August.

Simile.

2. Cor. 1.

D. Th.

& patientiæ, & dum humiliatur homo, perficitur in eo virtus, quia magis radicatur. Non perficitur virtus delicijs, & bona fortuna, imo his infici solet, sed in labore, ac tribulatione. Et hac de causa non deleti sunt vniuersi Israelis hostes, sed aliqui relictii sunt, quibus cum pugnarent, ne inertes redderentur. Sic enim Sacra Iudicum historia ait. Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israel, & omnes, qui non nouerant bella Chanaanorum, & postea discerent filiorum certare cum hostibus, & habere consuetudinē preliandi. Ideo ergo iusti rebus aduersis vexantur, ne inertes, & effeminati efficiantur. Væ Romæ, dixit Scipio, cum Carthago non steterit. Intellexit præclarus ille dux quod cū Carthago staret, & aduersus illam Romani bellum gererent, fortissimos, ac robustissimos Romanos futuros, & externis inimicis stantibus neutiquā diffensiones, & ciuilia bella in Roma futura, cum vero Carthago periret, & Romanos inertes futuros, & inter se se præliaturos, quod & factum est. Id ipsum de nobis philosphari possumus. Væ homini, cui cuncta sunt prospera, iners enim erit, & cupiditatibus varijs, & prauis animi affectibus succumbet. An non hoc væ illis interminat veritas ipsa, cum ait. Væ vobis diuitibus. Væ, qui habetis hic consolationem vestram, væ, cum benedixerint vobis homines? Si ergo infirmitate, ac tribulatione vrgeris, melius est tibi cum eo hoste externo pugnare, quam cum cupiditatibus tuis. Ideo læto, ac hilari animo excipiendæ à nobis sunt infirmitates, & vniuersa corpori aduersa, cum tantus ex eis fructus colligatur. Sic enim monet Iacobus, cum ait. Omne gaudium exultimate fratres, cum in variastentationes incideritis, scientes, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti, & integri in nullo deficientes. Et ideo Paulus ait. Placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo.

Demum pro omnium, quæ diximus, complemento, audiamus Senecam libro de diuina prouidentia capite 2. mire de hac re philosophantem, qui Christianum concionatorem potius agis, quam ethnicum philosophum. Ait enim. Cur prohibe

viris

A viris multa aduersa eueniunt? Non vides, quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi exercitari iubent liberos, & feriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos, & sudorem illis, & interdum lachrymas excutiunt. At matres fouere in sinu, continere in umbra volunt, nunquam flere, nunquam contristari, nunquam laborare. Paternum Deus habet in viros bonos animum, & illos fortius amat, & operibus, doloribus, ac damnis exagitat, vt verum colligant robur, languent per inertiam saginata, nec labore tantum, sed mole, & ipso sui onere deficiunt. Non fert vllum ictum illæsa felicitas, at vbi assidua fuit cum incommotis rixa, callum per iniurias duxit, neque vlli malo cedit, sed etiam si succederit, genibus flexis pugnat. Miraris tu, si Deus ille bonorum amantissimus fortunam illis, cum qua exercentur assignat, ego vero non miror, si aliquando impetum capiunt. Spectat Deus magnos viros colluctantes cum aliqua calamitate. Nobis interdum voluptati est, quæ doadolefcens constantis animi irruentem feram venabulo excepit, si leonis incursum interritus pertulit, tantoque spectaculum est gratius, quanto id honestius fecit. Non sunt tamen ista, quæ Dei possunt in se vultum conuertere, sed puerilia, oblectamenta humanæ leuitatis. Ecce spectaculum dignum, ad quod respicit intentus operi suo Deus, vir fortis cum mala fortuna compositus. Non video inquam, quid habeat in terris Deus pulchrius, si conuertere animum velit, quam vt spectet Catonem iam partibus non semel fractis stantem, & nihilominus inter ruinas publicas erectum. Seneca. Ex cuius sententia manifestum relinquitur, cum à Deo tractari vt filium, qui tribulatione vexatur, nullus ergo in tribulatione dicat; dereliquit me Deus; sed potius susceperit me. Simul etiam nouerit tribulatus, gratissimum se Deo spectaculum præbere, cum patienter tolerat aduersa. Non ergo valde mirandum est, si in domo Petri febricitet focus, nec quod dilectus Lazarus infirmetur. Dei enim beneficium infirmitas est, ex qua tot vtilitates proueniunt.

Sed quomodo se gesserit Christus cum infirma muliere;

Kk 4

videa-

Iud. 3.

Luc. 6.

Iaco. 1.

2. Cor. 12.

Seneca.

videamus. *Surgens Iesus de Synagoga intravit in domum Simonis, socrus autem Simonis tenebatur magnis febris.* Post cōcionem habitam infirmam visitat, ac curat, ostendens nobis, quid erga infirmos agere debeamus, Amalechitæ quidem seruum infirmum derelinquunt in via, quem fouet, ac curat David, nec sine maximo lucro. Ita omnino derelinquere solet mundus infirmos pauperes, nec eis obsequia præstat, vt par est. Nec id mirandum, accidit enim mundo, quod Aegyptijs, qui in his tenebris versati sunt, vt nullus videret sibi proximum, etiam si facem accenderet, ita nec infirmos pauperes videre, inuisere, ac eis succurrere mundus solet, nec vero eorum malis compati. Sed crudelis est erga illos, vt illi, de quibus Amos ait. *Væ, qui opulenti estis in Sion, qui dormitis in lectis eburneis.* Et nihil patiebantur super contritione Ioseph. Hi sunt, qui relinquunt infirmum seruum. Contra quod Sapiens monet. *Fili oculos tuos ne tranfuertas à paupere.* Diuites spectare solemus, ac venerari, non propter merita, sed propter diuitias, ideo Nabucdonosor non se adorari, sed auream statuam suam voluit, quia diues colitur, non quia bonus, sed quia diues. Sed non hoc proborum ingenium est, imo diuites despiciunt, & pauperes reuerentur. Hinc Elifæus non processit Naaman diuiti ad se venienti, Christus ergo veniens ad socrum Simonis ostendit inuisendos infirmos, præcipue pauperes. Discipuli, qui rogauerunt eum, ostendunt, pauperum curam à nobis suscipiendam, eisque benefaciendum, vt potuerimus, & quando aliud quam verba, & intercessionem præstare non possumus, illud præstemus. Si opere iuuare, & elemosyna pauperi accurrere potes, id præsta. Si id non vales, saltem roga, & obsecra cum Apostolis eum qui potest, vt pauperi accurrat. Exaudiuit Christus deprecantes, & imperauit febrim, ac dimisit eam, & perfectæ sanitati restituta mulier, grataque beneficia ministrabat eis, Christo scilicet, & eius discipulis, quorum intercessione sanata fuit.

Vidimus mirabile primum ex duobus, quæ initio diximus, quomodo iustus infirmetur, & ægrotet. Sed iam secundum

A dum mirabile discutiendum nobis est, & illud est, quomodo in domo Simonis ægrotet quispiam. Domus Simonis Ecclesia est, mirum autem est valde, quod in illa ægri sint. Extra Ecclesiam salus non est, & ideo vniuersi ægrotant, at in Ecclesia, in qua virtus Dei est in salutem omni credenti, mirum est, ægrotare quempiam. De Dei domo Psaltes ait. *Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudine dierum.* In quæ verba Hieronymus ait, Ecclesiam tuam decet sanctitudo, quam exhibuisti tibi non habentem maculam, aut rugam, vt habetur ad Ephesios. 5. Non ait, decere Ecclesiam Dei diuitias, honores, pretiosa suppellectilia, sed sanctitudinem, quæ illis omnibus excellentior est, hæc est Ecclesiæ thesaurus, hic ornatus eius, hic decor. Qui ergo in domesticos Dei admitti sumus, qua ratione ægritudine peccati maculabimur? Cum autem Dei domus Petri domus sit, quo pacto in ea infirmatur quispiam? Deinde non solum in Dei domum admitti sumus tanquam domestici, sed etiam vt filij, si ergo domesticus tenetur sanctus esse, quid filius? Audi filium naturalem monentem filios adoptiuos. *Estote ergo & vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.* Qui nomen filij Dei sibi vsurpat, Deum imitari debet natura, ac moribus. Deinde Petri domus, quæ est Ecclesia sponsa Christi est. Veni, ait Angelus Ioanni, ostendam tibi sponsam uxorem Cagni, & ostendit illi civitatem sanctam Hierusalem descendentem de celo. Quanta verò pulchritudo, innocentiaque in ea sponsa esse debeat, ostendit Paulus, cum ait, Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Quid obsecro mirum, si sponsus infinitæ pulchritudinis sponsam velit pulcherrimam, cui dicere possit, tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et ideo in vniuerso Canticorum libro, eisdem pene encomijs, ac laudibus sponsa celebratur, quibus sponsus.

Profecto si recta attenderetur ratio, nullus in hac domo in

1. Reg. 30.

Exo. 10.

Amos. 6.

Eccle. 4.

Dani. 3.

4. Reg. 5.

Psal. 92.

Hiero.

Eph. 5.

Matt. 5.

Apo. 21.

Eph. 5.

Cant. 4.

Esa. 1.

firmus in animo esse deberet. Sed iam Ecclesie dicere possumus, quod olim Ierosolymæ dictum est. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij, iusticia habitauit in ea, nunc autem homicidæ, argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua, principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Vbi enim nunc in Ecclesia pulchritudo illa antiqua? Vbi candor morum? Vbi frequentia Eucharistiæ? Vbi altissima paupertas, cum rapinam bonorum cum gaudio suscipiebant fideles? Certè infirmata est Ecclesia, & similis facta est socrui Simonis? quæ tenebatur magnis febribus. Ecclesia namque licet semper sancta sit, peccatores tamen complectitur, quorum causa febricitare dicitur.

Ambro.

Peccatum ergo febris est, Ambrosius. Non minorem dixerim esse febrem amoris, quam caloris; febris nostra iracundia est, febris nostra libido, auaritia. Sicut extraneus, & nimius calor est febris, ita inordinatus amor febris est animæ. Si iracundia moueris, ac raperis aduersus eum, qui te læsit, & iuramenta, maledictiones, ac dæmonum nomina iactas, virumque euomis quasi vipera, febris biliosa laboras. Si verò flegma abundet, & tepidus sis ad omne opus bonum, nec ad confessionem, orationem, ac eleemosinam surgere vales, sed toto anni tempore in peccato versaris, febris continua laboras. In alijs ebullit sanguis, & sanguis sanguinem tetigit, & delectantur in turpibus colloquijs, ac operibus, in quibus febris est sanguinea. In alijs melancholia prædominatur, quæ sicca, ac terrestris est, in quibus odia, iudicia temeraria, inuidiæ, ac rabies sunt. Sicut de

1. Mach. 6.

Antiocho dicitur, incidit in languorè præ tristitia. Hi melancholica febre tenentur. Sed expendendi sunt tres gradus febrium præcipui, quos medici tradunt. Aliquando enim noxius humor occupat calore suo venas, stomachum, aut iecur. Aliquando verò etiam carnem occupat, & illius temperamentum lædit. Aliquando medullas, ac ossa penetrat, & efficitur hectica, quæ vix sanari potest. Prior facilius tollitur. Secunda difficilius. Et tertia difficilime. Hoc ipsum in febris peccati inuenies. Quidam enim peccant,

A cant, iurant irascuntur, sed cito à peccato recedunt, cadunt, sed cito surgunt. Quidam autem in peccato diu stant. De quibus Sapiens. Impius multo tempore viuit in malitia sua. Nunquid qui cadit, non ad iiciet, vt resurgat, & qui auersus est, non reuertetur? Hinc in tertium gradum, ac maximum discrimen solet deueniri, vt peccatum ossa etiam occupet, & hectica fiat, quæ hominem vsque ad sepulchrum comitatur. Vnde Iob. Ossa eius replebuntur vitijs adolescentiæ suæ, & cum eo in puluere dormient. Hic languor est ille, qui Ioram interemit. De quo sacra historia ait. Percussit eum Dominus alui languore in sanabili. Cumque diei succederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus, & sic longa consumptus tæbe, ita vt egeret etiam viscera sua, languore pariter, & vita caruit, mortuusque est in infirmitate pessima. Pessima profectò infirmitas, quæ cum vita finem accipit. Sic de quibusdam peccatoribus audies, ille per viginti annos mulieri male coniunctus est, ille ludo, & iuramentis vacat per plures annos. Hos inter mortuos numera. Deputati sunt cum descendentes ad infernum. Hic est languor prolixior, qui grauat medicum, vt Sapiens ait, quia prædicator, ac confessor grauatur his peccatoribus, quibus nulla adhibita medicina proficit in salutem.

Aliquando ardentissima febris corripitur homo, nec medicus nimium curat, nouit enim, cito finiendam. Cum verò videt in alio lentam febrem, paruam quidem, sed diu durantem, de illius vita desperat. Ita omnino in spirituali ægritudine philosophandum est. Incidit quis in grauissima peccata, quia grauis aliqua adfuit occasio, sed cito ea deserit, & in meliorem se mentem recipit, non adeò malum hoc est, ac si in peccatis persistat. mortalibus die, licet illa minora sint. Videbis hominem, qui ingentia facinora non perpetrat. Sed superbus est, iurandi contuetudinem retinet, detrahit proximis, delectatur morose cogitationibus turpibus. Minor quidè hæc febris est, sed cum diu durat, hectica est, quæ illum in infernum ducet. Non vis aquæ subito veniens domum euertit, sed perbillatio, licet guttata fiat. Mulier ergo ista tenebatur magnis febribus.

Sed

Prou. 26.
Iere. 6.

Iob. 20.

2. Paral. 27.

Eccle. 10.

Simile.

Sed quo pacto febris subintrat? Certe prius homo se male habere videt, nec sibi placet, statim pedes, summitas manuum, ac narium frigiditate corripuntur, & tremere homo incipit, et frigus febrem præcedens, tunc enim naturalis calor ac vis tremat, ac retrahitur, quia adest ei hostis validus. Ita omnino cum videris animam tuam contrahi, expauescere virtutis opera, relinquere orationem, sacramenta, & alia pia opera, et totius corporis, sed manuum præcipue, ac pedum contractionem, cito aderit febris peccati. Eritque illud Iob? ab aquis nivium ad calorem nivium. De quodam febricitante dicitur

Iob. 24. 3. Regum 17. 3. Regum cap. 17. A Egrotavit filius mulieris, & erat languor fortissimus, ut non remaneret in eo halitus. Languor, ac febris maxima hominem mutat, debilem reddit omni operi, ita peccatum vires adimit, nec enim videtur peccatori, quod ieiunare possit, aut sacrum audire, aut orare, ad omne opus bonum ineptus est. Solus pulsus à corde infecto procedens velox, & inordinatus est, & qui lente movetur, cum homo sanus est, si febricitet, velociter, & absque ordine villo procedit. Ita peccator, cum a domnia opera bona ineptus sit, cordis tamen affectibus concite movetur, ac inordinate. Hinc fit, ut iusto sit satis modicum, quo contentus est, peccatori sufficiat nihil, plus appetit, quam naturæ conveniat, iustus secundum ordinem divinæ legis appetitum movet, peccator autem absque villo ordine.

Sicut maxime febricitans, quod si bibat, noxius humor prædominans in se convertit aquam, & ex crescente humore febris, ac sitis crescit. Recte Iob de peccatore ait. Exardescet contra eum sitis. Torquetur impius siti, si enim non impleat cordis sui affectum, quiescere non valet, nisi ludo vacet, comestationi, luxuriæ, non quiescit. Quod si his vacet, magis sitit, quia appetitus inordinatus crescit, cum ei conceduntur, quæ appetit, & sic amplior sitim efficit. Quia qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Sicut est sitis aquæ, ita est aqua sitis, quæ qui bibit, sitim bibit, & sic amplius sitit, quo plus ditescit homo, plures appetit divitias, quo plus ludo vacat, plus ludere appetit, quo plus inhonestis delectatur, eo plus inhonesta desiderat, quo plures hono-

A honores assequitur, plures appetit, si bibis hanc aquam sities iterum. Febricitans etiã, cum bibere appetat, quod ei noxiū est, cibum fastidit, qui ei est conveniens, & si cibū appetit, eū appetit, qui est noxius, quia humor malus prædominans appetit ea, quibus ille crescat. Ita peccatori accidit. Iuxta illud Iob. Abominabilis ei fit in vita sua panis, appropinquavit vita eius morti feris. Qui enim cum iustus fuit, delectabatur confessione, eucharistia, cõcionè, oratione, quæ cibus sunt animæ, nunc ea fallidit. Oblitus sum comedere panem meum, ait Psa. & ideo percussus sum ut fenū, & aruit cor meum, & Iob ait. Tabescet caro eius, relinquiturque quasi schelerum, ut dicere possint illud Iob. Pelli meæ

B consumptis carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tatumodo labia mea, quia sola in eis fides manet, & illius confessio, cum dicunt Credo. De his Psa. Omnè escam abominata est anima eorum, & appropinquaverunt vicq; ad portas mortis. Dicit enim gallinã esse insipidã, perdicem durã, dulcia dicit, fastidium ingenerare. Ita peccator sacramenta, ac conciones dicit insipida, orationem, ac penitentiam dura, consilia recta negligit. Quo pacto hic non appropinquet ad portas mortis?

Solet etiam magna febris somnum conciliare, quo profunde sopitus iacet æger, nec excitari valet, & illius ratio est, quod quemadmodum igne ebulliens olla vapores sursum mittit, ita nimio calore febris humores ebulliunt, & in caput vapores mittunt, quibus homo dormire cogitur, ac difficile excitatur, in somnia vero vana patitur, putat enim se in fontibus sitim explere, nec tamen ita est. Ita omnino peccatori accidit cuius cor quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Et Iob. De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ, atque feruentis. Obtrantur eius sensus, ut divina non percipiat, admonitionibus, & inspirationibus non cedit. Inania cogitat, ac vana, quæ appetitui conveniunt. Sed dormierunt somnum suum, & nihil inveniunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Et ut Esaias ait, sicut somniat sitiens, & cum expergefactus fuerit, vacua est anima eius, ita peccatori accidit.

Ex his vero vaporibus illud sepe accidere solet, ut febricitans in sanum reddat, ac phreneticus, nec se, suaque curet, sed que imaginatione

Iob. 33.

Psal. 107.

Iob. 19.

Psal. 106.

Esai. 57.

Iob. 41.

Psal. 75.

Esai. 29.

tionem apprehēdit, nec respōdeat ijs, quæ ei dicuntur, sed illa lo- **A**
 quat, quæ leſa phāſia cogitat. Ita omnino peccātori accide-
 re ſolet, multa febre phræneticus redditur, nec ad ea respon-
 det, quæ ei dicis, ſed diuerſa admodū, quia illa ſecū cogitat, co-
 gitat ſe viā agere, & cum ei dicis, accipe poculum, ait ille, date
 equum, vt proficiſcamur. Ita ſane infanias plurimas videbis in
 peccatore. ¶ Dices ei, relinque inimicitias, & infana respōdebit,
 dicens, quid ergo dicent amici, ſi id fecero? dices ei, relinque
 ludum, quo deperdita ſubſtantia tua eſt, & filij abſque reme-
 dio. Reſpondet ille, quid ergo faciam? Quia in re tempus inſu-
 mam? O homo miſer, & infane, nihil ne habes, quod agas? Vbi
 obſecro remedium animæ tuæ?

Sed quod his febricitantibus remedium, veniat Ieſus, & ſtet **B**
 ſuper febricitantē, manus eius capiti ſuperponat. Si vis à febre
 curari, ſuper caput tuum manus Chriſti pone, quia ille factus
 eſt, omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Sala-
 tem confert Chriſtus obtemperanti ſibi, ei, ſuper quem ſtat.

Heb. 5.

Vniuerſum Euangelium virtus Dei eſt omni credenti, ea,
 quæ in Euangelio continentur, præcepta ſunt medici,
 quæ vulgō dicuntur recetas, ea ergo recipe cō-
 feſionem, ieiunium, eleemoſynam
 ſacrum, &c.

Feria

A Feria Sexta poſt Domini-
 cam Tertiam qua-
 drageſimæ.

Thema. Mulierdamibi bere, &c.

B Ioan. 4.



Mter Chriſti Domini nomina, quæ Eſaias præ *Eſai. 9.*
 dixit, vnum eſt, Admirabilis, valde ei hoc no-
 men cōuenit, in omnibus enim mirabilem ſe
 præſtitit, cum vt homo concipitur, à virgine cō-
 ceptus eſt, cum naſcitur, de virgine naſcitur, &
 vir perfectus eſt ſapientia & gratia, cum mun-

dum docet, literas non didicerat, & docet quaſi poteſtatem ha-
 bens, cum inter homines conuerſatur, mirabilia ac ſtupenda
 opera efficit, quando moritur, eum luget vniuerſus mundus,
 & morte ſua nobis vitam præſtat. Qui ergo in omnibus mi-
 rabilis eſt, in peccatoris conuerſione, mirabilem ſe plane exhi-
 bet, hic artem ſuam ac ſapientiam oſtendit, dum eum vocat, al-
 loquitur, interpellat, & paulatim diſponit, ac perficit tandē vt
 hodie Samaritanam. Si nobis liceret videre Dei opificiū in vte-
 ro matris, cū hominē efformat, effigiatq; paulatim, rudē affor-
 mans materiam, varias in ea ponens diſpoſitiones, vt etheroge-
 neum hominis corpus perficiat, tot ſenſibus, oſſibus, neruis, ar-
 terijsq; diſtinctū, plane mirabile Dei opificium diceremus, de
 qua re Pſal. ait, mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata *Pſal. 138.*
 eſt, & nō potero ad eā. Sed multo mirabilior oſtēditur in pecca-
 toris cōuerſione, tūc hominē interiorē format, qui multis parti-
 bus hūc exteriorē ſuperat, tunc Deſi quendam figurat, & Dei
 filiū. Si interiores diſpoſitiones videre liceret, quibus eū diſpo-
 nit ad gratiā, & demum gratiam dona ac virtutes inſpiceremus
 mira-

Simile.

Pſal. 138.

mira-

mirabilis maxime Deus apparet, cum cor hominis ad se facta-
hat efficaciter, & sine vi, libere ac suauiter, sed vi quadam dulci
& hominem relinquere facit vniuersa, quæ prius dilexerat, &
hydriam funemque & Deum laudare facit, mirabile plane hoc
opus est: & quo ille præcipue delectatur. Mirabile hoc hodie
in Samaritana effectum inspicimus, vt Deum laudemus, qui
mirabilis est in sanctis suis, vt Psal. ait.

Psal. 67.

Gene. 48.

Venit Iesus in ciuitatem Samariae, iuxta prædium, quod dedit Ia-
cob Ioseph filio suo. De qua re Genes. 48. ait Iacob ad Ioseph fi-
lium, do tibi partem vnâ extra fratres tuos. Ostendit vero Euân-
gel. locum conuenientem, quo Christus Dominus Samaritana-
næ (quæ ex gentium populo erat) se manifestauit. Prædium enim
illud absque vlla sorte Iosepho datum est, quod pater donauit
illi super hæreditatem & sortem, in quo illum bonorum suorum
præcipuum instituit hæredem super omnes fratres. Illud vero si-
gura fuit populi gentium, qui Christo Domino à patre datus
est in hæreditatem præcipuam super omnia illa, quæ, priscis patri-
bus concesserat, quibus semen dederat Abraham duxerat. Hinc
ait pater, postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &
possessionem tuam terminos terræ. Et iterum, tu hæreditabis
in omnibus gentibus. Quoniam vt Iacob ait, ipse erit expecta-
tio gentium. Merito vero pater illum constituit hæredem vni-
uersorum, qui primogenitus suus est, vt sit in omnibus prima-
tum tenens. Quasi ergo nunc Euangelista ait, cum in illo præ-
dio Christus esset, quod figura gentium est. Samaritanam, C
quæ ex gentibus erat sibi merito acquisiuit & omnes continuo
Samaritas.

Psal. 2.

Psal. 81.

Gene. 49.

Erat autem ibi fons Iacob. Multam adhibuerunt pa-
tres curam, vt in terra illa fontes & puteos inuenirent, vt in
Genesi dicitur, aquæ enim penuria terra illa laborabat. Hoc
vero mirum valde est in terra pinguisima, quæ omnium, quæ
sub cælo erant, optima erat, quæ mel ac lac manabat. Sed au-
di qua ratione vberimos proferebat fructus, Deut. 11. ait, ter-
ra quâ ingredieris possidendâ, nõ est, sicut terra Aegypti, vbi
iacto semine in hortorum more aquæ ducuntur irriguæ sed motu
sæ est, & cæpestris, de cælo expectans pluuias, quam Dominus
Deus tuus semper inuisit, & oculi eius in ea sunt à principio

anni vs-

A anniusque ad finem. Sicut ergo vberima ac optima terra illa est
quæ aquam non habet, sed à cælo eam expectat, ita prorsus di-
tissimus, ac beatus homo ille est, cuius oculi in Deum eleuati sūt
cuius omnis spes Deus est, & de sursum omnia expectat bona.
Ditissima, ac secunda substantia est viuia in Deum spes, hæc enim
Deum hominis thesaurum esse facit. Fons ergo ille à Iacob in-
uentus est, qui ea ratione fons Iacob dicebatur.

Iesus ergo fatigatus ex itinere est, cum ad hunc fontem ve-
nit. Multis de causis fatigatus est. Primo, quia grauissimum
onus portat, factus est principatus eius super humerum eius. E
Fingunt pœtæ Atlantem vniuersum humeris sustinere suis, at
Christus Dominus verè vniuersum portat mundum, vniuersos
homines, & eorum peccata. Hinc ad Israel ait, audite me do-
mus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à me
vtero, & gestamini à mea vulua, vsque ad senectam ego ipse, &
vsque ad canos ego portabo, ego feci, ego feram, ego portabo, &
saluabo. Illud vero quod Israeli dicit, vniuerso mundo dici po-
tuit. Pondus etiam vniuersorum peccatorum immensum est.
Quidam ait, sicut onus graue grauata sunt super me, & alter,
incuruatus sum multo vinculo ferri, & ex hoc onere anxietas
peccatorum procedit, quid ergo miramur, eum lassari, qui vni-
uersa peccata portat?

Esa. 9.

Esa. 46.

Psal. 37.
2. Par. 71.

Secundo fatigatur in hoc opere redemptionis nostræ. Fati-
gati olim sunt in hoc opere prophetæ quidam ait, multo labo-
re sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque
per ignem. Sed nunc ipsemet Deus in hoc opere fatigatur, &
C sudat, quia nos in delicijs & delictis esse volumus. Fatigatus
non est, cum Angelos, & cælos creauit, sed enim vno præstitit
verbo, sed in hominum reparatione fatigatur. Fugerat pecca-
tor à Dei domo, & velociter currens à Deo elongabatur. Hinc
Hieremias, cursor leuis explicans vias suas, onager assuetus in
solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris
sui, nullus auertet eam, omnes qui quærunt eam non deficient.
Quo loco Hieronymus ait, quomodo caprea leuis, quam nos
genere communi cursorem dicimus, velox fertur ad pabula,
& sicut onager in solitudine trahit vêtum amoris sui, sic Israel
toto impetu ad desiderium libidinis ferebatur, nec vllus est,

Eze. 24.

Hierem. 2.

Hierony.

Aduen.

L1

qui

qui suis monitis eam ab hoc impetu possit auertere. Qui ea que fieri, ad malum parata inueniet, non laborabit eam que rens, si verò ad bonum quaesita fuerit, nullus eam consequi valebit, nullus eam auertet à malo. Miserrat Deus prophetas, qui post homines currebant, eosque auerterent à peccato, insecuti eos fuerant, sed non comprehendebant, lassati sunt, & profecerunt nihil. Decreuit Deus ipse hominem quaerere. Quare seruum tuum Domine, orabat Psal. exultauit vt gigas ad currendam hanc viam, vt hominem comprehendat, & ecce nunc in medio viae est, & fatigatus ex itinere sedebat. Sed ò Domine si nunc cum medium viae non perfeceris, fatigatus es, quando viam confeceris, quando colū nā ligatus tot sustinueris flagella, quando cruci affixus fueris, quomodo fatigandus es? nunc reclinaris in fonte, tunc nō erit vbi caput reclines tuum. Nunc discipuli cibos tibi quaerunt, tunc fel tibi ministrabitur, surge domine, grandis tibi restat via, donec peccatores comprehendas, maiores tibi sustinendi labores sunt. Attendisti aliquando, quam sis ad malum velox, quam tardus ad bonum. Psal. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinē, proni in malū, magno impetu in illud ducimur quasi lapis descēdens. Inter illa sex, quae Sapiēs enumerat Deo odibilia, vnū est, pedes veloces ad currēdū ad malū. Vt hos Dñs quaerat fatigatur in itinere, longe enim hi à Deo recesserunt, multa peragenda via est, vt ad Deum redeant. Olim querelas proponebat Dominus populo suo dicēs per Esa. c. 43. seruire me fecisti in peccatis tuis praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Sed ille labor, ac seruitus erat, quod eum populus cogebat, vt flagellaret, ac puniret, cum enim natura sua propensus sit, vt benefaciat, laborare dicitur, cum punit. At verò nūc verè laborat, ac seruit hominum peccata in seipso puniēs. Et ideo fatigatur verè, vt nos doceat fatigari in operib⁹ bonis. De militibus Holofernis dicitur Iud. 13. erāt omnes fatigati à vino, en quib⁹ in rebus peccatores fatigētur, in ludo, comestatione, ac ebrietate. De Tobia autē dicitur, fatigatus à sepultura & c. quia operib⁹ bonis iusti infudāt, & in eis fatigātur, vt Christus. Sed quid fatigatus Iesus faciat videamus.

Sedebat ait sic supra fontem? Quid est sic? Cum Ioannes aliquid

Psal. 118.

Psal. 13.

Prout. 6.

Esa. 43.

A quid magnum molitur dicere, quod verbis explicare non possit, vtitur hac particula, sic. Hinc ait. Sic Deus dilexit mundum & c. & in c. 5. sic dedit & filio habere vitam in semetipso, & alibi numquā sic loquutus est homo, & Mat. 3. sic decet nos implere omnē iustitiā. Ita nūc ait, sedebat sic nō poterat amplius dicere, ideo subsistit dicēs sic, imperfectūq; reliquit, quasi non posset se explicare. Sedebat ergo sic, quasi si homo infirmus esset, quasi viator lassatus, quasi Dei virtus non esset, quasi vir dolorum fatigatus vt nos quaereret, & absque vllō refrigerio, Dauidi in deserto occurrit Abigail cum muneribus, Eliæ Angelus pane & aqua. Danieli Abacuc, sed Christo Domino nullū est refrigerium. Sedebat ergo sic, vel cum expectaret peccatricem **B** illuc venturam sedebat sic, expectabat sic, sed quid est sic? Nihil determinatū dicit, vt ostendat, sic nos inuenire posse Christum, vt nobis libuerit, pro voto & voluntate tua eum inuenies. Dic tu, quomodo eum velis inuenire, sic inuenies, si patrem tibi esse velis, pater erit, si matrem, mater erit, si medicum, medicus, si pastorem, pastor, sedebat ergo sic, vt tibi conueniens sit, & aptior.

Venit mulier Samaritana. En aliquod Christo refrigerium aduenit, en Christi cibus, quod Abigail defert, quod Eliæ, quod Danieli delatū est. Solet princeps, qui in aula multis fruitur delicijs, aliquando vt animum leuet, venatum procedere, & labore, ac fatigatione feram insequitur, ceruum vel capream occiditque, & ex ea sibi eo die cibum parari vult, nec quidpiam aliud degustare. Attende nunc celi regem, qui in patris aula innumeris delicijs & cibis pascebatur, exeuntem à patris sinu, & in montes Samariae venientem, vt feram aliquam solus capiat, ac venetur, venatur Samaritanā ipse solus, multo prius labore, ac fatigatione praecedente, & hęc hodie cibus illius est, nec aliud gustare vult. Hinc ait ipse, ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis, nec cibum à discipulis allatum gustasse dicitur, nec aquam de puteo illo. Cibus eius Samaritana est, quam ille cepit illis sagittis, de quibus Psalm. sagitta tuę acutę, populi sub te cadent. In aptissimo loco eam expectauit, quo nouit eam venturā, ibi sagittauit cor eius cognitione sui, & peccatorum dolore, relinquere hydriā

Simile.

Psal. 44.

fecit, & ipsum in Samaria predicare, en feram captam, cibum **A** Christi. Sed mirandum plane, quam alia cogitatione illa venerit, omnino inscia tanti boni, quod illam expectabat, multa à Deo recipimus beneficia inexpectata. An non sic accessit Rebecca ad fontem, cum procuratorem Abrahamæ offendit, qui illam in Isaac sponsam assumpsit? An non sic Saul asinas quærens, inungitur in regem? An non sic inexpectato David ungitur, & de post foetantes accepit eum. Ideo simile dicitur regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem inuenit forte fortuna aliud agēs. Sed ais, ò quis hunc inueniret thesaurum, inuenies aliquando tu, spera in Domino, & fac bonitatem, & in spectatum thesaurum inuenies, Deus enim gratia sua illum tibi aliquando præstabit.

Gen. 24.
1. Reg. 10.
3. Reg. 16.

B Cūque illa hausta aqua recederet, ait ad eā Christus, *mulier da mihi bibere*. Ille primū sermonē exorditur, sēper enim ab eo ortū habet, quod nostrū bonū est, mane illa surrexerat, vt in fontē iret, sed prius Christus Dñs, vt eā quæreretur, surgit, qui multa millia cōfecerat, vt eo deueniret. Si infirma surrexit, sed medicus primo mane, vt eam visitaret. Sicut ergo quondam præceperat sacerdotibus, vt mane surgentes templo adessent, ignē ac dēderēt, agnū offerret pro peccato populi, & prophetas de mane consurgere fecit, vt populum monerent, ita nunc ille mane consurgit, vt peccatricem inueniat, eique in fonte occurrit.

3. Reg. 21.

Occurrit Elias regi Achab eūti in vineam Nabot, & illi supplicia minatur, & merito, quoniam vineam rapuerat. Occurrunt sæpe leones & vrsi improbis hominibus, qui in Deum peccabāt, & id quidem iure, quoniā ecce qui elongant se à te peribunt, sed mirum valde, quod occurrat Christus mulieri huic, vt aquam viuam ei offerat. An non tibi id sæpius contingit? inferni merebaris poenas, & occurrit tibi Deus inspirationibus te sæpe vocans, gratiā suam offerens. In vijs sedebas, eos expectans, ait Dominus animę peccatrici expectanti peccata, & eorum occasiones, sed Dominus in puteo sedet, expectās, vt animam ad se conuertat, expectat Dominus, vt misereatur vestri, expectas tu vt peccata committas.

Jerem. 3.

Nec vero expectat solum, sed & initiū sermonis facit, dicens, *da mihi bibere*. In hoc, ait Ioan. apparuit charitas Dei in nobis quoniam

1. Ioan. 4.

A quoniam filium suum vnigenitum misit in hunc mundum vt viuamus per eum, in hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deū, sed quia ipse prior dilexit nos, & ipse ait discipulis, non vos me elegistis, sed ego elegi vos, quasi dicat, amicitia inita est inter vos & me, sed non à vobis ortum habuit, sed à me, ego prior vos dilexi, & cū vos me dilexistis, iam ego dilexerā, & amorem vestrū meritis eram, non vero vos meum. Cum à nobis Deus amorē petit, non illum gratis petit, vt ille dedit, qui nos gratis dilexit, sed illum multo iam pretio emit.

Ioan. 1. 5.

Gloriari de duobus potest Deus, primū, quod amicitia ab illo ortum habet, non à nobis, secundum, nunquam per illum amicitiam cessare, aut dissolui, sed per nos, qui infirmi sumus, **B** & priusquam ille amicitiam dissoluat, innumeros suffert defectus, & tandem grauissima, ac lethalis offensa illum à nobis recedere facit. Exaggerat verò, ac commendat maxime diuinam bonitatem, quod ab eo inxtium sumat omne bonum nostrum, & amicitia, neq vnquam per eum deficiat. Si enim Deus nos diligeret post ardentissimum amorē nostrū, & innumera obsequia, & amicos tunc nos diceret, maximum in nos beneficiū conferret, in infinitum enim præstat eius amor, & excedit nostrum, nec illi vtilitati amor noster est, nobis verò summæ vtilitati illius dilectio est, nihil enim in nobis boni esse potest, nisi ab illa. Obtulerat dona Abigail Dauidi, & cum ille eam peteret in coniungem, indignam se reputans, dicit se

1. Reg. 25.

C ancillam, si ergo indignam se censet dilectione, cum tamen illa præuenerit, & exierit obuiam Dauidi, & munera obtulerit, an non indignam te dicat anima Dei amore, etiam si illa dilexerit & bona multa præstiterit? Si ergo sic à Deo diligi summæ bonitatis esset, quanta illa erit, quæ nos diligit, cum eum non dilexerimus, nec obsequia præstiterimus? Et deinde, cum à nobis petit, vt eum diligamus, non hoc meritis est amore solo, sed multis exhibitis beneficijs, & multis pro nobis malis perpeffis. Priusquam aquam à Samaritana petat, fatigatus est, longa illius causa via suscepta, petit à te Deus sui dilectionē, hęc ille prius meruit dilectione sua, longo tui causa suscepto itinere, fatigatione, ac doloribus. Hinc ait, *aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis no-*

Can. 5.

Esai. 55. Cium, quasi dicat, vniuersam noctem in itinere confeci tui causa. Mirum profecto, & admirandum hoc est, pretiosissimus est diuinus amor, & seper nobis gratis datur, vilissimus amor noster est, & cum petitur, carissimo seper pretio emitur. Et cum hæc ita se habeant, non inuenit ille, qui amoris eius gratis velit, & ille nostrum querit cum tam caro emat pretio. Seipsum gratis tibi offert, nec illum recipere vis, & te ille querit & emit sanguine fuso. Venalis Deus est, & pro nihilo datur, nec est, qui emat. Audi præconem dicentem, venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac. Aliquid certe nobis dandum est, vt Deum habeamus, ideo ait, emite, sed tunc est parum, vt nihil esse dicatur. Sicut cum illud, quod mille valet emis vno, dicis, gratis tibi datum. Vis videre, quam sit parum quod a te exigitur? audi quid a Samaritana Christus petat.

Deut. 10. *Da mihi bibere.* Potum aquæ petit duntaxat, parua profecto sunt, quæ a nobis Deus petit, magna vero quæ mundus & dæmon. Audi loquentem Deuteronomij. 10. & nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius? quid a te petit Deus? quod superest, date pauperibus, quid dæmon & mundus? insume omnia quæ habes, & quæ non habes, vt mihi obsequaris, est ne tyrannus quispiam, qui dicat, centum habes, da mihi mille? hoc mundus, hoc dæmon petit. Quid petit Christus? parum aquæ, vt lachrimas fundas pro peccatis tuis, quid dæmon? vt lanceolis sanguinem vniuersum perfundas eum inuocans, vt sacerdot-

3. Reg. 19. res Baal faciebant, vt misere anxieque vexeris, vt vindictam exerceas cum vitæ discrimine, vt vitam mille exponas periculis. **Eze. 23.** Ezechiel depingit eos, qui idola colebant, & venientibus in via occurrebant, ponentes mensas, dantes annulos & armillas & filios immolantes, sed nunc venit Christus Dominus in via fatigatus, & duntaxat calicem aquæ petit. Immolabant illi filios suos & filias suas dæmonijs, igne eos comburentes, vt dijs placerent suis, & tu vt placeas Deo tuo, aquam non dabis? **3. Reg. 12.** Discessit Israel a Roboan, quoniam plura exigebat tributa, sed Deus noster aquam solum petit, & parua. **Gen. 18.** Veniunt Angeli ad Abraham, & ille eos conuiuio excipit, excipe tu

A cipe tu Christum Dominum venientem de via, parum a te exigit. Vt benedictionem det Isaac solum a filio petit, affer mihi cibum de venatione tua, vt benedicat tibi anima mea, sed minus hodie Christus petit. Petierat olim Deus aurum, purpuram byssum in tabernaculum suum, & omnes illud præstiterunt, quia vt Origen. ait, dedecus quicquæ sibi putabat, si tabernaculum ingrederetur, nec aliquid ibi videret, a se donatum. Nunc vero aqua contentus est. Sed quid ais, aqua hæc significat, quam ego facile Christo Domino dare possum, certe conuersionem animæ tuæ in ipsum, voluntatem tuam, assensum tuum, quid facilius? Eris ne tu similis carnificibus, qui dicenti sitio fel ei offerunt? Felix nunciū pinæ Pharaonis datur, dabis continue poculum Pharaoni, & restitueris in gradum pristinum, o peccatrix anima, quæ in carcere peccati detenta cum fuisti, camelis potum dedisti, voluptatibus inseruisti, iam nunc Christo Domino poculum tribue, & in gradum pristinum ascende, eique occurre in via, quæ tui causa perambulauit.

B Sed quid respondeat Samaritana videam? *Quomodo tu Indæns es sis &c.* Amico quidem vniuersam dabit aquæ hydriam, Christo vero potum negat. Vt vitijs obsequaris & dæmoni, vires tibi suppetunt, vt Christo inseruias, vt ieiunes, vt eleemosynam facias, nec vires suppetunt, nec substantia. Amicum exorabit illa, vt bibat, sed licet Christus eam exoret, non audit. Petit a te Deus animam tuam, nec ei concedere vis petenti, & tamen animam eandem venalem omnibus exhibes vitijs, & omnibus exponis eam, qui illam diripere voluerint. Quid enim mercator avarus & iniustus agit? quid inhonesta mulier se turpiter ornans? clamant hi, quis animam meam vult, quid enim aliud ornamenta pretiosa dicunt? Audi, ego noui, qui eam velit, & emat, & multo pretio, sed vbi ille est? ais, super fontem sedens est, fatigatus venit ex itinere, vt animam tuam emat, illi primum eam da, eo pretio, quod alijs dare disponis. Sed quid dico, eo pretio, in quo verò cariore, sanguinem suum pro anima dabit tua, imo & dedit iam, gloriam tuam tibi dabit, nullus simile pretium dare poterit, tanquam frater, & primogenitus eodem quo alij

pretio ipse sibi emere poterat, sed non hoc solum iure illam **A**
 vult, sed duplum & quadruplum pretium auget, quis ei animā
 negabit suam? Audi dicentem, memento horum Iacob, & Is-
 rael, quoniam seruus meus es tu, formaui te, non obliuiscaris mei
 deleui ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata
 tua, reuertere ad me, quoniam redemi te. Excusat ergo se Sama-
 ritana, nec continuo Christo aquam tribuit petenti. Nec ve-
 ro sola Samaritana est, quæ Deum compellit bis, ter, &
 quater aquam petere. Pauci sunt, qui primæ Dei voci ob-
 temperent dicantque quod Samuel, ecce ego, quia voca-
 sti me, sed importunitate nos Deus vincere solet, & ad
 se trahere. Apostoli quidem semel vocati Christo Domino
 adheferunt, nos vero non sic, sed cum à Deo vocamur, vel re-
 nuimus, vel verborum folia ei offerimus duntaxat, ut fi- **B**
 culnea illa, quam Christus offendit, cum iret in Hierusalem.
 De qua re Orig. homilia. 16. in Matthæum, & Augustinus in
 quæstio. Euang. quæstione. 39. aiunt. Similes nos ficulneæ illi
 fumus, esurit in nobis Deus fructum boni operis, nos vero illi
 folia verborum damus. Vana profecto excusatio Samaritanæ
 ostendit fuitiles vanasque hominum excusationes, quibus in
 Dei obsequium venire recusant. Similes illis, qui inuitati
 in nuptias se excusauerunt, alius quia villam emit &c. Cum
 enim videas, expedire tibi virtutis viam sequi, illam recusas,
 vel quia vani homines tibi oblatrant, vel ne tibi vim aliquam
 inferas, vel ne incommodum in substantia patiaris, quibus fa- **C**
 cile deprehenditur, in paruo à te pretio haberi animæ tuæ salu-
 tem, æternamque gloriam, quam minimis rationibus relin-
 quis.

Sed ne omnino damnemus Samaritanam, his verbis osten-
 dit rectum animum in his, quæ Dei sunt, eiq; displicere quod
 à ratione videbatur alienū. Samaritani plus exosi erant Iudæis
 quam gentes, erant veluti apud nos hæretici, ut patet. 4. Reg.
 17. & ideo non contuebantur illis, quia Iudæi nolebant, ut pa-
 tet. 1. Esdr. 4. Licet ergo Samaritana voluptatibus dedita esset,
 erat tamen diuinis affecta rebus, non ut quidam, qui si in vnū
 peccatum prolapsi sunt, omnibus se continuo tradunt, in ope-
 rationem omnis immunditiæ, Aug. ait, vides terram plenā spi-

nis,

nis, sed vberem, ac pinguem, dicis, optima terra hæc est, & vbe- *Simile*
 res proferret fructus, si excoleretur. Ita sunt aliqui vitij obno-
 xij, in quibus tamē in virtutē habitas ostenditur, ex qua colli-
 gere licet, si illi virtuti incuberent, præclaros fructus redditu-
 ros. Sic ait Aug. peccauit Moyses à Egyptium occidens, sed
 fortis, ac virilis animi specimē dedit, & ait Deus, hic ducē po-
 puli mei recte aget. Peccat Paulus zelo legis vsus, non secundū
 scientiā, ostendit vero, quō zelo veritatem tuebitur, si in illam
 ducatur. Sic Samaritana se abstinet à Iudæorum consortio, ne
 crimē incurrat. Cū ergo in peccato fueris, ne effrenatus per vni-
 uersa vitia vageris, sed diuinis rebus afficere, ut Samaritana in-
 quirens vbi orandū sit, multa præsta bona opera, ut citius Deus
 misereatur tui. Sed ad eam Christus Dominus ait.

B Si scires donum Dei, &c. Si sciremus quantum sit Dei in nos
 donum, cum à nobis dilectionem, & obsequia postulat, nō ex-
 pectaremus, ut illa exigeret, sed nos obsecraremus, ut ea accipe- *Aug.*
 ret. Hinc miratur Aug. præceptum à Deo nobis imponi, ut dili-
 gamus eum, ut eius amici simus, cum enim summum homini
 beneficium sit, ut ei facultas concedatur diligendi Deū, & in
 gratiam, & amicitiam Dei recipiatur, non solū ei conceditur fa-
 cultas ista, sed exigitur ab eo amor, & præcipitur. Quis vnquā
 rex præceptū ministro posuit dilectionis, & amicitie mutæ?
 imo vero summum ei beneficium cōfert, si patiat, ut amicus
 eius sit. Quis pauper audiēs, qui laborat in hac vinea per horā,
 integrum regnum in mercedem accipiet, non oret, ut merce-
 narius ipse sit, & in vineæ culturam admittatur? Si potum aque
 frigidæ æterno regno Deus munerat, an non omnes orare, &
 obsecrare debemus, ut tanti largitoris ministri simus? Verè *Mat. 5.*
 merces vestra copiosa est in cælis, quam nec oculus vidit &c.
 & mensuram bonam, confertam, coagitatam, & supereffluen-
 tem dabunt in sinus vestros. Sed & aliud hic significatur do-
 num, quod si sciremus, maximi nostra interesse & videremus.
 Interrogo ego te, scis donū Dei? ais, noui omnia, quæ video &
 habeo Dei esse dona, nihil enim habere possum, quod à Deo
 profectū nō sit, facilius numerabis stellas cæli, & arenam maris,
 quā Dei dona, quia omnia quæ creata sūt, dona Dei sunt. Sed
 aliud excellentius donū hic Christ. Dñs significauit quod donū

Li 5

dicit

Esa. 44.

1. Reg. 3.

Mat. 21.
Orig.
Aug.

Mat. 22.

4. Reg. 17.

1. Esdr. 4.

August.

dicit per antonomasiam, sicut Aristoteles philosophus dicitur, & hoc dicit ille aquam viuam, & sicut donum hoc super omnia dona est, ita qui illud habet, foelicissimus est, & plures Deo referre gratias debet pro hoc dono duntaxat, quam propter reliqua omnia. Et hoc præstabat Paulus dicens, gratias ago Deo super inenarrabili dono eius, sed quod est hoc donum? si inenarrabile illud Paulus asserit, quomodo ego illud dicere, aut enarrare potero? Sed cum illud inenarrabile dicit, quid sit ostendit, quid enim aliud inenarrabile est nisi Deus? ille in comprehensibilis est, & ideo inenarrabilis, & ineffabilis. Audi ergo donum hoc. Acto. 2. effudit hoc donum, quod vos videtis, & auditis, & Acto. 1. accipietis donum spiritus sancti, qui ideo dicitur donum Dei altissimi. Spiritus sanctus donum est, quod pater & filius sibi inuicem donant, diligentes se mutuo, & illum spirantes. Si sciremus, quid hoc donum sit, vitam libenter profunderemus, ut illud haberemus, & hoc est donum, quod Deus maximè nobis dare desiderat, qui enim infinita bonitas est, quid nisi infinita dare velit? Dator munerum Deus noster est, dare desiderat, dedisti Domine nobis mundum hunc, maximum profecto donum, sed restat aliquid dandum? nondum dare incepti, Deus ait, donec donum infinitum dem, nihil me dedisse puto. Hinc Paul. charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. En donum super omnia dona, de hoc nunc Christus ait, si scires donum Dei, & quis est, qui loquitur tecum, qui hoc donum tibi dare potest, petijsses illud, desiderassesq; aquam hanc viuam, fontem viuum, qui tecum loquitur Deus est, & homo, ut De dare tibi potest donum hoc, & ut homo tibi illud meruit, quod si hoc tibi daret donum, Deum haberes, Deum possideres. Audis hæc homo sitiens, tibi loquitur, non aquam turbidam A Egypti, non vile & emortuam promittit aquam, sed aquam viuam, quæ profluxit à petra illa, quæ Christus est, virga crucis percussa, qui vicerit, dabo ei bibere de fonte aque viuæ gratis, gratis tibi datur, licet ille gratis non emerit, quis Deum gratis vult? quis aquam viuam pro siti vult? quis Deum pro desiderio? Omnes sitiens venite ad aquas, Esa. clamat, quare appenditis argentum & non in panibus? laborem vestrum & non in saturitate?

Quos

A Quos labores sustinuuisti auare, superbe, inhoneste? num saturatus es? adhuc sitis, adhuc fame consumeris, substantiam vires salutem insumpisti, & saturatus non es, accede ad Deum, ut satieris, Audite, ait Esa. audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles, quod si prophetas meos non audierint hoc clamantes, ibo ego in terras, & ore proprio clamabo, si quis sitit veniat ad me & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Clamor hic amoris, & dulcedinis est, ne aquas veneno infectas bibamus, sed aquam mundam, qua mundemur ab omni inquinamento. Vide satietatem huius aquæ, flumina de ventre bibentis eam fluent, num à Dei manu satiantem aquam reijcies, & à diaboli manu aquam turbidam ac pestilentem bibes? Ut prodigus patris domum rediret, fames ac rerum penuria effecit, & satietas, quæ in domo patris erat. Fatigatus erat Israel siti, & in Egyptum regredi disponebat, sed ex petra aqua largissima, prodijt, & sic in Aegyptum reuersi non sunt. Ne igitur ad creaturas accedas, Christus Dominus, qui petra est, aquas viuas hodie promittit. Dixerant prophetæ, aquas mundi sitim non sedare, venturum verò Messiam, & haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, nunc ille has aquas manifestat, ad eum accedamus, & dedisset tibi aquam viuam. Ingenium hoc Dei est, nunquam aliquid petit à te quin multo potiora det, petit à te aquam mortuam, dat pro illa viuam, est verò gratia Dei aqua viuam saliens in vitam æternam. Aqua dicitur, quoniam sicut aqua mundat, ita diuina gratia. Hinc Ezech. effundam super vos aquam mundam, & mundabimini, ab omnibus inquinamentis vestris. Lauari verò se postulabat Psal. dicens, lauabis me, & super niuem de albabor, sic animam gratia lauat, & mundat, ut lucidior sit astris, quæ denigrata super carbones erat, & deinde gratia aqua est quia terram fecundat, ut fructum profert vberè. Licet enim illa in animæ sit essentia, tamè per virtutes ab ea fluentes in potentias impellit in operationes rectas ideo Psal. ait, erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Dicitur verò viuam hæc aqua, quia viuum reddit hominem, & vitam excellentissimam.

tissi-

2. Cor. 9.

Acto. 2.

Acto. 1.

Rom. 8.

Apar. 2. 1.

Esa. 55.

Ioa. 7.

Luc. 15.

Num. 20.

Esa. 12.

Eze. 36.

Psal. 50.

Psal. 1.

tissimam ei donat. Dicitur verò saliens in vitâ æternam; nec mirum, cum enim aqua tantum ascendere soleat, quantum prius descendit, cum è cælis gratia descenderit, non mirum illuc vsque ascendat. In vitam æternam ascendit, quia opera eleuat nostra, vt digna sint vita æterna, & mentem eleuat, vt cælestia querat, ad illa suspiret, caducis ac perituris relictis, efficitque, vt super omnes curas sit cura æternæ salutis, vt super cæteros liquores supernatat oleum. Sed ais, qui fieri potest, vt mens hominis à visibilibus ad inuisibilia abstrahatur? Respondeo. Sicut magnes eam vim ferro imprimit, vt positus in acu nautica reliquis astris relictis in solum polum respiciat semper, in eoq; solum fixa, & immota maneat, sic diuina gratia mentem tangit, vt terrenis spretis ad cælestia ducatur. Hinc Paulus, nostra conuersatio in cælis est. Sic omnes sancti, qui peregrinos se esse confessi sunt, aspiciabant in remunerationem æternam. Signum inhabitantis in te gratiæ sunt saltus in vitam æternam, oppositum signum sunt saltus in hæc caduca. Audi illum,

qui ait, quid mihi est in cælo, & à te quid
volui super terram, Deus cordis
mei, & pars mea Deus
in æternum?

(••)

Sabbatho

Simile.

Philip. 3.

Psal. 72.

♣ Sabbatho post Dominicam Tertiam quadra- gesimę.

*Thema. Nec ego te condemnabo, vade
Et iam amplius nobi peccare. Ioan. 8.*



B

Misericordiam Christi Domini nullis verbis amplificare possumus. Misericors, & miserator Dominus, longanimis, & multum misericors, ait Psaltes. Sed factus homo summam ostendit misericordiam, nec solum misericordē se ostendit, sed & ipsam esse misericordiam. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Viscera appellat misericordiam, id est, ex misericordia facta. Hanc autem misericordiam etiam in peccatores ostendit maximam. Tantamque, vt ei obijceretur tæpius, quod peccatores exciperet, & eorum patronū se exhiberet. Et ideo Augustinus tractatu. 33. & Euthimius in Ioannem dicunt, Phariseos nunc ad tentandū Christum esse motos, quia eum nimium misericordem esse nouerant, & ideo huic adulteræ parciturum putabant. Et cum audissent eum legem Moyli interpretantem in alijs, putauerunt, in hac etiam re de adulterę punitione aliquam nouā doctrinam docturum, quæ legis rigorem temperaret. Sed misericordem eum cum hac adultera futurum ostendit ex loco vnde venit, quia vt initio Euangelij Ioannes ait, Iesus autem perrexit in montem Oliueti, & inde venit, nunc in templum, vt doceret. Cum enim oliua in signe sit misericordiæ, qui ex oliuarum monte venit, quid aliud quam misericordiam secū deferat. Quin & ipse oliua illa est, de qua Psaltes, ait. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei mei. Et vt oliua ista in nos effunderet oleum misericordiæ, suscepit ille in se rigorem iustitiæ,

Psal. 102.

Luc. 1.

August.

Psal. 51.

stia, quem nos merebamur. Tuncq; iure patri dicere potuit, **A**
Huic debetur misericordia, & peccatori iustitia, accipiam ego
supplicia iustitia, suscipiat homo veniam misericordiae.

Sed parum nunc contemplemur supplicia, quae in hanc
oliuam descenderunt, quae ex oliuarum monte nunc venit. Il-
lam profecto inspiciebat Ieremias, cum diceret: Oliuam vbe-
rem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus
nomen tuum. Ad vocem loquelae grandis exarsit ignis in ea,
& combusta sunt fruteta eius. Et Dominus exercituum, qui
plantauit te, locutus est super te malum pro malis domus Is-
rael. Loquitur statim Christus. Tu autem Domine demon-
strasti mihi, & cognoui, tu ostendisti mihi studia eorum. Et
ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Cui
obsecro verba ista conuenire possunt nisi Christo? Ille est oli-
ua pulchra, fructifera, speciosa. Sed ignis passionis exarsit in ea
ad vocem loquelae grandis, id est, sententia aduersus eam lata a Patre
aeterno propter hominum peccata, quoniam Dñs, qui plantauit
eam, locutus est aduersus illam malum pro hominum peccatis.
Nec solum pater hanc tulit sententiam, sed & ipse filius, cui pater
demonstrauit, quia pater demonstrat filio omnia, quae ipse fa-
cit, & sic demonstrauit mortem suam, quam filius libenti
animo suscepit, dicens. Sacrificium, & oblationem no-
luisti, corpus autem adaptaisti mihi, tunc dixi, ecce venio, &
Deus meus volui. Et cum solo amore hoc factum sit, etiam
Spiritus sanctus hanc protulit sententiam. Pater voluit, filius accep-
tauit, & ambo ducti amore, qui est Spiritus sanctus, tora ergo tri-
nitas loquelam grandem dixit aduersus oliuam. Recte exclamat Ec-
clesia, o mira circa nos tuae pietatis dignatio, vt seruum redime-
res, filium tradidisti: id ipsum poterat Paulus. Qui proprio filio suo
non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Vt nobis
misericordia donetur, traditus est in supplicia Christus.

Hanc hominibus collatam misericordiam, expressit Domi-
nus in Abrahamae sacrificio. Exiuit, vt immolaret filium Isaac,
qui portabat ligna, pater vero ignem, & gladium. Inter
rogat Isaac, ubi est victima pater mi, & pater ad eum, Domi-
nus prouidebit sibi victimam filii mi. Quasi dicat, sanguis
tuus satis non est, vt peccata deleat, Deus ipse mittet agnum,
cuius

Here. 11.

Psal. 39.

Rom. 8.

Gene. 21.

A cuius sanguis expiare peccata possit, & sic offenderunt arietem
inter vepres. Desert pater ignem, & gladium, ignem amoris erga
nos, & gladium iustitiae aduersus filium, qui proprio filio suo non
pepercit. Mirus profecto in homines amor, & rigor, vt ita di-
cam in filium. Pone in hac parte filium, in illa seruum, & sin-
ge dicentem filium. Pater ego vnicus tibi filius sum, eiusdem
substantiae, splendor gloriae tuae, me ne dabis pro vili seruo? Et
seruo adeo nequam, qui cras in obliuione ponet benefi-
cium hoc? Si pro iustis, ac gratis illum dares, conue-
niens aliquomodo esset, nam pro bono forsitan quis au-
deat mori, sed pro transgressoribus quo pacto illum da-
bis? Nihilominus pro nobis omnibus tradidit illum, pro
iustis, & iniustis, mira omnino dilectio. Nec minor
apparet filii dilectio, cum eam sententiam amplexatus fuit.
Hinc Paulus. Commendat autem charitatem suam, quia **Rom. 5.**
cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus
est. Mirabilis apparet dilectio illa Dauidis in absalon, cum di-
xit, quis mihi det, vt ego moriar pro te, id est, quod vita mea
exposita tuam redimerem, sed mirabilior Christi charitas, qui
vitam re ipsa exposuit, & in pretium nostrae dedit, cum nos si-
miles fuerimus Absaloni proditori, qui mulo effreni insidens
ex arbore pependit, & mortuus est, sic enim homo diuinam
gloriam, ac regnum usurpare voluit, & ideo effrenis facta ca-
ro in arborem vetitam cucurrit, & inde pependit, & mortuus
est, in cuius rei remedium Christus mortem passus est, vt nos
viuamus. Immensa profecto charitas ista, ac misericordia est.
Ex monte oliuarum, id est, ex altissima, ac insigni misERICOR-
dia Christus venit, vt eam praestaret. Cum ergo misERICOR-
dia Dei maxima peccata nostra suscepit, vt ea persolueret,
recte misericordiam praestare potest peccatori sine iustitiae pre-
iudicio, cui abunde satisfactum est. Hinc mira misericordia
in peccatores suscipiendos vtitur, cuius misericordiae gradus
si enumeremus, mirabiles apparebunt. Et verus ostendetur,
qui ait. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes
in te, nec enim solam misericordiam praestare vult, sed mira-
bilem, ac stupendam.

Primo, ostendere se voluit Deus diuites, sed qua in re? Certe in
miseri-

Psal. 136.

Ephes. 2.
Rom. 9.

miseriordia, ille diues est pecunijs, ille agris, ille gregibus A
ouium, sed Deus diues est in misericordia. Sic enim eum Ap-
pellat Paulus, cum ait Deus, qui diues est in misericordia. Et
iterum, ostendit diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Et
ideò misericordiæ Dei sæpe in diuinis literis apponitur hoc
cognomen magna. Hinc Psaltes. Secundum magnam miseri-
cordiam tuam, & misericordia tua magna est super me. Indiget
profecto homo magna misericordia, & eam esurire deberet, ac se
preparare, vt eam suscipere. Quo contra faciunt, qui cum mini-
mum se ad confessionem prærauerint, satis sibi factum putant.
Cum quis vas vacuum defert, vt aquam, vinum, aut oleum de-
ferat in domum, in eius magnitudine agnoscis, an multum, vel
paucum sit ei opus. Cum ergo magna indigeas misericordia,
multa tibi opus est dispositione, maximo vase. Plurima con- B
gregare vasa debes, vt ea Deus impleat oleo misericordiæ suæ,
sicut vidua illa fecit, quæ collegit vasa non pauca, quia pluri-
mo indigebat oleo propter multa debita. Magna tibi necessi-
tas cum sit, para maximum vas, dum enim vas fuerit, oleum diui-
næ misericordiæ non deficiet, quia magna illa est, ac redundas.

4. Reg. 4.

Sed in hac misericordiæ vena fodiamus amplius, immensa
enim est, secundo ergo magna ostenditur cum peccatore, dum
in illum sententiã ferre recusat, ac differt, facillèque dicit, quod
hodie mulieri adulteræ, nec ego te condemnabo. Dum autem
iustitia exigente, eum tandem damnat, quasi inuitus, & labo-
rans id facit. Vt patet in supplicio inflicto Adæ, & in diluuiò,
cum tactus dolore cordis intrinsecus ait. Delebo hominem,
quem creauì, à superficie terræ. De qua re multa alibi. Et de- C
mum cura hominem in infernum damnat, nec ibi misericor-
diæ obliuiscitur, punit enim citra condignum. Sed de miseri-
cordia Dei in peccatorem in hac vita plura dicamus.

Gen. 6.

Tertiò ergo magna in peccatorem ostenditur misericordia
dum dissimulat peccata hominum, & ita se gerit, ac si ea nõ vi-
deret. Accidit aliquando, vt filius sit patri amantissimus, cum-
que patri dicas, attende filium tuum scelus perpetrantem, ille
ait, fieri nequit, vt ille tale quid perpetret, finite illum, dissimu-
latque, ne in eum desæuiat. Sic etiam iudices aliquando amici-
tia ducti dissimulant amicorum crimina. Mira profecto Dei in

Simile.

ho-

A homines, dilectio, cui dicere potuit Dauid. Auerte faciem tuam
à peccatis meis, quasi dicat, ne illa respicias, aliud vultum verte.
Et Habacuc ait: Quare non respicis super contemptores, & ta-
ces deuorante impio iustiorum se? Quasi dicat, cur auertis fa-
ciem tuam à peccatis eorum, & ita te geris, ac si non videas?
Certe, quia eos diligo, nec punire vellem. Et ideo dicitur, dissi-
mulas peccata hominum propter penitentiam, & parcens il-
lis. Sic hodie dissimulauit peccata adulteræ inclinans se, &
scribens in terra, quasi non videret illius peccata. Et cum ait,
nec ego te condemnabo.

Psal. 50.

Hab. 1.

Sap. 11.

Quartò, tanta hæc misericordia est, vt quodammodo fidelis
Deus non sit in verbis suis, vt misericordiam præstet. Multa,
B ac magna in diuina scriptura tradita sunt de fidelitate verbo-
rum Dei. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis. Et cae-
lum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.
Sed si peccator ad Deum conuertatur, statim diuina miseri-
cordia sententiam mutat. Innumeræ sunt minæ aduersus
peccatorem, sed si ille penitentiam egerit, vniuersa in bonum
mutantur. Hinc Dominus per Ezechielem ait. Si dixero
impio, morte morieris, & egerit penitentiam à peccato suo,
vita viuere, & non morietur. Omnia peccata eius, quæ pecca-
uit, non imputabuntur ei. Id autem manifestè ostendit ex-
perientia. Cum enim in Ezechiam lata esset mortis sententia,
& ille fleuisset, statim, priusquam Esaias atrium illius egredere

Psal. 144.

Luc. 21.

Ezeec. 33.

C tur, mutata sententia in melius est. Idem accidit pessimo
Achab, cui multa minatus fuerat Elias, sed eo humiliato Do-
minus ait. Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Non
inducam in diebus eius mala. Id ipsum Niniuitis accidit, qui-
bus dura illa sententia fuerat edicta. Niniue subuertetur. Illi
autem consilio inter se inuito conuersi sunt ad Dominum di-
centes. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Dominus? Et
misertus est Deus super malitia, quam locutus fuerat, vt face-
ret eis, & non fecit. Et quoniam hoc Dei ingenium propheta
agnouerat, noluit primum in Niniuen ire. Sic enim ille ait.
Obsecro Domine, nunquid non hoc est verbum meum, cum
adhuc essem in terra mea? Propter hoc præoccupati, vt fu-
gerem in Tharsis, scio enim, quia tu Deus clemens, & miseri-

Esai. 38.

3. Reg. 21.

Ion. 3.

Ion. 4.

Aduen.

Mm

ricors

ricors es, patiens, & multæ miserationis, & ignoscens super ma-
litia.

Quintò magnitudo diuinæ misericordiæ in peccatorem
ostenditur, dum ille rogat, ac allicit, & quæ pacis sunt tractat,
cum ille offensus peccato fuerit, ille vocat peccatorem, ille vr-
get, vt reconcilietur Deo. Expendit Chrysof. in Matthæum,
verba illa Christi, Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Pro-
phetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congre-
gare filios tuos, quemadmodum cõgregat gallina pullos suos
sub alas, & noluisti. Ait Chrysofomus, verba ista summe dulce-
dinis, ac dilectionis esse. Sicut cum tibi est intimus amicus, qui
facili, ac leui de causa à te recedit, & amicitiam tuam deserit,
& tu eum vocas nomine proprio sapius, dicens, heus ò Pe-
tre, Petre, me ne relinquis absque causa. Id ipsum cum Hieru-
salem agit Christus, cum repetito nomine ait, Hierusalé, Hie-
rusalem. Id ipsum, si attéderis, tecum fieri agnosces, cum enim
à Deo per peccatum recedis, Deum interius clamantem au-
dies, me ne deseris? Qua de causa à me recedis? Quid inuenisti
in me iniquitatis? Hinc Hieremias ait. Audite verbum Domi-
ni. Nunquid terra ego sterilis sum, aut ferotina, quare ergo di-
xit populus meus, recessimus, non veniemus ultra ad te? Re-
cte propheta ait, audite verbum Domini, audite querelas eius
quas aduersus vos proponit, quia eum deseritis. An non ista
dulcedo satis esse deberet, vt nos ad Deum reuocaret? Non
agnoscebat Magdalena Christum post resurrectionem. Et
Christus ad illam ait semel, Maria, & statim eum agnouit, & ait,
Rabbi. Sed, ò anima, quoties te nomine proprio vocauit Ie-
sus, nec eum agnouisti? Laborauit ille clamans, nec ad eum
venisti. Stupendum hoc valde est, quod fugiat quis misericor-
dem Deum vocantem ad se, vt innumera bona præstet. Quod
resistat quis Dei potentia, ac sapientia, non adeo mirum est,
quod velit Deus sua potentia te deijcere, ac loco disturba-
re, & tu coneris ascendere, ac sursum ferri, non multum miror
quod velit te punire, & tu cures supplicium fugere, non adeo
mirandum. Sed illud summe mirandum, quod fugiat quis
misericordem Deum, quod resistat eius misericordiæ, & cum
ad eum Deus declinet, vt innumera bona conferat, ille fugiat.

Sum-

A Summe hoc stultitiæ est. Fugit Adam audita Dei voce, sed fu-
git iratum Deum. Audisti vocem tuam, & abscondi me, at mi-
sericordem Deum quis deseret, ab eo quis fugiet? Cum ergo
te summa dulcedine vocet nomine proprio, vt tibi diuitias
gratiæ donet, accede ad eum.

Sextò eadem misericordia Dei magnificatur, vt expendit
Bernardus in sermone de septem fragmentis, quod cum Deus
ignoscit, & condonat peccata, & te in amicitiam recipit, om-
nino, & ex corde parcat, nec postea conuitio dabit, quod in eum
peccaueris. Non sic homines ignoscere solent, qui exterius ini-
micis parcant, non omnino ex corde, quod si corde etiam re-
mittant, semper aliquid manet in corde, memoria, & sensus de-
licti admissi, vt non a deo rectum cor maneat cum eo, cui peper-
cit, ac cum alio à quo nunquam est læsus. At verò Deus omni-
no remittit, ac si non peccasses omnino, cum debita satisfactio
à te fuerit exhibita. Hinc ait per prophetam. Omnium ini-
quitatum eius non recordabor amplius. Id in Petro mani-
festum est, qui post negationem fleuit amare, nec eum
Christus carpsit, imo statim sui vicarium reliquit. Idem in
Magdalena, Paulo, Matthæo, & alijs videre licet. Deinde ho-
mo, cum reconciliatur amico, à quo læsus est, non eum admit-
tit in totam amicitiam pristinam, Deus vero in totam. Dispu-
tant theologi, an homo per pœnitentiam recuperet vniuersam
gratiam, ac merita, quæ prius habuerat. Et licet diuersi
diuersa sentiant, sed certius est, vniuersa recuperari. Et
qui doctores minimum de hac re dixerunt, asserunt, redire
hominem in eam pristinam gratiam, quam ipse voluerit secun-
dum pœnitentiæ feruorem. Vt ergo tu volueris, Deus efficiet,
nec enim solum peccata remittit, sed gratiam præstat, & pri-
orem beneuolentiam, vt significatur in parabola filij dissipato-
ris. Et cum ait. Ego sto ad ostium, & pulso, si quis ape-
ruerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse me
cum. En amicitia omnino restauratur. Huic, quod nunc dixi-
mus, illud addendum est, quod cum nouerit Deus, cito te re-
cessurum ab eius amicitia, nihilominus te in amicitiam admit-
tit, cum vis ea vti.

Septimò magnificatur diuina misericordia, ac mirabilis ex eo

Mm 2

reddi-

Gene. 3.

Bern.

Ezech. 18.

Luc. 15.

Apoc. 3.

Chryf.

Simile.

Hier. 2.

Ioa. 20.

Matth. 18.

redditur, quod nullus terminus peccatorum præscriptus est. A peccatori, de quibus veniam non consequatur. Et licet millies à Deo recesseris, millies te recipiet, si ad eum conuersus fueris, interrogat Petrus. Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? Ad quem Christus. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies, ubi numerus determinatus pro indeterminato ponitur. Quam sit breuis humana misericordia, ex eo liquet, quod semel, aut iterum ignoscis seruo, & hanc, vel illam iniuriam forsan remittes, sed non grauissimam. Si pluries delinquit etiam filius, eum à domo eijs, si grauissime delinquat, non ignoscis. At verò Deus licet millies pecces, licet grauissima peccata admittas, semper recipit, ac ignoscit, si ad eum redeas. Stupenda profecto B Dei dignatio est, quod cum peccatum infinita offensa sit, quia contra infinitum bonum, & omnium scelerum, quæ in creaturas committuntur, malitiam habeat, quia iniuria est, furtum, adulterium, homicidium, & reliqua omnia, nihilominus Deus facile ignoscat innumera peccata, & hoc millies. Tanta res hæc est, vt humanum superet captum. Et hac ratione Psaltes agens de Christi sacerdotio, cuius intercessionem peccata remittuntur, maximis illis verbis, & summam asseuerationem ostendentibus vsus fuit, quia rem dicebat humanum captum superantem. Iurauit Dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum. Magnum quid molitur dicere, cum ait, iurasse Dominum, & cum adiunxit, nec C poenitebit eum, id est, nunquam retractabit sententiam. Sed quæ res ista tanta est, quam iuramento confirmauit, & nunquam mutabitur? Sane quod Christus sit sacerdos peccata vniuersa condonans.

Psal. 109.

Sed iam vltimum dicamus, quod de diuina misericordia dici potest, quod cum dixerimus, quasi ad terminum devenimus diuinæ misericordiæ, & cum illa infinita sit, ei finem hunc præscribemus, quia quo procederet, non habuit. Et quod illud est? Hoc certe, quod vt facile nobis concederetur diuina misericordia, ac paruo labore nostro, imo vero vt gratis nobis daretur, ille eam emere voluit caro pretio, sanguine, ac vita datis. Exhibuit se Samaritanum vulnera nostra

curan-

A curantem oleo, & vino magna sua impensa. Commensuratus homini est, vt eum suscitaret, sicut Elias, & Eliseus fecerant, & in cruce positus est, vt inde nobis effluat misericordia. Nunc ergo, cum tempus acceptabile est, accedamus, vt tanta misericordia utamur. Veniet enim tempus, cum misericordiam non inueniat homo licet quærat, cum oleum petentibus virginibus, denegetur. Cum clausa sit ianua, & dicatur, nescio vos. Licet enim misericordia Dei tanta sit, tamen constitutum est tempus, quo ea vti licet, hoc autem tempus vita præfense est. Ideò memoria retinenda sunt verba illa Psalmi, quæ summa ponderatione repetit Paulus. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Adhortamini ergo vosmetipsos, donec hodie cognominatur. Cum autem hoc hodie adeo breue, & incertum sit, nihil de mentius, quam conuersionem differre, & in dubium vocare æternam fælicitatem, aut æternam miseriam.

Sed iam exhibitam à Christo Domino misericordiam adulteræ expendamus. Adducta est mulier in adulterio deprehensa, & in medio statuta, & dicunt ei, magister &c. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram. Sed duo in his verbis dubia sunt. Primum, cur scripserit in terra, cum sic interrogaretur à scribis, & pharisæis. Secundum, quid scripserit. De primo Augustinus de consensu Euangelii harum libro 4. ca. 10. Ideo scripsit in terra, vt significaret scribas, & pharisæos accusatores adulteræ in terra scribendos, non in cælo, tanquam legis transgressores, alludens ad illud Ieremiæ. Recedentes à te in terra scribentur. Hoc ergo facto eis respondet, quasi dicens, vos accusatis hanc mulierem, quia legem transgressa est, cum vos maiora crimina perpetraveritis. Idem Augustinus tractatu 33. in Ioannem aliam addit causam, vt scilicet, significaret, se eundem illum esse, qui legem digito scripserat in tabulis. Ambrosius epistola 76. priorem Augustini causam sequitur. Euthymius dicit. Christum scripsisse, vt se nolle attendere indicaret, tanquam qui eorum cognoscebat machinationem. Dicitque eos, qui indigna, & importuna rogantibus respondere nolunt solitos esse scribere in terra. Cyrillus lib. 5. in Ioannem ait, inclinavit se, & digito scribebat in terra, vt nobis ostendat, quod

Aduen.

M m 3

ante-

3 Reg. 17.
4 Reg. 4.

Matth. 23.

Psalms. 94.
Heb. 3.

August.

Iere. 17.

August.

Ambro.
Euthi.

Cyril.

antequam iudicium feramus de proximo, ad veritatis inuestigationem descendere, & animum inclinare debemus, & discretionis digito singula ad rem propositam attententia prius discutere, alioqui recte iudicare non possumus. Quod ut nobis Deus significaret, quamuis peccata Sodomorum, & Gomorrhæorum nosset, ait, descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, ut sciam. Sicut tunc ait, descendam, & videbo, ita nunc inclinat se, & scribit. Ut nos doceat, non facile iudicare.

Gene. 18.

Hiero.

Sed iam secundum videamus, quid, scilicet, scripserit Hieronymus libro 2. contra Pelagianos ait. Accusabant Scribæ, & Pharisei iuxta legem adulteram lapidare cupientes, at Iesus inclinans se digito scribebat in terra, eorum videlicet, qui accusabant, & omnium peccata mortalium, secundum quod scriptum est in propheta, recedentes a te in terra scribentur. Hæc Hieronymus. Si verò dicas, quo pacto fieri potuit, ut omnium hominum peccata scripserit, respondeo, quod sicut unum Apostolorum verbum omnes intelligebat nationes, sic una Christi scriptura cui que aperiebat sua peccata. Et sicut si omnes mortales audirent concionem Apostoli, omnes illam perciperent, ita si omnes mortales adessent, & viderent Christi scripturam, scripta viderent peccata sua. Ambrosius epistola 56. Quid, inquit, scribebat, nisi illud propheticum. Ieremias 22. Terra terra scribe hos viros abdicatos, quod de Iaconia lectum est. Et in epistola 79. ait, scripsisse, festucam, quæ in oculo fratris tui est, vides, trabem vero, quæ in oculo tuo est, non vides.

Ambro.
Iere. 22.

Cum ergo perseverarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis, qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Voluit Dominus eos confundere, qui cum sceleribus pleni essent, zelum legis contra sceminam unius peccati causa prætexebant, indecens enim est, ut legis transgressor iudicet alium legis transgressorem, maximè eum, qui levius deliquit. Vnde Cyrillus ait. Iussit Moyses, adulteras lapidari, sed ab his dütaxat, qui sunt observatores legis, non præuaricatores. Non enim fas est, neque iura sinunt, transgressionem legis ab eiusdem transgressoribus vindicari. Qui ergo ex vobis sine peccato est lapidet eam, non prohibeo moecham lapidari, sed nolum id ab his fieri, qui non minus

minus.

At minus quæ ipsa, aut gravius legem conculcaverunt. Cõfusi ergo accusatores verbis Christi, & scriptura unus post alium exiit. Et Iesus ad mulierem ait. Nec ego te condemnabo, vade, & iam amplius noli peccare. Illi propria conscientia redarguti non te condemnauerunt. Ego autem misericordia mea, & potentia, quam super legem habeo, te liberam relinquo. Sed noli hac misericordia in malum uti, abstinere deinceps à peccato. Cum ait vade, eam absoluit diuina potestate.

Sed ut ex hac historia nobis fructum colligamus, attendendum est. Vnum ex nominibus peccati esse adulterium. Quia cum amicitia Dei cum anima desponsatio dicatur, hæc autem

peccato violetur, peccatum adulterium merito nuncupatur.

Et ideo grauissimum scelus ostenditur. Ideo Sapiens ait. Zelus, & furor viri non parcat in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquæ precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Cum enim mulier regi nupsit, à quo humanissimè tractatur. Si adultera sit, digna est morte, nec vllis precibus, aut donis redimi debet. Ita mortale peccatum ex se irremissibile est, remittitur vero ex Dei misericordia. Ezechiel integro capite 16. proponit exemplum regis, qui offendit expositam puellam, quam suscipit, nutrit, ornat, & demum in uxorem ducit. Et illa meretrix facta est, ut peccati malitiam ostendat. Cum enim Deus te de nihilo creauerit, exaltauerit, & animam tuam in sponsam susceperit, tu tot adulteria quot peccata commisisti.

Prov. 6.

Ezech. 16.

Nunc ergo diuinam dilectionem, ac misericordiam expendere, quod cum tantum piaculum admiseris, nihilominus te Deus ad se vocat, ut ignoscat, & iterum ei desponseris. De qua re multa Ieremias. Vulgè dicitur: Si dimiserit vir uxorem suam, & illa fuerit cum altero, nunquid reuertetur ad eam? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, dicit Dominus. Oseas confert Deum viro, qui nouit, uxorem suam alium quærere virum, nec tamen occidit eam, sed ostia claudit, & sepit viam spinis, ut abire nequeat. Flagrat Deus amore tui, & tu flagras desiderio vanitatis. Recte Esaias ait. Gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Speculum, in quo se

Mm 4 pater

Eph. 5.

pater inspicit, filius eius est, speculum filij anima sponsa ipseus est, quasi dementatus, ac perditus Deus est amore nostro, nullus sponsus sic sponsam diligit, ac Deus nos. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia. Plus diligit Christus animam quam Adam Euam, quia licet Eva de late re Adami sumpta sit, tamen etiam Ecclesia de Christi latere in cruce quiescentis prodijt in sanguine, & aqua. Recte Ioann. ait, qui habet sponsam, sponsus est. Non satis erat Ioannes vt sponsus animarum esset, quia onera huius matrimonij maxima sunt. Efficit matrimonium omnia communia, & ideo spiritus sponsi, & caro eius sponsę danda erant, hoc autem Ioannes dare non potuit, dedit autem Christus & ideo ille sponsus animarum est.

Matt. 12.

Ex quibus pater, grauisimū esse adulterium; quod in Deū admittitur. Recte Christus ait, generatio praua, & adultera. Quia eo grauius delictum adulterium est, quo vir dignior est, & eius in vxorem amor, ac dulcedo maior. Attende ergo d̄ anima, quis sit vir tuus, quantęque dignitatis, attende amorem in te infinitum, beneficia immenta. Quęnam istorum, quę diximus, mensura est? Nulla certe, quia infinita sunt, ideo adulterij tui crimen iramensum, ac infinitum est. Nunquid odio habebis Deum virum tuum, & te summo amore prosequentem? At peccator dicitur Deum odisse. Sic Psal. ait, superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Et nonne qui oderunt te, Domine, oderā. Quia aliquid peccator diligit, propter quod Deū contemnit, ac deserit. Si ergo adultera fuisti, o anima, nunc ad Deum conuertere, & amplius noli peccare. Sufficiat vobis Is-

Psal. 73.

rael omnia peccata vestra, ait Propheta. Et Petrus. Sufficit præteritum tempus, ad voluntatem gentium

Ezech. 44.

1. Pet. 4.

consummandam. Nunc iam volu-

ntatem Dei implea-

mus, &c.

Domi-

A Dominica Quarta Quadra- gesimæ.

*Thema. Abijt Iesus trans mare Galilææ, & se-
quebatur eum multitudo magna. &c.*

Ioan. 6.



SICVT qui longam suscepere nauigationem, curant aliquando in terram exire, vt in ea delectentur, & noua cibaria, & aquam sumant. Ita nunc Ecclesia, ne penitentię laboribus deficiamus, & tristitia abundantiore absorbeat, proponit Dominicam lætare, qua nos in gaudium vocat, & noua proponit cibaria, ac conuiua, quę Christus Dominus se sequentibus præbet. Vnde hodie exorditur officium dicens. Lætare Hierusalem, &c. Olim iam omnes fideles cōfessione exonerauerant animas suas, ideo Ecclesia de dragmāntenta, & de noue reperta lætatur, quod si in domo patris tanta insonuit lætitia, quia saluum recepit eum, qui perierat, quę lætitia in Ecclesia non erit? Si verō Ecclesia lætatur, & Angeli etiam in cælo, super vno peccatore penitentiam agente, merito peccator etiam lætari potest de tanto bono suo, quod & alios lætos reddit. Aug. Quisquis vere penitens es, dole, & de dolore gaude, dolor enim vulnereum sanitatis iudicium est. Sed ad hanc lætitiā solum inuitantur, qui in penitentię tristitia fuerunt. Hinc Psaltes. Sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei, iusti autem epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Gratia ergo opus est, vt hanc celebremus Dominicam, quam petimus per Mariam.

Duo nobis hodierno Euangelio proponuntur. Primum,

Mm 5

plures

Simile.

Luc. 15.

August.

Psal. 67.

plures Christum Dominum sequatos fuisse trās mare Galilee, & in montem, oblitos eorum, quæ corpore necēssaria erant, sed in labore, & gramna, ac ieiunio. Secundum, Christi Domini cura in eos, qui sic illum sequuntur. Primum declarat fidelitatem iustorum erga Deum, secundum, Deū in illos, primum cedit in gloriam iustorum, secundum in gloriam Dei. In priori ostēdunt iusti virilem, fortemque animum, quo parati sunt, omnia mala perpeti Dei causa, quod illis in maximam gloriam cedit, & procul a se pellunt notam, ac infamiam illam, quam obijcit contra eos dæmon dicens. Eorum cum Deo amicitiam vtilitatem respicere, potiusquam Deum, aut eius gloriam. Hac illa nota inurere voluit Iob, cum gloriantī Deo de eius amicitia ait, nunquid Iob frustra timet Deum? Nunquid non tu vallaisti domum eius per circuitum, operibus manuum eius benedixisti & possessio eius creuit in terra? vtilitatis ergo causa tibi obsequitur, si conspiciere id libet, extende paululum manum tuam super eum, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Ut gloria Iob appareret, permisit Deus dæmoni substantiam, filios, & salutē Iob auferre. Quo factō Iob ait, & si occiderit me, sperabo in eum. Et adeo manifeste gloria Iob hoc factō enituit, vt quid Sathā aduersus eum diceret, non haberet, ostendit plane Iob fidem in Deum. Sed cito ostendit etiam Deus fidem suam in Iob, beneuolentiam, ac amorem, cum omnia, quæ Sathā abstulerat multiplicata ei reddidit. Hanc eandem in Deum fidem, & animum in passionēs, & mortem pro Deo obundas ostenderunt tres illi pueri, cum dicunt, potens est Deus, quem colimus, eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis o rex liberare, sed & si noluerit, notū sit tibi, o rex, quod statuam tuā nō adoramus, & Deos tuos non colimus, quasi dicant, manus illi potētes sunt, vt ē tuis manibus nos eripiat, sed quia non hac vtilitate ducti ei obsequimur, etiam si noluerit, nos liberare, parati sumus pro eo mortē perpeti. Fortis profecto, virilisq; animus iste est, qui supremā gloriam iustis cōfert. Sed sicut illi hoc factō gloriā suam illustrauerunt, ita continuo Deus ostendit gloriam suā, eos curās ac protegens, nec permittens ab igne laedi, sed faciens quasi vterūronis flantē, & ignis vincula cōbulsit, non vestes, & se Deus adiun-

Iob. 1.

Iob. 13.

Dani. 3.

A adiunxit illis socium, vt & tyrannus ipse vidit, vt illius veritas comprobatur, cum ipso sum in tribulatione. Hoc nobis cōpertum, certissimumq; Deus noster esse vult, si nos illi fideles fuerimus, ipsum nobis fidelissimum futurum, si nos amicitia eius coluerimus, ipse nos nō deseret. Hinc Sapiens, homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fidelis, si fidelis legi fueris, & lex tibi fidelis crit. Ne infamia de Deo tuo sentias, & vilis, vile vero esset, deesse ipsam ei, qui illi fidelis est. Sērite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum, quoniam intēnētur ab his, qui non tēnēt illum, apparet autē his, qui fidem habent in illum. Hinc suos per prophetam confortat, noli timere Israel, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo, & meus es tu, cum transferis per aquas, tecum ero, & flumina non obruent te, cum ambulaueris in igne, non combureris, & flāma non ardebit in te; quia ego sum Dominus Deus tuus, & sanctus Israel saluator tuus. Et si aliquando Deus permittat pati suos, id in eorum gloriam, & commodum est. Sicut eadem manu dat mater filio potionem amarā, & dulcem cibum, & in vtroque mater est. Non ergo Deus suos vnquam deserit, licet aliquando parū eos pati velit. Huius vero, quam diximus, doctrinæ praxim in hodierno Etang. videre licet.

Abijt Iesus trans mare Galilee. Merito mūdus mare dicitur, periculis enim plenus vt mare est, instabilis. Hic verē Scylla & Charybdis. Hinc Dan. ecce quatuor vēti pugnabāt in mari magno, & quatuor bestię ascendebant de mari, Christū ergo abire trās mare est, abire trans seculū hoc, vltra mundū istum, quasi in alium migrare mundum, & seculū. Nos vero Christū trās mare sequi debemus. Ille mare nō trāsijt, qui huic seculo cōformatur, ad quā Paul. loquitur, nolite cōformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Illi vero mare transeunt cum Christo, qui noua creatura sunt. De quibus Psal. populus qui creabitur, laudabit Dominum, exterius homines, interius Angeli, de alio plane mundo, qui temporalibus relictis celestia curant. Qui vitam ducunt cælestem, & in admirationem sunt cernentibus. Sunt enim iusti mundi prodigia, ad quæ videnda Psal. inuitat, venite, & videre opera Domini, prodigia, quæ posuit super terram. De quibus Esaias, omnes qui

Psal. 90.

Eccle. 33.

Sapien. 1.

Esai. 43.

Simile.

Dani. 7.

Rom. 12.

Gala. 5.

Psal. 107.

Psal. 45.

Esai. 61.

qui viderint eos, cognoscent illos, & dicent, hi sunt semen, cui A
 benedixit Dominus. Vere si homo secundum Dei leges vitam
 suam institueret, admirationi esset vniuerso mundo. Hinc
 Dent. 4. Deuteron. 4. ait, ad Israel. Hæc est vestra sapientia, & intelle-
 ctus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc dicât.
 En populus sapiens, & intelligens, gens magna, quæ est enim
 alia gens sic inclyta, & c. Si respublica aliqua esset, instituta secū
 dum Euangelij leges, miraculum maximum toti mundo esset,
 sufficiens illud conuertere. Hoc vero in suis miraculū reperiri,
 Ioan. 17. Christus patrem orat, pro his oro, qui credituri sunt in me, vt
 omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in
 nobis vnum sint, vt credat mundus, quia tu me misisti. Atten-
 de miraculum maximum, quo homines credituri in Christū
 erant, cum dicat, vt credat mundus, quia tu me misisti, & hoc
 perfecte vitæ testimoniū fuit præcipuum Apostolorū miracu-
 lum, quo mundum subegerunt Christo. Et hoc idem miracu-
 lum Ioanni datum est, vt Christi testis esset omni exceptione
 maior. Refert Eusebius Cæsariensis de apostata Iuliano, cum
 multa fecisset, vt idolorum cultum auerteret, hoc demum cura-
 uit, vt paganorum vita virtutibus decoraretur, & hoc scripsit
 Eusebius. sacerdoti idolorum, qui in Galatia versabatur, dicens, ideo fi-
 dem Christi in mūdo præualere, quod eius cultores virtutibus
 illustres erant, ideoque curādum, paganos virtute eminare, vt
 sic idolorum cultus proficeret.

Sed cum teneamur cum Christo mare transire, & vniuer-
 sam naturam superare virtute, & in hoc Christus è cælo descē-
 derit, quis iam est, qui hoc præstet? In multis ipsis paganis in-
 ferioris sumus. Qui ea, quæ de ethnicis aliqui scripserunt, de
 continentia, fortitudine, abstinentia, fidelitate, iustitia, legit, in-
 tuetur vero Christianorum mores deperditos, an non merito
 illud propheta ysurpabit, erubescet Sidō, ait mare? Seculi enim
 huius sectatores, qui maris nomine accipiuntur nos erubescere
 cogunt, cum nos longe virtutibus superent. Christum er-
 go mare transcurrentem sequamur. Cum enim Indiarum aliqua
 pars adinuenta non est, pauci audent illam denuo inquirere,
 cum vero aliquis eam inuenit, & inde innumeros adduxit the-
 sauros, plurimi illum sequuntur. Antequam Christus in mūn-
 dum

A dum veniret, non erat, qui cæli Indiam penetrasset. Vnde dice-
 bat propheta, quis transfretauit mare, & inuenit illam? (sapien-
 tiam, scilicet,) & adduxit illam super aurum electum? Sed iam
 abiit Iesus trans mare, & apparuit plenus diuitijs cælestibus, ple-
 nus gratia, & veritate, sequamur ergo illum, quia vt nunc Ioan-
 nes ait, sequebatur eum multitudo magna. De quo Esaias ego
 suscitauit eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam, ipse
 ædificabit ciuitatem meâ, labor Aegypti & negotatio Ethio-
 piæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt, post
 te ambulabunt, vinciti manibus pergent, & te adorabunt, te
 que deprecabuntur, tantum in te est Deus, & non est absque
 te Deus.

Subijt ergo in montem Iesus. Quæque virtus & montem ha-
 bet, & vallem, in monte est, qui omnia propter Deum reliquit
 B in valle, qui non rapit aliena, in mōte castitatis est virgo, in val-
 le vxorati casti. Vidi, ait Ioannes, supra montem Sion agnum
 stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia. Præte-
 rea, cum transissent mare, in montem conscendit, & ibi sedet,
 multi mare transeunt, peccata relinquentes, sed prope litus cō-
 sistunt, & fluctus maris illos absorbent, in monte, vbi Christus
 sedet, securitas est, cum merito virtuti incumbit, cum in ea sedes
 cum opera supererogationis præstas. In hoc virtutis monte
 Iob confederat, qui ait: Viuit Dominus, qui ad amaritudinem
 perduxit animam meâ, quia dum superest halitus in me, & spi-
 ritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatē,
 nec lingua mea meditabitur mendacium, donec deficiam, nō
 recedam ab innocentia mea, & iustificationem meam, quam cæ-
 pi tenere, non deseram. Apprehendite ergo disciplinā, vt Psal. P
 ait, & in virtutis monte sede, nec ab illo dimouearis. Ambro-
 sius in apologia: Dauid ait; non vna infusione velleris statim
 pretiosus succus irradiat, sed primū succo ignobili vellis infici-
 tur, deinde alijs atq; alijs succis naturalis eius species frequēter
 eluitur, & diuerso sæpius calore mutatur, ac sic postea velut
 plenioris lauacri adhibetur infectio, vt pupuræ verior, atq; per-
 fectior fulgor irrutilēt. Sicut igitur muricum plurimum in purpu-
 ræ infectione, ita in lauacro regenerationis miserationum est,
 multitudo cælestium, vt iniquitas deleatur. Quasi dicat, non

vna.

Dent. 4.

Ioan. 17.

Eusebius.

Esa. 23.

Simile.

Esa. 45.

Apoc. 14.

Iob. 27.

Psalm. 2.

Ambr.

Simile.

vna tinctura purpura perficitur sed pluribus, & prius datur tinctura inferior, deinde perfectior, ita non repente anima perficitur, sed prius tingitur timore, quæ infima tinctura est, deinde paulatim perficitur, & ibunt de virtute in virtutem, quasi à tinctura in tincturam, vt sic recipiant vltimam perfectionem. vnaqueque verò tinctura Dei est misericordia, ideo non contentus Dauid vnicā misericordia, quasi vna tinctura, plures petit, dicens, secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Tu ergo noli contentus esse, si mare transisti, si peccata reliquisti, sed qui iustus es, iustificare adhuc in montem conscende cum Christo, in virtute sede, nec tibi sistendum, donec peruenias, vt videas Deum deorū in Sion. Multi enim similes sunt vaporibus, qui à terra solis calore eueuantur, qui tamen in media aeris regione frigida consistunt, congelantur, & in aquā vel niuem versi, iterum descendunt in terram, ex qua prodierunt. Quibus similes ij sunt, qui à peccato tepide discesserunt, & facile in vomitum redeunt. Dic ergo cum sponsa, tenui eum, nec dimittam, & cum Iacob, non dimittam te, nisi prius benedixeris mihi, donec nomē tibi imponat Israelis, videntis scilicet, Deum.

Psal. 83.

Psal. 50.

Simile.

Cant. 3.

Gene. 32.

Aristo.

D. Thom.

Exod. 3.

Cum subleuasset oculos Iesus. Vidite eorum necessitatem, & compassus illis est, cum amicus tibi compatitur, ait Aristote. & D. Thomas. curat malum leuare tuum, quia compassio efficit, vt malum tuum malum etiā amici sit, & sic vt seipsum leuet, te leuare curat. Sic cōpassus Christus est, qui labores nostros suos reputauit, vidi, ait Dñs Moysi, afflictionē populi mei in Aegyptu, & clamorem eius audiui, & mens dolorem eius descendi, vt liberem eum de manibus Aegyptiorū. Inter spinas Deus est, cum hæc dicit, sicut enim in labore erat Israel, & afflictione, ita compatiens Deus in labore est, tunc quidem non affligebatur Deus, qui natura sua impassibilis est, sed quasi affligeretur, ita miserebatur, cū verò homo factus cōmisereri potuit, verè misertus est, cōpatiēns nobis, dolorem sustinens ex malis nostris. Si ergo ò homo inter tribulos, & spinas dolorū vexaris, sit tibi consolatio, quòd subleuat oculos suos Deus ad te, videt te, compatitur tibi, & quasi inter easdē ille spinas versatur. Cum afflictum fratrem Benjamin Ioseph conspexit, nō

A se potuit continere, quia erumpebant lacrymæ. Si afflictus es, attende, quòd Christus conspicit te, ea compassione, quam ostendit, quando super Hierusalē, plorauit, sed si adeo vexaris ac compateris de malo Hierusalem, quomodo illud non tollis? si mihi compatitur, quomodo mihi non subuenit? Vera dāna continuo tollere vult, si tu velis, peccata scilicet, sed tu nō vis. Hinc ille, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & nolui. Gallinam pullos habere, manifeste agnosces in voce rauca, in macie, & alis expansis, O Domine quā manifeste apparet, pullos te habere, qui te videt in cruce marcidum, raucis faucibus, extensis brachijs, manifeste videbit, filios tibi esse, congregare nos vis sub alis, protegere nos, sed nolumus. Mala etiā temporalia, & incommoda curat, & in eis subuenit suis, vt illis expedit. Attende eius curā, subleuat oculos, videt eos, qui illum sequuntur, assimilatus patri, qui filiorum recordatur, etiā cū illi obliui sunt eorum, quæ ad ipsos pertinent, etiā cum tu obliuisti tui es, Christus tui recordatur. Sicut sumus sacerdos in peccatore gestat nomina duodecim tribuū Israel, & in eius veste totus erat orbis terrarum ita in Christi Domini corde nos omnes scripti sumus, corde nos gestat, oculis nos contemplatur, & ait, *vnde ememus panes, vt manducent hi?*

Gene. 45.

Matth. 23.

Exo. 28.

Solicitudo tēporaliū, & fidei, ac spei defectus homines perdit, putant ipsis terrā defuturā, Audi Philippū. *Ducentorū denariorum panes non sufficient.* Audi Andream, *est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos. sed quid inter tantos?* audi reliquos Apostolos, qui dicunt. *Dimitte turbas, vt eant per vias, & castella, cibum sumere.* En solitudinem, en fidei defectum. Sed quid Christus Dominus ait? nō habent necesse ire, vos date illis manducare. Mirum profecto verbum hoc est, me cū hi sunt, ait Christus, me sequūt, nō habēt necesse ire, ad querendū cibū, mea hæc cura est, ad me id pertinet. Sed quale verbum hoc est ei, qui mortaliter peccat, vt cibū querat, quæ pudicitia vendit, qui furatur, vt comedat? Si Deo obsequi velis, non habes necesse, cibum querere, Dñs regit me, nihil mihi deerit. *Pla. ait. Quis principū id dicere valeat, nihil mihi deerit? ille certe, qui Deū sequitur, quē Deus regit, vis nihil tibi desit? adhere*

Matth. 14.

Marc. 6.

Luc. 9.

Psal. 22.

Chri-

Christo, & dicet, non habent necesse ire. Non semel, aut bis **A** sed centies repetitum est, & multis rationibus à Christo Domino comprobatum, nihil nobis defuturū ex his, quæ nobis necessaria sunt, si ei adhaerimus, si ei paruerimus. Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis. Et Matth. 6 multis id rationibus comprobatur, dicens, corpus & anima plus sunt quàm escæ, & vestimenta, illa tibi Deus dedit, etiam non petenti, cur non dabit hæc petenti, & obsequenti? Insuper aues cæli pascit, multo magis te pascet. Sed Domine, ut quid tot vteris rationibus, an non satis est verbum vnicum tuū? Tam pusilli corde, tam parua fide sumus, ut his omnibus uti oporteat, nec tamen nobis satis sint. Quid dicat pater princeps vidēs filiū sollicitū, si cibos, aut vestimēta habebit? an nō dicet, mea hæc cura est, tu mihi obsequere, ego te pascam? **B** Quid vero Deus dicit, vidēs filiū sollicitū, quid māducabo, quid vestia? an non hæc ad me pertinet? Deus dicit, Sed ais, ergo omnino tēporalium curā deferā, nihil ea curabo, non laborabo, nō ita, quid ergo? Primū, nulla causa in Deū pecces, nulla adductus necessitate Deū deseras. Secundū sollicitus, anxius & nimis curā tēporalia ne sis. Tertiū labora, & aliquā adhibe curā, quia id Deus præcipit, ne tamen labori, aut curæ tuæ fidas, sed Deo, qui tibi necessaria subministrabit. Si hac fide in Deū præditi essemus, multa experiremur mirabilia in tēporaliū subministratione, quæ nō experimur, quia indignos nos reddimus, cū fidē nō habemus, ut decet. Hoc vero quasi praxi & effectu Christus docet, parās mensam ijs, qui sequuntur illū, & per manus Apostolorum id efficit, ut discant sperare, cum oculis viderint, & manibus contrectauerint diuinum miraculum.

Facite homines discumbere. Putant aliqui, in Dei domo nihil esse præter ieiunia & afflictiones, ecce etiam mensa est, & cōsolatio. Inter multa, quæ Ezech. in Dei domo vidit, vnam fuit mēsa præclara omnibus proposita. Et in tabernaculo suo proposita semper erat propositionis mēsa, & in ea panes calidi, nullus ter ræ princeps mensam in domo sua habet, quæ iugis sit, ac perpetua, sed statis horis, at in domo Dei perpetua est mensa, in hor to illius poma noua & vetera. In domo Dei arbor est Ioanne at testante, qui duodecim fructus profert, in singulos menses, ut

nun-

A nunquam fructus deficere possit. Sicut ergo in Dei domo primum videbantur sacrificia, gladij, & sanguinis, sed intus mensa est. Ita initio viæ spiritualis mortificatio cruxque apparet, ac cōtinuo mensa adest consolationis. In domo saltus posuit primū Salomon arma plurima, sed postea multa erant pretiosa, flori di horti, & deliciae plures. Ita nunc post mare & montis ascensum mensa paratur.

Secūdo atredē Dei benignitatē in pauperes, ut eam imite ris. Si procederet nunc Christus per vias publicas, ac diceret, vnde ememus panes, ut māducēt hi pauperes? principes ac nobiles, dicite, vbi substantiā reperiemus, ut pauperibus subueniamus? dicent, debitis onerati sumus familia nobis magna est,

B pauperibus nihil reliquum est. Mercatores, ait Christus, vnde ememus panes pauperibus? dicent, filij nobis sunt collocandi, non habemus vnde pauperi demus, Ecclesiastici, vnde pauperibus subueniamus? dicent, contobrini plures sunt, nobis non superest quidpiam, ut pauperi largiamur. En hominum dementiam. Procedat nunc dæmon, & dicat, vnde reperiemus numos plurimos in ludos, in infames mulierculas, in spectacula vana, continuo principes aiunt, ac nobiles, in domo mea multi sūt annui redditus, ut his omnibus accurrere possim, continuo mercatores dicent, ut vanitati mundi, ut delicijs, ut ludo inseruiam, multa congeries pecuniæ in domo mea est. An non stupenda hominum dementia ista? Similis profecto illi, quam Israelitæ præstiterunt. Petit ab eis

C Aaron aurum & argentum, ut vitulos constatiles faciat, & continuo omnia monilia & ornamenta deponunt, ut illa in idolum præstent conficiendum. Cum vero propheta diceret, tempus est domus Domini ædificandæ, illi aiunt, nondum venit hoc tempus, & ligna ac lapides in Dei domum nolebant deferre, Deo ergo tuo pauper es, mūdo & diabolo diues, Deo nihil habes, diabolo plura tibi suppetunt. Memento verborum quæ Christus per Lucam ait, quæ verè tremenda sunt, sic erit ei, qui non fuerit in Deum diues.

Tertio in his Dñi verbis attendendū est. Si abūdare omnia bona princeps in republica sua vult, & quisq; in domo sua, ut id fiat. *Facite homines discumbere per cōtubernia, & super fœnū.* Omnis

Aduen.

N n

nis

1. Pet. 5.

Matt. 6.

Ezech. 41.

Exod. 25.

Cant. 2.

Apor. 21.

2. Par. 2.

Exo. 32.

Aggai. 1.

Luc. 12.

Esa. 40.

nis caro foenum, ait Elaias, spiritus ergo super carnem sedeat, **A** cam subijciat, ne ergo carnis curam facias in desiderijs, ne carni spiritus succumbat, sed contra spiritus dominetur. Si enim carnis cupiditati inferuire volueris, omnia quæ in mundo sunt satis non erunt. Venter impiorum infaturabilis, iustus verò comedit & replet animam suam, vt Sapiens ait. Si ergo cupiditatibus subtraxeris, multa habebis, quæ pauperibus tribuas, & superesse tibi multa cognosces. Intuere nunc Christum Dominum, quas epulas conuiujs suis apponat, panem & piscem, posset plures cibos apponere quam Assuerus, & quam tu, nec tamen quos ille, nec quot tu, apposuit inuitatis, plures vero apponi in mensa cibos, vitio tribuit Clemens Alexandrinus libro. 2. de pedagogo. cap. secundo dicens. His conuiujs præ est dæmon maximus, quem ego non verebor appellare ventrem, dæmonem omnium proximum, ac perniciosissimum, qui in paradiso primos tentauit parentes. **I**j vero, ait, qui ventri se tradunt, similes sunt pisces marino, qui Græcis dicitur Onos, cui cor est in ventre, in eisque illud Pauli locum habet, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, in eo enim gloriam suam collocant, quod homini confusio est, in cibi enim sumptione similis homo brutis est, & mensa præsepe quoddam est, aliquanto honestius quam brutorum, sed illi persimile. Et deinde per contubernia hi in conuiuio Christi federunt quia si iuxta statum ac conditionem quisque sederet, omnibus satis esset, ideo vero multis deest, quia sic non sedent, sed pro arbitrio, ac libertate, princeps regis mensam, pompâ, & ornatum, ac supellecilia habere vult, nobilis principi æquari desiderat, ciuis nobilem superare, nec quisquam statui suo commensurari vult, inde multæ in republica necessitates. Noli ergo extra heminas tuas egredi, sic Psal. faciebat, qui ait. Si ambulauit in magnis & mirabilibus super me, sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea, id est, auferatur à me cibus, quo alor, sicut à puero lac quo nutritur. Necessaria planè Deus mundo prouidit, si ille ordinate eis vti velit, at si quidam inordinati sint, & multa disperdant, alijs satis non erit.

Manducauerunt & saturati sunt. Nihil hominem satiat, nisi

A nisi quod illi à Dei manu venit, reliqua omnia magis famem excitant. Sic ex Sapiente superius diximus, iustus comedit, & replet animam suam, venter autem impiorum infaturabilis. **P**roprium hominis est, super se & actus suos reflectere, nunc te ipsum attende, & videbis aliquando te satiatum, cum pauca habeas, aliquando verò famelicum, cum multa possideas, quid hoc nisi quod male parta non satiant, quia à diaboli manu proueniunt, benè parta implent animum, quia à Dei manu processerunt. In hoc agnosces si à Dei manu accepisti bona, si illis satiatus es. Hinc Elaias, quare appenditis argentum, & non in panibus, & laborem vestrum, & non in saturitate? Deus vero replet in bonis desiderium nostrum, satiauit animam inanè. **B** Non sic satiauerat vniuersus mundus Alexandrum, qui audiens à Diogene, plures esse mundos, ingemuit, quod nec vnum integrum acquisierat.

Sed & in hoc conuiuio Christi alia eius nobis exhibita conuiuia significantur, sed quæ ista sunt? Certè sicut in regis domo est mensa prior qua inferiores ministri pascuntur, est vero & alia mensa principibus, quæ status mensa vulgo nuncupatur, est & mensa regis & filiorum. Ita in Dei domo, qui rex magnus est, est infima mensa, illa, qua corpora pascuntur, hæc enim non fidelibus solum apponitur, sed & infidelibus, nec hominibus solum, sed, & brutis. De qua Psalm. qui das escam omni carni. Et iterum, oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno, aperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione. Plures cibi in hac mensa nobis apponuntur, quid enim aer cum volatilibus, mare cum piscibus, terra cum fructibus, nisi mensæ huic ius ferula? Cum verò nos hac mensa pascat Deus, ei ministrare tenemur. Si enim quidam Dario scribunt, memores salis, quod in domo tua comedimus, tua curamus, quomodo tu memor non eris plurium, quæ à Deo recepisti? Sed est alia præcipua in Dei domo mensa sacramentorum, quibus principes Dei ministri pascuntur, præcipue verò Eucharistiæ. Sicut enim in mensa status cibi apponuntur, qui è mensa regis adducuntur, ita in Eucharistia diuino pascimur cibo. De hac mensa Zacharias ait, quid bonum est eius? aut quid pulchrum est illius?

nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? **A**
Cum frumentum dicitur electorum, ostendit, in hac mensa non nisi electos, & probatos Dei ministros sedere debere.
Hest. 1. Et sicut in Hester conuiuio non erat, qui nolentes cogeret ad bibendum, quia præcipuum dabatur vinum, quod satis per se inuitabat, vt biberetur, ita solum in anno præcipis, ad hanc accedere mensam, nec amplius cogeris, tam enim dulcis cibus est, vt ipse satis per te ipsum trahat. Sicut enim sunt cibi ita dulces, vt in eis mensura opus sit, non vi aliqua, vt come datur, ita dulcissimus hic cum sit, non coactione opus est, sed potius esset abstinencia indicenda. Sicut de melle sapiens ait, fili mel inuenisti, comede quod sufficit, ne forte satiatus, cuomas illud. Et de Manhu (huius sacramenti figura) præceptum est, ne vltra Gomor quisquã colligeret.
Luc. 22. Est verò Dei mensa in regno cælorum, in qua Deus ipse sedet, & nos filij Dei effecti sedebimus. De qua Christus dominus ait, ego dispono vobis regnum, vt edatis, & bibatis supra mensam meam in regno meo. Ibi eodem pascemur cibo, quo Deus quia ille clarè visus omnibus erit cibus. Illud conuiuium in monte etiam fiet, vt Esaias ait, facies dominus in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medularum, vindemiæ defecate. De eodem Ezechiel, in montibus Israel pascam eos, in pascuis vberimis. Ibi vere saturabimur, satiabor, cum apparuerit gloria tua, Psal. ait, nihil enim nobis desiderandum restabit, cum ostenderit, dederitq; nobis omne bonũ. Ibi sedebimus, hic enim statim se-
Cper, nihil enim firmũ, aut stabile est, ibi verò æternũ firmũq; sedere nos faciet, & ibi requiescemus à laboribus nostris, ibi panis viuus nobis pponet, de quo Esa. ei qui claudit oculos suos, ne videat malũ, panis ei datus est quia regẽ in decore suo videbit. Qui in conuiuio illud celeste ire disponit, abstineat ab his que mundi sunt. Si enim à rege in conuiuio vocareris, indignũ esset, prius stomachũ onerare cibus vilissimis? Inuitatus es in celeste regnum, audi Ioãnem, vinceti dabo Manna absconditũ, nullũ Deo coueniẽtius nomẽ q̃ Manna, idest, quid est hoc? quia Deo incõprehensibilis nobis est & lumine glorię indigemus, vt eum clare videre possimus, nunc ergo abstinemus interim à carnalibus

Analibus desiderijs, quæ militant aduersus animã, quia peregrini sumus in cælum migrantes, ne ergo hic impleamur terrenis. **1. Pet. 3.**

Eo viso miraculo aiunt. *Hic est vere Propheta, &c.* Prophe-
Matt. 13. tam se Christus dominus dixit. Matthæi. 13. non est propheta
Luc. 13. sine honore, nisi in patria sua, & Lucæ. 13. non capit Prophetã perire extra Ierusalem, sed cum dicitur verè propheta, ostenditur, alium esse falsum prophetam, mundum scilicet, & demone-
B nem, qui se fingunt prophetas, multa enim ventura peccatoribus annunciant, requiem, bona, pacem, promittit ex superbia excellentiã, ex vindicta clarã famam, ex accidia requiem, ex auaritia sufficientiã, ex gula gaudium. De iustitia ac virtute dicit, esse impossibilem, asperam. Non hic est vere propheta, sed falsus, Christus verè propheta est, qui semper vera annuntiat. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundũ, vt testimonium perhibeam veritati, qui enim veritas est, decipi nõ potest, sed nec decipere, huic ergo credamus, non mundo, non demoni.

Et hinc illi homines collegerunt, vt Christum sibi regem facerent, etiam vi, illud enim significat Ioannes, cum ait. *Vt raperent eum &c.* Optime profecto hi colligunt. Dominus sustentat me, cibum mihi tribuit, sit ille rex meus. Regnare super nos desiderat demon, desiderat & Deus, ambo animæ nostræ amatores dicuntur, ambo eam emulantur, anima verò per Oseam loquitur, ibo post amatores meos, qui dant panes mihi
C ostendit vero in capite 2. Deus, non demone esse, qui animã pascit, sed ipsum met. Hunc ergo nobis regem eligamus, ne nobis dicat quod Oseas. ait, dilexisti mercedem super omnes areas tritici, quasi dicat, do ego tibi tritici areas plures, plura quibus traris vt cibus, tu vero prælegis mercedẽ, idest, mercenarium esse dæmonis, potius quam filium meum. Regem ergo tibi constitue Christum, nec fugiet à te vt nunc fugit, ne rex fieret, imo vt super animas nostras regnet, in mote alio nos expectat in Caluario, vbi dominus regnat, & corona regni insignitas est, vbi omnia trahit ad se &c.

Aduen.

Nũ 3

Feria

Feria secunda post Dominicam Quartam quadagesime.

Thema. Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis.
Ioan. 2.

*Psal. 133.
Exo. 13.*



DEVS noster tanquam creator omnium, Dominus omnium est. Dominus vniuersorum tu es. Vnde Psaltes. Domini est terra, & plenitudo eius. Et Dominus ait, mea sunt omnia. Potuit ergo sibi seruare vniuersorum dominium, ac possessionem, & nihil homini concedere, noluit tamen id efficere, sed quasi res vniuersas cum homine diuisit, dum sibi quaedam seruauit, quæ sua dixit, reliqua homini concessit, vt eorum dominium, ac possessionem haberet, eisque vteretur pro libito, hac tamen lege, vt in peccati materiam ea non conuerteret, sed iuxta leges à Deo præscriptas eis vteretur. In pluribus hoc manifeste ostendemus. Primum in tempore, quod Deus ex thesauris æternitatis suæ educit medio cursu cælorū.

Psal. 73.

Exo. 20.

AE statem, & ver tu plasma isti ea, & cum omne tempus sibi posset vsurpare, hominesque deuincire, vt vniuersum tempus in eius obsequio dumtaxat insumerent, nihilominus pro sua benignitate voluit sibi seruare dies paucos, quos dies suos dixit, reliquos homini concessit, vt suis commodis attēdat. Sic enim in Exodo scriptum est. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septima autem die Sabbathum Domini Dei tui est. Quasi dicat. Sex dies tibi concedo, vt tua peragas negotia, septimum mihi seruo, vt meo intendas obsequio. Simili ratione in terræ locis se habuit, diuisit enim terræ loca inter se, & homi-

A hominem, licet enim vniuersa terra Dei esset, seruata tamen sibi aliqua parte, in qua coleretur ipse ab hominibus, reliqua omnia homini concessit, vt coleret agros, plantaret vineas, ædificaretque ciuitates. Hinc Esaias ait, Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus in Ierusalem. Quasi dicat, sicut tu habes domum, & vt vulgo dicitur, ignem, aut focum in hoc, vel illo oppido, ita Dominus habitationem, ac ignem habet in Sion, & Ierusalem. Hoc ipsum in hominum filijs decreuit, ex quibus primogenitū sibi vsurpabat in lege, reliquos parentibus relinquebat. *Esai. 31.
Exo. 13.*

Sed hic attendenda Dei nostri benignitas, ac in nos liberalitas est, qui pauca sibi seruans, plurima homini dedit, ex hebdomadæ diebus vnum sibi vsurpans, sex homini reliquit. Ex terra spacijs maximis parum quid sibi in templa seruans, innumera hominibus reliquit. Et id etiam, quod sibi quadam ratione seruauit, alia ratione plus homini tradidit quam reliqua omnia. Si enim festus dies honori Dei dicatus est, si templum eius cultui consecratum, homini etiam relinquitur, dum Dei cultu magis proficit in omnibus, quam proficeret alias.

Nunc ergo hominum ingratitude, ac auaritiā attende, qui rapere vult, quod ei non est concessum, & per iniustitiam vsurpare vult, quod Deus sibi seruauit. Hoc in hodierno Euangelio expressum videbimus, non semel, sed bis in his, scilicet, quæ ad tempus, & in his, quæ ad locum spectant. Audi Ioā Cnem. *Prope erat pascha Iudæorum.* Expendit Origenes in Ioanem, dicit pascha Iudæorum, quia licet Domini esset, ac diceretur in scriptura, tamē Iudæi illud sibi vsurpauerāt, dū non illud consumebant in Dei veneratione, ac cultu, sed in peccatis, vt hodie videre licet in euangelio, cum in hoc paschate Iudæi lucris inhiabant, & Christum persequerentur. Non ergo dicatur dies festus Dei, sed Iudæorum. Et hac ratione hos dies execratur Dominus per Esaiam dicens eos dies, ac festa hominum esse, non sua, calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea. Mei erant dies isti, vos autem illos vsurpatis, vt peccatis seruiatis, & diui ergo eos. An non detestanda hominis peruersitas est, qui vnū, quæ sibi Deus seruat diē, vsurpat, vt se peccatis tradat.

Orig.

Esai. 1.

Simili etiam ratione de templo dicendum est. Dei domus A templum erat, ut soli Deo ibi homines vacarent, Iudæi vero illud fecerant domum negotiationis, illud sibi usurpauerant, & ideo Christus ait. *Auferte ista hinc.* Sed ò Domine, nonne tu in lege præcepisti, animalia in templum deferri, quomodo ergo nunc ais, auferte ista hinc? certè animalia in templum deferri iussit, ut mactarentur, & Deo in sacrificium offerrentur, nõ ut venderentur, & publicè omnibus exponerentur, quia bruti hominũ appetitus in tẽplo sacrificãdi Deo sunt, mortificãdi, ac excoriãdi, nõ vèdendi. Inter Israelis grauissima crimina numerat Amos illud, super vestimentis pignoris accubuerunt iuxta omne altare, & vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui. Quæ verba Hieronymus sic explicat, super vestimentis eorum, qui ad idola ire nolebant, quæ vi extorserant, accum B bebant in templo, ut epularentur. Et vinum eorum, quos calũniabantur, & iniquè damnabant, bibebant in templo. In poculo aureo defert vinum babylonica mulier, & illud vinum damnatorum dici iure potest, quia reprobi eo vino potantur, illud autem bibunt in domo Dei, qui in templo peccant, qui illuc eunt, ut vana videant, ut appetitui inseruiant. Nũquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum, aut Ecclesiã Dei contempnitis? ait Paulus. Quasi dicat, ex Dei domo vis facere domum tuam, & in templo versari, quasi in domo propria? sed si Dei domum usurpare in domum hominis scelus est, quale erit piaculum, si domus Dei domus dæmonis fiat? Id vero efficit, qui peccata in illam inducit. Vnde Augustinus in Ioãnem ait. Ecce tẽplum illud figura adhuc erat, & eiecit inde Dñs omnes, qui sua quærebãt. Et quæ ibi vèdebant illi? Quæ opus habebãt homines in sacrificijs illius tẽporis. Nõ ergo magnũ peccatũ, si hoc vendebant in tẽplo, quod emebatur, ut offerretur in tẽplo, & tamẽ eiecit inde illos. Quid si ibi ebriosos inueniret, quid faceret Dñs, si vendentes ea, quæ licita sunt, & contra iustitiam non sunt, eiecit? Si Dei domus non debet fieri negotiationis domus potationis debet fieri? luxuriæ, & detractionis licet fieri? Sicut ergo nunc iudices à rege constituti solent, qui iudices dicuntur terminorum, ad quos spectat terminos diuidere, & cuique suã tribuere possessionem, & iniuste ablata præ dia,

Amos. 2.

2. Cor. 11.

August.

A dia, ac male diuisa Dominis restituere. Ita nunc Christus terminorum iudicem agit, & à templo omnem expellit negotiationem, dicens, domus ista domus Dei est, non vestra, Dei cui dicata, non negotiationi, auferte ista hinc, & cuiusque terminus seruetur.

Sed prætereundum non est illud. *Cum fecisset quasi flagellum defuniculis.* Non deferebat Iesus flagellum, sed illud confecit ex funiculis ipsorũ, quos eiecit, illi enim funiculos deferebant, ut mercès, & animalia ligarent, illos ergo sumens Iesus flagellũ facit, quo eos punit. Funiculus in scriptura significare solet consilia, inuentiones, intentũ hominis, vulgo dicuntur traças, sic accipit Psaltes, cũ ait, intellexisti cogitationes meas de lógè, semitã meam, & funiculũ meũ inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti, funiculũ, id est, studia mea, longũ meũ tractũ, meã gyrationem, meos longos sinus peruestigasti, ideo Esaias ait, vae qui trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrĩ peccatum, in funiculis vanitatis peccatum. trahitur, cum vanis cogitationibus, ac adinventionibus, & consilijs iniquitas ab homine completur, ac in finem vsque perducitur, alligaturque peccato, ut bos currui, quẽ post se trahit, cum loris alligatus est, sed nunc attende Dei supplicium. Ex tuis funiculis, ex adinventionibus, ac cogitationibus tuis faciet Deus flagellũ, quo te flagellet. Hinc Psaltes, viciscens in omnes adinventiones eorum. Et Esaias, ruit enim Ierusalem, & Iudas concidit, quia lingua eorum, & adinventiones eorum contra Dominũ. Hinc de impijs sapiens ait. Comedẽt igitur fructus viæ suæ, suisque consilijs saturabuntur. Prauorũ enim consilia, ac cogitationes, quæ cõtra Deũ sunt, ipse in eos retorquet, & ijs illi pereunt: id Pharaoni accidisse memoriæ prodidit Iosephus 2. Antiquitatum cap. 5. qui ait, magum quendam dixisse Pharaoni, virum Hebræum futurum cito, qui Aegyptum, & Pharaonem perderet, ille verò ut huic malo occurreret, præcepit omnes masculos Hebræos in flumen proijci, sed hoc ipso consilio periit, quia misso in aquam Moyses, inde sublatus à filia Pharaonis, & à Pharaone nutritus tanquam filius, dux egregius processit, qui Aegyptum perdidit. Et aquis, quibus voluit Pharao Israelitas suffocare, suffo-

Psal. 138.

Esai. 57.

Psal. 98.

Esai. 3.

Prouer. 13.

Ioseph.

Simile.

catus est, cum suo exercitu. Hoc bombyci accidit, qui sibi pu-
tat conficere domum pulchram, ac blandam, cum sericam do-
mum conficit, & sepulchrum sibi ædificat, quo misere inclu-
sus perit. Ita misero homini accidere solet, qui dum putabat, si-
bi parare delectationem, ac requiem, necem, & interitum sibi
parat. An non id sæpe auaris accidit, qui vt omnes diuitias cõ-
gregent, funibus pluribus se irretiunt, ac contractibus, & illis
ipsis omnia amittunt, quæ possident? Id ipsum superbo acci-
dit, qui vt honores assequatur, consilia inuit, quibus perit, sic
& pluribus accidit, qui vbi carnis voluptates quærebant, mor-
tem miseram repererunt. Ecce eorum funiculos conuersos in
flagella; quibus eos Deus punit.

Sed hoc Christi Domini factum contemplemur, & videamus,
quid discipuli eo inspecto dicant, quid item Pharisei. Si
mitissimus fuit Moyses super omnes homines, qui habitabant
in terra, vt scriptura ait, mitior illo fuit Christus, qui ait, disci-
te à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et ideo Agnus dici-
tur, quo nihil mitius apparet. Sed nunc attende Agnũ in Leo-
nem mutatum, qui vniuersa euertit, mensas subuertit, æs effun-
dit, homines flagellat, animalia procul abigit, quid in causa fuit
quod eo sit furor concitatus. Certe, quid dixerint discipuli
Ioannes ait: *Recordati verò sunt discipuli eius, quia scriptum
est, zelus domus tuæ comedit me.* Sed quid sibi vult illud come-
dit me? sane qui comedit cibum intra se illud includit, in se cõ-
uertit, & naturam cibi mutat in suam. Ita nũc zelus comedit

Ruper.

se Christum dicitur, ait Rupertus, quia cum ille natura sua mi-
tis, & misericors sit, hominum facinora fecerunt, vt zelus eũ
deuoraret, & quasi comederet Deum misericordem, & eius
dulcedinem intra se includeret, ne appareret, & in vindicem
eum mutaret. Factus nunc Christus est carbo incensus, qui
flammas, ac scintillas in peccatores emittit. Quemadmodum
cum ignis deuorat ligna, illa in ignem mutat, igne zeli nunc
Christus ardet. Sic exponit Augustinus, & Hieronymus verba
illa difficilia Psalmi. Cum peruerso peruerioris. Cũ enim quis
religiosa natura affectione in crudelem mutatur, dicitur peruer-
ri, ita de Deo ait Dauid; cum eo, qui peruersus fuerit, muta-
bis tu ò Domine natium tuum ingenium, quia cum natura

tua

A tua te inclinet in miserendum vindex eris, & punitor. Hiero-
nymus ait. Qui mitis est, & benignus, cuius natura, clementia,
& bonitas, vestri causa cogitur, personam, quã non habet, cru-
delitatis assumere. An non nunc peruersus Christus apparet,
qui ex benigno vindex efficitur. Sed quid mirum mutatum in
uenit templum in forum emptio num, in domum negotiatio-
nis, ac caulam boum, & denique in speluncam latronum, sicut
enim immotum speculum in diuersas mutatur figuras propter
diuersitatem eorum, quæ ei obijciuntur, ita immutabilis Deus
in se ipso in effectibus mutari videtur, pro hominum meritis,
aut demeritis, in abominationibus eum prouocauerunt. Sed
quoniã natura sua punire nollet, laborare dicitur, cum punit.
Hinc per Esaiam, veruntamen seruire me fecisti in peccatis
tuis, laborem mihi præbisti in iniquitatibus tuis. Qua ratione
dicit, seruire me fecisti? certe quia seruum agit, dum punit. An
non seruire munus est munus carnificis? En hodie Chris-
tus carnifex apparet, dum flagellum sumit, ac flagellat, seruire
ergo eum facimus, cum vindicem eum efficiamus, sed quò pa-
cto ei laborem præbemus? Certè cum ea agis, quæ naturæ, & in-
genio tuo conueniunt, laborare non diceris, sed potius dele-
ctari, cum vero ea præstare cogaris, quæ nolles, & quæ ingenio
tuo non conueniunt, laborare te dicis, ita ergo Dominus ho-
minum more loquens ait, laborem mihi præbisti in iniquitati-
bus tuis, quia vltionem de te sumere cogis, quod mihi natium
non est.

Audiuimus, quod discipuli dixerunt viso eo Christi facto,
nunc videamus, quid Iudæi dixerint, & quid eis Christus res-
pondeat. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, quod signum
ostendis nobis, quia hæc facis? Vt hæc, & quæ sequitur, percipia-
tis, notandum est, signum, siue miraculum opus esse, quod vni-
uersas vires creatas superat, quodque à Deo solo fieri potest,
qui facit mirabilia magna solus. Apparentiã quidem miracula
efficere dæmon, & magi possunt, vera autem nec Cherubini,
aut Seraphini, sed solus Deus, vt cecum illuminare, mortuum
suscitare. Et ideo miraculi author, ac patrator Deus est, creatu-
ra autem dumtaxat est instrumentum. Nec tantum vt causa vni-
uersalis Deus se habet in miraculo, sed vt particularis causa. Et

ideo

Simile.

Deut. 32.

Esa. 43.

Psal. 71.

Num. 12.

Mat. 11.

Aug.

Hierony.

Psal. 17.

ideo impossibile est, miraculum effici in falsitatis testimonio, **A** quia miraculum est Dei opus singulare, est quasi regium sigillum, & quasi nomen regis subscriptum, quo munitur instrumentum publicum, vt ei ab omnibus fides adhibeatur. Et ideo cum miraculum in alicuius veritatis testimonium efficitur, idē est, ac si Deus nomen suum subscribat, & sigillum suum apponat, vt illud credatur. Et ideo nomen Hebræum, quod ponitur loco illius nominis signum significat characterem, & subscriptio nomen. Et nomē latinū signū significat etiam sigillū, quia miraculo confirmatur veritas aliqua tanquam diuino sigillo, & subscriptione. Et ideo probatio prophetę à Deo missi est miraculū quod manifestē ostēdit, à Deo auctoritatem habere, qui illud perficit, hinc Moyses signa à Deo petit. Et signum Dei veri **B** ab Elia proponitur ignis adueniens. Nūc ergo Iudæi Christo dicunt, vsurpas tu nunc principis potestatem, dū punis, ostende signum, quo videamus, à Deo te mitti in principem nostrū, vt hæc agere possis.

Respondet eis Christus, soluete templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, ille autem dicebat de templo corporis sui. Illud verbum soluete phrasi scripturę significat, soluetis, quia sæpe imperatiuum ponitur pro futuro. Quasi dicat. Iudæi signa petāt, sed præcipua signa ego eis dabo in morte & resurrectione mea quibus me agnoscere possint. Nunc ergo cum ait, soluete templum hoc &c. idem est, ac si diceret, interrogatis mei, in qua potestate hæc faciam. Possem vobis respondere, me **C** Deum verum esse, ac Dominum omnium, & ideo hac me vti nunc auctoritate, vt è domo mea pellam euentes, & vendentes, sed nunc hoc titulo vti nolo, sed alio, quia homo sum, & Messias, ac princeps vester, quo titulo Dominus sum hominū hunc autem in homines principatum perficiam morte, ac resurrectione mea, cum vos soluetis hoc templum, & ego illud reedificabo. Hinc Paulus, omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, & iterum idem Paulus ait. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt. Spiritus sancti, qui in vobis habitat, quem habetis à Deo, & non estis vestri. Et idem ad Romanos ait. Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur, siue enim viuimus, Dño viuimus, siue morimur, Dño morimur, siue

Exo. 4.

3. Reg. 19.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

Rom. 14.

A siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt mortuorum, & viuorum dominetur, licet ergo Dei simus iure creationis, alio potiori iure eiusdem sanguine emit, & ideo princeps noster est, & nos punire potest. Attende ergo nunc, an iure sibi nos vendicare possit, an iure vniuersum tempus vitę nostrę sibi vsurpare potest, & vniuersa nostrā, cum se pro nobis tradiderit. Meritò ergo ingratos arguit, ac flagellat, qui parum temporis ei nō concedunt, qui templum eius vsurpant, quod sibi ipse vendicauit. Ideo ait Chrysostomus, colūbas, & animalia sacrificanda expulit de templo, quasi diceret, vt quid tot columbæ, vna columba Christus satis est pro sacrificio. Quorsum tot tauri? primogenitus taurorum Christus factus est. Quid tot oues? Adest agnus Dei, ardet igne zeli, qui comedit, cum vult, holocausta. Eant foras animalia, quia ego sacrificandus sum, & sacrificio, ac præsentia mea templum sanctificaturus, vt maximo habeatur honori, & ideo domus negotiationis non sit amplius, quia coram me nihil decet esse non sanctissimum.

Sed quod non crudelitate, sed zelo, ac amore puniat Christus, ostendit dum quasi flagellum sumit, vt homines flagellet. Ipse vero propter homines durissima flagella sustinuit, ne ipsi perirent in æternum. Vnde in Psalmo ait. Ego autem in flagella paratus sum, id est, non fugio, nec me abscondo, sed dorsum meum tribuo, vt flagella diuinę irę sustineam, ne vos pereatis, vnde Augustinus. Qui durè flagellandus erat, prius eos leuiter flagellat, vt corripiantur.

C Non ergo dura est hæc manus, quæ nunc extenta est in supplicium, cito enim clavis pro vobis confixa erit in cruce, si nunc funiculos arripio, cito fundus sum, ac trahendus in tribunalia pro vobis. Soluendum ergo, & dissoluendum tradā tēplum corporis mei pro vobis, quā redēptor vester. Sed in tribus diebus excitabo illud. Nec enim in passione sistēdum mihi est, sed ad gloriosam vitam trāseundū. Quia si Christus non resurrexit à mortuis, inanis est prædicatio nostrā, inanis est & fides vestra. Author ergo est Christus vitę æternę, & hic est alter titulus, quo iure sibi eam auctoritatem vsurpat, vt homines puniat, tanquam pater futu-

Chryf.

Psal. 37.

Aug.

ri sæculi, tanquam tributor bonorum gloriæ. Et qui æterna A mercede suos munerare debet, iuste exigere potest ab homine partem temporis, quam impendat in eius obsequio, & partem hæreditatis, ac substantiæ, quam relinquat Dei templo, ac cultui. Et ideo merito ait, nolite mihi vsurpare templum, relinqui te mihi hæreditatem meam, quia ego vobis paravi æternam in cælis mansionem, & domum non manu factam, sed nihilominus illud obijcere Christo possumus, quod eodem flagello homines percutiat, quo bruta animantia, id enim indecens humanæ dignitati esse videtur. Huic obiectioni occurrere facile Christus potest dicens. Si homo degenerauit in bestiam, mirum non est, si tanquam iumentum percutiatur, seruet ille nobilitatem suam, & ego eum tractabo tanquam liberum, & ingenuum; & diuersis funiculis cum eo agam, illis certè, de quibus per Oseam B dicitur, in funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.

Osea. II. Hinc Psaltes ait. Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circumdabit. Quid est, misericordia circumdabit? Certè sicut funiculo ligas, & circumdadas hominem, ita beneficij, ac misericordia ligatur, ac circumdatur Dei filius. Si autem in bestiam mutaris, multa flagella tibi parata sunt tanquam iumento. Si cum vocaris à Domino ut Matthæus, mensam, & nummos relinqueres, non oporteret, Christum euertere mensam, & nummos effundere. Flagellum quasi scopa est, quod si tu eam assumeres, & domum mentis verreres, cum Psalte, qui ait, exercitabar, & scopebam spiritum meum, non eam Christus assumeret. Quia si nos metipsums iudicaremus, non utique iudicaremur. C Quando prætor delicta punit, non opus est alio iudice, qui à curia veniat, ad aliquod facinus grauiter puniendum. Si vero illa non puniat, quid mirum, si iudex queratur vindex patrati criminis, qui Hispanè dicitur, pesquisidor. Non vis tu ieiunare, immittit Dominus ægritudinem, qua ieiunes, non vis peccata castigare tua, tribulationem immittit Deus, ut delicta non maneant impunita. Hinc de peccatrice muliere dicit Christus. De di illi tempus, ut penitentiam ageret, & non vult penitere à fornicatione sua. Ecce ego mittam eam in lectum, & qui mechantur cum ea in tribulatione maxima erunt, nisi penitentiam ab operibus suis egerint, & filios eius interficiam in mortem. Et

scient

A scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes, & corda; & dabo unicuique vestrum secundum opera sua. Quasi dicat, scient omnes, esse iudicem vindicem eorum malorum, quæ homines nolunt in seipsis punire.

Sed Dei misericordiam attende, qui ea de causa punit, ac percutit, ut homo resipiscat, & ad percutientem se conuertatur. Vnde Paulus, cum iudicatur, à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur, naturale enim homini est, si percutiatur ab aliquo ad eum faciem vertere. Vnde I. Co. II. conqueritur Dominus per Esaiam de his, qui percussi ad eum non redeunt adhuc manus eius extenta, & populus non est reuersus ad percutientem se. Et Dominum exercituum non exqui

B autem miris verbis depingit Esaias. Indutus est vestibus vltionis, opertus est quasi pallio zeli, indutus est iustitia ut lorica, galea salutis in capite eius. Depingit Deum homines flagellantem, & ait, cum ipse sit bonitas, ac misericordia, operit seipsum armis, ac vestibus vltionis. Non ergo ipse vltor est natura sua, sed aliunde vestitur indumento vltionis, & operitur pallio zeli. Sed galea salutis in capite eius est, quia insigne eius est misericordia, quam hominibus conferre vult, ut salutem animæ consequantur. Litera galeæ sculpta est, iustus, & saluator, ut nouerit homo, quid capite, & cogitatione sua Deus cogitet, cogitat enim cogitationes pacis, & non afflictionis, & ira in indignatione eius, sed vita in voluntate ipsius. Quasi dicat, licet

C ira appareat in Dei vltione, sed in voluntate, ac capite illius, in eius intentione vita est, quam nobis conferre desiderat, &c.

Feria

I. Co. II.

Esa. 9.

Esa. 59.

Exec. 29.

Psal. 29.

Feria Tertia Post Domini, cam Quartam Quadra gesimæ.

*Thema. Mea doctrina non est mea, sed eius
qui misit me. Si quis voluerit volunta-
tem eius facere cognoscat de doctrina mea, an
ex Deo sit.* Ioan. 7.

Trimeg.



Maximus ille Philosophus Trimegistus dixit
hominem mirabile vinculum naturæ. Quia cū
mundus hic à Deo conditus constet ex corpo-
ralibus, & spiritualibus creaturis, merito homo
vinculum, & connexio earum dicitur, cum ip-
sius esse, ac natura sit vnio animæ spiritualis cū
corpore, ex quibus homo resultat. In hac vero vnione illud ne-
cessariū fuit, vt corpus ascēderet super omnia corpora, & spiri-
tus deprimere, ac descēderet infra omnes spiritus. Sic etenim
rectē mediū vniuersi efficitur homo. Hinc Galenus scripsit li-
brum, cui titulus est, quod animi affectus corporis temperatu-
ram sequantur, quod ex commercio, ac communicatione in-
ter animam, & corpus colligit. Et hinc manifesta experientia
fit, quod in corporalibus opēribus excedit homo cuncta ani-
mantia, & in spiritualibus deficit ab Angelis, & minoratur ab il-
lis. Licet enim voces datæ sint animantibus, quibus concep-
tus exprimant, sed non articulata, & distincta vt homini, qui
loquela sua intellectum manifestat, quo reliquis præstat. Simi-
liter in risu, visu, ac motibus corporis ab intellectu participat
vim, decorem, ac pulchritudinem. Contra autem anima deprī-
mitur,

Amitur, ac descendit etiam in operibus intellectus à corpore gra-
uata. Vnde Sapiens, corpus, quod corrumpitur, aggrauat ani-
mam. Et ideo in modo intelligendi procedit modo quo-
dam corporali, dependens à phantasmatis. Et si spiritua-
le aliquid intelligere velit, illud induit figura quadam cor-
poris, sic Angelum intelligit quasi iuuenem pulcherrimum.
Et hinc fit, vt corporalia omnia, delicias, diuitias, ac hono-
rem intelligat optime, spiritualia vero non directe, sed refle-
xione quadam, quasi à latere videt, nec ea comprehendit,
vt in se sunt. Cum autem voluntas feratur in res, secundum
quod ab intellectu ei obijciuntur, hinc fit, vt magni ducat
temporalia, eisque facile feratur, spiritualia autem non in
tanto habeat pretio, sed quasi in somnia illa putet. Hinc
B cum discipuli Resurrectionem Christi audissent à Magdale-
na, visa sunt illis deliramenta. Videntes Christum ambu-
lantem super mare, putauerunt phantasma esse, vel vmbam.
Quia spiritualia, ac diuina per vmbas, ac phantasmata intelli-
gimus, videntur nobis phantasmata esse, non res veras. Cum
tamen res è diuerso se habeat, quia spiritualia vera sunt bona,
solida, ac realia, vt sic dicam, temporalia vero vmbra, ac phan-
tasmata sint, homo tamen è diuerso, iudicat. Audi Esai, A Egi-
ptus enim frustra, & vane auxiliabitur, ideo clamaui super
hoc, superbia tantum est, quiesce. Quo loco litera alia ha-
bet, bulla tantum est, quiesce, quasi dicat propheta. Vis nosse
ò homo, quid sint omnia Aegypti bona? scito, ea similia esse
bullæ, quæ in flumine fit, quæ nihil aliud est, quam parum æ-
ris inclusum in minima aqua. Et licet sol radijs suis bullam
illam illustret, & coloribus pulchram reddat, vt lapis appa-
reat pretiosus, tamen nihil est, superbia tantum est, bulla
duntaxat est, quiesce, noli ad eam capiendam in flumen def-
cendere, nihil enim inuenies. Sicut enim qui apprehendit
vmbam, & sequitur ventum, sic qui attendit ad visa men-
dacia,

Qui ergo animam corporis mole depressam, vitij, ac pec-
catis amplius deturpat, doctrinam Christi non recipit, nec à
Deo venisse credit, sed deliramentum putat. Qui vero ani-

Aduen.

Oo

mam

Galen.

Sap. 9.

Marc. 6.

Esa. 30.

Eccle. 34.

1. Cor. 2.

nam à terreno hoc carcere eleuauerit, & moribus iustis eam recte composuerit, ac à cupiditatibus abstraxerit, ille cognoscat de doctrina Christi an ex Deo sit. Hinc Paulus. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi. Quia enim nimis corpori immergitur anima, quasi corpore redditur, & nihil nisi corporeum sapit. Et ideo, cum Christi doctrina doceat, terrena despicere, illam putat deliramentum. Recte ergo nunc Christus ait mirantibus de eius doctrina, nec credentibus ex Deo esse. *Siquis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar.* Quasi dicat, quia uos non uultis facere Dei uoluntatem, ideo non agnoscitis, cuius sit mea doctrina, deponite iram, inuidiam, sæculi cupiditatem, quam contra Dei uoluntatem concepistis, & intelligetis statim, à quo sit doctrina mea, à Deo, an à me ipso, à se ipso dicit, ut opponitur à Deo esse, ut recte exponit Chrysostomus homilia 48. Finge nunc hominem hic esse, qui nullam religionem audierit ex his, quæ in mundo sunt, finge etiam eum bonis moribus, ac studiosis ornatum, finge proponi ei uniuersas doctrinas, quæ in mundo sunt, Christianorum, Iudæorum, Maurorum, Gentilium, ut sibi eligat meliorem ex illis, certe iste eligeret Christianam religionem tanquam omnino meliorem, & quæ alias longè superat, & quæ omnem edocet uirtutem, nec ullum admittit uel leue peccatum, & maxima præmia studiosis, ac supplicia peccatoribus promittit. Nec tamen ex his colligas, solo lumine nature illum crediturum, ut debet homo credere, nisi enim lumine illustretur cælesti, nullus ad Christum uenit, sed lumine nature agnosceret, esse credibilem nimis hanc legem, esseque amplectendam super omnes, licet ut eam ipse amplectatur, à lumine cælesti prouenire debet. Similiter etiam infideles nunc, da mihi hominem, qui uoluntatem Dei, & non suam facere uelit, qui non inordinatum appetitum consulat, sed ratione in omnibus, hic manifeste doctrinam Christi amplectetur, restituet aliena, parcat inimico, & reliqua similiter præstabit, quia rationi cõuenientia, Deoque accepta uidebit. *Omnia autem de ordinatione hominum inde prouenit, quod quæ*

Chryf.

A que non Dei uoluntatem, sed suam facere uult, non rationem consulere, sed appetitum, cui contraria lex Christi est.

Adiicit Christus, ut ostendat doctrinam suam à Deo esse. *Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit, qui autem querit gloriam eius, qui misit eum, hic uerax est.* Quasi dicat, qui doctrinam propriam, & à Deo alienam docet, honorem proprium quærit, ac emolumentum, sed is, qui Dei gloriam solum quærit, ueritatem docet. Tacite, ut Cyrillus ait libro 4. cap. 44. Pharisæos arguit, qui propriam quærentes gloriam, mendaciter quia hominum traditiones diuinæ legi contrarias docebant, ut dicitur Matth. 15.

Cyril.
Matth. 15.

B *Nonne Moyses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem, quid me queritis interficere?* Quasi dicat, si legem uobis datam seruaretis, non quereretis interficere me, qui in nocens sum, id enim lex prohibet, uos me queritis interficere, dicentes zelo uos legis moueri, quia ego soluo sabbatum, si zelatores legis estis, quo pacto legem non seruatis?

Circa hæc omnia, quæ dicta sunt, ne in nos etiam, ut in Iudeos dicta sint, exponendum nobis est, quanta Dei in nos fuerit misericordia, cum legem dederit, cum doctrinam à cælo attulerit, quantumque deuincti nos simus, ut doctrinam Christi suscipiamus, & ab eo legem latam seruemus.

S *Ut autem hoc explicemus, attendendum est, ad Deum pertinere, omni creaturæ legem ponere, ut iuxta nature suæ conditionem recte se habeat, quia qui eis esse dedit, dat etiam bonum esse, quod consistit in obseruatione legis.* Vnde D. Tho. 1. p. q. 103. artic. 5. ostendit, omnia diuinæ gubernationi subiacere, & id probat rationibus. Lex autem nihil aliud est quam directio cuiusque in suum finem, & in bonum, & mensura uirtutis cuiusque, unde ad principem, & gubernatorem spectat, legem condere, & ideo omni creaturæ legem Deus dedit, quæ nihil aliud est quàm mensura quædam actionum. Etiam insensibilibus legem posuit, ut Psa. ait, ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt, præceptum posuit, & non præteribunt. Et in eodẽ Psalmo ait, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius.

D. Tho.

Psal. 148.

Sed quia diuersa diuersimode gubernari oportet, quedam vero sunt per se agentia, & habentia dominium sui actus, hæc oportet gubernari à Deo, non solum interius in eis operante, sed per hoc, vt legibus positis retrahantur à malo, & inducantur ad bonum, quod in irrationabilibus locum non habet, quæ aguntur, & non agunt. Sic intelligitur illud Pauli, non est cura Deo de bobus, quia modus iste gubernationis, quo singulariter creaturæ rationales gubernantur, solius est rationalis creaturæ. Ex dictis iam patet, Dei esse proprium, cuius est condere hominem, ipsum gubernare lege imposta, quæ illi mensura sit actuum, & qua recte in finem dirigatur. Hinc Esaias, Dominus iudex noster, Dominus legis noster Dominus rex noster, ipse saluabit nos. Hinc actum est, vt veri Dei cura semper fuerit, legibus datis homines bonos facere. Hinc ad eum Psal. ait, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Quo contra Diuinitatem, cum dæmonia essent, nec hominibus bonos mores curarent, leges nullas dederunt, quibus homines probi efficierentur. De qua re multa, ac præclara tradit Augustinus. 2. de ciuitate, c. 5. 6. & 7. & in c. 4. ait. Vtiq; dignum erat, vt quomodo cultores deorum sacra, ita Diuinitatem hominum vitam, & facta curarent, & legibus latis eos bonos facere, per prophetas arguere peccantes, &c. Sed quid tale in deorum templis aliquando concepuit? Narrat Augustinus, pluries se in iuuentute ad deorum templa accessisse, & ad eorum festa, in quibus turpissima multa vidit, nulla vero erat morum instructio, vt immundi spiritus, plane viderentur, qui talibus oblectabantur. Nec moleste aliquando Diuinitatem tulerunt, quod homines vitijs se traderent nec minis homines à peccatis deterrebant. Et ideo multo melius diuini honores Platoni, & philosophis, qui aliquid bonæ vitæ inuestigauerunt, adscribi deberent, Deus autem verus in hoc plane ostendit, quod tanta cura hominum prouiderit bonitati. Vnde ipse ait. Ego Deus docens te vtilia, & gubernans te in via, qua ambulas. Cum enim tantum homini intersit, hanc viam recte dirigere, vt in finem veniat æternæ vitæ summum beneficium homini confertur, cum in hac via recte gubernatur.

Sed

Sed forsitan dices, non ne satis homini fuisset naturalis ratio in qua signatum est lumen Dei, & qua discernitur inter bonum, & malum, vt homo dirigeretur? Certe vltra illam necessaria fuit lex exterior. Vnde orat Psal. legem pone mihi Domine, viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. Cuius rei duplex est ratio ex D. Tho. 1. 2. q. 91. art. 4. Prior propter incertitudinem humani iudicij, & debilitatem intellectus nostri excæcati peccato. Si enim integra natura nostra consisteret, omnia naturalia recte præuidere posset, sed infirma natura id non potest, & excæcata id non assequitur, quæ adeo passionibus præpeditur, vt nullus vnquam philosophus potuerit definire in omni re, quid agendum, quid vitandum. Nulla fuit vnquam res publica, quæ solo lumine naturæ duceretur, quæ multa illicita non admitteret, quia nulla fuit ratio naturalis, quæ plenam legem assequeretur, etiam circa naturalia. Ideo Hieremias ait. leges populorum vanæ sunt. Multos errores humanarum legum refert Augustinus de ciuitate Dei. Et iudicij humani incertitudo maxima est, & ideo multæ contrariæ opiniones. Secunda eiusdem rei ratio urgentior est, quia per legem dirigitur homo in actibus suis ad vltimum finem. Si ergo homo solum dirigendus esset ad finem naturalem, satis ei fuisset ratio naturalis, sed quia Deus ordinauit hominem ad finem supernaturalem, vt ad illum dirigeretur, necessaria homini fuit lex diuinitus reuelata. Sicut enim nulla lux terræ pertingere potest ad cælum, nec luce vlla terræ videri potest cælum, sic nec ratione naturali assequi possumus supra naturalia, quia supra naturam sunt. Et ideo Iacobus ait, vnus est legislator, & iudex. Et ideo si hanc legem Deus non ostenderet, impossibile homini fuisset, illam inuenire. Hæc enim lex est liber ille de quo Angelus in Apocalypsi ait. Quis est dignus, aperire librum & soluere septem signacula eius, & nemo poterat neque in cælo neque in terra, neque sub terra aperire librum, neque respicere illum, & ego flebam multum. Ne fleueris, ecce vicit leo de tribu Iuda, radix David aperire librum, & soluere septem signacula eius. In libro illo continebatur via in cælum, qui vere liber est vitæ, & nullus illum aperuit nisi Christus, qui hanc docuit viam. Ideo Psal. ait, lex Domini immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis, iustitiam

Aduen.

Oo 3

tue

Psal. 118.

D. Tho.

Iere. 11.

August.

Iaco. 4.

Apoc. 5.

Psal. 118.

tia Domini recta letificantes corda, præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Reliquæ humanæ leges propter luminis defectum multas habent maculas, at lex Domini immaculata. Cõuertens animas, vertit scilicet, quietaans, & pacificans animas; pacem enim tribuit cordi, nõ sicut leges aliæ, de quibus Psa. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed nõ vt lex tua, nõ implet cor, non ei insident, vt lex tua. Dicitur etiã testimonium fidele, sapientiã præstans paruulis, quia fideliter ostendit viam celi, quæ absconditur à sapientibus, & prudentibus, & reuelatur paruulis. Et deniq; lex Dei talis est, quæ si seruaretur perfecte in aliqua republica, esset veluti cælum. Da mihi hominẽ, in quo ordo Evangelicus sit, gloriosum est, cum eo agere. Quod si integra aliqua respublica huiusmodi esset, in qua omnes diligenter Deum super omnia, & proximum sicut se ipsum, vbi nullum furtum, nullum adulteriũ, nullum malum faceret, & omnes subuenirẽt proximo in necessitate, sane cælestis dici posset ea respublica, & sæculum aureum in illa esset, & ultra ea bona, quæ à cælo in eã descenderent, ea solũ, quæ haberet Dei lege seruata satis essent, vt aurea respublica diceretur, ac gloriosa. Ibi non esset occursum malus, neq; Sathan, sed pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Ideo Esaias ait. Vtinam attendisses ad mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. Et fuisset quasi arena semen tuum, & stirps vteri tui vt lapilli eius, non interisset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea.

Ex dictis vero plura colligere licet. Primũ, quã Deo deuin C
cti sumus pro tanto beneficio, quale fuit legem optimam nobis dare. Licurgus leges dedit Lacedæmonijs, Solon Atheniensibus, Numa Põpillius Romanis, sed quid eorũ leges sunt, si cũ diuina conferatur? Diuersitas inter legiflatores ostendit legum diuersitatem. Quia autẽ leges illi dederunt, patres patriæ dicti sunt, & Numa Põpillius inter Deos relatus est, quas ergo gratiarum actiones referemus Deo nostro pro lege tanta, quæ nos dirigit in tantum finem? Hoc ostendit Dei populo Moyses, dum ait. Scitis, quod docuerim vos præcepta, atq; iustitias, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus, sic facietis ea, & obseruabitis & implebitis opere. Quasi dicat, nõ meo capite, aut ingenio legem

A gem dedi, sed Dei ingenium adinuenit illam, quam si seruaueritis, eritis inclityi in terra, ideo subdit. Hęc est vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audietes vniuersa præcepta hęc dicant, en populus sapiens, & intelliges, gens magna, nec enim est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantibus sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens sic inclitya, vt habeat ceremonias, iusta iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam vobis ante oculos vestros? Quasi dicat, quomodo conferri possunt alij legiflatores cum legiflatore vestro, aut leges illorũ cum vestra? Tacebunt coram te omnes respublicæ, tacebit Lacedæmonia, tacebit Athenas, tacebit Roma, & dicent. Ecce populũ, qui nos præcedit sapientia, ac legibus. Ideo Iob ait, ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legiflatoribus. Et ideo in huius beneficii memoriam, ac gratitudinem, quia maximum erat, instituit Deus pascha Pentecostes, vt habetur Deut. 16. ca
B pite. Et tanquam maximum beneficiũ illud sepe in scriptura repetit. Et ideo Psa. huic beneficio gratus ait. Buccinate in neomenia tuba, quia præceptum in Israel est, & testimonium Deo Iacob. Quasi dicat, Deum benedicite, quia legem dedit, & præceptum.

Sed si tantum fuit beneficiũ Israeli collatum, quia legem ei dedit, quale, obsecro, ac quantum erit, quod nobis cõfertur, dũ lex tribuitur, quæ illam excedit, tanquã veritas figuram, sicut corpus, vmbra, sicut viuum imaginem. Si de eo populo dixit Psa. non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nõ manifesta uit eis, quid de nobis dici poterit? Vnde cũ in epistola ad Hebræos Paulus ostendisset diuersitatẽ legis gratiæ à lege veteri, & excellentiam eius propter põtificem, sacrificiumq; cõcludit. Vmbra enim habet lex futurorũ bonorum, nõ ipsam imaginem rerũ. Erat ergo lex illa vmbra solũ, & grauis nimis, nec gratiam conferebat, vt seruaretur. At lex gratiæ perfecta, ac suavis est, & gratiam cõfert, vt seruari possit. Et licet vtraq; lex à Deo sit sed est in eo magna diuersitas, quod lex vetus per Moysen data est, lex noua per Christũ. Hanc diuersitatẽ notat Ioan. cum ait, lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christũ. Est vero magna differentia inter Moysen & Christũ, tanquã inter famulũ & dominum. Et ideo Paulus ait. Multifaria multif.

Psal. 118.

Psal. 118.
Esai. 48.

Deut. 4.

Iob. 36.

Deut. 16.

Psal. 80.

Psal. 147.

Heb. 10.

Ioan. 1.

Heb. 1.

que modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouisse A diebus istis locutus est nobis in filio.

Sed quid hinc colligitur? Certe maximè nos deuinctos esse vt Christi legè seruemus. Si vitio dat nūc Iudæis Christus quod legè à Moyse acceptam nō seruēt, dicēs. *Nō ne Moyses dedit vobis legē, & nemo ex vobis seruat legē.* An nō vitio nobis dabitur, quod legè à Christo acceptam nō seruemus? Strictiori nos vinculo tenemur ad Christi legè seruandam, quā illi, vt ostendit Paul. qui cū ostendisset diuersitatem legislatorū, & quanto interuallo Christus superet Moysen, ait. Propterea abundantius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus, ne forte perefluamus, si enim qui per Angelos dictus est sermo, fact⁹ est firmus, & omnis præuaticatio, & inobedientia accepit iustā mercedis retributionē, quomodo nos effugiemus, si tantā neglexerimus salutē, quæ cum initiū accepisset enarrari per Dñm, ab eis, qui audierunt in nos confirmata est? Licet enim regis mādato obediendū sit, siue hic, siue ille illud nunciet, præcipue tamen si filius regis nūcius illius sit. Mādata legis veteris per Angelos, & Moyten hominibus data sunt, sed mandata legis gratiæ per Iesum Christū. Cum in veteri lege mādata proponere vellet, ait, ego sum Dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Quasi dicat, sum Dñs, cui obediētia debetur, sum benefactor, qui eduxi te de domo seruitutis, cui gratus esse debes. Sed in lege Euāgelica multo ampliora proponuntur beneficia. Ego sum Dominus, qui eduxi te de potestate tenebrarū, qui proprio sanguine te redemi, qui eternā beatitudinem præsto. Sed obsecro, quātū ponderis in hominis corde habere deberet verbū hoc Deus? Nihil est, quod magis hominē in officio cōtinere debeat, quā hoc verbū, hoc Deus præcipit. Tāti namq; ponderis verbū hoc est, vt si illud beatis diceretur, licet adderetur, quod Deus præcipit hoc est, vt gloriā æternam relinquatis, & ad eter nos ignes descendatis, tanta est maiestas præcipiētis, & tanti pōderis mādatum ipsius, vt licet beatis liberum esset, facere quod volent, gloriā relinquerent, & in ignes se darent, vt Deo præcipienti obtemperarent. Omne enim bonū creature relinquendum est, vt Deo præcipiēti obediatur. Sicut omnia corpora relinquunt naturales suos motus, & cōtrarios vsurpant, cū id ne

cessa

A cessarium est ad vniuersi ordinem conseruandum, & ita ad replendum vacuum ascendit aqua, & terra. Ita cum Deus sit bonū vniuersale, propter illum omnia bona creaturarū relinquenda sunt. Si ergo vt Dei præceptum impleres, sanguis vniuersus fundendus esset, si innumera subeunda tormēta, profecto facere debuisses, quāto magis cū tibi leuia præceperit, ac facilia. Hic iure dici potest illud, quod ad Naaman dictum est, si rem grandem dixisset tibi propheta, profecto facere debuisses, quanto magis cum dixerit, lauare, & mundaberis. Præcipue autē postquā Deus vitam, & sanguinem tui causa dedit, teneris pro illo sanguinem, & vitam dare? Nondum vsq; ad sanguinem restitistis peccato repugnantes, ait Paulus, cum id debeatis. **Quam**

B ergo excusationem habebit, qui maxima debens, minima non præstat? Mandata eius graua non sunt, vt Ioan. ait. Et ideo mādata sua ille minima dixit, cum ait, qui soluerit vnum de mandatis istis minimis. Non enim minima dixit, quia minimi pōderis sint, sed quoniam leuiora præcepit, quam præcipere potuerit. Potuit præcipere Deus omnimodam paupertatem, vitā asperrimam, præcepit autem facilia, qua fronte ea non prestabis? Si ab eo, qui mille debet, decem petantur, qua excusatione tueri se poterit, ne illa præstet? Si mille vitas Deo debes, quo pacto parum substantiæ, aut laboris negare poteris? Has in homines querelas ille proponit per Esai. dicens. Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Irael, non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure, non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbui mihi laborem in iniquitatibus tuis. Tollamus ergo suauē iugum, obediāmus legi Dei nostri, quæ nos

ducet in æternam, vitam. &c.

Feria

Heb. 2.

4. Reg. 5.

Heb. 12.

1. Ioa. 5.

Matth. 5.

Exo. 20.

Esa. 34.

Feria Quarta Post Domini. cam Quartam Quadra- gesimæ.

*Thema. Prætoriens Iesus vidit cæcum à nati-
uitate, &c. Ioan. 9.*



Diliget Deus præcipue lucem, & initio mundi eam continuo condidit, & vidit, quod esset bona. Et in omni fabrica, quam construi præcepit, voluit fenestras esse, per quas lux intraret. Sic in arcæ Noe fabrica, fenestræ meminit, dicens, fenestram facies in ea. Et in templo fenestras plures erant, & in tabernaculo plura candelabra & lampades. Et tandem regnum eius lucis regnum est, & filij eius filij lucis, & de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum, & venit illuminare ijs, qui in tenebris.

Contra vero dæmon princeps est tenebrarum, & regnum illius tenebrarum regnum est, mundi rectores tenebrarum harum, à Paulo dicuntur dæmones, & eis subditi tenebris adeo pleni sunt, vt tenebræ ipsi dicantur, sicut cõtra iusti lux dicuntur. Hinc Paulus, eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Hæc vero diuersitas iustorum & impiorum, regni Dei & dæmonis, adumbrata est in illis duabus regionibus, de quibus in Exod. dicitur, factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti, tribus diebus, nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat. Vbi cumq; autem habitabant filij Israhel, lux erat. Merito vero dæmon curat tenebris suis offundere, sic enim eius subditi læti, alacresque sunt. Omnis enim peccatoris lætitia ab errore & dolo procedit. Hinc Sapiens, risum reputaui errorem, & gaudio dixi, cur frustra deciperis? vtitur abstr-

*Gene. 6.
3. Reg. 6.*

Matth. 4.

*Eph. 6.
Eph. 5.*

Exod. 10.

Eccle. 2.

A abstractis pro concretis quasi dicat irridentem dixi errare, & gaudentem decipi. Simile est peccatoris gaudium gaudio illius, cui aliquis mētus est, dicens, esse illi immensos thesauros, in theca reconditos, quos cum videre voluerit, nihil reperiet, nisi puluerem. Ita auaris contigisse, Psalm. ait, dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Similis est etiam peccatoris lætitia gaudio illius, qui in suspendium duceretur, & aliquis ei volens illudere, sualisset, funem, quæ circa collum est, auream esse torquem, furcam thronum esse regium, in quo regio diademate ornandus esset. Ita profecto principibus sæculi deceptio paratur à dæmone, qui

B eum in æternum credant regnum venturos in infernum detrahentur. Simile quid Ionathæ contigisse Machabæ. historia narrat, qui deceptus ab iniquo rege est, dicente sibi, velle se ei tradere ciuitatem Ptolemaidam, & tamen eum ibi cepit, & tandem interfecit. Omne denique peccatoris gaudium in mendacio fundatur, quia omnia illius bona mendacium sunt, vmbra fugiens, somnium auolans, fallaces diuitiæ, vt Christus ait. Et hac ratione dæmon curat, vt lux procul absit, qua eius falsitas & deceptio ostenditur. Vt vitam bestijs similem agas, excæcat te, vt Philistin Sanson, vt molem circumducatur. Excæcatus Salomon est per mulieres, & infatuatus, vt idola coleret. Et illi, quos Ezechiel vidit adorare serpentes nonne cæci erant, cum tantam abominationem fecerint? nec enim posset tibi infanias plurimas dæmon suadere, nisi te primum excæcasset.

C En hominem cæcum, sed quod illi remedium erit? si lux non adfit, remedium erit nullum. Hinc Sapiens. 17. horribiles voces audiebant Aegyptij, cum in tenebris essent, sed fugere non poterat, vna enim cathena tenebrarum omnes erant colligati. Sic tibi contigit, audis innumera peccati mala, & horrenda, sed si lux cæli non adfit, cathena tenebrarum teneris, nec à peccato exies. In hoc ergo Christus in mundum venit, lux mundi, vt illuminaret ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Hoc petierat Psalm. emitte lucem tuam, & veritatē tuam, qua omnis falsitas, & dæmonis deceptio appareat, vt reparet deperditā, & deturpatā imaginem venit, & primū ab oculis opus inchoat, sine illis enim pulchritudo nulla est, quamlibet alia adfuit,

Simile.

Psalm. 75.

1. Mach. 12.

Luc. 8.

Iud. 16.

Ezech. 8.

Sapiens. 17.

Psalm. 42.

adsint. Principium spiritualis reformationis peccatoris oculi sunt, quibus videas, æstimes, ac ponderes, quæ prius non videbas. Sine his oculis non est, viam Dei incedere, illi enim pedes dirigunt in viam pacis. Sed quomodo hi oculi à Christo dati sint cæco, videamus.

Præteriens Iesus. Cum longam disputationem Christus habuisset cum scribis, & Phariseis, illi tandem lapides sustulerunt, ut eum lapidarent, Christus verò Dominus eos relinquens lapidibus oneratos, eosque præteriens, vidit cæcum, cui exhibet misericordiam. Illos iustitia præterit, hinc misericordia respicit, quia ut Psalm. ait, vniuersæ viz Domini misericordia, & veritas, & siue misericordiam præstet, siue ultiones adhibeat, glorificatur Deus. Hinc Psalm. misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine, propter vtrumque enim laudem mereris, & canticum. Præterit ergo, & derelinquit scribas, ac Phariseos durissimos, similes effectos lapidibus, quos sustulerant, & in ea punitione glorificatur Deus, sicut in misericordia cæco exhibita. Nobis quidem dispar ac diuersa nimium res est, si misericordiam, aut iustitiam experiamur, felix enim, & fœlicissimus is, qui vas misericordiam futurus est, infelix verò, & infœlicissimus, qui vas ire & furoris, Deo verò in idem recidit, siue misericordia, siue iustitia vtatur, ex vtroque enim laudem, & gloriam sibi acquirit. Sicut eiusdem honoris, & gloriæ regi est, punire nocentes, & fideles muneribus afficere, & honore. Hinc Sapiens omnia propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum, quasi dicat, cum impium punit propter semetipsum, & ad gloriam suam punit. Hinc Deute. monet, sibi consulant. Deo enim idem est punire malos, & bonis præmia concedere. Sicut ante lætatus est Dominus, vobis benefaciens vosque multiplicans, sic lætabitur disperdens vos, atque subvertens, ut auferamini à terra ad quam ingredieris possidendam. Hinc, & sancti lætantur in celo de vindicta impiorum propter Dei gloriam, ut Psalm. ait, lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Sed inter iustitiæ opera hoc præcipuum est quod hoc verbo præteriens significatur, tum in alia vita, tum in ista, in alia enim præcipua damnaati poena est poena damni, quæ est, Deo care-

A carere, in hac verò Deum recedere ab homine, & eum derelinquere summum est supplicium. Hinc propheta, vae eis, cum recessero ab eis. Omnia Dei supplicia minima sunt, si ille à te non discedat, etiam si vitâ, substantiâ, & honorem adimat, si verò ille recedat, vè tibi. Hinc per Hieremiam ait, erudire Hierusalém, ne forte recedat anima mea à te, ne forte ponam te terram desertam, & in habitabilem. Summum Dei beneficium nobiscum illud esse. Cum multa in Leuitico bona promississet legem feruantibus, summam, & epilogum eorum faciens ait, ambulabo in ter vos, & ero vester Deus. Ita summa Dei ultio est recessus ab anima. Nunc ergo recedit à Phariseis, & ad cæcum illuminandum conuertitur, si enim ab indignis misericordiam aufert, dignos quærit, quibus illam præstet.

Time ergo tu, ne à te recedat Deus, ne misericordiam ab in digno auferat, & alteri præstet. Hinc Ioannes monet, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Sed quomodo, inquis, potest quis coronam meam accipere? Corona quidem capituli nostri, & sertum exultationis nostræ Deus est, hic per gratiam à nobis possessus, & in alio sæculo per gloriam, hæc verò corona dupliciter potest esse alicuius, primo æterna prædestinatione, & hæc finaliter non amittitur. Secundo verò dicitur alicuius coronam esse secundum præsentem iustitiam, quia nunc meretur illam, & id quod meriti sumus, nostrum esse dicitur. Sic Matt. 20. ait, redde operarijs mercedem suam, & corona quæ isto modo tua est, amitti potest, non quidem ex parte Dei, hac enim parte, adeo tibi certa est, ac si illam possideres sed ex parte hominis, qui à iustitia deficere potest. Sed ais, quomodo alius accipere potest hanc coronam meam, mihi que præripere? D. Thom. 1. p. q. 23. arti. 6. respondet. Vnus accipit coronam alterius, qui cecidit, in quantum vno cadente, alius loco eius substituitur, iuxta illud Iob, qui conteret multos, & innumerabiles, & alios pro illis stare faciet. Quod Hieronymus, ibi explicat exemplo Heli, & Samuelis, cecidit Heli, subrogatur Samuel, cecidit Saul subrogatur Dauid: cecidit Iudas subrogatur Matthias, cecidit Synagoga, subrogatur gentilitas, sicut loco eorum qui corpore moriuntur, alij, qui nascuntur subrogantur: vnde Paulus, rami fracti sunt, ut tu inferaris, & Chri-

Psalm. 145.

Psalm. 109.

Simile.

Proner. 16.

Deut. 28.

Psalm. 57.

Osee. 9.

Hierem. 6.

Leui. 26.

Apoca. 3.

Matth. 20.

D. Thom.

Iob. 34.

Hieron.

Rom. 11.

Matth. 8.

Christus Dominus, multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham Isaac, & Jacob in regno celorum, filij autem regni eiciuntur in tenebras exteriores. Nescit qui dem Deus continere misericordiam, quod si à te aufert, alij donat. Præteriens ergo cæcos Phariseos, illuminat cæcum à natiuitate. Sicut enina cum conaris, contra istum fluuij, & hac via eius cursum impedis, aliam ~~viam~~ aperit, qua currat, quia impediri eius cursus non potest, sic Dei misericordia impediri à nobis non valet, si ei impedimentum obijcis, ad alium diuertit. Sic reiectus Christus à Phariseis, ad cæcum venit, reiectus à Synagoga ad gentes, reiectus à nobis ad Indos, reiectus à te ad alium. Aliter etiam accipi potest illud, tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Sancti enim in æternum gaudebunt de bonis operibus, quæ impij præstiterunt in vita, de quibus ipsi gaudere non poterunt, gaudium vero corona est, tene ergo illam, tene bona opera tua, nec per peccatum amittas, & alius de eis gaudeat, te damnato.

Simile.

Ezech. 16.

Deinde præteriens Christus cæcum videt, transiens, sicut etiam per Ezechielem ait, transiens per te, vidite. Quia illa transeuntes facere dicimur, quibus nimium non attendimus, nec omni conatu, illa verò, quibus tota animi intentione attendimus, dicimur facere serio, & illis solis attendentes. Mirabilia quidem extra se Dominus fecit sed omnia illa præteriens efficit, quia non totis viribus eis attendit, multo enim præstantiora condere potuit. In operibus verò ad intratam suam effudit potentiam, in sui cognitione & amore omnes intendit neruos, ultra procedere non potuit. Sic tibi sunt opera, quæ præteriens, & quasi transiens præstare debes, alia quibus vaiuersis intendere viribus, Deum dilige toto corde tota anima, tota fortitudine, ijs vero, quæ mundi huius sunt, attende præteriens, quia præterit figura huius mundi, si mundus transit in se, cur in te manebit, si præterit ille, præteriens attende ei. Reliquum est, vt qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, in temporalibus nolite solliciti esse, at cum Deo tuo sollicitum te ambulare oportet, vt Propheta ait,

I. Cor. 7.

Mich. 6.

forti-

Psal. 58.
A fortitudinem meam ad te custodiam ait Psal. Nos vero contra facere solemus, his, quæ mundi sunt, nimium attendimus, his quæ Dei, quasi per transfennam, sed nunc attende, infirmitatem tuam, Deus tota intentione, & infinitis suis viribus attendit sui cognitioni, ac amori, & his tu attendes oscitanter, & transiens?

Deinde præteriens Christus cæcum videt & sanat, vt doceat, quædam esse opera, quibus attendendum est longo tempore, & serio, quædam alia sunt, quæ prætermittere non debemus, licet minora videantur, sed quasi per transfennam efficienda sunt, prioris generis opera sunt, orationi instare, B. lectioni, & muneri tuo obeundo, quæ sedens præstas, & longo tempore opus est, vt illis attendas, posterioris generis opera sunt, pauperi subuenire, quem casu in via offendis, infirmum visitare, tristem consolari, peccantem corrigere, mentem sæpe in Deum leuare, templum ingredi, quando circa illud viam agis, vt breuem orationem fundas, nihil tibi despiciendum est, quod ad Dei obsequium pertineat, maiora & minora opera præstanda sunt, quædam quasi per transfennam, quædam longo tempore in eis posito.

Præterea notat Augustinus, infirmitates corporis à Christo Domino curatas per transfennam, cum præteriret, vt modo patet, & cum cæcum, qui prope Hierico erat sanauit, & Samaritanus, vt vulneratum curret, in stabulo non manet. Et tandem ait Lucas, qui pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, & adeo minimum duxit Christus Dominus corporum sanitatē, vt vmbre Petri cōcesserit donum sanitatis, quia cū infirmitas corporis vmbra sit infirmitatis animæ, non mirum vmbra vmbra sanari. Sed animi morbos non per transfennam curabat, sed multo in hac re tempore posito. Sic vt Samaritanæ animam sanet, sedet, & lōgum cū ea colloquiū miscet, sic cū euntibus Emmaus sedet, & comedit, vt paruam eorū fidē augeat. Hoc idē Elisæus factō præstitit, cū enim ad eū Naamā veniret, vt sanitatem corporis acciperet, ad eum non descendit, sed per ministrum nuncium ei mittit, sed cum corpore sanus

*Aug.
Luc. 18.
Luc. 10.
Acto. 10.*

*Ioan. 4.
Luc. 24.*

4. Reg. 5.

ad

ad Eliseum remeavit, vt animæ salutem quæreret, descendit ad eum, & multa cū eo super hac re verba habuit. Nouit Deus quantum distet inter spiritualem, & corporalem morbum, & spiritualem longe superare corporeum. Vt tu ergo animæ medearis, sede, cogita, multum tempus in hac reponere, & confessarius idem peragat, sed nō sic agis, sed vt corpori medearis, longas medelas sumis longa tempora consumis, vt verō animæ, vix horam vnam, aut diem vnum.

Vidit cæcum. Omnis peccator cæcus dicitur, etiam si fidem habeat, quia prudentia ei non adest, quæ oculus animæ ac omnium virtutum est. Sicut corporis oculi duo sunt, ita animæ oculi sunt, intellectus speculatiuus, & practicus, qui licet vnica sint potentia, vt duplex tamen consideratur. Speculatiuus dat facultatē bene operandi, recta enim docet, sed nō dat vsum operis, quia in opus non inclinatur. Practicus verō intellectus ad opus inclinatur dicens, hoc & hic, & nunc agendum est, & ad hunc prudentia spectat. De hoc oculo sponsus ait, vulnerasti cor meum soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum, Oculus speculatiuus Dei cor non vulnerat, in peccatoribus enim est, & multi philosophi Deo odibiles, eo præditi fuerunt, oculus verō prudentiæ Dei cor vulnerat, & hic est oculus ille dexter, quem rex Amonitarum eruere volebat, nec enim dæmon curat, quod oculo speculatiuo præditus sis, dū prudentia orberis, sine qua scientia inflat. Hæc verō prudentia in peccatore non est quia ad eam exigitur bona voluntatis affectio. Vnde Aristoteles 6. Ethicorum ait, opponitur prudentiæ, quod quis volens peccet. Vnde est illud, qualis vnusquisque est, talis finis sibi videtur, id est, quemadmodum quis dispositus est voluntate, sic iudicat intellectu practico esse operandum. Et licet peccator agnoscat quod bonum est, & consilia recta alijs præstet prudens tamen non est quia prudentia non illud solū præstat sed etiā præceptiua est, præcipiens quid hic agendum ab homine sit, & hoc in peccatoribus nō est, & ideo cæci merito dicuntur. Vt oculis vestris id subiiciā, hoc vtar exēplo. Oculi corporis in duo munera, nobis à Deo cōcessi sunt, primū vt res cūctas cōtēplemur, secundū, vt gressus

Cant. 7.

1. Reg. 11.

Aristot.

Simile.

A gressus dirigam⁹ nostros, & opera perficiamus vniuersa. Da mihi hominem, qui bene conspiciat vniuersa, at gressus non recte dirigat, nec opera efficiat probe tanquam luce illustratus, hūc dicere poteris videntem & cæcum. Ita plane peccator est, cui lux intellectus & fidei concessa est, tum vt cuncta agnoscat, tū vt gressus dirigat in viam pacis, & opera virtutis præstet. Si bene agnoscat omnia, tamen recta non operetur, merito cæcus dicitur. Hinc Esaias, surdi audite, & cæci intuemini ad videntem, quis cæcus nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuncios meos misit? quis cæcus, nisi qui venundatus est, & quis cæcus nisi seruus Dñi? Qui vides multa nō ne custodies? En cæcū & videntē, videt multa, & nō custodit, nō se seruat à malo, cū illud videat, cæcus est. Vides ignē, & nō declinas, cæcus es, vides mortē, & nō declinas cæcus es, vides peccatū colubrū, & nō fugis, cæcus es. Sed quis me excæcauit? ais. A tedi similis fact⁹ Sāpsoni es, irretiuit illū Dalila, deliniuit blanditijs, secretum ei ille aperuit, tradidit illa eum inimicis, & excæcauerunt eū. Quid putas carnem tuam esse, nisi fallacem Dalilam? quid putas cogitationem immundam esse, nisi Dalilæ blandimenta & fraudes? acquiescis illi amittis gratiæ fortitudinem, & oculus prudentiæ tibi eruitur, & cōtinuo quasi bestia tractaris. Sed quod ais, mihi remedium est, certe quod Sāpsoni, sensit ille creuisse capillos, petijt à Deo, sibi rursus dari fortitudinem, & columnas domus euertēs, plures occidit inimicos. Cum in corde tuo videris cogitationes bonas, quæ tibi à Deo inspirantur, monita salutis, quæ tibi Deus præstat, en capilli crescūt, pete à Christo gratiā & opem, pœnite, & inimicos, vniuersa scilicet peccata superabis. Sed illud tibi valde attendendum est, vt gratiæ Dei nō desis te vocanti, & præoccupanti, & præoccupanti. Sicut enim Moyse manus eleuante vincit Israel decertans, quia tunc arma sumpsit, & cum hostibus certauit, cum Moyse manus pro eo extendebat, ita cum Dei manum extensam videris, vt tibi auxilietur, tunc arma tibi capienda sunt, tunc in pugnam procede, oportet enim aliquid te operari in salutem tuam, quod si nihil præstare volueris, nihil boni in te efficietur. Hac enim de causa dæmon à Saule penitus expulsus non est, sed ad tempus leuius habebat, quoniam

Esa. 42.

Iud. 16.

Exo. 17.

1. Reg. 16.

Aduen.

Pp

licet

I. Reg. 16.

licet Dauid cithara psalleret præclare, & Christi hac in re typum gereret, nunquam tamen Saul seipsum iuuat, nec quod debuit, fecit, ut dæmon recederet. Hac eadem ratione à te dæmon non recedit, quoniam licet præueniente gratia te Deus iuuet, excitetque, tu tamen eius adiutorio non vteris, præliari renuis. Vult verò Deus, ut ei arma tu subministres, quibus ille aduersarios tuos expugnet. Sicut Ionatas rogat Nabutaos, ut commodarent ei belli apparatus copiosum, ut cõtra inimicos pugnam ineat. Ita te Deus monet, ut ei arma tua subministres, quibus ille hostes expugnet tuos, ministra ergo ei lachrimas, confessionem, ieiunia, & ipse superabit inimicos tuos.

Apo. 21.

Attendamus nunc cæcum hæc præstantem, luto ex salua effecto liniuit Christus oculos eius in salutem, est enim Christus Dominus saluator, & ille totus, & omnia quæ illius sunt, salutem conferunt, & ipsa etiam illius salua. Sic arbor illa Apocalypsis adeo erat salutaris, ut & folia etiam eius essent ad sanitatem gentium. Sed cum illi præceperit ire in natatoria Siloe, lauarique in eis, continuo parat, præstatque id, quod facere præcipitur, sic lumen recipit. Præclare profectò hoc factò se Christus Deum ostendit, & cæcus obediens eius se filium obedientem. Christus quidem se Deum manifestat oculos concedens cæco. Sicut enim aliquando ingressus domum eximij pictoris (quæ tamen esse pictorè ignoras,) vides pulcherrimam imaginem, nõdum tamen perfectam, & absolutam, dicis, quis hanc depinxit imaginem? ait ille, ego, te verò id non credente, ait ille, attende, & videbis, me eam fecisse, sumit penicillum, & oculos efformat imaginis, qui picti non erant, hoc tu videns credis, ab illo vniuersam depictam imaginem, quia ille eisdem coloribus eam absoluit, ac perfecit, Sic nunc, non credunt Pharisei, Christum Deum esse, qui initio hominem condidit. Christus dicit se principium per quod facta sunt omnia, illi verò non credunt, & Christus ait, attendite, hic est imago, quædam imperfecta, cui oculi non sunt depicti, initio conditus est homo, Dei manu ut penicillo, luto tanquam coloribus, nunc accipit Christus eundem penicillum, eosdemque colores, eundem lutum, & imaginem, perficit, ei oculos tribuens, optime ostendit, se fuisse, qui initio depinxit. Contendebat Elias cum sacerdotibus Baal, quis

Simile.

I. Reg. 18.

A quis verus Deus habendus esset, ostendit Deum Israel verum esse Deum, implens sacrificium multa aqua, qua non obstante ignis de cælo descendit, & omnia absumpsit, ita nunc Christus se Deum verum ostendit dans oculorum lumen cæco luto ei admoto, quod omnino visui erat aduersum. Cæcus vero credens rem tantam nulla alia ratione ductus, nisi Christi verbo, ei parès ac obtemperans filius eius declaratur. Sicut ergo Christus filium se patris ostendit dicens, me oportet operari opera eius qui misit me, ita cæcus se Dei filium ostendit, operatus id quod iussus est operari. Curari se permittit, eo modo, non quæ ipse vellet, sed quem Deus.

Sed quis, ais, est curationis meæ modus. Audi, lutum tibi medicina est. Sed quid homini cum luto? multum per omnem modum, factus homo ex luto est, & dicis, quid homini cum luto? Fecit Deus vas animæ corpus, & cū anima pretiosa Margarita sit vas fictile luteumque ei conceditur, & cum omnia de nihilo condidisset, hominem de limo formauit. Ideo Paulus Deum figulum dicit, est verò figulus qui ex luto vasa efformat. Voluit Deus hominem humiliare, ideo ex luto fecit. Sed ecce vas hoc à Deo effectum ex luto fractum est, & adeo comminutum, ut dicatur puluis, fractus quidem homo est, & comminutus, sed erat tenerum lutum, reparari potuit vas istud, ut ostensum est Hieremiæ. Angelus non sic, æreum aut argenteum vas erat, fractum non reparatur. Sed qua arte, reparandus homo est? Fiat Deus vas fragile, & luteum, ut frangi possit, & mori. Sicut enim fracto vase fictili Gedeonis inimici superantur, ita Christi corpore fracto in cruce reparatur, Deus confractus, puluisque factus, & nobis admotus, nos sanat, en cæci medicamentum, fel Tobie, puluis diuinæ saluæ, & sapientiæ mixtus, nobisque admotus in Siloe piscinis.

Sed illud mirandum, & stupendum etiam est, tanta medicina nobis parata nolle nos vti, cū illud tam facile sit, ut ostendit cæcus dicens, *Veni, laui, & video*. Duo necessaria erant, ut homo cæcus videret, alterum, quod Deus præstare debuit, & illud plane difficillimum, & hoc fuit fieri Deum lutum, hominem scilicet, & in cruce ipsū venire, alterum quod homo præstare debet, & facillimum est

Rom. 9.

Hier. 18.

Iud. 7.

Tobie. 11.

Simile.

fibi scilicet applicare medicamentum hoc, oculis admoveere. **A** lud quod difficillimum erat, effecit Deus, quod facillimum est, præstare tu non vis, ut salutem consequaris? Si in infirmi serui medellam sanguinem filij parasses, & postea seruus eo medicamento uti nolle, quid diceres? Parauit tibi pater æternus in tui medellam vnigeniti filij sanguinem, & tu recusas ire in Siloe & lauare? Pro nihilo sacramenta suscipere negligis, in quibus Christi sanguis est? Sed ais, quomodo mihi tam facilis est medicina? tibi quidem facilis est, quia Christo difficilis, paruo tibi pretio datur, quia illi summo pretio data fuit. Si ergo rem grandem dixisset tibi propheta, profecto facere debuisses quanto magis cum dixerit, lauare, & mundaberis, lauare & visum recipies. Quando obsecro facilius fuit, Deo obsequi, quam nunc. Aliquando credentes in Christum continuo sanguinem, & vitam profundere oportebat, quando illud Psalmi efficiebatur, æstimati sumus sicut oves occisionis, quasi dicat, quemadmodum ex grege separantur arietes aliqui, ut in macellum ducantur, ita nos cum fidem tuam suscipimus, æstimamur ut oves occisioni deputatæ. Sed nunc facile est, Deo adhærere, non tibi dicimus, sanguinem profunde, sed lauare, & videbis, sacramenta suscipe & gratiam consequeris.

Psal. 43.

Sed ais, num in his natatorijs visum recipiã? multi enim mihi dicunt, ut quid tanta sacramentorum frequentia, multa ad hæc suscipienda opus est reuerentia, ac dispositione, nec hi tibi dicunt, disponere, sed relinque sacramenta. His cum insipiente cæco sapientissimo tu responde. *Hoc vnum scio, quod cum ante cæcus essem, nunc video.* Dicit tibi quispiam, crede mihi, nunc noctem esse, non diem, dicis, credere id nō possum, manifestè enim video, diem esse. Si ergo manifesta experientia comprobasti sacramentorum vim diuinam, & quod cum ante cæcus esses, in illis visum recepisti, quomodo oppositum attendes, aut credes. Si ergo aliqui id tibi dixerint, & tu litteras non nosti, ut eis proferas concilia, sanctos, qui id docent, dic cum cæco, hoc vnum scio, antequam sacramenta frequentarem, cæcus eram, peccator eram, iurator, inhonestus, modo video, & nulli attendas qui aliud doceat.

Simile.

Sed quia lutum à Christo Domino cōfectum plenum my-
sterijs

A sterijs est, aliud nobis est aperiendum. Luto Christus cæcū curat, quia in luto ostenditur fragilitas humana summaque illius miseria, qua humiliari possumus, & sanari. Licet enim vniuersa peccata hominem in cæcitatem ducant, præcipue tamē **Rom. 1.** superbia, de qua scriptum est, propter quod obcuratum est in sipsiēs cor eorū abscondit enim Deus mysteria à superbis, & ea paruulis reuelat, ut ergo superbus sibi vilescat, se agnoscat, lutū Chrs accipit, quasi dicat, en quid es, quid superbis terra & cinis? Sed ais, est mihi ampla domus, multum triticū, vinū, & oleum, lana multa, numi plurimi, cur me magnū nō ducā? Manifestè ostenditur, cæcum te esse, cū ex his in sublime feraris, ex quib⁹ præcipue humiliandus esses. Multa enim hæc caduca, & peritura, quæ possides, infirmitatis ac miseriæ tuæ indicia sunt, non magnitudinis, aut excellētis. Vis id manifesto exēplo agnosce- **B** re? audi. Ingredieris amici tui domū, & ille ostēdit tibi cubiculū quod ipsi pharmacopola est, & cū interrogas, quid hic habes? ille ait, hic mihi medicina est in capitis vehementissimos dolores, quos patior ibi vero alia in dentiū dolorem acerrimū, hic alia in podagræ, quam patior, remedium, ibi alia in stomachi dolores, qui me vexant, hic alia ut epati, ibi alia ut pulmōni hic alia ut cordi, ibi alia ut oculis & auribus mederi possim. An non vicem huius hominis doleres, & diceres, miser homo, qui tot obnoxius infirmitatib⁹ es, & tot indiges medicamentis? Id ipsū ei dicere potes, qui multis abundat caducis ac perituris rebus, ea enim in naturæ defectus supplēdos cū sint, quo plures fuerint, eo pluribus subiacere defectibus manifestant. **C** Quæ videris multū triticū seruare, dic, magna huius fames est, magna laborat inedia, qui tanto indiget pane, sic magna siti premittur, qui multū congregat vinū, magna debilitate laborat, qui tot equis indiget, & vehiculis, magno vrgetur frigore, qui tantam lanam, ac vestimenta seruat. O infelix, miserandusq; homo, vniuersa hæc, quib⁹ te magnū putas, testimonia infirmitatis tuæ sūt, vasa pharmacopolæ sūt, quib⁹ vnguēta continētur in tui medellā, qui ergo tot rebus indiget, miser ac ærumnosus planè est. Si vero & animā inspexeris tuā, similē luto eā reperies, luto plane infectam, miseram, assimilatam fauillæ & cineri, deijcere ergo, humiliare, vade ad natatoria Siloe vbi visum recipias.

Simile.

Sed postquam visum receperis, serua illum, non enim deerunt, qui oculos tuos eruere velint. Continuo aderit dæmon te tentans, & homines etiam prauis, similes Pharisæis, qui hunc cæcum persequuntur postquam visum recepit, ne Christum laudaret? Fieri ne potest ut aliquis doleat, quod hic Christo obsequatur, & eum laudet? audeatque ei oblatrare? Manifestè, in hac sustinenda iniuria, diuina misericordia est mirabilis dum id sustinet, quod nullus nobilium, vel etiam infimus de plebe sustineret, nullus enim sustinere valet, quod minister eius vilipendatur, maleque tractetur ea de causa, quod minister illius est. Quo putas dolore Christus tangetur, dum eum spernis, illum persequeris, qui ei ministrat? Non eum carpebas, nõ murmurabas, cum diabolo obsequeretur, nunc vero, quando Christo obsequitur, quando iniuriam remittit, cum sacramenta frequentat, quando orat, illũ persequeris? cum superbus, & arrogans, tibi placebat, nunc humilis displicet? non eum insequeris, sed Christũ. Si forte tui causa aliqua anima perierit, perpetuo cõtra te clamabit, sicut sanguis Abel, sed clamores Christi in hac causa quis explicet? illam ipse acquisiuit sanguine proprio fuso, ut gutta sanguinis nulla ei reliqua fuerit, quam nõ effuderit, quomodo poteris Christo animã restituere, quæ tam caro pretio ab eo empta est? Cũ aliũ vides, iustũ esse, dicere deberes, Deo gratiæ referantur, licet enim ego iustus nõ sim, est alius qui Deo placeat, ne in vacuũ Christi fusus sanguis sit.

Lætare Domine hac anima, quam sanguine redemisti, quam doloribus acquisisti, & mihi gratiam præstita, ut aliquando videam, ut me agnoscam, tibi que obsequar.

Feria

Feria quinta post Dominicam Quartam quæ dragesimæ.

Thema. Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue. Luc. 7.

B



Eccatum mortem esse, & peccatorem mortuũ, omnis diuina scriptura testatur. Licet enim corpore viuat, animo tamen mortuus est. Efficitur que in homine, quod fulmen efficere solet in ense, ut vagina intacta ensem in puluerem redigat. Hinc Christus cuidam dixit, sine mortuos

sepelire mortuos suos, id est, mortui animo sepeliant mortuos corpore. Et de dissipatore filio pater ait, frater tuus hic mortuus erat, & reuixit. Mortuum eum dicit, qui viuendo luxuriose substantiam consumpserat. Hinc intelligitur illud 1. Reg. 13. filius vnus anni erat Saul, cum regnare cepisset, duobus autem annis regnauit super Israel, Saul quidem per quadraginta annos principatum obtinuit super Israel, ut Actorum. 13. dicitur, ait tamen duobus annis regnasse, ut Hieronymus ait libro de traditionibus Hebræorum, quia sic erat Saul innocens, quando regnare cepit, sicut filius est vnus anni, & in eadem innocentia duobus annis regnasse dicitur, quia ergo duobus tantum annis innocentiam retinuit, illis duntaxat regnasse, ac vixisse dicitur. Eadem de causa Diuus Thomas. 1. 2. quæst. 72. articulo. 5. ait illud interesse inter peccatum mortale & veniale, quod inter mortem & egritudinẽ, mortale enim mors est animæ, veniale vero dispositio ad mortem. Hinc Sapiens monet, si li, quasi à facie colubri fuge peccatum, & si accesseris ad illa, suscipient te, dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum, quasi Romphea bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius

Mat. 2.

Luc. 15.

1. Reg. 13.

Acto. 13.

Hiero.

D. Tho.

Eccle. 21.

non est sanitas. Sicut enim coluber paruo inflicto vulnere occidit propter mortiferum venenum, quo cor inficit, ita peccatum leue exterius apparet, sed animam occidit. Dentes vero peccati dicit leonis esse, quia leo fortissimos dentes habet, quibus omnia comminuit. Et denique dicit esse rompheam bis acutam, quia nunc animam vulnerat, & postea corpus igni tradet æterno. Addit vero non esse sanitatem peccati plagæ, quia à solo Deo sanari potest, omnis autem creatura dicit cum Propheta, insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.

Nihil autem est, quod homo sic fugiat ac mortem. Augustinus tractatu. 49. in Ioannem ait. Quid non facit homo sub mortis periculo constitutus? gladio impendente ceruicibus, pro dederunt homines, quicquid sibi vnde viuerent, reseruabant, quis non continuo prodidit, ne percuteretur? & post proditionem fortasse percussus est. Quis non vt viueret, continuo perdere voluit, vnde viueret, eligens magis vitam medicantem quam celerem mortem? Cui dictum est, nauiga, ne moriaris, & distulit? Cui dictum est, labora, ne moriaris, & piger fuit? Hæc Augustinus. Hinc Aristoteles. 2. Ethicorum, omnium terribilium terribilior est mors, quia est amissio vitæ. Si ergo mors corporis, qua corpus anima priuatur, adeo est mala, ac terribilis, qualis obsecro erit mors animæ? Si enim priuari anima tantum est malum, quale erit priuari Deo? Eo grauior est iactura, ac priuatio rei, quo maius est bonum pro priuat, & ideo maius reputas malum mortem quam amissionem pecuniarum, quia maius bonum est vita quam pecuniæ. Cum ergo bonum, quo priuatur homo, cum peccat, infinitum sit, quia Deus est, quantum hoc erit malum, quod tanto bono priuat? Certè hac ratione concluditur, nec hominem, nec vero Angelum explicare pro dignitate posse, quantum hoc malum sit, solus Deus, vt par est, illud comprehendit, & explicat, quicquid nos dixerimus, minus est eo, quod dici potuit. Merito Dominus per Oseam ait. Væ eis, cum recessero ab eis. Et per Ieremiam. Erudire Ierusalem, ne forte recedat anima mea à te. Horrendum ergo, ac summe detestandum peccatum est, ac plus fugiendum, quam vniuersæ poenæ inferni.

Deinde

A Deinde mors non solum animam separat à corpore, sed illud priuat decore omni, ac pulchritudine, & deforme relinquit ac horridum. Ita peccatum Deum ab anima pellit, & demonem introducit. Imo vt Lucas ait, dæmonum efficitur domicilium, qui ingressi habitant ibi. Quid obsecro, Luciferum pulcherrimum ita deformauit, vt horrendus sit? certè peccatū. Si ergo peccato vno tanta maculatus es sceditate, qualis obsecro anima tua erit innumeris peccatis sceditata? Certè infernus quidam est horribilis, facta habitatio dæmoniorum, ac culpæ. Quid quod, sicut mors omni sensu, ac actione priuat, ita peccatum omni virtute, ac merito hominē spoliat. Vnde Ezechiel ait. Si auerterit se iustus à iustitia sua, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. Priuat ergo hominem gloria, quæ ipsi pro meritis reddenda erat, hoc autem maximum est malum. Quantum obsecro malum diceres inferri beato, si quispiam cum à beatitudine deturbaret? maximum omnino. Paulo minus dicendum est malū, quod peccatum adfert, cum meritis priuat hominem, ne in illam veniat gloriam. Sicut magnum malum inferret regi, qui eum spoliaret regno, quod possidet, proximum vero malum huic esset, si quis priuaret filium regis hæredem regni iure illo, quod habet ad regnum. Sed obsecro, inuenies ne hominem adeo dementem, cui dicere possis, multas congregasti diuitias, proijce illas omnes in momento in profundum maris? vel filius es Hispaniarum regis, & hæreditario iure rex eris, cede huic iuri, relinque regna tanta? Si nullus adeo demens est, cui hæc dici valeant, qua ratione effici potest, vt innumeri sint homines, ad quos dæmon accedat, & facillè suadeat, vt leui, vel nulla causa vniuersa merita, thesaurosque cælestes, & ius ad regnum æternum amittant? In finitos habebas thesauros ò homo, cum in gratia eras: possidebas enim Sapientiam, quæ infinitus thesaurus est hominibus, vt Sapiens ait, proiecasti à te Sapientiam, reliquisti eam, venerant ad te bona cuncta cum illa, recedunt similiter cum illa bona vniuersa, & relictus es miser, pauper, scædus, & nudus. Impletumque est in te illud Esaie: & relinquetur filia Sion sicut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ

pp s vasta-

Iere. 30.
Aug.

Arist.
3. Eth. c. 16.

Osee. 9.
Iere. 6.

Luc. 11.

Ezech. 18.

Simile

Sap. 7.

Esa. 1.

vastatur. Omnibus enim bonis spoliavit te hostis, manū suam amittit hostis ad omnia desiderabilia eius, nihil boni, nihil desiderabile in te relictum est, & ipsa fides, quæ tibi relicta est, mortua est, non viva, ac desiderabilis.

Thre. 1.

1. Cor. 13.

Simile.

Psal. 33.

Psal. 118.

Simile.

David. 13.

Demum, quemadmodum mors omni motu, ac actione priuat, ita peccatum, dū in homine manet, nihil permittit agi dignum æterna vita. Vt late tradit Paulus Corinthijs, dicens. Sine charitate nihil esse Angelorum linguas, prophetiam, elemosynam, ac vniuersa sustinere tormenta. Quemadmodum enim solet homo prauo aliquo humore sic infici, vt nihil ei profint optimi cibi, nec illis nutriatur, aut crescat. Ita peccatum sic hominem inficit, vt licet innumera sibi congreget opera, dicat, nihil mihi prodest, in nihilo melior redditus sum. Si ergo tanta sunt mala, quæ ab hac peccati morte procedūt, an non merito Psaltes ait: Mors peccatorum pessima? Pessima profecto dici potest mors peccatoris, cum anima recedit à corpore, quia in æterna ducitur supplicia, sed peior pessima est mors culpæ, qua vita gratiæ priuatus dignus efficitur æterna illa pœna, ac morte secunda, nec enim adeo malum est puniri, ac effici pœna dignum. Ex quibus demum duo nobis colligenda sunt. Primum summo odio iniquitatem prosequi ac peccatū detestari, vt dicamus cū Psal. iniquitatē odio habui, & abominatus sum, legem autem tuam dilexi, & cum peccatū audieris, summum malorum te audisse crede, & quasi à facie colubri fugē peccatum, licet enim in vniuersa mala incidas, vt illud vites, nihil tibi est mali, & summum malorum vitasti. De vipera tradunt, qui rerum naturas scripsere, ita Laurum ei aduersum esse, ac ab eo abhorrere, vt si eam circumdes hac parte appposito lauro, illa verò igne, & illi exeundum sit, per ignem egredietur, non per Laurum, mira profecto in Laurum inimicitia. Hanc verò nos gerere cum peccato debemus. Si hac parte peccatum, illa vero vniuersi mundi cruciatus, & vniuersa inferni tormenta ponantur, potius ista eligi oportet, quam peccare in conspectu Dei. An non hoc præstitit virilis animus scæminæ? Audi Susannam, quæ circumdata erat, & hac parte mors corporis, infamia, & vniuersa mala temporalia eam cingebant, illa vero peccatum, & ait:

Angu

A Angustiæ sunt mihi vndique, si enim hoc egero, mors mihi est, si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini. Duo in his verbis attendenda sunt. Primum, quod peccatum absolutè dixerit mortem, ait enim, si hoc egero, mors mihi est, mortem vero corporis, quæ ei imminabat, mortem non dixit, sed tantum non effugiam manus vestras. Secundum, quod tanquā minus malum eligit corporis mortem cum dedecore, ac infamia, quam peccatum. En animam, quæ omnia mala subire vult, potius quam in peccatū incidere. Sicut ergo tu omnia mala eligis, vt mortem euadas, ita vt peccatum vites, nihil mali tibi subeundum non est. Secundum quod ex dictis colligitur est, qua cura debeat homo vrgeri, si in peccato mortuus sit vt ad vitam gratiæ reuocetur. Quid obsecro corp⁹ nō faceret, si animā ad se trahere posset, quæ ab eo recessit? quid nō faciat homo, vt Deū recuperet, quæ amisit?

Sed ais, quo pacto ego potero vitæ restitui? Certe non tuis viribus, nec vlla creatura vi, solius Dei hoc opus est, qui solus iniquitates delet, & peccata tollit. Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, ait per prophetam. Et de eo Ioannes pronunciauit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, quis enim potest remittere peccata, nisi solus Deus, tantum est malum, quod peccato inflictum est, vt à solo Deo resarciri possit. Et hac etiam in re peccati mors persimilis est morti corporis quod sicut corpus mortuum sola vi diuina resurgerē potest, nec est vis creata, quæ resurrectionem valeat efficere, ita solus Deus infinita sua potentia animam à peccato liberare potest. Veniat ergo Deus ipse in hoc opus. Vbinam mortuus iacet? in Naim. Ibat igitur Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim. Hinc Psaltes ait, Deus noster Deus saluos faciendi, & Domini, Domini exitus mortis. Quasi dicat, solus Deus saluos facere potest, ipse solus saluator, & salutare Dei est. Et cum quis à morte fuerit deuoratus? solius Domini est, eum educere, & exitum à morte præbere. Repetitio vero illa Domini Domini asseuerationem maximam ostendit, quasi dicat solius Domini, non alterius. Hoc ipsum significat Christus in Apocalypsi, cū ait. Ego sum viuens in secula seculorum, & habeo claves mortis.

Esa. 43.

Ioan. 1.

Psal. 67.

Apoca. 1.

eis, & inferi. Sicut ergo custos carceris, qui habet illius clauēs, **A**
 aperire potest, vt exeat, qui in carcere est, ita ego solus à mor-
 te peccati, eripere possum, qui clauēs eius teneo, & si ego ali-
 cui eas dederō, poterit ille aperire, non vi sua, sed mea. Id ip-
 sum significauit Deus Ezechielī, cum ostendit illi campum
 plenum siccis ossibus, & dixit, fili hominis, putas ne, viuēt
 ossa ista? & propheta ait, Domine Deus tu nosti, quasi dicat,
 tu solus id efficere uales, & ideo tu nosti, an id agēdum sit. Ad-
 dit uero. Hęc dicit Dñs Deus ossibus his, ecce ego intromit-
 tam in uos spiritum, & uiuetis, & scietis, quia ego Dominus.
 Sed qua ratione solus Deus suscitare potest animam? Multis
 profecto, ac manifestis. Prior illa sit, quod eius est offensam
 remittere, qui illam passus est, Deus uero peccato offensus est. **B**
 Vnde Psaltes ait, tibi soli peccaui. Licet enim in Vriam pecca-
 uerit, sed nulla est offensa creaturæ, si diuinæ conferatur.
 Cum ergo iniuria Deo irrogata sit, eius contempta lex, ille so-
 lus remittere ac condonare potest. Secunda eiusdem rei ra-
 tio est, quia peccati remissio fit per gratiam, quæ homini con-
 fertur hanc uero solus Deus conferre potest, quia gratiam, &
 gloriam dabit Dominus. Qua de re sic ait Diuus Thomas. 1.
 2. quæstione. 112. articulo primo. Donum gratiæ excedit om-
 nem facultatem naturæ creatæ, cum nihil aliud sit, quam quæ-
 dam participatio diuinæ naturæ, quæ excedit omnem aliam
 naturam. Et ideo impossibile est, quod aliqua creatura causet
 gratiam, sic enim necesse est, quod solus Deus deficiet com-
 municando consortium diuinæ naturæ per quandam similitu-
 dinis participationem, sicut impossibile est, quod ignis nisi
 solus ignis. Tanta res gratia est, vt à solo Deo effici possit,
 quia est quasi pars naturæ illius. Maxima profecto gratiæ
 dignitas, quia ergo illa est, quæ esse supernaturale, & vitam
 animæ confert, à solo Deo suscitari peccator potest. Et
 hac de causa Deus homo factus est, & uenit in ciuitatem no-
 stram Naim, vt mortuum hominem suscitaret ipse, qui cōdi-
 dit.

Qua in re diuina bonitas cōmendatur, uenit enim ille in ciui-
 tatē Naim nō rogatus, sed sponte se offert, vt uiduā cōsole-
 citato filio, & mortuum suscitaret. Impleturq; illud Esaiæ. Quæ
 sc-

A sierunt me, qui ante non interrogabant, inuenerunt, qui non
 quæsierunt me. Non quæsierat Christum uidua, nec filius eius
 & ipse Christus eos quærit. Vidisti hominem maxima læcessitū
 iniuria, qui quærat inimicum, qui cum roget, vt reconcilien-
 tur? Non eō uique pertingit humana bonitas, at diuina id effi-
 cit. Læcessitus iniuria Deus tuit, prouocatus, exacerbatus. Au-
 di dicentem, prouocauerunt eū in dijs alienis, & in abomina-
 tionibus ad iracundiam concitauerunt. Et Psaltes ait, tentaue-
 runt, & exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia eius
 non exquisierunt. Concitauerat ad iracundiam peccator Deus,
 exacerbauerat eum, id est, grauissimē ad iram incitauerat, nisi
 lominus eum Christus quærit, ac obsecrat, ne se deserat. **Obse-**
B cramus pro Christo reconciliamini Deo, ait Paulus. Ibat ergo
 Dominus in ciuitatem Naim.

Et ecce defunctus efferebatur. Mirus profecto omnibus ho-
 minibus horror à natura insitus uidetur, quo corpus hominis
 mortui horret, & quo à conspectu auferri uult. Hinc in Deute
 ronomio dicitur, quando peccauerit homo, & appensus fue-
 rit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed eadē
 die sepelietur, ne contaminet terram. Mirum hoc ualde est,
 quod corpora reliquorum animalium, cum mortua inueniun-
 tur, non eum horrorem, ac metum incutiant, quem corpus ho-
 minis. Quia mors reliquis animantibus accidit sola naturæ le-
 ge homini uero in supplicium peccati, & ideo maiori deformi-
 tate est corpus hominis mortuum quam reliqua, & cum illud
C homo uidet, opprobrium suum, & supplicium intuetur. Et in-
 de est, vt defunctus cito efferatur in sepulturā, vt à cōspectu ho-
 minū amoueat, quia ostendit hominū proditiōē, ac pecca-
 tū, propter quod mors homini inflicta est. Quod si homo nos-
 set, quid sit, filium iræ esse, & proditorem in Deum, ea uerecū-
 dia afficeretur, vt omnium conspectum fugeret, & intra sepul-
 chrum se abscondere uellet. Audi Manassen, non sum dignus
 videre altitudinem cæli pro multitudine iniquitatis meæ. Et
 Psaltes, tota die uerecundia mea contra me est, & confusio sa-
 cie meæ cooperuit me. Fieri ne potest, vt in Deum peccaueris,
 nec pauēas, nec horreas, sed rideas, comedas, ac ludas? Propte-
 rea dixi, (ait Esaias) recedite à me, amare flebo nolite incumbe-
 re,

Ezec. 37.

Psal. 50.

Psal. 83.
D. Thom.

Psal. 69.

Deut. 32.
Psal. 77.

2. Cor. 5.

Deut. 21.

2. Par. 35.

Psal. 43.

Esa. 22.

re, vt consolemini super vastitate filię populi mei. Peccator qui a de recedere debuit, à ciuitate egredi, omniũ cõspectũ fugere, quia in Deũ proditiõnẽ machinatus est, ille nõ recedit nõ erubescit, recedam ego, & amarẽ flebo, quod ille flere debuit.

Sed quisnam hic defunctus est? *filius vnicus matris viduę.* qui adolescens erat, sic enim eum Christus vocat. Ostendit verò nobis vitę incertitudinem, ac breuitatem, quę ad instar pũcti cum sit, aliquando breuior redditur, cum in adolescẽtia homo rapitur. Momentum est vita nostra, à quõ pendet æternitas. Sic Paulus vocat, momentaneum, & leue tribulationis nostrę. Hanc vitę breuitatem explicat Sapiens, cum ait. Oritur sol, & occidit. Cęli veloci suo cursu ostendunt breuitatem vitę nostrę, quę veloci cursu in interitũ properat, & ideo præ miserat, generatio præterit, & generatio aduenit. Sed vnde colligis ð Sapiens breui præterire generationem hominum? Certe, quia sol oritur, & sũma velocitate in occasum tendit, & id ipsum de vita hominis fit. Supponit Sapiens id fieri in hoc mundo, quod in horologio, in quo rota altior ligat, ac tenet rotam inferiorem, ac eam post se ducit eo motu, quo ipsa mouetur. Ita in hoc magno mundi horologio, miro ordine fabricato est rota superior, cælum, scilicet, de quo Psal. ait, vox tonitru i tui in rota, idest, in cęlo, quod rota dicitur propter sphericã figuram. Est alia rota inferior vita nostra, de qua Iacobus ait, inflammat rotam natiuitatis nostrę. Pendet autem rota vitę nostrę à rota cęli, ab illa pendet, & mouetur ad motum illius. Si ergo nosse vis, qua celeritate moueatur rota vitę nostrę, attende sũmam velocitatem motus cęli, quę tanta est, vt incredibilis appareat. Quod si rotas illas cęli non vides, attende manũ, & signum illius horologii, lunam, & solem, ac stellas, quę posuit Deũ, vt sint in signa, & tempora, dies, & annos, oritur sol, & occidit, nec ad momentum subsistit vllõ temporis spacio, vt intel ligas idem in vita tua contingere. Ideo scriptura dicit hominum vitam sub sole esse. Ideo Sapiens ait. Nihil sub sole nouum. Et in eodem capite ait. De omni labore suo, quo laborat sub sole. Et idem Sapiens in capite. 9. ait. Perfrueret vita cũ vxore, quam diligis cunctis diebus vitę instabilitatis tuę, qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuę. Quoniam

rota

A rota vitę nostrę sub rota est solis, eique adheret, & cum ea colligatur, & ideo sicut illa properat, ita & vita nostra. Docet ergo nos sol, vt instanter operemur, quia properamus ad mortem. Sol enim exultat vt gigas ad currendam viam. Tu ergo similiter fac implens illud Sapiens, quod ille colligit, ex dictis. Quodcunque potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas. Si ergo vita nostra properat, properemus etiã in virtutis via, & studiosis operibus.

Sed licet omnis vita breuis sit, ac præteruolet, tamen aliquando Deus iusto iudicio breuiorem reddit, & succiditur homo in iuuentute velut hic iuuenis, cui accidit illud Ezechia, dum adhuc ordiret, succidit me, idest, cum texere telam incipiebam, antequam perficerem, cum prima telę fila iacerẽ, antequã tela consummata esset, succisus sum. Id vero sæpe accidere solet iuuenibus propter morum licentiam, & effrenatã vitam. Merito profecto succiditur tela vitę illius, qui eam male ordiri cępit. Audi de hac re Dominum querelas proponentem per Esaiam. Vã fili defertores, dicit Dominus, vt face retis consilium, & non ex me, vt ordiremini telam, & non per spiritum meum. Cum spiritus diuinus adest homini, prima telę fila ponit, super addit vero homo diligentiam suam, qua si secunda fila, & ita recta tela conficitur per spiritum Domini, quando homo primum quærit regnum Dei, & iustitiam eius, & deinde temporalibus incumbit. Cum autem spiritus Dei non adest homini, orditur telam vitę suę solo humano affectu, ac sola inquirat terrena. Ecce telam sine Dei spiritu. De qua idem Esaias ait. Telas araneę texuerunt, telę eorum non erunt in vestimentum, nec operientur operibus suis, opera eorum opera inutilia. Optime profecto telas horum dicit telas araneę, quas texit, vt muscas capiat, quid enim aliud quam inanem gloriolam, brutam delectationem, vanas diuitias hi quærunt? En solas capiunt muscas. Nec vero vestientur his telis, ex quibus vestem nuptialem conficere non poterũt, nec byssinam, quę iustificationes sanctorum sunt, vt dicitur in Apocalypsi. Inutilia ergo eorum opera sunt. Hinc Iob

ait.

Psalm. 18.

Eccles. 9.

Esa. 38.

Esa. 31.

Esa. 59.

Apo. 21.

2. Cor. 4.
Eccles. 1.

Simile.

Psal. 76.

Iaco. 3.

Gen. 1.

Eccles. 1.
Eccles. 9.

Iob. 8.

ait. Cū adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arefcit. Sic viæ omnium, qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritæ peribit. Non ei placebit vœcordia sua, & sicut telaraneorum fiducia eius. Merito tela ista à Deo succiditur, quia ei contraria est, & cum adhuc est in flore iuuentutis perit, & ante omnes herbas arefcit, quia vt Psal. ait, viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Sicut enim creauit Deus mundum propter hominem, & terminus durationis eius prescriptus est, vt durer, donec impleatur iustorum, & damnatorum numerus, ita in singulis hominibus accidit, vt eos Deus expectet, donec tantum meritorum, aut demeritorum cumulum compleant, quo completo tollitur è vita peccator. Non ergo Deus vitam numerat per annos, sed per peccata, quia licet secundum naturam plures annos victurus esset, à Deo succiditur. Et ideo in iuuetute plures rapiuntur, quos vulgo dicis malogrados, & immaturam dicis mortem, cum matura sit, quia licet parum vixerit iuuenis, sed multum peccauerat. Colligitur hoc, quod diximus ex diluuiio & excidio Pentapolis, & ex illo Genes. 15. nondum completæ sunt iniquitates Amorrhœorum, vt pereant. In quibus omnibus non expectati sunt plures anni vt exciderentur, sed peccata. Time ergo ò homo, ne forte hoc peccatum, quod patrare disponis, compleat mensuram tuam, & impleatur illud Prouerb. 29. viro, qui corripientem dura cetuice contemnit, repentinus superueniet interitus. Castellum ergo cordis tui Deo trade, ne te repente perdat. Aliquando strenuus dux obsidet rebelles, aliquos, qui contra regem surrexerunt, illi verò in arce munitissima sunt, nec vlla vi bellicorum tormentorum expugnari possunt, nec militibus pugnantibus cedunt. Tunc dux subtusterram fodiens minam facit, quam implet vasis bellicis, quæ vulgo dicuntur barriles de poluora, quibus cum ignis applicatur, repete perditur castellum, & vniuersi, qui in eo sunt, vi ignis dispahti, ac disiuñti. Ita omnino pluribus contingit, quos duritia facit non expugnari à Deo tribulatione, inspiratione, concionibus, repentinus eis interitus adest, quia Deus minam fecit prauo humore occulto, quo crescente, repente homo decedit. Cauendum ergo homini est à via peccati, ne succidatur à Deo in tempore non suo,

Psal. 34.

A suo, cum non dimidiauerint dies suos, ante tempus naturæ ipsorum consentaneum. Sic Saul ante tempus sublatus est, proprio cadens gladio cum seruis, ac liberis. Sic Absalon proprijs crinibus suspensus, sic Achitophel sibimet laqueo vitam eripiens. Et ita in numeris peccatoribus accidit, qui se peccatis tradiderunt. Qua ratione monet Sapiens. Ne impie agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Certe iuuenis iste mortuus fuit in tempore non suo, quia ad maturam ætatem non peruenerat, id autem Deus sæpe disponit iusto iudicio, quia homo stultus est, & impie agit multum.

1. Reg. 31.
2. Reg. 11.
2. Reg. 9.
Eccle. 7.

Sed audiamus Christum eum excitantem, quando vox eius audita in inferis est. *Adolescens tibi dico, surge.* Id autem quod huic adolescenti Christus dixit, omni peccatori Paulus loquitur, dicens. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illum inabit te Christus. In profundo somno peccator est, voce grandi indiget, vt excitetur. Audi Oseam. Profunde peccauerunt, sicut in diebus Gabaa, id est, vehementer corrupti sunt. Sic Esaias. Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel. In profundum malorum venerat hic adolescens, sed Christi voce excitatur. Quia venit tempus, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuēt. Hodie ergo si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, & cum ad te sæpe clamauerit, audi dicentem, surge. *Et resedit, qui erat mortuus, & capit loqui.* Iacuerat prius, nunc iam sedet, statim surgit, & redditur matri suæ. Qui in peccato est, iacet, terræ totus adheret, qui sedet, iam præcipuam corporis partem à terra leuauit, qui stat, minima sui parte terram tangit. En diuersos hominum status. Qui in peccato est, totus iacet in terra. Sic ille, qui ait, adhæsit pauimento anima mea. Et Hieremias, iacuerunt in terra foris senex, & puer. Hoc autem est, quod præcipue curat dæmon, vt totus in terra sis. Quod si aliquando conscientia pungente, ac te instigante vis recta agere, curat dæmon, vt caput paulisper eleues à terra, vel manum aut pedem, cū toto corpore iaceas, permittit enim, vt aliqua bona cogites, vt concionem audias, vt aliquam elemosinam largiaris, dum tamen peccatum non deferas, nec à terra surgas. Et hoc fuit, quod Pharaon curauit, cum Israelitas impedire non posset à sacrificio.

Ephe. 5.
Osae. 9.
Esa. 31.

Ionn. 5.

Psal. 118

Exod. 8.

Domini, ait enim, ite, & sacrificare Deo vestro in terra hac, A dummodo serui maneatis in Agypto, non impediam sacrificia, quæ Deo offerre vultis. Sic dæmon ait, vis recta operari? concedo, dum seruus peccati maneat, in Agypti confusione verferis. Sed Deus sacrificia quærit extra Agyptum quia in vita iusta, & à peccatis aliena vult sibi obsequi. Imperfectus vero iustus residet, sicut hic iuuenis, quia præcipuum cordis à terra leuauit, & Deo tradidit, sed nihilominus magna ex parte terræ adhæret. Perfectus vero stat, qui minima parte terram tangit, qui habens alimenta, & quibus tegatur, his contentus est, qui ait, ecce nos reliquimus omnia, qui similis aquilæ in arduis ponit nidum suum, & in suprema volat, & si aliquando in terram descendit, solum vt escam capiat, se deijcit, & continuo ad suprema leuatur. Quia ergo Dei gratia paulatim hominem curat, & erigit, nec in momento perficit, ideo primū resedit, qui fuerat mortuus. Sic etiam Daniel paulatim erectus est, dicente ipso. Iacebam conuersatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum, & postea stetit. Nunc ergo ò homo si terræ hæres, sede saltem, quod si sedes, surge postquam sedisti, & perfecta stare, vt cum gaudio matri Ecclesiæ reddaris.

Psal. 115.

Cœpit etiam loqui in vitæ testimonium. Loquela testis est vitæ. Hinc Psaltes, credidi, propter quod locutus sum. Peccator mutus est, Deum non laudat, & sic loquitur nihil. Iustus cælestia loquitur. Loquela tuâ manifestum te facit; C ait ancilla Petro. Si enim vides hominem gallicè loquentem, aut Itale, ais, Italus, aut Gallus est, ita qui de terra est, de terra loquitur, qui de cælo cælestia. Aperuit Iob os suum, & patefecit diuitias, quæ in corde latebant. Cum ergo videris hominem vanâ loquentem, aut turpia, iurantem, maledicentem, ad infernum eum pertinere crede, quia loquela inferni illa est, si cælestia loquitur, ad cælum pertinet. Ad hoc vero Dei sapientia è cælo descendit, & eius spiritus, vt nos loqui doceret, barbare omnes loquebamur, sed spiritus linguas dedit dæsertas. An non barbare loquebatur Petrus negans Christum, superbus, & arrogans, dicens, etsi omnes scandalizati fuerint,

rint, sed non ego? An non barbare, & gentiliter loquebantur, qui sinistram, & dexteram petierunt? Sed qui aperit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas, eos loqui docuit. Discamus ergo nos cæli idioma, vt incipiamus loqui, sicut oportet, &c.

Feria Sexta post Dominicam Quartam quadagesimæ.

Thema. Lachrymatus est Iesus, &c.
Ioan. 11.



CYRIL. in Ioannem ait suscitationem Lazari præcipuum locum tenere inter Christi Domini miracula. Reliqua miracula effecit quasi per trāsennam, hoc vero ex professo, veniens in Iudæam vt illud efficeret, & temporis commoditate expectata, multisque adhibitis circumstantijs. Et in hoc miraculo quasi in summa, ac compendio reliqua omnia Christi miracula sunt, nunc enim multi illuminantur cæci, cum plures credunt in eum, tanto miraculo commoti, plures muti loquuntur, Deo gratias agentes, & tam celebri fama hoc fuit miraculum promulgatum, vt illud reliqui Euan gelistæ siluerint, putantes nunquam ab hominum memoria excidere posse, sed Ioannes illud literis mandauit, qui posterior Euangelium conscripsit, vidit namque omnia obliuioni tradi. Hoc verò miraculum effecit Christus Dominus propter orationem Mariæ, & Marthæ sororum Lazari, aliud vero simile in epistola proponitur suscitationis pueri propter matris orationem, Maria mater, & soror nostra est, aderit

Cyril.

3. Reg. 17.

Q 9 2 nobis

nobis ipsius oratio, vt suscitetur, si nos oremus, Aue Maria.

Non possumus non iterum atque iterum mirari lachrymam Christum Dominum. Sicut enim debilem puerum lachrymari facile est, ita fortissimum, ac magnanimum virum decet, lachrymas non effundere, suspiria non dare, etiã si multa immineant mala, animus enim fortitudine ac magnanimitate roboratus ea parua reputat. Quæ ergo poterunt mala tanta esse, quæ Deum ipsum contristare lachrymas fundere, fremere, ac turbare se ipsum, faciant.

Ex duobus oriri solet compassio ac dolor, ex quo lachrymæ procedere solent, ex amore, quo aliquem prosequimur, & ex mali grauitate, quod patitur. Hæc duo in Christo Domino nunc contemlemur. In Lazaro vt in typo atque figura vidit vniuersum hominum genus peccato, mortique obnoxium. Hoc vero tantum malum est, vt ipse solus, quãtum sit comprehendere valeat. Dolorem non efficit malum, nisi agnoscat, vt patet in paruulis, qui parentes, & substantiam amittunt, nec dolent. Hinc peccator nõ dolet, quod in peccato sit, quia quãtum sit malum peccatum, ignorat, Christus vero id probe nouit, & solus perfecte nouit. Magnitudinem etenim mali nemo scit, nisi qui scit magnitudinem boni, quod malo illo amittitur, cum ergo per peccatum Deus amittatur, qui à se solo comprehenditur, ipse solus malitiam peccati comprehendit. Summum & infinitum malum illud est, quo summum & infinitum bonum amittimus. Cum ergo hoc malum Christus videat in homine, & summo eum amore prosequatur, non potest nõ dolere, lachrymari, ac fremere.

Hinc verò compassionis ac misericordix dolorem Deus cum homo non erat, non habuit, nec enim diuina natura altissima eius capax est. Misericordiam vero ostendebat suam, in pluribus remedijs, quæ homini offerebat contra peccatum, in lege, quam ei præscribebat, in sacrificijs pluribus pro peccato institutis, & in prophetis quos mittebat. At dolere, & lachrymari non poterat. Cui dubium est, si lachrymari posset, cum Adamum in paradiso quaereret, dicens, Adam ubi es, lachrymas vberimas futurum.

Sed

A Sed dolere tunc non poterat, vnde quasi ridebat tunc hominum mala, & dissimulabat, donec homo factus lachrymas effunderet, vnde Iob aiebat. Si occidit, occidat semel, & non de peccatis innocentium rideat. Vbi Gregorius ait, ex desiderio humanæ redemptionis hæc verba Iob loquitur, quasi dicens, ne mala nostra dissimulet, & quasi rideat, sed semel in filio suo peccata puniens nos eripiat ab illis. Homo ergo factus cum dolere potuit, & lachrymari, ridere nunquam visus est, lachrymari sæpe, quia in sibi dilectissimo homine infinitum peccati malum videbat, & plura alia, quæ ab eo emanabant, mortem, dolores, infirmitates. Hæc omnia proposita ei hodie in Lazaro sunt.

B Sed quantum illud malum sit, quod Deum lachrymari facit, quis explicet? peccatum vniuersum turbauit, & commouit mundum, vniuersa euertit, & commouit, tonitruum fuit, quo vniuersus mundus contremuit, creaturæ insensibiles, sensibiles, homines, Angeli, & Deus ipse, eo modo, quo nunc exponemus, Deum quidem commouit, modo quo potuit commoueri, vt dicat, videns Deus, quod multa malitia hominũ esset in terra, &c. Pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra, & tactus dolore cordis intrinsecus, ait, &c. Viscera Dei peccatum commouit, quod verò Angelos eo modo quo turbari poterunt, turbauerit peccatum, ex pluribus manifestum est, tum ex gaudio ipsorum cum peccatum pœnitentia deletur, gaudium

C verò commensuratur odio, quod in contrarium habetur, si delictio peccati gaudium generat, peccatum indignationem parit & odium. Tum etiam ex diuina, quam explicuimus commotione, Angelorum commotio ostenditur, cum illi à Dei facie pendeant, tum ex sedibus vacuis, quas homo impleturus erat, quibus peccato indignum se reddidit, & Angelos eo accidentario gaudio priuauit, quod ex illis impletis sedibus habere debuerunt. Stupentes, ac attoniti Angeli hæserunt videntes peccatum, Deum offensum, hominis infelicem exitum. Quod animalia bruta peccatum turbauerit, manifestum est, cum continuo in hominem rebellauerint, & ab eius obedientia discesserint. Insensibilia etiam peccato turbata esse ac commota ostendit, quod in die passionis Christi Domini, cum ipse peccati cau-

Aduen.

Q 9 3

sa mor-

sa mortuus est, & morte sua peccati dolorem ostendit maximum, vniuersus etiam mundus turbatus est cum eo. Et ab initio homine peccante elementa vniuersa commota sunt, & homini inæqualia, & aduersa facta sunt. Ex quibus manifesta ratione patet, quo dolore, quibus lachrimis, qua turbatione homo in peccatū commoueri debet; qui illud patrauit, in quo peccatum est, & cui heret. Turbatur commoueturque mundus vniuersus, Angeli, & Deus ipse, ea solum ratione, quia in te peccatum vident, quomodo tu non turberis? non lachrimas fundes? Deus compatitur, & plorat; homo patitur, & ridebit? ait Bernard. Hinc Hierem. voca te lamentatrices, vt veniant, & ad eas, quæ sapientes sunt, mitite, & properent, festinent, & assumant super nos lamentum, deducant oculi nostri lachrimas, & palpebræ nostræ defluant aquis. Et huius tanti fletus rationem exponens inferius ait, quia ascendit mors per fenestras vestras, ingressa est domus vestras. Non absque causa vocari præcipit sapientes, vt lugeant, multi enim lachrimas fundunt; sed insipienter, quia temporalium lugeant amissionem; qui verò sapienter, lugeat peccatum lugeat, mortem deploret, quæ per sensuum fenestras ingressa in animam est. Non erat in terra vir adeo sapiens, vt lachrimis suis peccati mortem delere posset, veniat ergo de cælo lamentator sapiens; qui lachrimis suis peccatum delet. Multas pro homine mortuo lachrimas fuderant prophætæ, sed eum ad vitam reuocare non potuerunt, donec venit Christus Dominus, & lachrimis suis nos in vitam reuocauit. Sicut enim leo mortuos filios fremitu ac rugitu viuificat, vt naturales philosophi dicunt, & scriptura innuit Genesis. 49. Sic nos Christus suscitauit lachrimis suis, & clamore valido. Hinc Paulus, qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrimis offerens, exauditus est pro sua reuerentia, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Dies carnis appellat Paulus dies, quibus in carne passibili fuit, in quibus exorauit pro se, id est, pro vniuerso corpore suo mystico, vt à morte libera-

Bernard.
Hierem. 9.

Simile.
Genes. 49.
Heb. 5.

- A** beraretur, & exauditus est pro sua reuerentia, qua orauit, vel quæ ei vt Deo debebatur, & factus est causa salutis ac vitæ æternæ omnibus suis, 'Ecce Christi lachrimis suscitatus sumus. Vt ergo illius lachrimæ nobis applicentur, vt nobis proficiant, lachrimas, & nos fundamus, sapientes simus, agnoscentes infinito nos malo detineri, cum in peccato sumus, & fletu & eiulatu illud diluamus. Vidit David, & qui cum eo erant Si-
celeg ab hostibus dirutam, & leuauerunt David, & qui cum eo erant voces suas, & planxerunt, donec deficerent in eis lachrimæ. Contemplare nunc animæ tuæ vastitatem, & omnimodam perniciem, quam peccatum intulit, & planges, donec deficiant in te lachrimæ. Omnia merita, & iustitiæ, quas feceras, disperdidisti, & vniuersas merces tuas in profundum maris proiecisti, omnes iustitiæ eius non recordabuntur amplius, propheta ait, vniuersas virtutes ac dona amisisti, gratiam in super, & denique Deum ipsum. An non vastitas hæc sanguineis lachrimis deploranda? an non eiulandum, & fremendum? rugiebam, ait Psaltes, à gemitu cordis mei.
- B** Sed iam Lazarum intueamur, qui peccatoris figuram exprimit. Erat, ait Euangelista quidam linguens Lazarus. Nobilis ac diues Lazarus erat, infirmitate grauatur, vt seipsum agnoscat, seque deiciat. Dixerant plures magno Alexandro, eum Iouis Amonij filium esse, & immortalē futurum, cum verò infirmaretur, ait, infirmitas manifeste ostendit hominem me esse vobis similem, hominisque non Dei filium. Sicut ergo, vt nobilitatem genuique hominis probe scias, venis in eius patriam, ibique plene de his edoceris, multi enim ignobiles, cum longe à patria sunt, nobilissimos se iactant, quorum ignobilitas in patria facilè deprehenditur, ita si hominis vilitatem agnoscere vis, in terram veni, de qua ille formatus est, Audi ò homo quid sis, tu dicis te Deum, magnum, sublimem, sed vere terra es, & in terram ibis. Putaste ab omni malo immunem liberumque futurum, infirmitas ostendit, te vile esse figmentum, & de eodem luto compositum. Crystallus duntaxat aptum speculum nequaquã est, nisi eius claritas ac fulgor temperetur plumbo.
- C** apposi-

1. Reg. 30.

Ezech. 18.

Psalms. 37.

Simile.

Simile.

apposito. Ita cum homo valet, splendet, ac rutilat, non ibi, quis A
 sit, videri potest, infirmitate grauatus, id facile agnoscit. Hinc
 2. Mach. 9. etiam peruersus Antiochus plaga percussus, is qui sibi videba-
 tur, in fluctibus maris imperare, supra humanū modum super-
 bia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nūc
 humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, & qui paulo an-
 te sidera celi se contingere arbitrabatur, eum nemo poterat
 propter intolerantiam sceleris portare. Hinc igitur coepit ex
 graui superbia deductus ad agnitionem sui venire, diuina ad-
 monitus plaga, & ait, iustum est, hominem subditum esse Deo
 & mortalem non paria Deo sentire. Multis hoc idem contigif
 se experientia testatur, qui cum superbia elati essent. Infirmitate
 in meliorem mentem rediere, & ad sui, & Dei cognitionem B
 venerunt. Hinc Psalm. quoniam die ac nocte grauata est super
 me manus tua, conuersus sum in erumna mea, dum configitur
 spina. Quasi dicat, elatus prius eram, sed manus tua percussit
 me, & conuersus sum ad te, cum erumnosum me vidi, cum spi-
 na tu me configeres, cum tribulationē & dolorem immitteres
 quasi spinā. Refert Officina Textoris de dracone marino, quod
 Officina
 textoris.
 apprehensus dextera renititur, leua vero apprehensus obsequi-
 tur. Cui nos similes sumus, qui prosperitate superbimus, aduer-
 sitate obsequimur Deo, ideo Lazarus languet, vt de se mode-
 sta sentiat, Deoque obsequatur. Hinc Sapiēs ait, infirmitas gra-
 uis sobriam facit animam.

Eccle. 31.

4. Reg. 1.

Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes, Domine ecce quem C
 amas infirmatur. Non mittunt ad Beelzebub Deum Acaron,
 vt Ochozias, sed ad Iesum, adert ipse eis. Sed quæ sunt sorores
 quæ epistolas ad Christum dant? Martha, & Maria, non Maria
 mater Christi Domini, non Maria aliqua earum quæ cognata
 virginis erat, sed quæ peccatrix fuit, hæc iam adeo familiaris
 Christo Domino est, vt ad eum epistolas det, vt ius interue-
 niendi pro alijs habeat, vt Christum iterum in Iudæam ducat,
 eum plorare faciat, & fratrem suscitare. Vis ista per prophetam
 dicta? Audi Esaiam c. 44. iste dicet, Domini ego sum, & ille vo-
 cabit in nomine Jacob, & hic scribet manu sua Domino, & in
 nomine Israel assimilabitur. Hoc nunc impletum est, cū Mag-
 dalena scribit manu sua Domino. Vt hinc nouerit peccator

non

A non desperare de Dei misericordia, si vitam in melius mutare
 velit. Curat dæmon, vt leue tibi peccatum appareat priusquā
 illud perpetres, vt illud facile incurras, ac cum perpetrasti, gra-
 uissimum dicit, vt desperes. Hinc Cain ait, maior est iniquitas
 mea quam vt veniam merear, quasi dicat, tam ingenti peccato
 Gene. 4. nulla est misericordia, & venia. Sic & Iudas in corde suo dixit.
 Doctrina hæc sathanæ est, at Christi doctrina omnino diuersa
 & hæc est, licet peccaueris super numerum arenæ maris, mise-
 ricordia tibi est, & misericordia magna. Sed qua in re illud vi-
 dere potero? in hoc facto. Ecce quæ erat in ciuitate peccatrix
 ad Christum literas dat, ea, quam indignam Christi pedibus tā
 gendis Phariseus putauit, de qua eiecit septem dæmonia, illa
 B Hydria inferni septem capita habens, hæc iam post pœnitentiam
 ita Christo Domino familiaris est, vt ad eum literas mit-
 tat, & non sibi soli, sed & alijs beneficia poscat, & obtineat. O
 præclarum nuncium peccatori, venit medicus, qui omnē pel-
 lic morbum, aliorum medicorum obiectum est corpus viuum
 sanabile, huius vero anima licet mortua, anima etiam quæ au-
 dierat, insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Animas ab
 alijs desperatas sanat, mortuas ad vitam reuocat. Merito Paulus
 ait, fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia venit Iesus
 peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Hæc inter
 nos, & Deum diuersitas est, quod cum homo læsus ac offensus
 C ab alio est, licet offensori iniuriam remittat, non tamen omni-
 no iniuriam obliuiscitur, nec in amicitiam omnimodam eum
 admittit, sed adhuc animus offensi sensu aliquo tangitur, ira ali-
 qua mouetur, Dei vero ingenium longe diuersum est, omni-
 no peccatum obliuiscitur, si integra pœnitentia deleatur, & in
 suam familiaritatem admittit eum, qui peccauit, ac si non pec-
 casset, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius, si
 auerterit se à peccatis suis, ait per Ezechielem. In profundum
 maris vniuersa peccata mittit, & æternæ obliuioni dat. Vis
 illud experimento nosse? audi. Negauerat Petrus Christū Do-
 minum, & ter negauerat, & cum iuramento negauerat, fletit
 amare, tertia die surgēs Christus eum ouili suo præficit, & prin-
 cipem Ecclesiæ vniuersæ constituit, & tanta erga eum bene-
 uolentia usus est, vt qui in cænauus non fuit interrogare de

Gene. 4.

Hier. 36.

1. Tim. 2.

Exec. 18.

104. 21.

proditore, nunc interrogat de Ioanne, hic autem quid. Id ipsum in Dauid, & in omnibus ex corde pœnitentibus accidit. Id nunc in Magdalena videre licet, quæ Christi summam expertus beneuolentiam est post pœnitentiam. Hanc vero familiaritatem per pœnitentiã ipsi concessam innuit Ioannes nunc cum ait. *Maria autem erat quæ unxit Dominum unguento, & ex se: fit pedes eius capillis suis.* Hoc illi preclarum & illustre cognomen tribuit Euang. Maria non Magdalene, sed quæ ad Christi pedes pœnituit. Vsu antiquis venit, vt ab illustribus factis cognomen acciperent, relictis proprijs nominibus. Sic dictus est Scipio Africanus ab Africa deuicta, & Marcus Fabius maximus quia cunctatione sua Hânibalis vires fregit, & rem publicã liberavit, Cunctator est appellatus. Sic Paulus, qui se Apostolum cognominare solebat, in vinculis iniectus, vir etum se Iesu appellat. Sic nunc Ioãnes Mariæ cognomẽ dat, & gloriã nunquã interituram à pœnitentia, quam fecit. Sicut enim peccatum vilem & infamem hominem efficit, sic pœnitentia illustrem reddit. Si ergo nomen tuum eternitati mandare vis, si veram gloriam quæris, pœnitentiam age, & egregia facta sanctorum pœnitentium imitare, hæc enim tibi veram gloriam præstabunt, non futilem & inanem, qualis illa est, quæ ex ampla domo & familia, ex proavis, & copiosa substantia haberi potest. Sic ad Deum conuersus Ignatius societatis institutor est, qui cum excelso animo esset, & egregia fortiaq; facta legisset, tum eorum qui mundo militauerant, tum eorum, qui Deo, cum similia agredi cogitaret, & nunc in sæculi militia egregia facinorosa facienda decerneret, nunc in Dei obsequio, attendit cogitationes priores eius animam relinquere ieiunium, sterilem, ac aridum, posteriores vero pinguem, & cœlestem, & hanc aggredi viam decreuit, & perfecit, tu ergo similia præsta, vt gloriosus habearis.

Sed & aliud hic nobis considerandum occurrit, aiunt enim. *Eccẽ quem amas infirmatur.* Multa bona præstiterat Christus Magdalene, multa forori & Lazaro beneficia, & iterũ nunc beneficia ab eo postulant eo iure, ac eã de causa, quia eos diligebat, & beneficia eis largitus erat. Audi inauditam Dei bonitatem ac largitatem. Multa tibi beneficia præstitit, ingratum te ei esse

pro-

A prorsus indignum est, gratum animum ille desiderat. Sed quomodo, ais, gratus ero tanto benefactori? pete ab eo plura, atque plura, & sic ei gratus eris. Audisti vnquã hoc gratitudinis genus, vt plura postcas, cum multa accepseris? Sic Psal. gratum se Deo præbet, quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? calicem salutaris accipiã, & nomen Domini in uocabo. Quasi dicat, aliquid pro eo patiar quod est maxime ei gratum, & petam noua beneficia, vel calicem salutis accipiam de manu eius, quo me à malis liberem, & noua beneficia postulabo. Recipere à Deo calicem, & alia orare beneficia, est Deo gratum esse, eique retribuere pro beneficijs prius acceptis. Mirum retributionis genus est, debeo tibi centum, & retribuo petens alia centum. Attende, vt ingenium Dei in hac parte noueris. Si homines adeo cupidi & auari non essent ac utilitatis proprie amantes, vt hac ratione filius insurgat in patrem, & amicitia omnis violetur, sed inter homines vera gloria, & honor esset & uersaretur, optimum retributionis genus esset, cum ab aliquo plura accepisses, plura petere accipere, quoniam recipere accipere humilitatis est, paupertatis, & subiectionis, dare vero nec indigere diuinum est. Hinc Psal. Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Hinc Arist. 6. Ethi. describens magnanimum ait, gloria magna nimi est dare, nec ab alio recipere. Hinc antiquis dictum est, ingenium animi est, cui plus debes, eidẽ plus uelle debere, sic enim te humilias ac deijcis coram benefactore, & illum magnum profiteris. Et ideo gratissimum homini esse debet, cum ab eo aliquid petitur, illi enim tunc diuinus desertur honos, & præcipuũ obsequium quod tibi exhiberi potest, si utilitatis amator non es, sed honoris, illud est, si à te multa petantur, & tu in tantum bonus es, in quantum donas omnibus, & si nosse vis, quã bonus sis, quam nobilis, in hoc videre poteris, si omnipotenti te tribuas, si tibi gratissimũ sit, quod alius te indigeat, à te petat, si libenter bona comunices tua, hilarẽ enim datorẽ diligit Deus. Hac ratione Psal. ait retribuã Dño, cum ab eo accepero calicẽ salutis, cum noua beneficia postulauero, quia gratissimũ magnifico est, si ab eo petatur, & illi diuicissimum est dare omnibus. Sicut contra auari est, tristari, si ab eo petis aliquid, & si auaro tormen-

Psal. 115.

Psal. 115.

Aristo.

Psal. 115.

tormentum dare vis, pete aliquid ab eo, si magnificum delecta re vis, pete, Deo ergo gratissimum est si eo indigentes ab eo petamus, etiam cum multa receperimus. Ideo sorores hæ, quæ beneficia plura à Christo Domino acceperant, ut aliquid ipsi retribuunt, noua petunt.

Sed quid Christus petentibus respondet? *Infirmetas hæc nõ est ad mortem, sed pro gloria Dei.* In Dei gloriam mala nostra vertuntur, dum ad eum accedimus, & nos eripit, & sic eius mirabilis scientia ostenditur, qui de tantis nos eruit periculis. Hinc ait, inuoca me in die tribulationis, eruã te, & honorificabis me.

Psal. 49.

Simile.

Qui arte natandi præcipua præditus est, ut artem suam omnibus manifestet, vas argenteum aut auream in profundum fluij aut maris mittit, non ut amittat, sed ut cum illud eduxerit, artem suam omnibus manifestam faciat. Audi vas auri solidum

Psal. 143.

Simile.

ornatum omni lapide pretioso, quod in aquis tribulationummersum erat, & inde ad Deum clamat, eripe me, & libera me de aquis multis. Eduxit illud Deus, qui est adiutor in opportunitatibus in tribulatione, & sic glorificatur artemq; suã ostendit. Huic etiam rei simile illud est, quod aliqui facere solent, dum vas vitreum in altum proijciunt, & in terram decidere permittunt, non ut frangatur, sed ut cum terræ proximum fuerit, illud eripiant, & artem suam ostendant. Hoc vero cum suis agere Deum, Psal. ait, cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suã, nemo rapiet eas de manu mea, Christus Dominus ait. Ita & nunc dicit, infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut cum eriperit eum, qui mortuus est, glorificetur Deus. Tibi plura mala Deus euenire patitur, pro gloria sua, ut ad eum accedas, eum ores, & sic liber eum glorifices.

Psal. 36.

Ioan. 10.

Et mansit ibi duos dies. Non continuo vocatus accedit, ut maiorem suo tempore exhibeat misericordiam. Vocas Deum, nõ continuo tibi adest, noli merere, sed ut propheta ait, si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Sic se expertum Psal. ait, expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miserie. Congruum ille tempus nouit, aderit tunc. Iam vero se continere non poterat, qui misericordia est, & ait. *Eamus iterum in*

Iudeam.

Habac. 2.

Psal. 39.

A *Iudeam.* Volebant hoc impedire Apostoli; sicut quondam serui Dauid ei dixerunt, non egredieris nobiscum in prælium, ne extinguas lucernam Israel. Sed verus Christi amor omni se exponit periculo pro amico. Hinc Sapiens, qui negligit damnium propter amicum hic iustus est. Hinc Ioannes monet, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Hoc perfecta charitas præstat, & sancti plures præstiterunt, ut Paulinus, & Sanctulus, de quibus Greg. in dialog. Sed iam nolumus dispendium pro amico pati, refriguit enim multorum charitas.

Duodecim ait horæ sunt diei. Nec ante finietur dies, quam ille perficiantur, etiam si hominum horologium aliud dicat, ita donec veniat hora mea, nulla contra me potestas erit, & qui ambulat in lumine non offendit, ita qui in lumine diuinæ claritatis ambulat, nihil inopinatum pati potest.

B *Lazarus amicus noster dormit.* Mors ergo iusti somnus est, quoniam sicut in lecto corpus parum quiescit, ut surgat, ita in sepulchro quiescit corpus continuo surrecturum in gloriam, & quam cito surrecturum sit ostenditur Apoc. 18. vbi peretibus corporum surrectionem dicitur, expectate modicum. Hinc Sapiens, dies hominis ut multum centum anni, quasi gutta aquæ maris deputati sunt, & quasi calculus arenæ, sic exigui anni in die qui. Si enim æternitati vita nostra conferatur, nihil est. Nobis certe dies multi videtur, sed pauci & mali sunt. Recte Seneca in epistola, multis rebus nõ ex magnitudine sua, sed ex paruitate nostra magnitudo accedit. In hac vero re deceptio, qua in nos dæmon vititur, miranda est, qui nobiscum id agit, quod de clarissimis oratoribus scribitur, quod lachrymas & risum auditorum in manu gestarent. Nam callidissimus hostis pro commoditate sua, & pernicie nostra, iam longã vitã nostrã facit, ita breuẽ. Vis id experimento nosse? forte beneficiũ ecclesiasticũ tibi est, vel munus regium, quod in filium aut consobrinnũ transferre vis, tanta cura id agis, tanta sollicitudine, ac si dies vitæ certus nullus tibi esset, quasi hodie moriturus esses, ut vero penitentiam agas, ut domum amplam ædifices, immortalis tibi videris. Nullus tibi certus dies esse videtur, ut in futuro officium,

2. Reg. 21.

Prov. 12.

1. Ioa. 3.

Greg.

Apoc. 18.

Eccle. 18.

Seneca.

aut beneficium colloques, & vt anima in tuto pōnas mille tibi A annos promittis? An non fallaciam, ac deceptionē dæmonis uides? Optime Sene. ait, timemus omnia, tanquā mortales, cōcupiscim⁹ tāquā immortales, utiq; nos cupiditas, & affectus fallit.

Eamus & nos, & moriamur cum illo. Thomas ait, hunc animum in suis Deus querit in omnia paratum, etiam in mortem. Ait Rut, Noemi, me & te sola mors separare poterit. Sed maior conjunctio est inter Christum & animam, quos nec mors separat, sed quomodo in vita dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. Simile quid Thomas ait, illi, quod de Eleazaro dicitur, ille gloriosissimam mortem eligens, magis quam odibilem vitam complectens, voluntariē præibat ad supplicium. Hūc virilem fortemque animum Paulus miris verbis testatur.

Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia? an fames? an nuditas? an periculū? an persecutio? an gladius? si cut scriptū est, quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus, sicut oves occisionis, sed in his omnibus superam⁹ propter eū, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli neque principatus, neque virtutes, neq; insūtia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. An tu hæc dices? vel forte dicis, quid non me separāt à charitate Christi? leue enim verbum, leuis substātia, leuis mulier te cōtinuo à Deo separāt? Multi similes sunt statuæ illi Dani. quā parua petra deiecit, & in puluerem vertit, quam facile nobiles hodie à dæmone superantur, quam leuis aura eos tollit, quam delicati ac infirmi C sunt, verbum leue eos non leuiter ferit, parum honoris turbat. Languēbat Lazarus, nec causam languoris explicat Ioannes, satis in causa fuit, quod nobilis erat, hic enim facile in anima ægrotat, non est, quod causam quæras. Nisi ergo paratus sis, vitam pro Christo fundere, eius non es, qui enim non odit patrem, & matrem, adhuc, & animam suam, non potest meus esse discipulus.

Christo veniēti occurrit Martha, Occurrit & Maria, quæ cecidit ad pedes eius plorans, & lachrymat⁹ est Iesus, & infirmum, & ait, Lazare veni foras, & surrexit. Plura hic cōsideranda occurrūt

Primum,

A Primum, vt suscitetur quatruiduanus orant Martha & Maria quo docemur, eū, qui magnis criminib⁹ tenetur, quærere oportere iustorū patrociniū, qui Deū exorent pro eo. Placet Deo peccatoris humilitas, qui sibi diffidens aliorū petit suffragiū, multum vero valet apud Deū iusti deprecatio, vt Iacobus ait. Sic enim orante Abrahamo parcebat Deus ciuitatibus quinque, propter decē iustos, & si amplius Abrahā orasset, amplius obtinisset. Sic & Moysi oratio veniā obtinuit Israeli, & vt Psa. ait, dixit, vt disperderet eos, si nō Moyses electus eius steteret in cōspectu eius, vt auerteret irā eius. Sed optime Bern. ait, pro Lazaro viuo orāt, pro mortuo plorāt, quia vt Ioā. ait, est peccatū ad mortē, pro eo nō dico, vt oret quis, sed plorēt, quia efficacior la

B chryma, quā verbū. Aliorū orationes quærere docēt amici Iob voca, si est, qui tibi respōdeat, & ad aliq̄ sanctorū conuētere. Et alibi, si fuerit pro eo Angelus loquēs, vn⁹ de millib⁹, vt annūciet hominis equitatē, miserebitur eius. Et dicet, libera eū, vt nō descendat in corruptionē. Ora ergo tu, vt oī peccata dimittat, & alios quære, qui pro te orent. ¶ Secundū atq; de, quo in loco orēt Maria, cecidit ad pedes Iesus, adorabimus in loco vbi steterūt pedes eius. Eo in loco obtinuit animæ suæ resurrectionē, in eodē obtinet fratris suscitationē. Sicut piscator quādo in hoc loco pisces multos cepit, in eodē curat alios capere. Ita Maria facit. Tenuit Sunamitis pedes Elisei, & obtinet filij resurrectionē, sic Maria, cū ad pedes Christi Dñi esset, audiuit, optimā partē elegit sibi Maria, optimū eū locū semper eligit. Et quæ ad modū dicebant poetæ, Antēū, quia terre filius erat, cū in eam cadebat, duplices accipere vires, ita Maria filia pedū Christi ibi vires resumit, ibi omnia obtinet. Cecidit, ait ad pedes ei⁹, feliciter cadit, qui corā Deo cadit, & male stat, qui corā Deo stat, sicut Angel⁹ malus, & Phariseus ille, de quo dicitur, stās autē Phariseus, quia animo, & corde stabat. Ideo nos Petr. monet humilissimi sub potētī manu Dei. Et Psa. adoremus, & procidamus ante Deū. ¶ Tertiū infremuit Christus, sicut nobiles, qui in torreamēta regia, & armorū exercitationē vocati sunt, solēt se pri-

C parare, ac exercere, vt cū corā rege specimē daturū sūt gloriæ militaris, illud præclare præstēt. Ita Christus Dñs in arenā descēsurus cū morte, illaq; superaturus, prius se priuatim exercet, mor-

tem

Seneca.

Rut. 1.

2. Reg. 1.

2. Mach. 6.

Rom. 8.

Danic. 3.

Iaco. 5.

Gene. 18.

Exa. 32.

Psal. 105.

Bern.

1. Ioa. 5.

Iob. 5.

Iob. 33.

Psal. 131.

Simile.

4. Reg. 4.

Luc. 10.

Matth. 18.

1. Pet. 5.

Psal. 94.

Simile.

tem superans in aliquibus, quos fascitauit. Et hoc nobis Ecclesia proponit, ut cum cum viderimus procedentem in bellum passionis tempore infirmum, & pauentem, de victoria securi sumus, cum mortem prius superauerit. 1. Reg. 17. cum dubitaret Saul posse David pugnare aduersus Philisteam, ait ipse, leonem & vrsum vicit seruus tuus vincam ergo & hunc, & factum est. Similis mors Goliath erat omnes illam pauebant, non erat, qui ei resistere posset, quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? egreditur in eam Christus fortitudo patris infirmus corpore, sed noli de victoria trepidare, quoniam leonem & vrsum vicit, & de ore eius eruit arietes, de ore mortis eripuit heri filium viduae in Naim, hodie Lazarum, vincet ergo Goliath, & gladio suo eum iugulabit. Nunc ergo infremuit Christus tanquam taurus exagitatus, qui in aliquem irruere vult, in mortem enim irruere parat. ¶ Quartum plorat Christus Dominus, ut lachrymis tantis irrigata terra cordis nostri fructus vberimos proferat. Bene Iob ait, numquid potest virere scirpus sine humore? aut crescere carectum sine aqua? Orat filia Caleb. terram arentem dedisti mihi, iunge & irriguam, arens lex erat, irrigua vero gratia lex prius Psal. ait, anima mea sicut terra sine aqua tibi, sed iam Ecclesia Christi lachrymis irrigatur. Et lachrymae illae caelestes sunt aquae, quae mirum in modum terram fecundant. Multum enim interest inter aquam, quae a caelis venit, & eam quae de terra est, caelesti enim pluuia si irrigatur terra, fructum profert vberiorum, quam si aqua de terra irrigetur. Priscorum patrum lachrymae de terra erant, ideo parum proficiebant, sed Christi lachrymae de caelo, quibus animae valde proficiunt. In figuram temporis gratia dictum. Terat terra, ad quam ingredieris possidendam, non est sicut terra Aegypti, ubi iacto semine in hortorum more aquae ducuntur irriguae, sed montuosa est, & campestris, de caelo expectans pluias, quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt a principio anni usque in finem. Hinc innumeri orti martyres, & virgines. Hic fons est ascendens de paradiso ad illam irrigandam, & omni fructu implendam, fructum ergo tu reddet tricesimum, sexagesimum, & centesimum, plura praestans opera virtutis, repletus ut sis fructu iustitiae in laudem, & gloriam Dei, &c.

Feria

Sabbatho Post Domini- cam Quartam Quadra- gesimae.

Thema. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. Ioan. 8.



Manifestis verbis ostendit Christus Pharisaeis, & scribis, quis sit ipse, ut nulla excusatio relinquatur eorum peccato. Ostendit se Deum verum, ac Messiam esse, cum ait. *Ego sum lux mundi.* Dicere se lucem est dicere se Deum, lumen enim est lumen, Deum verum de Deo vero, Ioannes ait.

1. Ioa. 1.

Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt ullae. Et licet homo sim, non tamen propterea non sum Deus. Quia sicut lumen, quod per vitrum transit, lux manet, sed vitri color accipit, ita lumen illud diuinum transiens per Mariae vterum in hunc mundum, cum Deus permanserit, humanitatem sumpsit, induit colorem esse personam secundam trinitatis, cui sapientia, atque adeo lux tribuitur. Iustinus martyr in opere de trinitate, ut ineffabile trinitatis mysterium aliqua ratione explicet, utitur similitudine solis, lucis, & caloris. Dicitque patrem solem, filium lucem, spiritum sanctum calorem, quia sicut lux procedit a sole, estque simul tempore cum illo, ita filius a patre coaeternus ei. Et Spiritus sanctus ab utroque. Sed ad quid Christus venit in mundum? Respondet Petrus ad Clemetem, ut ipse memoriae prodidit libro primo cognitio nunc. Fuit Deus incognitus in mundo propter innumera peccata, quae tanquam immensus fumus domum mundi impleuerat, ideo habitatores eius nec Deum, nec ea, quae ei placita erant, cognoscere poterunt.

Simile:

Insti.

Clemens.

Aduen.

Rr

quid

quid ergo mundus faciat, nisi inuocare verum prophetam, qui aperiat domus ianuam, & fumum expellens lucem inducat, ad hoc Christus venit. Sicut ergo in profundissimis tenebris olim fuit Aegyptus, quibus Aegyptij tenebantur quasi cathena ligati, ita sedebat mundus in tenebris, & in umbra mortis, nec quisquam se mouebat de loco suo, sed impingebant in parietem, & innumeris erroribus erant dediti, tum in Dei cognitione, tum etiam in moribus, donec venit lux mundi Christus illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis erant. Tunc populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis.

Matth. 4.

Dicit autem se lucem mundi, id est, hominis, qui est minor mundus. Dedit enim lumen cæco patri suo Adæ, sicut Tobias patri felle passionis. Et omni etiam homini lucem restituit. De qua re præclare loquitur Paulus. Omnia, quæ aguntur, à lumine manifestantur, omne enim, quod manifestatur, lumen est, propter quod dicit, surge, qui dormis, & exurge, à mortuis, & illuminabit te Christus, vel tanget te Christus, ut alij legunt. Quæ Pauli verba adeo sunt difficilia, ut Hieronymus in ea dicat. Ego certè secundum paupertatulam meam omnes editiones veterum scripturarum, ipsaque Hebræorum volumina diligenter euentillans, nunquam hoc reperi. Loci ergo difficultas in hoc est, quòd Paulus ait, propter quod dicit, quis verò id dicat, non exprimit, nec scitur, quis illud dixerit, saltem Hieronymus ait, se id ignorare, nec vsquam inuenisse. Dubium ergo est, quis illud dixerit. Respondet Diuus Thomas in Paulum, illud fuisse dictum ab Esaia, licet non eisdem verbis cum ait. Surge, illuminare Ierusalém, quia venit lumen tuum. Hieronymo placet, ut Christus id dicat, qui in Paulo loquebatur, quasi Paulus dicat, propter quod Christus dicit, surge, qui dormis. Respondetur tertio, fuisse sententiã Epiphaniij, quã ipse creditur prædicasse, (ut refert Martinez in Hypotiposeo, libro 6. c. 1.) illa verba dicta fuisse à Christo in cruce pendenti ad Adam, qui ibi erat sepultus, cui è cruce dixit, surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminaberis à me. Licet Euangelistæ nõ meminerint huius verbi, sicut, & alia quam plurima omiserunt. Hanc sententiam suo tempore prædicatam asserit.

Ephes. 5.

Hiero. 20.

D. Thom.

Esa. 60.

Hiero.

Marti.

Epipha.

Hiero.

A Hieronymus in ea verba, quod, scilicet, Adam sepultus erat in Caluario, & quod ei Christus dixit. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & tanget te Christus, quia tactu sanguinis Christi viuificandus erat. Et tunc figuram illam completam, quando contactus Elisæi mortuum suscitauit. Et certe sententia ista probabilitate non caret, quia grauissimorum patrum sententia est, Adam fuisse sepultum eo in loco vbi, Christus crucifixus est. Ita tenet Origenes tractatu. 35. in Matthæum, vbi ait. Venit ad me traditio quædam talis, quod corpus Adæ primi hominis ibi sepultum est, vbi crucifixus est Christus. Eadem est sententia Hieronymi in epistola Paulæ ad Marcellam. Et Epiphaniij libro. 3. contra hæreticos in fine. Et Theophylacti in Matthæi. 15. caput, & Luc. 23. & Eutymij in cap. 26. Matthæi, & Ambrosij libro quinto Epistolarum Epistola. 19. Et Athanasij de passione Domini. Et licet Iosue. 14. dicatur, in Arbe sepultum fuisse Adam, potuit inde transferri in montè caluarium. Cũ ego ibi esset Adæ corpus, Christus lux mundi ad eum locutus fuit, surge, qui dormis, & illuminabo te, tangamque te, ut surgas, nec tu solus, sed omnis homo tecum, quia sicut in te omnes moriuntur ita in me omnes viuificabuntur. Cum ergo Paulus ait, propter quod dicit, subaudit Christus Adamo. Si autem interrogas, qua de causâ è cruce clamauerit Christus, surge, qui dormis, & illuminabo te. Facile respondebimus, quod ibi Christus super candelabrum positus est, ut qui ingrediuntur, lumen videant. Inde ostendit charitatem summam, qua omnia ad se trahit. Inde malitiam peccati, & odium Dei in illud ostendit, quando ut illud interimeret, ipse mori voluit. Magnum sanè odium Sampsonis in Philistæos, cum ut eos occideret templum euertit, sciens simul se cum eis periturum, vnde dixit. Moriatur anima mea cum Philistæis. Simili ratione summum Dei in peccatum odium apparet, cum ut illud crucifigeret, voluit crucifigi, & sic vetus homo noster simul crucifixus est cum eo. Summum ergo malum & maximè horrendum peccatum est. Noluit David bibere aquam ex cisterna Bethleem, quia ut eam ei deferrent, tres eius duces discrimini se obtulerunt, & vitam

Hier.

Orig.

Hiero.

Epipha.

Theophi.

Euthim.

Amb.

Iud. 16.

2. Reg. 23.

Ri 2

peri-

periculo exposuerunt, quo ergo pacto tu aquam peccati bibes, cum scias Dei vitam pro illo effusam? Ex cruce ergo ad omnes mortales clamat, surgite, qui dormitis, & illuminabo ego vos, qui sum lux mundi.

Addit Christus. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Primum cura, Christum sequi, non ad breue tempus, sed semper nunquam eum relinquens. Sit tibi hac in re exemplum id quod Eliseus præstitit sequens Eliam. Aiebat Elias Eliseo, mane hic, & Eliseus respondebat. *Viuit Dominus, quia non derelinquam te.* Et licet sæpius Elias dixerit, mane hic, Eliseus nunquam eum dereliquit. Et ideo hæreditate obtinuit illius pallium, ac duplicem spiritum. Quia non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Sed quis est, qui legitime certat? *Quæ est certaminis lex?* Illa certè, qui perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Miles etenim licet in pugnam veniat, si in medio certamine regem derelinquit, & arma deponit, qua ratione cum rege poterit diuidere spolia inimicorum. Vis hanc certaminis legem videre. Audi Saul dicentem. *Maledictus, qui gustauerit panem, donec vlciscar me de inimicis meis, id est, donec omnino parta victoria omnes hostes trucidentur.* Hæc legem obseruauit, qui dixit. *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant.* Refert Pierius descriptam ab Aegyptijs victoriam cum alis, ac galea in vna manuum, in altera autem cum Malogranato, quod corona insignitur, tanquam victores insigniri solent. Si ergo victor esse cupis, assume alas, vt voles, nec deficias. Hinc describit Daniel Alexandrum, summa velocitate mundum subiugantem, dicens. *Ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente super faciem totius terræ, & non tangebatur. Quasi alis ergo ferebatur, Lex ergo certaminis tibi hæc sit, vt induas arma lucis, & perseveranter certa, vt merearis coronam gloriæ, sola enim perseverantia coronatur.* Quid enim prodest, in stadio currere, si in medio cursu consistas? *Curre ergo, donec ad metam venias. Sic currite, vt comprehendatis.*

Qui sic sequitur Christum. Non ambulat in tenebris. Qui ergo eum non sequitur, in tenebris ambulat, ita scire est, quia,

A quia, vt propheta ait, in tenebris ambulant, qui peccauerunt à Domino. Primo in tenebris ambulant, quia paulatim, & palantes ambulant, & manus coram oculis habent, putant enim, quod vbique impingant. Qui ambulat in luce velociter incedit, quia nihil trepidat, non est, quod vereri possit, non sic peccator. *An nõ vidisti peccatoris pauorè, ac terrorem, cum in virtutis via incedere incipit, vbique damna, ac pericula timet, foveas horret, & ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor, vt Pfaltes ait. Putas ne, cito te moriturum, vel in infirmitatem casurum, si pœnitentiæ viam aggrediaris? Scito, non occidere cilicium, non necare verberationem, aut ieiunium, non li metuere orationem, sacramentorumque frequentiam, absque terrore villo ingredi viam virtutis, & nunc maximè, cū id tempus exigit. Sicut enim agricola expectat aerem, vt triticum ventillet, & cum ille spirat, ventilabro sumpto operi incumbit sedulo, ita te agere oportet, nunc tempus est acceptabile, nunc dies salutis, nunc spiritus bonus spirat tot auditis concionibus, permunda ergo aream animæ tuæ. Orabat sponsa. Surge aquilo veni auster, perfla hortum meum. Nunc surgit aquilo, & venit Auster. Ideo eis vtire in animæ profectû, quid enim audire conciones proficit, si opere nihil præstas eorum, quæ audis? Similis eris infirmo, qui sudore curatur, & statim aeri se obijcit, & ideo non sanatur. Medicinam sumis in concione, sed si te non obseruas, nullius erit tibi momenti.*

C *Sed habebit lumen vitæ.* Sed quodnam est vitæ lumen? Certe duplex est lumen, est lumen curiositatis, & est lumen vitæ, sicut est aqua sapientiæ humanæ, & est aqua sapientiæ salutaris. De qua Sapiens, cibabit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Sed quænam est salutaris sapientia, quod lumen vitæ? Certe doctrina Euangelij. De qua Petrus ait. *Quo ibimus, verba vitæ æternæ habes. Et per Esaiam Dominus ait. Ego Deus docens te yfisia. Illud ergo lumē est vitæ illa aqua vitæ, quæ salit in vitam æternam, quæ nos ducit, ac dirigit in vitam.*

Sed nihilominus dubitari potest, quo pacto Christus sit lux, & qui eum sequitur habet lumen vitæ, cum Deus in tenebris,

Aduen.

Rr 3

ac ca-

4. Reg. 2.

2. Tim. 2.

Mat. 10.

1. Reg. 14.

Psal. 17.

Pierius.

Dani. 8.

1. Cor. 9.

Esa. 59.

Psal. 13.

Simile!

Cant. 4.

Eccles. 15.

Ioa. 6.

Orig. ac caligine fit, Deus quidem in se lux est, & tenebræ in eo nō
2. Para. 2. sunt vllæ; tamen vt ait Origenes in primum caput Ioannis, no-
Psal. 96. bis Deus tenebra, ac caligo est. Hinc perfecto templo repleuit
 eū caligo, quia Dei maiestas in illud ingressa fuit. Et Psal. ait, nu-
Chrys. bes, & caligo in circuitu eius. Hinc Dionysius sæpe ait diui-
 nam caliginem. Quo ergo pacto lux nobis est, & lux mundi?
 Respondetur, caliginem hanc esse Dei incomprehensibilita-
 tē, vt sic loquar, quia eius natura adeo excelsa est, vt cōprehēdi
 nō possit nisi ab ipso Deo. Lux tamē est, quia docet nos de agē-
 dis, & lumen vitę suis tribuit, quia dispellit ignorantię tene-
 bras, quas peccatum induxit in mundum, vt hic Chrysol-
Ioan. 1. mus ait. Nec vero solum est lux Israelis, sed totius mundi,
 quia est lumen ad reuelationem gentium. Et ideo nunc ait,
 ego sum lux mundi, quasi dicat. Si me non receperitis, mūdus
Mar. 7lt. restat multus, qui me recipiet, quia illuminat omnem homi-
 nem venientem in hunc mundum. Et ideo suis ait, prædicate
 Euangelium omni creaturæ.

Deinde Christus est lux, & lumen vitæ suis tribuit, quia
 non solum intellectum illuminat de credendis, sed etiam vo-
 luntatem de agendis, & ideo qui Christum sequitur, habet
 lumen vitæ. Origenes homilia. 22. in Numeros mirē
Orig. expendit nuncium ab Israel missum ad Seon regem Am-
Num. 21. rhorum, dicentes, via regia gradiemur, non declinantes ne-
 que ad dexteram, nec ad sinistram. Et nihil accipiemus de ter-
 ra tua, non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus
 aquas ex puteis. In baptismo idem nos Deo promissimus, abre-
 nunciauimus diabolo, mundo, ac pompis eius. Promissimus,
 viam nos acturos rectam in cælum, sed attende ò homo, quam
Cypria. sint diuersa, quæ agis, ab his, quæ promissisti. Diuus Cypria-
 nus in proemio libri de virtute proponit dubium, nec illud
 soluit. Ait enim, quidnam est in causa, quod viam virtutis nō
 ingreditur omnis homo, cum illa sit secundum naturam no-
 stram rationalem, & dulcior, ac omnibus partibus melior. Sa-
 nē deprauatus homo peccato est. Duxitque eum peruersus,
 ac inordinatus appetitus extra viam per abrupta vitiorum. Fin-
 ge nunc duos socios, qui simul viam aliquam peragunt, sed eo-
 rū vnus ante lucem surgit, & viā multam agit, alter verò excita-
 tur

A tūr à somno post medium diem, cum iam prior multam viam
 confecit. Ita omnino ratio, ac appetitus hominis simul viam
 agere incipiunt, cum homo generatur. Sed appetitus ab infan-
 tia viam inchoat, & hominem post se rapit in abrupta vitiorum
 videbis infantem iracundum, superbum, inuidum, proni sunt
 sensus hominis in malū ab adolescentia sua, & sic hominem ad
 malum ducunt. Et dum istam viam appetitus peragit, ratio ob-
 dormit multis annis, nec à somno excitatur. Cum autem
 post plures annos viget, iam appetitus multam viam peregit
 ducens post se hominem, cum ratio eum cohibere non po-
 tuit, quia somno correpta erat. Ecce hominem ab appetitu du-
 ctum in deuia, ac extra viam positum. Veniat ergo lux Chri-
B stus, qui gratia sua nos in viam reuocet, & præualeat in appeti-
 tum, & reducat hominem in viam pacis. Merito qui hæc præ-
 stat, dicitur lux mundi, & lumen vitæ præbeat homini, quo vi-
 tam inueniat, à qua declinauerat.

Deinde cum se dicit lucem mundi, significat, omnia, quæ
 sunt in mundo ab eo cognosci, ac dijudicari, quia omnia nuda,
 ac aperta sunt oculis eius. Et ideo nunc ait Phariseis, vos
 secundum faciem iudicatis, id est, secundum exteriora, at
 scrutans corda, & renes Deus est. Ego non iudico quem-
 quam, secundum exteriora, ait Augustinus. Vnde de
Aug. Messia Esaias ait. Non secundum auditum aurium arguet, nec
Esa. 11. secundum visionem oculorum iudicabit. Mira profecto ho-
C minis incuria, ac obliuio est, qui obliuiscitur Deum omnia vi-
 dentem, quem nulla latet cogitatio, aut minima locutio.
 Sæpe in diuinis literis legimus verba ista. Nonne hæc scripta
 sunt in libro verborū dierum regum Israel aut Iuda. Sed quis
 nam hic liber sit, à multis dubitatum est, cum liber ille non re-
 periatur. Et aliqui putant eum hominum inertia perdi-
 tum. Alij autem putant sensum illorum verborum esse.
 Hæc, quæ de hoc rege scripta sunt, oportuit scribi in ho-
 minum documentum, ac correctionem, quia autem plu-
 ra alia fecit, quæ scribi non oportuit, ne putetis ea in
 obliuione coram Deo esse, vniuersa scripta retinet in di-
 uina sua memoria, & manifestabit in diuino iudicio, vbi

Psal. 75. omnia pendentur, ac apparebit vniuersalis illa mundi historia, cum reprobis accidet illud *Psalmi*, illuminans tu mirabiliter, à mōtibus æternis, turbati sunt omnes insipiētes corde.

Sed cum Christus se lucem manifestauerit, attende mirabilem hominum cæcitatem, dicunt enim ei, *tu de te ipso testimonium perhibes, & testimonium tuum non est verum.* Cum manifestis rationibus, ac miraculis ostensum sit, Christum lucem esse illi eum repellunt. Rectè Ioannes ait, Hoc est iudicium, quia

Ioan. 1. lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, erant enim eorum mala opera, & omnis, qui male agit odit lucem. Et iterum, si non venissem, & locutus eis nõ fuisset, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Sed simile iudicium nobis pertimescendum est, quibus lux Euangelij manifestata est, & tamen tenebras diligimus, quæ ergo nobis relinquitur excusatio? De Iuda Christus ait, melius erat ei, si natus non fuisset homo ille. Et ad ea verba Petrus alludens ait, Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod traditum est illis sancto mandato. Multis profectò esset melius, si Constantinopoli, aut Argerij nati fuissent, quam in Hispania, quia seruus, qui scit voluntatem Domini, & non facit, plagis vapulabit multis. Et vt Iesus ait. Sermo, quem locutus sum vobis, ille iudicabit vos. Hinc Oseas. Iudicate matrem vestram, iudicate eam, quia iam non sum vir eius. A deo enim iustificata causa est Dei aduersus peccatorem vt ipsi tradatur iudicanda, & ipse in seipsum sententiam profert. Mirum profectò, quod lux Dei aliquibus sit tenebra. Et Christus positus sit in ruinam aliquorum. Sicut enim eadem lux solis exiccat ramum, aut palmitem præcisum, & germinare facit palmitē viti hærentem, & idē calor liquefacit cerā, & induratur lutū, ita ex his, qui ad lumē Euangelij sūt, vnus assumetur, & alter relinquetur, nec id culpa lucis fit, sed quia ille palmes viti nõ heret. Eadē luce vnus quasi cera liquefcit, alter induratur vt lutū, sed culpa sua. Idē Samuel peccatū Dauidi dicit, & statim vt cera liquefcit, & ait peccaui. Vnde dixit, factum est cor meū quasi cera liquefcens in medio ventris mei. Cum vero Sauli pec-

Mat. 26.

2. Pet. 2.

Luc. 12.

Ioan. 12.

Oseas. 2.

2. Reg. 12.

Psal. 21.

A li peccatum dixit, ait ille. Honora me coram filijs Israel. Sed in hoc mirabilis huius diuinæ lucis vis apparet, quod cum plures in gratia confirmauerit, vt peccare lethaliter non poterint, vt Apostolos, nullum tamen in peccato confirmauit, nec sic indurauit, vt cōuerti nequeat, dum est in hac vita. Quia in re diuina misericordia commendatur, & ostenditur Deus magis pronus ad miserendum, quam ad puniendum. Poruit enim, si vellet, omnino hominem derelinquere, sed non fecit.

Respondet Iesus. *Lice. ego testimonium perhibeam de me ipso, testimonium meum verum est, quia scio vnde veni, & quo vado, vos autem nescitis, vnde venio, aut quo vado.* Id est testimonium meum est verum, quia principium, & rationem mei aduentus scio, & quia hæc scio, propterea dico me mundi lucem,

B quia scio me Dei filium, qui carnē assumpsi, vt homines docerē viā salutis. Vos autē hæc nescitis, sed secundum carnē iudicatis, id est, secundum exteriora tantum, & ideo non creditis, in me amplius quid esse quā humanitatē. Peccatū horū fuit, quod ea iudicauerunt, quæ nesciebant, & ideo secundū carnē iudicabant. Id autem à parentibus hæreditauerūt. Vt id explicemus, notanda est doctrina Augustini in libro de doctrina Christiana. Quod plura mirabilia recōdita sunt in diuinis literis, nec solū in scriptura sed & in literis, & punctis, quibus scripta est. Et ideo Christus ait. Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege. Huius rei exēpium proponit Hieron. in Epistola ad Paulam Vrbicam. Et Euseb. lib. 10. de præparatione Euangelica. c. 2. quia vnico nomine significant Hebrei hominem viuum, ac mortuum, quod est Methim. Sed cum scribitur solo puncto distinguitur, vt hoc vel illud significet, quia si scribatur cū te fere, duobus punctis sic dispositis (.) significat mortuum, si autē scribatur cum feba, punctis aliter dispositis, sic scilicet (:) significat viuum, itaque idem nomen scriptum diuersa. E. significat viuum, & mortuum, vt inuauat, parum, ac fere nihil inter esse inter vtrumque. Simili ratione sunt plura recondita mysteria in ordine, ac dispositione litterarum. Quoniam Dauid, Salomon, & Ieremias scripserunt initio versus primam litteram alphabeti, & ordine litterarum alphabeti reliquos ver-

Aug.

Mat. 5.

Hiero.

Euseb.

sus scripsere, vt facilius memoria retineretur. Et cum hic ordo seruetur scribendi, ordo litterarum alphabeti seruetur. ^A Dū taxat in capite 2. & 3. threnorum, licet in alijs litteris seruetur hic ordo, tamē inuertitur ordo litterarum duarum, quæ sunt, Ahin, & Phe: quia cum secundum ordinem alphabeti prius poni debuerit, Ahin, quam Phe. quæ sunt H. & P. & cum in reliquis capitibus legitimum ordinem seruasset Ieremias in capite secundo, & tertio ordine inuerso ponit primum P. & deinde H. Et ibi Nicolaus de Lyra expendit, litterarum ordinē inuerti, sed causam huius non exponit. Sed huius rationē quidam Doctor dicit esse, vt Ieremias ostendat, inter alias causas euerfionis Ierusalem vnam fuisse, quia iudicia temeraria in ea plura erant, ac falsa testimonia, & detractiones, & ad hoc ordinem litterarum inuertit. Quia H. significat oculos, & P. significat, os, & linguam, & sicut in homine prius sunt oculi, deinde os, ita in alphabeto Hebræo prius est H. deinde P. Vt ergo significaret Ieremias, Hebræos peccatis suis inuertisse hūc ordinem, prius loquentes, ac iudicantes de rebus, quam illas vidissent, ideo propheta eum litterarum ordinem inuertit, quia illi temerarie de rebus iudicabant, ac loquebantur, quæ non viderant. Nec enim iudicanda sunt, quæ non vidētur. Imo nec omnia, quæ videntur. Aliquando enim visus decipitur, vt cū iudicat fractum baculum, cuius medietas est in aqua, & medietas in aere, & cum perspicilijs vtitur colore aliquo infectis, tūc enim omnia iudicat, eo esse colore. Et ideo licet Moyses videret rubum ardentem, nec cōsumptum, voluit accedere propius, vt illud discerneret melius. Et dominus auditis clamoribus Sodomorum, ait, descendi, vt viderem, an opere compleatur. Et iterum descendisse dicitur, vt videret turrim, quæ ædificabant filij Adam. Vt ergo tu iudices, & loquaris de re, prius oculos adhibe, quam linguam, & propius accede, vt recte videas. E temerarijs enim iudicijs, ac sermonibus plura damna oriūtur. Nolite ergo ante tēpus iudicare, quoad usque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. ^C Et Sapiens: Sufurro, & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes, lingua tertia multos commouit ciuitates

Lyra.

Exod. 3.
Gen. 18.

Gen. 11.

1. Cor. 4.

Eccles. 28.
Fjal. 21.

^A ciuitates muratas diuitum destruxit. Certe facilitas iudicandi, ac loquendi de proximis innumera damna parit. Noli ergo secundum carnem iudicare &c.

Dominica Quinta Quadragesimæ.

Thema. *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

B

Ioan. 8.



ir prudens, qui negotium aliquod peragendum suscepit vnum è duobus curat vel negotium perficere, & ex voto finire. Vel si id fieri non possit, ostendit, nihil ab eo prætermisum esse, nullum non mouisse lapidem, vt ad exitum rem perduceret, nec culpa sua factum esse, vt nõ perficeretur. Huius rei exemplum Eliezer est, qui iurauit Abraham Domino suo, vxorem se adducturum ex Mesopotamia Isaac, & continuo subiungit, si mulier noluerit, venire mecum. Respondet Abraham, nõ teneberis iuramento. Eodem pacto ^C cum Christus Dominus discipulos ad prædicandum mitteret præcipit, vt primum omnium Euangelium proponant, & subiungit, quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel de ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus vestris. Quasi hoc facto dicerent, sit hoc nobis in testimonium, quod in hanc deuenimus, ciuitatem, & Euangelium proposuimus, nec culpa nostra, sed vestra non saluamini. Sic enim licet primum finem salutis illorum non assequerentur, ostendebant tamen, nihil officij sui ab eis prætermisum. Ita refert Lucas Paulum fecisse, cū in Corinthum venit, contradicentibus autem eis, & blasphemantibus, excutens vestimenta sua, dixit ad eos, sanguis vester super caput vestrum. ^{Gene. 24.} ^{Mat. 10.} ^{Mar. 6.} ^{Acto. 18.}

Act. 20.

strum, mundus ego ex hoc ad gentes vadam. Et idem Paulus cum vocasset maiores, qui Ephesi erant, ait, vos scitis à prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, seruiens Domino cum omni humilitate, & lacrimis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum, quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium, quod minus annunciarem vobis. Qua propter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium, non enim subterfugi, quo minus annūciarem omne consilium Dei vobis. Hæc eandem legem proposuerat Deus per Ezechielem, speculator si viderit gladium venientem, & insonuerit buccina, & annūciaverit populo, & audiens non se seruauerit, sanguis ipsius super caput eius.

Eze. 34.

Hanc nūc subire legem Christus Dominus vult, missus à patre in mundum est ad salutem hominū perficiendam, legatus missus ad gentes est, vnus mediator Dei & hominum Christus Iesus, vt Deum hominibus, & homines Deo reconciliaret, à Deo obtineret peccatoribus veniam, gratiam, & dona, ab hominibus obedientiam & subiectionem. Cum patre suo negotium facillè perfecit, exauditus enim est pro sua reuerētia, & cōsummatu factus est omnibus obtēperantibus sibi causa salutis æternæ. Cū hominib⁹ vero quā plurimis negotiū nō perfecit, præcipuè cū principib⁹ synagoge. Nunc ergo ostēdit in Evangelio, negotiū hoc perfectū nō esse, nō quod ille non adhibuerit ea omnia remedia, quæ debuit, sed quia illi nōlebant, atq; adeo perditionis ipsorū ipsos met causā exitisse, nō vero Christū. Vt verus deprehēdatur propheta, cū ait, perditio tua Israel tantummodo in me auxilium tuum. Simile iudicium inijt Esa. 5. nunc ergo habitatores Hierusalem & viri Iuda iudicate inter me & vineam meā, quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci ei? Quasi dicat, ego in culpa non sum, sed vinea mea.

3. Tim. 1.

Heb. 5.

Osee. 13.

Esa. 5.

Mat. 5.

Artēde in Euāgelio hodierno Christū differentem. *Quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Quasi dicat, duo sunt, quib⁹ doctor præditus esse debet, doctrina vera, & virtutis exemplo, ne doctrina contemnatur. Quæ ratione dicitur lux mundi, & sal terræ, lux propter doctrinam

Atrinam, sal propter exemplum. Si ergo de peccato me arguerē non potestis, exemplū præbui bonū, si doctrina mea veritas est, nulla vobis relinquitur excusatio, ego omnia præstiti, quæ debui. A libi hoc idem dixit, si non venissem, & locutus eis nō fuisset, peccatum non haberent, ecce doctrinā, si opera nō fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, ecce exemplū, vnde concludit, nunc autē excusationē nō habēt de peccato suo. Simile iudiciū Samuel inijt cū Israele, cū eū reiecessent, ne iudicaret eos. Cōuersatus corā vobis ab adolescētia mea vsq; ad hæc diē, ecce præsto sum, loquimini de me corā Dño, & corā Christo eius, vtrū bouē cuiusquā tulerim, aut asinū, si quēpiā calūniatus sū, si oppressi aliquē, si de manu cuiuspiā munus accepi, & contēnā illud hodie. Et dixerunt, nō es calūniatus nos, neq; oppressi sti, neq; tulisti de manu alicui⁹ quippiā. Dixitque ad eos, testis est Dñs aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam, & dixerunt, testis. Et ait Samuel, nunc ergo stete, vt iudicio contendam aduersum vos coram Domino de omnibus misericordijs Domini, quas fecit Dñs vobiscū. Hæc nobis iudiciū timendū valde est, sicut enim Synagoge salus cōmissa Christo Domino est, quam cum nō perficeret, ostendit hodie, nō sua culpa, sed illius id fieri, ita cū vniuersalis hominū saluator sit, ei demandata est cura salutis omniū, & tecū iudicio cōtendet in morte, & in vniuersali iudicio, ostendetque, tua culpa te perire, non illius negligentia. Hæc ratione præcipit Esa. nūc ergo ingressus scribe ei super buxū, & in libro diligēter exara illud, & erit in die nouissimo in testimonium vsq; in eternū, populus enim ad iracundiam pro uocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Testimoniū seruatu est cōtra te, qui veritati nō credidisti, liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, vnde ipse iudicaris. Audi iudiciū Dei futurū contra te in morte, vt nūc illud paucas, & vias corrigas tuas. Quid debui, imo quid potui facere tibi (Christus loquetur) & nō feci, de nihilo cōdidi te, corpus & animā dedi, in Ecclesia mea cōstitui te, sacramenta vber rima tibi cōcessi. Angelum custodem adhibui, innumeras cōtiones tibi proposui, sæpe cor tuum inspirationibus pulsavi, innumera beneficia contuli, viam salutis ostendi tibi, quare

Ioan. 5.

1. Reg. 12.

Esa. 38.

ergo nō credidisti mihi? Aliqui doctores aiunt, in morte Christi Dominum omni morituro adesse, vt eum iudicet, quod si forte non adsit; hoc tamē iudicium proferet interius. Quid tunc obsecro, respondere poteris? Audi Iob, si voluerit cōtēdere cū eo, nō respōdebit ei vnum pro mille. Vere omnis iniquitas oppilabit os suū, vt Psa. ait. Ideo ante iudiciū prepara iustitiā, & in cōspectu Dei inuenies propitiationē, vt Sapiēs ait, crede, & acquiesce veritati, noli ei resistere, ne te illa in iudicio dānet. ¶ Nūc vero sigillatim verba Christi expēdamus. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Hominū miserias Christus dominus suscepit homo factus, peccatum vero nullo modo incurrit, sed nec incurtere potuit. Defectus naturæ nostræ, qui eius essent in puris naturalibus, vt fames, sitis, lassitudo, dolor, mors, Christus assumpsit, vt veritatem probaret susceptæ naturæ, & nobis esset exemplum tolerantiaē atque patientiaē, peccatum vero & ignorantiam, & deordinationem potentiarum ad iniquicē non sumpsit. Ad probandum enim veritatem susceptę naturę non conducebant, peccatum enim non probat hominē esse, quia contra naturam hominis est, per suggestionem diaboli, vt Damascenus ait. Hinc Christus ait, venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquā. Nec vero peccare potuit triplici ratione. Primo propter summam gratiam, qua eius anima ornata fuit. Hinc ait D. Bonauen. Sicut perspicuū Crystallum radijs oppositum solis splendidissimū est, & dum sic est, nullam admittit tenebram, sic anima Christi summa ornata gratia peccare non potuit. Secundo quia comprehensor erat videns Deum, qui vero comprehensor est, iam sine periculo & discrimine est, fluuiam iam transit, in litore securus consistit, cum enim in Deo videat omnē boni rationē, ab eo discedere non potest, quod est peccare, quia nullum inquirere bonum potest, quod non habeat in Deo. Et tertio peccare non poterat, quia Deus erat, Deo vero peccatum omnino repugnat, quia essentia rectitudinis cum sit, à rectitudine declinare non potest, & summo odio peccatum profequitur, tanquam sibi aduersum, nec vnquam cum peccato paceminiit. Vidit in Angelis prauitatem, & Angelis peccantibus Deus nō pepercit, sed eos ex celi arce deiecit, & vas illud aureū

- A** cōfregit, quia peccatū continebat, in paradysum peccatū intrauit, continuo illud cū primis parētibus inde proiecit, per vniuersum mūdū effusum peccatū est, statim aquis diluuii illū obruit, & in hanc causā è cęlo De⁹ descendit, vt peccati regnū euerteret, illudq; de terra aboleret, & ideo illud cruci affixit. *Quis iā in domū propriā peccatū recipiat, qđ tātō De⁹ odio profequitur?* Tātū hoc odiū est, vt pater filiū morti tradat, vt peccatū simul interimat. Huic nihil addi potest, odiū in peccatū ostēdit De⁹ maximū, dū religionis opera odisse se dicit per Esa. & abominationē ei esse, quia peccato maculata sunt. Dū tabulas legis frāgi vult propter peccatū Israel, dū hominē in finite dilectū, & pro quo sanguinē fudit, in infernū dat propter peccatū, & si per impossibile Maria mater peccato inficeret, ipsa etiā dānaretur.
- B** An nō summi odij signū dat? Sed qđ omniū præcipuē ostēdit Dei odiū in peccatū Chři mors est, quia enim similitudinē habuit peccati cruci ac morti addictus est. Forte comedit hominē cibū veneno infectū, si robustissimus sit, nō omnino illū interimit, sed in summo ponit discrimine, Christus verò robustissimus erat, Dei in illo robur erat, nec peccati venenū bibit sed similitudinē illius dūtaxat, & tamē mortuus est, ò potentissimū venenum, quid in homine facies, si in Deo tui similitudo mortem effecit crudelissimā? Vel ergo peccatū euome, vel in infernū te ducet, & in mortē æternā. *Quid nā putas cōfessionē esse? vomitus certē est, quo releueris.* Sicut enim cū cibū veneno infectū comedisti, curas illum euomere, & vomitiua sumis, vt sic leueris. Ita plane cū peccasti, venenum mortiferum bibisti, cibū infectum comedisti, vomitu ore facto leuandus es. Sicut ergo indignatur natura in cibū veneno infectū, & illū vomitu præiicit, sic in peccata indignādu es, & illa vomere debes in confessione. Hinc Sapiēs, in multa sapientia multa est indignatio. Quod Hieronymus explicat, plus dolet de virtute deferta & peccato admissio. Cōfessionē vero appellat vomitū Clemēs papa in epistola, illud accipiēs ex magistro Petro, qui ait. Si enim paululū refugiēs coinquinationes mūdi in cognitione Dñi nostri, & saluatoris Iesu Christi his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora peiora prioribus. Melius enim erat illis, non cognoscere viā veritatis, quā postquā cognouerunt,

Iob. 9.
Psal. 107.
Eccle. 18.

Damas.
Ioan. 14.

Bonauen.

Esa. 1.

Simile.

Simile.

Eccles. 1.
Hiero.
Clemens.
2. Pet. 2.

runt retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contingit enim eis illud veri Prouerbij, canis reuersus ad vomitum. Quibus verbis Petrus peccata prius relicta vomitum appellat. Et Sapiens, ex quo Petrus sumpsit vomitionis Prouerbium, ait, sicut canis cum reuertitur ad suum vomitum, & odiosus fit, sic imprudens, qui malitia sua reuersus est ad peccatum suum.

Vis ergo tu cum Christo dicere, quis ex vobis arguet me de peccato? Non potes hoc absolute, vt ille, pronunciare, omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei: potest verò, si peccatum pœnitentia delesti, dicere, quis arguet me de peccato, quod nunc in me sit? id enim pœnitentia efficit, vt quali non fuerit peccatum. Hinc Psalm. omnes iniquitates meas dele. **Caue ergo ne de peccato arguaris, si enim de eo argueris, de omnibus malis argueris. Sicut enim omnium rerum nomina ac perfectiones Deo tribuuntur eminentissime, sic peccato conueniunt nomina vniuersorum malorum, & omnium criminum reus est, qui peccati reus est. Est enim peccator inobediens filius & seruus, est proditor in regem suum, est adulter in virum suum, est homicida animæ suæ, est fur diuinæ gloriæ omnis denique obligatio frangitur, omne malum incurritur peccato. Tantum malum peccatum est, vt minus esset malum, omnem occidere hominē, cuncta animantia disperdere, beatos à cælo deturbare, & omnia in nihilum redigere, si hæc sine Dei offensa fierent, illa enim offensa creaturæ esset, at peccatum Dei offensa est. Curandum ergo tibi est, de peccato non argui, ne de omni arguaris crimine. Nobis verò cauendum valde est, iactanter dicere, quod Christus verè affirmavit, quis ex vobis arguet de peccato? Sed qui sunt, qui id iactanter dicunt? ij plane, qui omnia sibi prostatu suo licere arbitrantur, nec aliquid sibi vetitum credunt, & excessus plures excusant, dicentes, statui conuenire suo, & sic dicunt, non me poterit quis arguere de peccato. Faciem fucare, ornamenta plurima, & pretiosa habere mihi peccatum non est, ait nupta mulier, quoniam nupsi, quasi matrimonium fidelium, quod sacramentum est, vana plurima patitur, & probet, & non potius improbet, & damnat. Nobilis ait, multa**

mih

A mihi alenda familia est, multi ministrorum greges, & equorum, supellectilia varia, mensa opipara mihi habenda est, etiam si debitis onerer, etiam si pauperibus non subueniā, hæc enim statum decent meū, nec in hac re arguere me quisquā poterit de peccato, quasi ad hoc nobilitas Christiana deseruiat, vt Dei præcepta frangantur, & non potius vt pauperibus auxilio sint nobiles, vt alios exemplo suo in virtutis viam ducant. Qui sæcularē vitam agit, ait, me oportet attendere domui, substantiæ, negotijs sæculi, filijs, nec mihi cōuenit sacramentorū frequētia, iugis oratio, corporis castigatio, nec quisquā me peccare dicet hac in re, quasi ille non indigeat Deo, quasi animæ salus ei curāda nō sit, quasi spinas & tribulos modo proferat terra, quod frumentum non proferat, curandum non sit. Iuuenis ait, mihi nunc ludendum est, gaudendum, noctibus per vias publicas discurrendum, hoc enim iuuenum est, grandæui viri domibus contineantur, qui proximi morti sunt, ad eam se parent. Eloquandę virgines aiunt, placere oportet hominibus, aspectum eorum demulcere, vt iungi matrimonio possim, neq; id peccatum est. An non hi omnes dicunt, quis arguet me de peccato? sed vane id dicūt, arguēdi enim à Deo sunt, qui vanitatē hominū cōsiderat, qui in omni ætate, studio, munere, & statu Euāgelium suū seruare vult, atq; adeo mulieres omnes humiles ac modestas, nobiles humiles ac tēperatos, vxoratos ita sæculi negotijs intentos, vt primum quærant regnum Dei, iuuenes pudicos & sobrios, & omnes denique cum expectare præcepit, paratosque esse quoniam cito ille veniet, qui suorum vitam irreprehensibilem esse voluit. Hinc Paul. cū multa salutis monita, quæ fidelibus proponeret, discipulo dixisset, ait, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habēs malum dicere de nobis. Vt dicere possimus & nos, quis ex vobis arguet me de peccato? Quoniam Christus Dominus sponsus noster talem se præbuit, quē imitari debemus, qua ratione in Canticis eadem fere laudes sponsæ tribuuntur, quæ sponso, quia illa illius imitatio est. Ad dit Christus.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Homo à veritate Dei cōditus cum sit, veritati ita cōsonat, vt in illa sibi cōplaceat, insideatq; illa cōtinuo mēti, quasi in proprio subiecto.

Aduen.

Ss

Miran-

Prou. 26.

Rom. 3.

Psalm. 50.

Titum. 2.

Cant.

Mirandū certe, quomodo homo dæmoni credat mendacium proponenti, & facile credat, non vero Christo Dño veritati ipsi si veritatē docenti. De quo Malac. ait, lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas nō est inuenta in labijs eius, in pace & in equitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Ratio vero huius est, quod corrupta voluntas intellectum inficit, vt veritati nō assentiatur, sicut enim corruptum mēbrum inficit sibi vicinum, ita voluntas intellectum, & sicut primum mobile post se rapit vniuersos orbes, etiam in contrarium tendentes, ita voluntas huius minoris mundi vires vniuersas inclinat, quo vult. Vis nosse, hoc à voluntate procedere? audi. Crēdis trinitatem, incarnationem, Eucharistiam? ais, credo, sed quare ratione ea credis? ais, quia Deus dixit. Sed te vrgeo, qui ea dixit, non etiam dixit, nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peccabitis? & nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnū cælorum, & qui non baiulat crucem suam, & sequitur me, non est me dignus? quid est in causa quod cum priora ita firmiter credas, in posterioribus te habes, quasi infidelis esses? nisi quia illa non repugnant prauæ tuæ voluntati, hæc vero repugnant.

Tanta prauæ voluntatis potestas est, vt faciat, nolis scire, quæ tibi expediūt, & si scias, erres adhuc, & in præcipitium te des, & præcipitium. Audi vtrunque, primum ostendunt in seipsis illi, qui apud Iob loquuntur, qui dicunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Illud vero nostris futurum temporibus Paulus asserit; à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. In summo hi discrimine versantur, quoniam veritatem nesciunt. Sicut infirmus, qui infirmitatem suam non nouit, & ideo curari renuit, & viator, qui mortis viam tenet, nec tamen id scit, qui enim ea nouit, facile in mentem redit, sed qui nescit difficile. Hi dicunt apud Elaiam, loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Ex his illi hodie sunt, qui probos doctosque confessarios fugiunt, & inscios quærunt, qui eos absoluant, cum ea quæ tenentur, non præstent. Quid putas utilitatis tibi hanc afferre absolutionem? certe, vt nouum peccatum incurras, & à prioribus non libereris. Ergo licet, veritatem sequi nolis, quare

A quære confessarium, qui eam tibi dicat, vt eū volueris animæ tuæ mederi, noueris, quid tibi faciendum sit. Hinc Sapiens, eme veritatem, & noli vendere sapientiam, & intelligentiam. Sed ais, non me absoluet hic, imo dico, hic te curat, ac sanat, & qui te absolueret videtur, non absoluit, sed decipit. Exemplum secundi in Achab manifestum est, qui nouerat, Michæam Dei esse prophetam, vt ipse dixit Iosaphat, & tamē ait, odi eū, quia nunquam prophetat mihi bonum, nec mirum, quod eū odio prosequatur, sed hoc mirum valde, quod cum nouerit eū Dei prophetam esse, & vera semper dicere, & se videret periturū, si in Ramot Galaad ascenderet, adhuc tamen prauo affectu ire disposuit, quasi se volens in præcipitium dare, iuit & periit.

B Tanta prauo affectus potestas est. Huic similes plures fideles sunt, qui manifesta ratione sciunt in infernum se properare, & nihil curant prauo eos affectu impellēte. Quibus nunc loquitur Christus. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Si bona, si conuenientia saluti vobis dicimus, cur ea repellitis? Audi prophetam, quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes? quia oblitus est mei populus meus. Quasi dicat, num terra arida & sitiens repellat à se aquam, quæ de monte Libano descendit in eam, vt eam irriget? qua ergo ratione peccator aquam doctrinæ salutaris repellat à se, quæ eum inebriat, & germinare facit?

C Quæ ex Deo est, verba Dei audis, &c. Duplex hominū genus est, quidā curiosi nimium sunt, anxijq; an prædestinati sint, nec ne, an perseueraturi in bono, nec ne, & hoc secretum, quod sibi Dñs seruare voluit, illi reuelari sibi vellent, nec tamen poterunt. Alij contra ita in vtramque aurem dormiunt, ac si salutis suæ chirographum à Deo accepissent. Persequebatur Saul Dauidem, & nihil sollicitus sui dormit, & ingreditur castra Dauid, & ait Abisai, conclusit hodie Dominus inimicum tuum in manu tua, noluit tamen eum Dauid interficere. Tu quidem Deum peccatis tuis irritas, possetque ille te sic dormientē confodere, nec tamen pro benignitate sua facit. Nec ergo oportet te nimium sollicitū esse, an prædestinatus sis, nec vero dor-

Malac. 2.

Iob. 21.

2. Tim. 4.

Esai. 30.

Prou. 24.

3. Reg. 22.

Hier. 18.

1. Reg. 26.

mentem, nihilque curantem, an signa habeas prædestinationis tuæ, ut si illa in te videris lateris, & ea indies augere cures; si non habeas, cures illa habere. Infinitum bonum Deus est, felix & felicissimus ille est, cui tantum est seruatum bonum, cui infinitus reconditus thesaurus cui regnum paratum, qui scriptus est in libro vite, in hoc ait Christus gaudere, quia nomina vestra scripta sunt in calis. Non minimi ducendum est, sed maximi, tam boni iudicia signaque habere. Si enim tanto in pretio apud homines habetur inigne nobilitatis cruz in pectore gestata, quæ nisi æstimandum erit æteræ prædestinationis signum. Sed quod, ais, illud est, multa quidem sunt, sed inter illa præcipuum est, quod nunc nos Christus docet. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Ait enim quod sponsa, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & quod Samuel, loquere Domine, quia audit sermo tuus, & quod Psalms. quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel, ori meo. Sicut aquila probat alibus, si ad solis radios conueniant, ita Deus filios suos, si ventans radios dulciter percipiant. Dulce exili est, de patria andare sua, dulce ei qui ex Deo est, de Deo audire. Dulce est, de dilecta re loqui, & audire, signum dilectionis mundi est, de eo libenter audire, & dilectionis Dei, de eo verba audire. Cuique rei conueniens dulcisque cibus est, eoque hordeum, homini frumentum, leoni caro cruda. Attende quo cibo libenter vescaris, & inde cognosces, unde sis, si terrenis colloquiis delectaris, filius serpentis es, cum a Deo dictum est, terram comedet cibus diebus vite tue. Hi illi sunt, de quibus Paul. qui terram sapiunt, at contra si Dei verbo delectaris, de celo es, amicus sponsi audiat vocem eius, & gaudet. Sicut ergo cum hostis arceem cepit, omnes occudit aditus, ne illam amittat, sic cum demon mentem occupauit, obstruit aures, ne verbum Dei ingrediatur, quod iam a omnia, ut Sapiens ait, efficitur ut anima sit alpis larca obturans aures suas ne audiat vocem cantantium cum sapienter, & ideo ponit alteram aurem terta, alteram vero cauda operat, ut in partem terrenis occupationibus impediti, partem diuinis ante a verbo Dei audiendo uocentur, & si aliquando audiunt, **C** audiant.

Luc. 10.

Can. 2.
1. Reg. 3.
Psal. 118.
Simile.

Gene. 3.
Philip. 3.

Iohn. 3.
Simile.

Sap. 16.
Psal. 57.

A audiunt, quasi non audirent, quicquid dicas de iudicio, inferno, & morte. Et quemadmodum Giezi missus cum baculo ad mortuum suscitandum reuertitur dicens, non surrexit puer, idem nos, quibus similis est commissa legatio, dicere Domino possumus, Domine fecimus, quod iussisti, proposuimus eis baculum tuum, iustitiam tuam, inferni poenas, nec tamen surgunt, nec est vox confessionis, nec sensus doloris.

Sed ais, ego audio verbum Dei, & libenter audio, bonum, hoc est, sed non satis est, memor esto eius, quod Dominus ait, nam qui supra petram, hi sunt, qui cum gaudio suscipiunt verbum, & hi ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, beati ergo, ait Christus Dominus, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Hinc hodie ait, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Hinc Paul. non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores, Chryf. ait, similes impij sunt duris lapidibus, quos exterius aqua abluit, non tamen interiora penetrat, quo contra ille, qui ait, in corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Expendit Hiero. illud Amos. 3, quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israel, quo propheta significare voluit, paucos ab Assyrijs liberandos fore, sed quia hos paucos dicit auriculam & pedes, significare voluit, eos qui audiunt Dei verbum auricula, & affectu qui pedibus significatur, eruendos a dæmonis potestate. Si ergo deuoratus a dæmone es, auriculam & affectum Dei verbo præsta, & eruet te pastor bonus de ore leonis. Hoc signum electionis tuæ habere eurat, quod præcipuum Christus Dominus hodie dixit.

Sed attende malorum ingenium, qui ad conuitia se conuertunt. *Non ne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, &c.* Quo pacto Christus Samaritanus sit, de quo Esa. vide in communi doctorum, illud enim nunc Greg. Christo accommodat: ex pliauius verò nos latius. 3. tom. de sanctis. Sed Christi attendenda mansuetudo est, qui eos denuo docet, dicens. *Signis sermonem meum seruerit, &c.* Nec id solum modo docet, sed diuinitatem suam, manifeste eis loquitur, dicens. *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Et per ipsum salutem consecutos fuisse pri-

Aduen.

Ss 3

res

4. Reg. 4.

Luc. 8.

Luc. 11.

Rom. 2.
Chryf.
Simile.
Psal. 118.
Amos. 3.
Hiero.

res iustos ostendit dicēs. *Abrahā exultauit vt videret diē meū.* A
 Ostendit se Christus Dñs Deum verum in hoc facto, quod iniurijs appetitus plura cōfert beneficia, plura & recōdita mysteria aperit. Cum homo iniuria afficitur, satis est, si vindictā non exerceat, doctrinam tamē & beneficia nō confert, Dei est, qui summe bonus est, ex aliorum malis occasione sumere plura cōferendi beneficia, vincens in bono malū, nec vinci se permitteas à malo. Cum vero Christus Dñs Dei filius sit, in eo splendet hoc Dei ingeniū. Notat Chryf. reprehendisse acriter Christum Phariseos, cū opus erat, cum verò iniuria appetitus esset, semper mansuete respōdit, ne ira percitus videretur, & nobis patientiæ exhiberet exēplum. Tanta Christi mansuetudo extitit, vt dicat Tertu. ipsum virtute patientiæ, dum à nobis discederet, saginari voluisse. Hinc mirabilem patientiam Apostoli didicere, vt dicat Pau. signa Apostolatus nostri in omni patientia, & prodigijs, prius posuit patientiā, quasi supremum Apostolorū signum, dicite, ait, à me, quia mitis sum, & humilis corde. *Matth. 11.* Omni quidem virtute ornari fidelē oportet, sed mansuetudine præcipue, qua omnibus lenis & amabilis fiat, similis leni Iacob, nō feroci, & agresti Esau. Attende verò illud. *Est qui querat, & iudicet.* Deus enim illū curat, qui sui obliuiscitur, & qui iniuriā iniuria nō rependit. Tacet Magdalena, & ubiq; pro ea Christus loquitur, mihi vindictā, & ego retribuam. Et hoc est, quod Christus Dominus in cruce dolet, & cōqueritur, Deus meus vt quid dereliquisti me? quasi dicat, cū ego oblitus mei sum, quomodo tu oblitus es mei? non hoc ingenium tuum est, non hoc tibi vsu venit. Quando nobilis aut præpotens vir iniuriam passus est, si à iudice vindictam non postulat publicam; ais, ille proculdubio vindictam sumere vult acriorem. Si pauperem læsisti, Deum læsisti, si pauper tacet, & in Deum oculos tollit, vā tibi, quoniam potentissimus Deus tibi inimicus, & hostis est, est qui querat & iudicet.

Abraham exultauit vt videret diem meū. Diem suum dicit passionis diem, quā Abrahā vidit Deo reuelante, cū filium immolaret suū. Gaudius vero est, visa Christi passione & cruce, quia altare vidit super quod acceptū patri sacrificiū homo offerre posset, inde enim omnibus nostris operibus valor partici-

Chryf.

Tertu.

2. Cor. 12.

Matth. 11.

Genes. 27.

Heb. 10.

Simile.

A patur, & meritum. Antiqua sacrificia ex se nihil habebāt Deo gratum, vnde aiebat, vt quid mihi thus de Sabba affertis? holocausta vestra nō sunt accepta. Quid enim habebat sanguis hircorum ad delenda peccata? sacrificium, & oblationē noluisse, corpus autem adaptasti mihi, holocaustum, & pro peccato nō postulasti tunc dixi, ecce venio, Christi vero sacrificium infinite gratum patri fuit, & adeo gratum, vt quicquid super idem altare simul cum Christi sacrificio oblatum fuerit, acceptum ei erit, *Iud. 6.* virga sua Angelus tetigit Gedeonis sacrificium, & continuo ignis de cælo descendit, & vorauit illud, in signum, quod Deo gratum fuit. Quo inuitur, quicquid Christus tan git cruce sua, Deo gratum fore, hoc altare petebat *Psal. super quod sacrificia accepta mundus offerret.* Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, &c. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, &c. Nos ergo iam super hoc altare sacrificia nostra ponamus. Lætatus etiam Abrahā est viso vexillo crucis, quia vexillum erectum est, sub quo Deo militare possimus, vexilla regis prodeunt. Hinc *Esaï.* cum eleuatum fuerit signum super montes, tunc audietis vocem, & clangorem tubæ. Vexillum crux est, ad quod confugiamus, turris fortitudinis, qua protegatur. Fugit Ioab in tēplum, & altare tenuit, sed mortem nō euasit, quia altare tunc non erat, quod à morte eripere posset, at altare nostrum à morte eripit accedentes ad se, vitam donat gratiæ, &c.

C

Ss 4

Feria

*Hier. 6.**Heb. 10.**Iud. 6.**Psal. 50.**Esaï. 18.**3. Reg.*

Feria Secunda post Domi- nicam Quintam qua- dragesimę.

*Them. Siquis sitit, veniat ad me, & bibat, &c.
Ioann. 7.*



INTER nomina à sensibilibus rebus sumpta, quę Deo saepe in scriptura tribuuntur, vnum, quod ei maximè conuenit, est fons aquę viuę. Hunc desiderabat fontem Psaltes tanquã vulneratus ceruus, cum diceret. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. De eodem fonte Moyses ait. Aperi Domine thesaurum tuum, fontem aquę viuę. Recte appellat fontem thesaurum Dei, si enim aliquid est in corporalibus, quod Dei thesauros immensos manifestet, & quod nobis exponat Dei immensitatem, est fons aquę perennis. Accede ad fontem magnum, & videbis, aquam ex eo procedere, non guttatim, sed in maxima copia, nec per vnã horam, aut diem, nec per annum, sed per mille, & sex millia annorum, nec vnquam deficit, & adeo plenus nunc est, ac ante mille annos, nec in aliquo imminutus. Magnum plane naturę miraculum, vbi enim tanta aquę copia abscondita erat? quomodo ve generatur? Si enim rationem naturalem consulas, putabis, post horam fontem defecturum, at experientia manifestum est, tantum ibi latere aquę thesaurum, vt deficiat nũquam, sed nec minuatur. En figuram expressam diuinę bonitatis, & bonorum ipsius, ac diuini thesauri; à quo bona innumera procedunt semper ad creaturas, beneficia, dona sine numero, nõ vno, aut duobus annis, sed mille, & in perpetuum,

Psal. 41.

Num. 20.

Apetuum, nec ideo in se minuitur, aut deficit, sed eadem semper plenitudine perseuerat.

Hanc immensitatem bonorum Dei explicare ille voluit homini, & hoc intendit in numeris conditis creaturis, quibus explicat infinitum illum fontem, à quo processerunt. Sed vt rectius explicaretur, & à nobis intelligeretur immensus ille thesaurus, ordinauit ipse, vt huic immensitati bonorum ipsius responderet in homine immensum vacuum, & capacitatem sine termino, appetitus sine fine, qui nunquam dicit, sufficit. Simile abyssus cor hominis Sapiens dicit, cum ait, abyssum, & cor hominum inuestigabit, & in astutia eorum excogitabit. Vbi alij legunt, abyssus est cor hominum inuestigabilis, est enim aby-

Bsus, puteus sine termino, in quem si iniicias diuitias, honores, voluptates, regna, imperia, omnia absorbentur, nec ipsum impletur, licet per annos plurimos hæc, & alia in illud reponas, plura enim, & ampliora capit, ac appetit, & postquam innumeram inieceris, quasi nihil habuerit, ac acceperit, sic se habet, & vacuum se clamat. An non sic Cæsari, ac Alexandro accidit? qui bus imperium orbis concessum, in quos immensa diuitię congregatę sunt, & nihilominus Alexander plorat, quia vnus mundi imperium teneat, nec plures mundos acquirere possit. Sitis profectò hominis immensa est, puteus immensus, qui respondet infinito fonti Deo, & ideo Deus cor hominis tale ac adeo capax effecit, vt solo Deo infinito impleri valeat. Vt arca sit in finiti thesauri diuini, quo solo repleatur, hoc est, quod Psaltes

Cait. Ponens in thesauris abyssos, Basilii, & Euthimii aiunt, verba illa contra posita esse, quasi dicat, ponens thesauros in abyssis, id est, reponens thesauros suos in abyssu cordis humani, deriuans fontem aquę viuę immensę in puteum humanę mentis.

Huius rei ratio est, quia est in intellectu, ac voluntate capacitatis. Ac desiderium omnis boni, nec vllum est bonum ad quod non extendatur. Oculi extenduntur ad lucem, ac colores, nõ vero ad sonos, aut saporos, aures ad sonos, non ad odores. Guttur ad escas, nõ ad alia. Brutis sat est, si corporalia bona assequatur, quia spiritualia nihil ad eos pertinent, & ideo eorum capacitatis, ac desiderium finem habet, ac terminum, quia vnico bo-

Eccle. 42.

*Psal. 32.
Basil.
Euthi.*

no frui possunt. At verò intellectus, ac voluntas hominis potentiz sunt vniuersales, quæ ad vniuersa extenduntur, ad corporalia, ac spiritualia, temporalia, ac æterna, naturalia ac supernaturalia, & nullum est boni genus, quod homo non intelligat, ac amet, cum eo vsque ferantur, vt Deû ipsum, qui supremum bonorum est, intelligant, ac ament. Et ideo ait Philo. Non solum conditum esse hominem, vt illi Deus manifestetur, quod alijs inferioribus non contingit, sed etiam vt in homine ostendat infinitatem suam, quam in alijs non sic manifestat. Et ideo reliquis corporalibus creaturis sat sunt Dei dona, homini nihil sat est nisi ipse Deus. Ea siti ardet, vt non satietur nisi ipso integro fonte. Et hoc est, conditum esse hominem ad imaginem Dei, quia vacuum habet, quo Deus capitur, eiusque capacitas Deo ipsi accommodatur. Et sic abÿsus abÿssum inuocat, vt ait Ambrosius, quia abÿssus capacitatis hominis expetit abÿssum diuitiarum Dei, puteus sine termino creatus expetit pelagus immensum bonitatis Dei increatæ, & abÿssus cordis humani fontem viuum Deum, quem cum receperit mens humana, fit ex sicco puteo fons hortorum, & puteus aquarum viuentium, vt in Canticis dicitur, quæ fluunt impetu ab eo, quia in se continet fontem aquæ viuæ, & ideo flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Hinc inter diuina nomina primû, quod Deo tributû est, & in quo ipse patribus apparuit, fuit Sadai, quod significat sufficiens, ac satians. Quia ipse solus sibi sufficit, nec alio indiget, quia fons est omnium bonorum, & cum animæ adest, eam implet, ac satiat. Et hinc fit, vt impij, qui hoc fonte carent, semper sitiant. Vnde Sapiens, venter impiorum insaturabilis, quia vnum erat, quod eos satiare poterat, Deus, scilicet, & hunc à se repellunt, & ideo igne, ac siti vexantur. Similesque sunt puteo illi de quo Ioannes. Aperuit puteum abÿssi, & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol, & aer de fumo putei, & de fumo putei exierunt locustæ in terram. Hoc manifeste patet in Pharizæis, ac scribis, quorum corda similia erant huic puteo, igne enim ire, inuidiæ, superbiæ, ac odij in Christum ardebant, & ideo sanguinem agni in-

A ni immaculati sitiebant, & ad eum comprehendendû mittunt ministros. Et fumus ab eis procedebat, quo solem obscurabât, verba, scilicet, blasphemiz in Christum, vt eius famam denigrarét. Locustæ verò inde procedentes ministri sunt, ad Christum comprehendendum missi. Putabant hi miseri, reiecto Christo fonte, melius eis futurum, & sitim ipsorum extinguendam, sed non ita res se habebat, quia ipse est fons, quo habito sitis extinguitur, & ideo clamat. *Siquis sitit veniat ad me, & bibat, Vt impleatur aqua viua.*

Sed vt explicemus, quo pacto fons vitæ Deus iustum repleat aqua, & flumina à ventre ipsius fluant, attendendum nobis est rei huius aptissimum exemplum, quod in principum domibus quotidie cernimus. Quia enim aquæ copia perutilis, ac necessaria in domo magna est, omni adhibita diligentia curatur, vt fons maximus in principis domo sit. Cuius præcipua copia ponitur infôte præcipue elaborato in impluuiio amplissimo domus, quod vulgo dicitur patio, quo fonte maxime domus ornatur. Inde verò aqua secretis vijs ducitur ad multas domus partes, ad aulas, & cubicula inferiora domus, vt veris tempore calorem temperent. Inde vero ad hortos, vt flores irrigentur, sintq; horti irrigui, & ad alias domus officinas, in quibus multa opus est, aqua. Inde etiam cum vniuersa domus loca aqua redundât, extra domû regiam aqua duci solet, & fontes fiunt, quibus vicini domus vtuntur, & ex quibus aquam hauriunt. Tanta autem aquarum diuisio maximo fit artificio per secretas terræ venas, & alia loca secretiora. Hoc exemplo aliquomodo explicari potest, quo pacto diuinus fons in iusto fit, & ipsum repleat mirabili arte, ac sapientia, de qua Sapiens ait, & librabat fontes aquarum. Primum enim Diuinus Spiritus illabitur animæ, & in illius essentia inhabitat, & in eius essentia gratiæ habitum ponit, qua mirabiliter anima ornatur, quasi domus regia fonte in impluuiali posito. Miro autem ordine in essentia animæ primum gratia ponitur, ait Diuus Thomas 1. 2. quæstion. 110. articulo 4. Sicut enim radix ac fons omnium, quæ sunt in homine est essentia animæ, à qua potentia fluunt, ita etiam radix, ac fons totius esse gratiæ est inhabitatio diuini spiritus, qui per gratiam

Philo.

Amb.

Cant. 4.

Prov. 3.

Apoc. 9.

Simile.

Prov. 2.

D. Tho.

gratiam in essentia anime habitat. Est enim gratia esse quoddam
 supernaturalis, dans anime vitam. Et tunc habet in se anima
 illum, de quo scriptum est in Psalmo. Quoniam apud te est
 fons vite. A primo isto fonte gratie deriuatur aqua ad primam
 potentiam, ad intellectum, scilicet, in quo efficitur alius fons
 fidei, prudentie, intellectus, scientieque. En diuersos aquarum ca-
 nales, fons signatus, signatus, ait Bernardus, & Origenes, diui-
 no sigillo, diuina enim veritati, & authoritati fides innititur.
 Est etiam fides fons clausus, ac signatus, quia aquas purissimas
 habet, nullis erroribus admixtas, simul etiam occulta sent, quia
 fides est argumentum non apparentium, vt Paulus ait. Quia
 vero fides docet, hominem conditum ad aeternam beatitudi-
 nem, & media ostendit ipsi concessa ad eam consequendam,
 ex fonte intellectus ducitur aqua ad voluntatem, in qua fit al-
 ter fons Spei, ac Charitatis, quae est aqua saliens in vitam aeter-
 nam, quam sperat, ac diligit, impleturque illud Ioannis. Fiet in
 eo fons aquae viuae salientis in vitam aeternam. Quia enim bea-
 tam sperat patriam opera praestat per charitatem, quibus in illa
 perueniat. Et ideo Sapiens ait. Lex sapientis fons vitae, vt decli-
 net a ruina mortis.

Quia vero, qui diligit bonum, timet, ne illud amittat, inde
 procedit fons alter timoris, quo homo declinat a malo. Et a-
 quae istae frigidae sunt vt aestus concupiscentiae extinguantur.
 De quo fonte in capite sequenti loquitur Sapiens, coniungens,
 ac connectens illum cum priori, ait. Timor Domini fons vite,
 vt declinet a ruina mortis. Ad concupisibile autem ac irascibi-
 lem fons deriuatur a superioribus potentijs, & ideo in eis sunt
 alij virtutum fontes, temperantiae, ac fortitudinis. En hominem
 redditum quasi hortum irriguum, cuius non deficient aquae
 iuxta Esaiam. Sed interiores fontes descripsimus, qui intra do-
 mum cordis sunt. Nunc videamus externos fontes, qui ab in-
 ternis deriuantur, sic enim Sapiens ait. Deriuentur fontes tui
 foris, & in plateis aquas tuas diuide. Quia enim homo corpo-
 reus est, indiget bono exemplo, vt videant reliqui opera vestra
 bona, & glorificent patrem vestrum. Egrediantur ergo aquae
 istae de paradiso, & diuidantur in diuersos fontes, ac flumina,
 vt irri-

Psal. 33.

Cant. 4.
Bern.
Orig.

Ioan. 4.

Prou. 13.

Prou. 14.

Esai. 58.

Prou. 5.

Matth. 5.

A vt irrigent vniuersam superficiem terrae, non maneat haec aqua
 in homine solo, sed ad aliorum vtilitates aqua ista decurrat in
 loca publica. Quia enim intellectus linguam mouet, cuius illa
 instrumentum est, quo conceptus exprimit suos, a fonte intel-
 lectus deriuatur fons alius ad linguam, in qua sit fons verborum
 celestium. De quo fonte Sapiens ait. Aqua profunda verba ex
 ore viri, & torrens redundans fons sapientiae. Recte ait torrens
 redundans, quia fons sapientiae, qui in intellectu est, redundat in
 linguam, dum verba optima, ac sancta profert, verba sancta,
 loquere quae decent sanam doctrinam, verbum irreprehensi-
 bile. Sed inter hos fontes quidam praecipui sunt, vt illi, qui ad
 iustitiam erudiunt plurimos. Sed quia satis non est recte loqui
 nisi & recte opereris, ex fonte spei, ac charitatis fons alius deri-
 uatur ad pedes, ac manus, vt homo moueatur, ad opera recta.
 Hinc Sapiens ait, fons viuus eruditio possidentis, vbi glossa
 sic exponit, id est, faciatis quod loquitur. Is enim fidem viuam
 habet, qui opere complet bona, quae docet, & pedibus, ac ma-
 nibus opera misericordiae praestat. De quo fonte Sapiens ait.
 Si impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe
 fugiet a te. Id est, Si multa opera bona perfeceris, plenae erunt
 manus tuae fructibus bonis, quasi fons aqua. Quia vero non so-
 lum bona agenda sunt, sed & mala diluenda. Ex fonte amoris,
 ac timoris fons alius ad oculos deriuatur, in quibus efficitur
 fons lachrymarum, qui inseruit ad ablundas maculas pecca-
 torum. Hunc petit fontem Ierem. cum ait, quis det capiti meo
 aquam, & oculis meis fontem lachrymarum.

C Demonis autem cura haec est, vt fontem hunc obstruat, & aque
 ductum impediatur canaleque ruptum, quibus aqua ista ad vniuersum
 hominem decurrit. Sicut Holofernes incidere praecipit aqueductum,
 quo aquae veniebant in Bethuliam. Et sicut Philistaei ob-
 struebant puteos, quos fodiebat Isaac, sic daemon curat, vt ad-
 misso peccato mortifero, recedat Deus ab homine, & sic in eo
 hic perennis fons non sit, & recedente gratia ab hominis anima
 dissoluitur vnio, quae erat inter Deum, & hominem. Et ita fon-
 tes alij tolluntur, qui inde procedebant. Manet quidem fides,
 & spes in peccatore, sed non tanquam fons aquae viuae, sed tanquam
 aqua stans, nec ebulliens, aut decurrens, sed tanquam in lacu. Tunc
 non

Prou. 18.

Prou. 16.

Prou. 6.

Iere. 9.

Iud. 7.

non dicitur fons aquæ viuæ. Et huius ratio est, quia aquam vi-
uam eam dicis, quæ ebullit, mouetur, ac decurrit, eam verò, quæ
stat, ac detinetur, mortuam appellas. Illam etiam viuam dicis,
quæ decursu suo coniungitur cum fonte, à quo procedit, &
à quo semper aqua emanat amplior. Ita ergo fides cum con-
iungitur gratiæ, ac charitati viuata est, ac mouetur discurritque
per vniuersas animæ potentias eo, quò diximus, ordine, quan-
do vero gratia ab homine recedit, manet quidem fides, sed
mortua, tanquam aqua in lacu, & ideo non ebullit, non currit,
nec in opera prodit, nec in alias potentias aqua discurrit, quia
nec est Dei charitas, nec vero timor, non est fons lachryma-
rum nec opera iusta. Et hac ratione præclare nunc Christus ait,
qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius
fluunt aquæ viuæ. Non absolute dixit, qui credit, sed vt no-
tat Chrysostomus, & Theophilus, addidit, sicut dicit
scriptura, quæ verba illi doctores cum superioribus coniun-
gunt, quasi dicat, qui credit in me, eo modo, quo scriptu-
ra præcipit, vt in me homines credant, fide, scilicet viuata, ac
perfecta. Sicut dicitur in 2. Paralipomenon. Oculi Do-
mini contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitu-
dinem his, qui corde perfectò credunt in eum. En quam si-
dem exigit scriptura, non solum intellectus, sed & cordis
perfecti, ea aqua viuata est, quia decurrit, & utilis est. Aqua
enim mortua, ac stans nec piscibus bonis gignendis apta
est. Et ideo bonæ cogitationes, & sancta desideria in pecca-
toribus non sunt, licet multa scientia sint præditi, vt nunc
in Phariseis manifestum sit, qui edocti diuinis literis de-
rioribus erant ethnicis, & Christum amplius persequebantur,
quam gentes. Et inutilis erat eorum aqua, nec illa cresce-
bant germina virtutum. Cum autem fides adest viuata, vniuer-
sa bona ista perficit, gignit enim sanctas cogitationes, consilia
recta, bona desideria, & irrigat vniuersa virtutum germina, effi-
citque animam cælestem paradysum, dignum habitaculū Ade
cælestis. Sicut enim amœnitas terrestris paradysi, procedebat à
fonte, qui erat in medio eius, & illum vniuersum irrigabat, ita
pulchritudo paradysi animæ à fonte gratiæ procedit, à qua præ-
cedunt aque, quæ vniuersam animam irrigant, ac bonis replent.

Et

A Et ideo nunc ait Iesus, flumina de ventre eius fluent aquæ vi-
uæ. Et ideo Sponsus ait. Emissiones tuæ paradysus, id est, riuus de
currentes ab anima tua efficiunt paradysum voluptatis, & viror
plantarum ostendit optimam, qua irrigantur, aquam. Hinc Sa-
piens. Super omnem aquam viriditas, & gratia Dei est paradysus
in benedictionibus. Cum viam agis, facile vel à lóge agnosces
vbi sit aqua, quia arbores, & plantæ virides continuo appa-
rent, ita cum animæ adest gratia, videbis statim in illa paradysum
voluptatis. Et eris, ait Esai. quasi hortus irriguus, & quasi
fons, cuius non deficient aquæ.

Similiratione, vbi defectus aquæ est, siccitas apparet mag-
na, & horridum desertum. Et ita, quoniam scribæ, & Pharisei
aquam à se repulerant facti erant terra deserta inuia, & in aquo-
sa, in qua spinæ, & vepres, & animantia effera, ac veneno ple-
na erant. Et has de illis querelas, proponebat Iere. Posuerunt
portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. Quasi
dicat, elegeram mihi Synagogam in hortum voluptatis, quo delecta-
rer & illi eam fecerunt desertum horroris. Et ideo nunc ei offert aquam
viuam Christus, quam si recipiat, ex deserto mutabitur in hortum.
Sicut prædixit Esa. Ponam desertum in delicias, & solitudinem qua-
si hortum Domini. Sed qua arte id fecit? Subijcit statim Esaias. Scif-
se sunt in deserto aque, & torrentes in solitudine. Aqua enim
gratiæ hæc efficietur à me, mutabo enim desertum in paradysum
voluptatis Domini, nec solum Domino, sed & tibi ipsi, præbens
tibi gaudium, ac lætitiā. Et ideo Sapiens dixit, gratia sicut para-
disus in benedictionibus, impletur enim homo benedictioni-
bus dulcedinis, & oleo lætitiæ, quoniam vita iusti similis est pa-
radiso. Quod adeo verum est, vt Philo disertissimus Iudeorum
libro primo Allegoriarum dixerit, paradysum voluptatis figu-
ram esse virtutis, in qua veræ deliciae sunt, & conscientia mirā
hilaritas. Iuxta illud Petri. Credentes autem exultatis lætitia
inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestrae salu-
tem animarum vestrarum. Ecce effectum fontis fidei forma-
tæ charitate, lætitia inenarrabilis, ad glorificatam. Multum
profecto interest, inter gaudia peccatoris, ac iusti. Iustus
enim fontem domi habet, quo lætatur sine labore, ac pecca-
tor aquam domi non habet, sed eam de foris portat, & onere
premi-

Cant. 4.

Eccle. 4.

Esai. 58.

Iere. 12.

Esai. 35.

Philo.

1. Pet. 1.

2. Para. 16.

Thren. 5.

premitur. Sicut Samaritana, nec solum labore, sed & dolore, ac pecunia data illam bibit, iuxta illud Threnorum. Aquam nostram pecunia bibimus. In his phariseis hoc manifestum est, qui multo labore quærunt ministros, ut Christum capiant, & pecuniam eis dant, ut aquam eis deportent, quæ postea felle est amarior. Quot, obsecro, laboribus, ac sudoribus acquirit peccator parum delectationis, aut lucri, quod ei postea in fel conuertitur. At verò iusto oritur aqua ex corde, flumina lætitiæ ex ventre illius procedunt, non aliunde hoc gaudium portat, sed à seipso habet, intus procedit. Vnde Augustinus ait, gaudium virtutis est velut in domo propria nascens, quia ex virtute gaudium colligitur quasi ex fonte, qui in domo est sine ullo labore. Hoc etiam colligit Procopius ex illo Esaiæ, haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, quia intra vos habebitis regnum Dei, & fontem aquæ viuæ Deum, à quo procedunt plura gaudia, sicut & plures fontes. Sicut enim is, qui in domo illa, de qua diximus, regia est, in qua plures sunt fontes, nunc ex hoc fonte, nunc ex illo aquam haurit, ita iustus plures intra se fontes habet, ex quibus gaudia colligere potest, nunc ex fonte fidei, considerans magnalia, quæ de Deo illa docet, nunc ex fonte spei, spe gaudentes, quæ tacile tolerantur labores vitæ huius. Nunc ex charitate, dum tanquam filius Dei protectionem illius experitur. Et sic ex reliquis. En haurit aquam in gaudio de fontibus saluatoris. Et hoc ipsum naturæ lumine assecutus est Aristoteles, qui 1. Ethicorum, cap. 8. ait. Iustorum vita non indiget voluptate foris adiungenda, sed habet in seipsa voluptatem, nam iustum quis dicat, qui iustis non gaudet. Quia cum ipsa in se bona sit, à seipsa gaudium ingenerat, nec aliunde mutuatur. Vnde Bernardus ait, voluptates non perdimus, sed mutamus à sensibus ad conscientiam. Præclare Seneca ait. Existimas me multas tibi subtrahere velle voluptates, qui fortuita submoueo, imo contra volo tibi nunquam deesse lætitiã, volo tibi domi nasci, nascitur enim, si intra te ipsum sit.

Aristo.

Bern.

Seneca.

Ex hac vero diuersitate inter gaudium peccatoris ac iusti, alia etiam diuersitas oritur, quod iusti gaudium, cum sit aqua sua, quæ coniuncta est suo principio, ac fonti perenni, Deo

qui

qui in anima habitat, est perennis, nunquam deficiens, quasi aqua fontis, quæ semper manat. Ideò Esaias ait. Et requiem tibi dabit Dominus Deus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Non ergo deficit fons aquarum iusto, quia gaudium illius non deficit. Sed gaudium peccatoris separatum est à Deo fonte, & ideò deficit cito, & deceptum peccatorem derelinquit, ideò iusti gaudia aquæ fideles dicuntur, peccatorum autem infideles. Hinc Esaias. Munimenta saxorum sublimitas eius, panis datus est ei, aquæ eius fideles sunt, ubi alij legunt, aquæ eius perennes sunt. De iusto rectè ait, quod in altissimis ac tutissimis locis habitat ubi tamen non deest panis & aqua, nec enim fame, aut siti eum capient inimici. De gaudio autem peccatoris Ieremias ait. Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. Aqua profecto infidelis est, quæ cito deficit, & cum decurrere debuit, non decurrit. Quod explicuit Naum, cum ait Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius. Ipsi vero fugerunt, state, state, & non est qui reuertatur. Quæ verba exponit glossa de gaudio mundi, quod simile est piscinæ, quæ multo tempore impleri solet aqua, & quam citissimè aqua dilabitur, & pisces, qui læti in aquis versabantur, in siccitate palpitantes manent. Quoties id peccatori accidit, qui lætatur diuitijs, honoribus ve, & tamen occulte, via, qua ignorat, omnis lætitia abscedit, & fugit. Et licet clames, state, state, nolite fugere delicia, non est, qui reuertatur, sed efficitur illud Esaiæ, computelescent pisces sine aqua, & mortui sunt siti. Ex hac, quam diximus diuersitate alia oritur inter gaudium iusti & peccatoris, quod iusti gaudium aqua est decurrès, & ideo clara nullam retinet immunditiam, sed omnem expellit, si eam quispiam turbare velit, quia iustus in gaudij fonte, non immunditiam, ac peccatoris gaudium plenum veneno est ac immunditij, tanquam aqua, quæ in lacu est. Et inde procedit peruersus illius odor, ac sapor: illicita enim gaudij semper cum timore, ac misero exemplo sumuntur. Vnde Ieremias. Quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? At de gaudijs iusti Ezechiel ait. Tunc purissimas reddam aquas eorum.

Esa. 58.

Esa. 35.

Iere. 16.

Naum. 6.

Esa. 50.

Iere. 2.

Eze. 32.

Si ergo ò homo vis sitim extinguere, accede ad Deum, & eum fontem ad animam tuam duc, qui implebit illam. Vt sitis extingatur, oportet, aquam eo intrare, vbi sitis exardescit, nec enim aqua, quæ in manu est, extinguet sitim, quæ in gutture est. Aquam mundi non bibit homo in quantum homo, sed in quantum animal, quia corporalia corpori cõueniunt, at Deus intra animam consistens, eã satiat, & illius sitim extinguit. Ideo eum vocat Dauid Deus cordis mei, quia cor intrat, & replet, & ideo regnum Dei intra iustos est, vt illis tribuat satietatem. Ideo dicit Psaltes aquam refectiois, id est, aquam satiantem, ac sitim extinguentem.

Psalms. 22.

Quia vero homines a deo alieni à ratione sunt, vt licet hæc, quæ diximus sciãt, nihilominus Deum relinquat fontẽ aquæ viux, vt fruantur vanis delectationibus, clamat Ier. Obstupesci te cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontẽ aquæ viux, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere nõ valent aquas. Sed satis sit Domine, quod clamauerit Ieremias, si homo ei non credit, relinque eum, vt indignum aqua tua. Sed non ita erit, diligo enim hominem, & ideo ego ipse veniam, & clamore maiore quam Ieremias clamabo. Si quis sitis veniat ad me, & bibat. Clamabo, donec rauca fiãt fauces mee. Et donec pectus meum lancea aperiat, vt cum vox defuerit, non deficiat fons aquæ è latere meo manãs, qui clamet ad sitientes, vt accedant. Sed Domine, quid clamas, tu non clamasti, cum flagellis cedereris, cum spinis coronareris, cum cruci affigereris, quomodo nunc clamas? Certe eximius in nos amor eum clamare compellit, durus enim fert, quod damnemur, quam quod ipse multa patiat. Accedamus ergo ad eum, vt iam nõ opus sit clamore, sed impleatur illud Sophoniæ, Dominus

Sop. 3.

Deus tuus in medio tui fortis in se saluabit. exultabit super te in laude, &c.

de, &c.

Feria

Feria Tertia post Dominicam Quintam Quadragesimæ.

Thema. Si hæc facis, manifesta te metipsum mundo. Ioan. 7.



Niuerfa quidem Dei opera eò tendunt, vt Deus innotescat nobis, & illius bonitas, ac pulchritudo nobis fiat manifesta. Sicut enim Assuerus inani gloria ductus, conuiuium fecit, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, magnitudinem, atque iactantiam potentia suæ. Ita Deus conuiuium exhibuit omni creaturæ, sed non inani gloria ductus, sed vera gloria, ac legitima, Deus enim aliud extra se intentendere non potest. Et hoc est creaturæ vtilissimum, Dei sui cognoscere diuitias, vt sic ei afficiatur. Et ideo Deus causa est efficiens, ac finalis omnium creaturarũ. Vnde ipse ait, ego sum alpha & o, principium, & finis. Est enim principium, quia causa efficiens, est autem finis, ad quem omnia ordinantur. Rectè ergo Deo dici potest. *Manifesta te metipsum mundo.* Vt te agnoscat, nosse enim te consummata iustitia est, & scire virtutem tuam, radix est immortalitatis. Et hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ne forte dicat mundus quod Pharao dixit. Dominum non cognosco, & Israel non dimittam. Omne enim peccatum ex ignoratione Dei procedit. Qui nãque Deum viuẽ cognosceret, nõ peccaret. Et ideo Ioãnes ait, qui dicit, se nosse Deum, & mandata eius non obseruat, mendax est, & qui in tenebris ambulat, non nouit Deum, neque scit eum.

Ester. 1.

Apo. 1.

Sap. 15.

Ioan. 17.

Exo. 5.

1. Ioan. 2.

Sed attendendum est verbũ illud. *Manifesta. Quia vt Esai. Esa. 45.*

It 2

ait,

ait, vere tu es *Deus absconditus, Deus Israel saluator & nisi ipse se se manifestet, non est inuenire illum. Est enim thesaurus absconditus, quem qui inuenit homo vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, vt illum possideat. Et hinc est, quod licet plura sint fidei nostræ testimonia, nõ potest homo credere, eo pacto, quo fidelis credit, nisi diuinũ ei adsit lumẽ quod Deus illi se manifestet. Vt impleatur illud Psalms, in lumine tuo videbitur lumen. Et ideo fides donum Dei est, non ex vobis, ne quis gloriatur.*

*Psal. 35.
Eph. 2.*

Verum enim verò licet hæc ita sint, tamen Christi propinqui, qui ei dicunt. *Manifesta te metipsum mundo*, vanam ostentationem intendebant, nec enim credebant in eum. En quid propinqui Christi ei suadeant, vanam gloriam, ac ostentationem. Rectè Christus dixit. Inimici hominis domestici eius. **B** Cyrillus hic præclare adnotat, Ieremiam sermone ad Christũ conuerso hoc ei prædixisse, cum ait. Nam & fratres tui, domus patris tui etiam ipsi pugnaverunt aduersum te, & clamauerunt post te plena voce, ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona. Quasi dicat, etiã propinqui tui erunt inimici tui, loquẽtur tibi bona, idest, vana, & apparentia bona tibi optabunt, ac consulent, vt in mundo magnus appareas, hæc sunt bona, ac magna, quæ propinqui loqui solent, sed tu ne credas eis, quoniam ea vera bona non sunt. Diuus Thomas in. 2. 2. articulo vltimo vltimæ quæstionis, ait, non esse communicandum cum propinquis consilium ingrediendi religionem. Et cum Sapiens dicat, causam tuam tracta cum amico tuo, ait Diuus Thomas, hanc causam cum propinquis non tractandam, quia amici sunt carnis, & inimici spiritus. Multorum certe perditio à propinquis, & cõsanguineis prouenire solet, qui docere solent superbiam, iactantiam, aliorum despectum, sui æstimationẽ. Quis occidit Abel, non ne Cain? Quis persequitur Isaac, & illũ docet idola colere, ac ludere, nonne Ismael frater? Quis persequitur Iacob, nonne Esau? Quis Ioseph Ismaelitis vendit, nonne fratres? Quis murmurat aduersus Moysẽ, pro *Ethiopiissa* vxore, nonne Aarõ, & Maria? Maxime ergo tibi caue à latrone domestico. Solent propinqui consilia dare praua, simileque illis efficiuntur, qui vocati, vt ignem extinguant, qui domum absumunt.

*Mat. 7.
Cyril.
Iere. 12.*

D. Tho.

Prou. 25.

Amit ligna, & oleum mittunt, vt plus ardeat. Sic illi agere solent, quorum inquiris consilium, cum fortè iniuriam passus es, & cum aquam in ignem mittere deberent, oleum iniiciunt, & verbis suis ad vltionem te inducunt. Id ipsum in alijs præstant negotijs, in quibus de animæ salute agitur. Quod si satis tibi est, vt in perpetuum ab eo caueas, qui semel tibi propinauit venenum, attende nunc, quot praua consilia tibi dederint, qui se amicos fingunt, & caue ab eis. Ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona. Bona videntur loqui, cum honores, diuitias, vindictam, & appetitui inordinato conuenientia suggerunt, sed illa bona nequaquam sunt, ne credas eis. Et nunc attende, quid in simili causa Christus fecerit, vt scias, quid tibi sit faciendum.

Ambulabat Iesus in Galileam, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudei interficere. Subtrahit se ab inimicis, ait Augustinus, non necessitate, sed vt præberet membris exemplum, aliquando à persecutoribus declinandi. Sicut etiam exemplum præbuit inimicis occurrendi, cum in passione dixit, Ego sum. Sic Paulus Damasci in sporta missus est per murum, sed sæpe palam apparuit. Quod vero propter se non indiguerit abscondi, manifeste ostendit, cum vno verbo hostes ad se capiendum venientes humi prostrauit. Fugere ergo, & inimicos declinare, fortitudinis est, sicut impetere suo tempore. Præterea deserit Iudæam, vt impleat illud Sapiientis, vbi non est auditus, non effundas sermonem. Et nolite proijcere margaritas ante porcos. Est ergo tempus loquendi, & tempus tacendi. Sicut enim suo tempore sol procedit, & radios mittit, aliquando etiam se abscondit, & apparet pulchritudo stellarum, & lunæ. Et sicut æstate arbores producunt ex se flores, ac fructus, & vim suam manifestant, hyeme autem intra se ipsos se colligunt, & vim suam occultant. Ita sol iustitiæ, & arbor vitæ facit, & cum iniquis efficit illud Esaiæ. Nubibus meis mandabo, ne pluant super eam, quia indigni redditi sunt doctrina, ac miraculis Christi. Et hoc discessu quasi minatur, vt Cyrillus, migraturum se se ad gentes, & eos omnino reli-

Aug.

Ecc. 32

Mat. 7.

Ecc. 3.

Es. 55.

Aduen.

T. 3.

Qu.

Rom. 12
Esa. 2.

sturu. Simul etiã docet nos, irã declinare. Date locũ irę, ait Paulus. Et propheta ait, quiesce ab homine, cuius spiritus est in naribus eius, idest, discede ab homine irato, donec efferbuerit ira.

Simul hoc recessu à Iudæa docet Christus, quomodo à suis recedat in eorum bonum, non quod omnino abscedat, sed quia intrus latens abscondit consolationem. Quia enim humiles nos Deus vult, hoc recessu nos humiliat, & bonũ mihi, quia humiliasti me. Alias enim in furorẽ verteret iustus præ gaudio. Cum enim anima Deum infinitum bonum agnoscat si omnino nosset, à se possidere, summo perfunderetur gaudio. Manifestat ergo aliquando se Deus animę, vt læta sit, & cantet in vijs Domini, quoniam magna est gloria Domini. Et cantabiles mihi erant iustificationes tuę in loco peregrinationis meę, quia alacres nos Deus vult, & gaudentes, ac cantantes in cordibus nostris. Sed tristia aliquando miscet, cum discedit, ne anima superbiat. Cum autem discedit, vel absconditur, effectus relinquit, quibus anima agnoscat, Deum sibi adesse. Ideo desideranti Moyse faciem Dei videre, dicitur, posteriora mea videbis, idest, effectus. Ideo sponsa per cancellos sponsum videt, quia non omnino videt, sed aliquid eius. Ita ergo cum videtur tibi, quod recesserit Deus, & ais cum Psalte, vt quid Domine recessisti loge? Attende in effectibus adesse tibi eum, quis enim tibi peccatorum dolorem, glorię desiderium, in bono perseverantiam tribuit, nisi Deus, qui animę tuę adest?

Sed expendendum illud verbum est, *querebant eum Iudæi interficere*. Triplex hominum genus necem Christo Domino machinatum est. Alij invidi, vt Pharisei, quorum figuram expressit Cain invidia occidens Abel, & fratres Ioseph, qui eadẽ invidia eum vendiderunt. De qua invidia verum habet, quod Iacob ait, fera pessima deuorauit filium meum Ioseph, Chrysolomus in Ioannem ait, fera venenosa invidia est, fera inamunda, & morbus voluntatis omni venia, & excusatione indigna, omnium malorum & mater, & author, quam obrem eam radicitus euellamus, vt & à presentibus malis liberemur, & futura bona consequamur. Alij ambitione Christũ occidere curauerunt, vt Herodes, ne regno pelleretur. Horũ figurã tenuit Aman, qui

ambitio

ambitionẽ Christum occidere curauerunt, vt Herodes, ne regno pelleretur. Horum figuram tenuit Aman, qui ambitione voluit occidere Mardocheum, & Absalon, qui eadem causa voluit occidere Dauid, Augustinus ait, noluit Christus regnum terrenum cum superbia, quę cathedra pestilentię ideo recte dicitur, quia non ferẽ quisquam est, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. Alij auaritia, vt Iudas, quorum figura fuit Achab, qui vt vineam surriperet, Naboth interfecit. Auaro autem nihil est scelestius, & nihil est iniquius, quam amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habet, sed quid dico animam, & ipsum Deum venalem habet, sic enim Iudas facit. Ecce bestiam de qua Daniel ait, & ecce bestia alia similis vrsõ, in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei, surge, comede carnes plurimas. His tribus inordinatis affectibus nunc plures in se ipsis Christum occidere parant, & ideo ab illis cauendum. Sicut enim canis famelicus qui carnem deuorat, etiam in Dominum se conuertet, ac eum discerpet, si carnem tollere voluerit, ita inordinatus affectus in Deum ipsum insurget, cum ei resistere voluerit.

Erat autem proximus dies festus scenophegia. Erat hoc pascha celeberrimum Iudæis, celebrabatur die decimaquinta Septembris, & tētoria faciebāt Iudæi extra domos ex ramis, & in eis habitabāt septē diebus, in memoriã illius tēporis, cum in deserto habitauerūt in tētorijs, & ideo festũ tabernaculorũ dicebatur. Et ideo in Leuitico dicitur, vt discat posteri vestri, quod in tabernaculis fecerim habitare filios Israel, cū educerẽ eos de Ægypto. Scenophegia autē est dictio Gręca, à fixatione tētoriorũ dicta. Admonebātur autē Iudæi illo festo, quod adhuc peregrini erāt in hoc mũdo, sicut patres eorũ peregrini fuerunt in deserto. Hoc verò nobis iugi memoria retinẽdũ est, quod hic peregrini sumus, & in tētorijs habitamus, nec habemus hic ciuitatē manentē, sed futurã inquirimus. Sic de sanctis Paul. ait, cõfitemes se esse peregrinos super terrã. Vnde Psal. aduenæ ego sum, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Si enim pere-

Tt 4

gri-

Psal. 143.

Psal. 118.

Exod. 32.

Cant. 2.

Psal. 10.

Gen. 36.

Chrysol.

Angust.

3. Reg. 21.

Eccle. 10.

Daniel. 7.

Leuit. 23.

Heb. 12.

Psal. 38.

grinus dicitur in Italiam, qui in ea degit per vnum annum, cum reliquum vitæ tempus in Hispania conficiat, cur nos peregrini non dicemur in hac vita, quibus in æterna sæcula viuendum est alibi, hic autem per paruus tempus? Ideo nos admonet Petrus. Fratres, obsecro vos, tanquam aduenas, & peregrinos abstinere à carnalibus desiderijs. Et Paulus. Hoc itaque dico fratres, tempus breue est, reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, præterit enim figura huius mundi. Vnde Beda in c. 5. Iacobi, ait. Ne indignemini, si mali in hoc mundo floreat, & vos patimini, quia non est Christianæ religionis in mundo exaltari, sed deprimi. Mali nihil habent in cælo, vos nihil in mundo, sed spe illius boni, ad quod tenditis, quicquid in via contigerit, gaudere debetis. Peregrinus in via non emit domos, vineas, oliueta, sed margaritas, quas secum deferre possit. Ita tibi temporalia curanda nimium non sunt, quia cum interieris, non sumes omnia hæc opera iusta tecum deferre poteris, hæc tibi compara, opera enim illorum sequuntur illos, vt Ioannes ait. Cain primus extitit, qui ciuitatem in terra fundauit, & ciuitatem amisit cælestem. Ideo Oseas ait. Audite verbum Domini filij Israel, quia iudicium Domini cum habitatoribus terræ. Et Ioannes ait. Væ habitantibus in terra. Habitatores terræ dicit, qui affectu in terra hærent, aduersum quos iudicium est Domini, & quibus væ diuinum interminatur.

Dixerunt fratres eius, vade in Iudæam, nemo quippe querit in palam esse, & opera facit in occulto. Augustinus hic ait, sicut in sepulchro vbi positum est Domini corpus, nec ante, nec post defunctus iacuit, sic vterus Mariæ nec ante, nec post quicquam mortale concepit, sed fratres vsu scripturæ consanguinei dicuntur, sic enim fratres dicuntur Abraham & Loth, & Laban & Iacob. Sed quid hi fratres intendant, varie exponitur à doctoribus, Augustinus tractatu. 28. affirmat, hos ambitione quadã motos inducere, & exhortari Christum

Astú, ad hanc mundi gloriam quærendam, quasi ipsius gloria in eos etiam tanquam fratres, & proximos secundum carnem redundaret. Et videtur Cyrillus libro. 4. cap. 42. idem sentire. *Cyri.* fratres enim hos Christú ad vanã mundi gloriam, & ambitione exhortatos esse dicit. In locis enim celeberrimis maior gloria ex similibus operibus poterat ab hominibus comparari, præcipue in die festo, quando plurima multitudo in Ierusalem conueniebat. Sed viam diuersam Christus peragit, humilitate plenam, hæc autem vere via est, quæ nos ducit in cælum. Vnde Psaltes, in veritate tua humiliasti me, id est, in Christo, qui est via, veritas, & vita. E diuerso Christus ambulat, quam mūdus, & ideo in saluationem tēdit, ac saluus erit. Sicut enim is, qui fuga sibi salutem parat, solet è diuerso ponere soleam ferream, vt hi, qui eum insequuntur, & vestigia equi considerant, *Psal. 118.* putent, diuersam eum viam tenere, & sic saluetur. Ita profecto *Simile.* Christus viam humilitatis tenuit, & hanc suis ostēdit, vt salui fierent. Hinc reprobi considerantes iustorum viam per lacrimas, humilitatem, ac paupertatem, putauerunt infaniam, & finem eorú sine honore, sed vide, quo pacto sic saluati sint, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. *Sap. 9.*

Ait ergo Iesus. *Tempus mentis nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum.* Augustinus tractatu. 28. de tempore glorificationis Christi hæc verba exponit. Quasi dicat, nondum est tempus glorificationis meæ, prius enim oportet, me humiliari, & mori, & per hanc humilitatem ad gloriam ascendere, tempus autem gloriæ vestræ in hoc mundo est, & ideo semper est paratum. Quia cum fratres inducerent Christum ad gloriam quærendam, rectè Christus eis responderet, non hoc esse tempus quærendæ gloriæ. Sed ò Domine, quo pacto tempus tuum non aduenit? Nonne cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, ergo tempus tuum iam venit. Certe tempus adest, in quo in mundo deprimendus erat, non quo exaltandus, voluit enim altitudinem humilitate præcedere, & ad celsitudinem per humilitatem viam sternere. Petunt discipuli dexteram, & sinistram, *Gal. 4.*

Matth. 20. *strata, attendentes, quo irent, sed non qua; sed vt ordinata* te irent ad patriam, reuocauit ad viam, excelsa enim est patria, humilis via, & ideo ad eos ait, potestis bibere calicem? Ecce qua venitur, ad quod desideratis. Hęc Augustinus. Qui sic exponit illud Psalmi. Non repellet Dominus plebem suam, & hereditatem suam non derelinquet quo ad vsque iustitia conuertatur in iudicium, id est, licet Deus permittat, suos flagellari, sed non eos derelinquet, quo vsque iustitia, id est, virtus eorum conuertatur in iudicium, cum, scilicet, implebitur, quod dicitur, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, & nescitis, quoniam Angelos iudicabimus? Erit ergo tempus, cum veniat in gloria, qui fuit in humilitate. Sic nobis accidere solet, vt contemplerur dona Dei maxima, que in sanctis fuere, nec attendimus viam, per quam ad illa peruenire, que sane humilitas est. Deinde tempus iusti nondum aduenit, nec enim in hoc mundo ille floret, nec hic illius magnitudo, & gloria, sed merces vestra copiosa est in celis, nunc tempus est femiandi, cum lachrimis, aderit postea metendi tempus cum gaudio Peccator hic habet tempus suum, hic gaudet, ac letatur. Sed ei accidit, quod illi, qui arborem, aut vitem vnam habet, & illius fructus colligit, ac comedit antequam maturi sint: ille namque postea fructum non habet, quem comedat, quando opportunum est tempus fructus colligendi, & nunc, cum fructus immaturos comedit, dentes illius obstupescunt, nec plene delectari potest in cibo, quia ad maturitatem non peruenit. Ita omnino nunc tempus gaudij non est, sed pœnitentię, qui nunc gaudia colligit immaturos fructus colligit, acerba vna est, & ideo plene delectari non potest, sed multa cum molestia, & quod deterius est, illud, est quod in alia vita gaudia non habebit, quia hic illa collegit, recepit bona in vita sua, vt diues epulo, & ideo in alia vita bona non habet. Dic ergo o homo tempus meum nondum aduenit, nunc non mihi letandum est, aderit cito tempus cum plene potero delectari.

Cyrl. *Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.* Cyrilus

A hic ait. Mos fuit Christo, parua data occasione, plurimam, ac optimam doctrinam proponere. Similitudo causa amoris est, quia similes in eo, quo similes sunt, vnum sunt, & ideo qui similem diligit, se diligit, ideo mundus amat peccatores quia similes ei sunt, iustum autem odit tanquam dissimilem, & ostendentem praua illius opera. Hac ratione suos Christus consolatur de futuris tribulationibus, dicens si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Testimonium recti est, malis displicere, ideo letandum iusto est, cum eum mundus odit.

B *Ego non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus non dum impletum est.* Sed difficultas est maxima, quo pacto hac dixerit, cum postea ascenderit. Respondet Chrysostomus homilia. 47. & Euthimius, illud non absolutam negationem non esse, sed limitatam, & restrictam, affirmationis aliquid habentem, quod latine dicimus nondum, vt ex dictione gręca, quę ibi ponitur, patet. Et ideo sensus est, vos ascendite, ego nondum ascendo, seu non ascendam nunc vobiscum, ascendam tamen postea. Expendit Cyrilus aliquid huic simile, quod olim Dominus fecit. Nam iratus propter vituli adorationem dicit Moyse, vade, & ascende hinc tu, & populus tuus ad terram, quam promisi patribus eorum, & mittam ante faciem tuam Angelum meum. Respondit Moyses. Nisi tu nobiscum venias, non educas me hinc, & quomodo cognoscipoterit, inuenisse me, ac populum tuum apud te gratiam, nisi nobiscum veneris? Tunc dixit Dominus, & hoc verbum, quod dixisti, faciam, inuenisti enim gratiam apud me. Attende, quo pacto prius dixerit Deus, se non ascensurum, sed missurum Angelum, sed postea propter Moyse orationem promittit, se cum illis iturum. Ita nunc propter incredulitatem Iudęorum prius se negat ascensurum, postea vero propter aliquos electos ascendit. Sed o Domine, cur in festum non ascendis, qui adeo festorum amicus es, vt ea tibi tanquam propria assignaueris? Certę festa ista iam non Dei, sed Iudęorum erant, & ideo illa odio prosequabatur. Hinc per Esaiam ait, sabbatha vestra, & neomenias

Ioan. 15:

Chrys.
Euth.Cyril.
Exo. 32.

menias vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens, quia iniqui sunt cæus vestri. Quando accedis ad templum, vt pecces, dies festus tuus est, laborat Deus id sustinens, tunc lapides de pariete templi clamant contra te, quia templum violas. Et ideo Oseas ait. Cesare facit omne gaudium eius, solennitatem eius, neomenias eius, Sabbathum eius, & omnia festa tempora eius.

Osee. 2.

August. Ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in abscondito. Augustinus hic ait, non vacat mysterio, quod latent ter ascendit, quia ipse latebat in festo quasi in sui vmbra, atque figura. Et cum ad nos venit, in occulto venit, quia verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator, vt Esaias ait. Et Habacuc ait, ibi abscondita est fortitudo eius, quia nisi abscondisset se, quomodo potuisset pro nobis pati? Si Deus manifestè veniret, quis eum occideret? Abscondite ergo venit. Et impleta est in ea figura illa Eliæ, cui dictum est, recede hinc, & vade contra orientem, & abscondere in torrente Charith. In passione ergo quasi absconditus vultus eius, vnde nec reputauimus eum.

Esai. 45.

Heb. 3.

Esai. 53.
3 Reg. 17.

Osee. 7.
August.

Colos. 3.

Simile.

Psal. 49.

Quidam dicebant, quia bonus est, alij autem dicebant non, sed seducit turbas. Hæc Iudæorum opprobria in Christum prædixit Oseas, væ eis, qui resiliuerunt à me, redemi eos, ipsi autem aduersum me falsa locuti sunt. Augustinus ait. De omnibus Christi seruis nunc etiam similiter loquitur mundus, cū enim eminet quis aliqua gratia, vnus dicit, bonus est, alter ait, seductor est. Vnde hoc? Certè ex eo, quod Paulus ait, vitæ vestra abscondita est cum Christo in Deo. In hyeme cum arbor est sine fructu, ac folijs, licet cuique dicere, arbor hæc mortua est, vel viua, sed æstas rei veritatem probat, tunc enim hæc arbor floret, frondet, & fructificat, illa vero secus. Iudiciū æstas est, de qua scriptum est in Psalmo. Deus manifestè veniet, Deus noster & non silebit, ignis in conspectu eius exardescet, qui nimirum inflammabit inimicos eius, quos aridas esse arbores probabit, nec fructum retulisse, cum eis dicetur, esuriui, & non dedistis mihi manducare. Sed in parte dextera apparebunt arbores aliæ virides, pleræque fructibus misericordiæ, quæ audient, venite benedicti patris

mg

mei percipite regnum, quia esuriui, & dedistis mihi manducare. Tunc nullus dicit de iusto, malus est. Quia tanta eorum gloria apparebit, vt ipsi impij dicant. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Interim ergo, dum æstas venit, sustineat iustus prauorum iudicia, & pro nihilo ducat à mundo iudicari, sic enim Paulus fecit, cum ait. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, qui autem iudicat me, Dominus est. Ad piorum consolationem Christus seductor dici voluit, vt non ægre ferant, si ab iniquis seductores dicantur, vt ait Augustinus. Nihil enim fuit, quod Christus non faceret, aut pateretur, vt pijs consolatio esset. Sed interim timeat, qui leuiter de iustis iudicat, ac loquitur. Væ, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Ad quos idem Esaias ait. Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteri, & fornicariæ, super quem iurastis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? Nunquid non vos filij scelesti, semen mendax? Attendendum sanè est, quam durè eos Deus trahet, qui iustis detrahunt, &c.

Sap. 3.

1. Cor. 4.

Aug.

Esai. 5.

Feria

Feria quarta post Domini cam quintam quadra gesimæ.

*Thema. Vos non creditis, quia non estis ex
ouibus meis, oues meæ vocem meam au-
diunt.* Ioan. 20.



Reponitur nobis in Euangelio proprietas ouium Christi, & ouium dæmonis. Oues dæmonis vocē eius audiunt, & illū sequuntur, Dei vero vocibus surdæ sunt, & lapidibus similes. Miranda plane Pharaonis duritia est, qui decem mirabilibus, ac plagis in melius mutatus non est. Sed admiranda magis Pharisæorum durities, qui innumeris Christi mirabilibus visis, non solum conuersi non sunt, sed cor suum vt adamantem posuerunt, & lapides sustulerunt, vt Iesum lapidarent, & cum cælum & vniuersa elementa cõturbata sunt, & petra scissæ, illi in duritia sua perseuerantes dicunt, recordati sumus, quod seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam.

Sed ouium Christi proprietas est, vocem Christi Domini audire, illum sequi, ei adherere. Vis nosse an ouis Christi sis? Vis scire characterem ouium illius, hoc certè est, primum Dei verba audire ea reuerentia, qua Dei verba excipienda sunt. Sicut illi, de quibus Paulus, cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbum hominum, sed sicut est verè verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. Neque vero id satis est, nisi Dei verbum in imo pectore recondas, est enim verbum Dei animæ cibis, hic vero non proficit, nisi stomacho infideat, decoquaturque. Vnde siebat Arrianus philosophus, aliud est tanquam in pen-
reponere

reponere vinum & panem, aliud comedere & bibere. Quod comestum est digeritur, & inde carnes, ossa, æruique generantur, si vero habcas seposita alimenta, valesque his depromptis ad ostentationem tantum vti, id quidem facere poteris, sed nullo tuo fructu, nec ex eo aliquid obtinebis, nisi vt videaris habere. Huic similis est, qui audita tractatione virtutum, nihil in mente retinet, nihil operatur. Quo contra Sapiens monet, conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, liga gam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. Cum ambulaueris, gradiantur tecum, cum dormieris, custodiant te, & euigilans loquere cum eis, quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ. Verba ergo Dei audienda, memoria retinenda, meditatione decoquenda, & demum opere implenda sunt. Nam cum scientiarum quædam ordinentur in speculationem, quædam in praxim, frustra ait Aristoteles, initio Ethicorum, morali scientiæ operam dat, qui sola eius cognitione contentus, agere negligit, quæ cognoscit. Hinc de ouibus suis Christus ait, & sequuntur me. Sicut enim ouis pastorem sequitur suum, licet debilis infirmaque sit, & clauda, licet per aspera & montuosa, ita licet infirmus sis, licet lassitudine impediaris, Christum tamen sequere, & ego non sum turbatus te pastorem sequens, Hieremias ait, ipse tibi auxilio erit, de quo Esai. sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit foetas, ipse portabit. Exemplum ouium Christi, quod sequi debent, Christus est. Sicut enim nauigantibus astrum boreale fixum, quod polus vulgo dicitur, propositum est, vt recte nauigationem dirigant suam, ita in hoc mundo procellis pleno Christus Dominus propositus nobis est, cuius exemplum imitari, & vocem audire tenemur, ne à via declinemus recta. Et quemadmodum pastor, vt dispersum gregem congreget, in altum & editum locum conscendit, vt inde oues illum conspicerent, & audire melius possint, ita vt omnia ad se traheret Christus, vt omnes illum videre & audire possent, in crucem conscendit, ibi se ouibus obijcit, inde eas vocat, nulla vox potentior & fortior quam vox Christi crucifixi, nihil sic

Prou. 6.

Arist.

Hier. 17.

Esa. 40.

Simile.

Simile.

Exod. 9. 16.
11. 12.

Matt. 28.

1. Thes. 2.

Simile.

fic animum commouet ac Christus crucifixus ; non infer-
nus , non mors , non iudicium , nihil sic cor vulnerat
ac Christus crucifixus. Superbe intueri caput illud tui causa
spinis coronatum, carnalis venundatus sub peccato , attende
corpus illud pro te à planta pedis vsque ad verticē capitis vul-
neratum, auare inspicere manus illas pro te clauis confixas. Op-
timum consilium præbuit Noemi Ruth dicens, quādo Booz
ierit ad dormiēdum, nota locum, in quo dormiat, veniensque
discooperies pallium, quo operitur, à parte pedum, & projicies
te, & ibi iacebis, ipse autem dicet tibi, quid agere debeas. Vis
omnium malorum tuorum remediū? nota locum, in quo Chri-
stus dormit, locus hic crux est, ibi dormit secundus Adam, ad
pedes eius accede, audi illius clamores, & dices, ignitum elo-
quium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud, pedibus
illius prouoluere, eius affectus considera, qui totū illud, quod
patiebatur, parum iudicabat, vt te redimeret, & paratus erat vs-
que in mundi finem si opus esset , in cruce pendere prote.
Quis tanto amore non frangatur ? quis tanto clamore non
excitabitur? Si ergo ouis Christi es, vocem illius audi, eum se-
quere.

Facta sunt Encania, &c. Desideriū Dei veniendi ad nos
& in nobis manendi maximum est, quia ab infinita bonitate &
amore profectum. Hinc tanta cura tabernaculum & habitatio-
nem sibi construi voluit. Deut. 25. facient mihi tabernaculū,
& inhabitabo in medio eorum, cor vero nostrum præcipuum
eius tabernaculum est. Sed renouandum illud est, vt Deo cō-
ueniens sit habitaculum. Hinc sponsa, similis est dilectus meus
capree, hinnuloque ceruorum, in quæ verba Bernar. ait similis
Christus est hinnulo ceruorum, qui velocissime currit, summa
enim celeritate ad nos venit, saliens in montibus, transfiliens
colles, sed simul capree similis est, quæ acutissimi visus est, vt
intelligas, sic desiderare, & currere vt hinnulū, & ad ad te veni-
re, vt simul acutissimo visu discernat. an eo sic dignus, nouit
enim Dominus, qui sunt eius, cumque te inspexerit renouatū,
cōtinuō tanquā hinnulus ad te veniet summa celeritate. Ideo
renouamini spiritu mentis vestre, vt dignum sit Deo habitacu-
lum in mentibus vestris, emundemus conscientias nostras ab

ope

A operibus mortuis . Non hoc præstant oues dæmonis, imò
circundant Christum, dicentes, quo vsque animam no-
stram tollis, si tu es Christus, dic nobis palam, volebant
vt publice se Christum regem diceret, vt eum coram Pilato
accusarent criminis læsæ maiestatis. Quibus Christus Do-
minus ait.

Loquor vobis, & non creditis. Præter veritati omni-
no credendum est, quia veritas per essentiam est, sicut enim
in summa bonitate malitia esse non potest, ita nec falsitas in
prima veritate. Hi Christo non credebant, & ideo infide-
les erant. Sed ais, ego Christo credo, recte ais, si fidem
haves, sed nihilominus innumeris tenebris plenus es, & er-
roribus in particulari. Sicut enim qui librum habet, in quo

B multæ continentur veritates, si forte glossam habeat, quæ
textum peruertat, qui eam sequutus fuerit sæpissime erra-
bit. Ita liber tibi est optimus conscientia tua, de qua Paulus
ait, ipsi sunt sibi lex, in qua innumeræ scriptæ sunt verita-
tes, quæ lumine naturæ nobis notæ sunt, insuper liber alter
optimus tibi est fides, quæ veritates edocet salutis conuenien-
tes, his tamen non obstantibus horum librorum veritates non
sequeris, sed mendacia, & huius rei ratio est, quod tibi glof-
sa est corrumpens textum, & dicens, hic & nunc aliter agen-
dum est, peccandum est. Si praua est affectio in volunta-

C to, illa peruertit intellectum vt iudicet, hic & nunc peccan-
dum esse, cum veritas in vniuersali intellectu maneat, do-
cens, nunquam peccandum esse. Cauendum maxime ab
inordinata passione, quæ omnia corrumpit, & aliquando
etiam ipsam fidem. Hinc Christus ait, quomodo vos po-
testis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam,
quæ à solo Deo est, non queritis? Hinc prudentia in intel-
lectu constare nequit, nisi passionibus in ordinem redigantur
per virtutes. Inordinatus affectus erga diuitias licitos appa-
rere facit innumeros contractus manifeste iniustos. Et in
manifesta damna trahit inordinata passio, vt in Sampsonem
manifestum est, qui videbat Dalilam eius curare mortem,
& cum ei diceret, sic vel sic ligatus non effugiam, continuō

Aduen.

Vv

cum

Rom. 3.

Psal. 118.

Deut. 25.

Cant. 2.
Bern.

Simile.

Rom. 1.

Ioan. 5.

Jud. 16.

eum sic ligabat, & cum id sepius experientia comprobasset, ip-
 si aperuit, in quo maxima illius fortitudo esset, illud perfecit
 inordinata affectio ad Dalilam. Id ipsum in Salomone videre
 licet, qui sciens, & videns templa consecit idolis. Id ipsum ho-
 die in pluribus peccatoribus videri potest, qui cum videant,
 & intelligant viam se inferi tenere, non declinant, nec ab eare
 cedere volunt, cum tamen præclaro ingenio, & aliquando etiam
 plurima scientia sint præditi. Ordina ergo affectus tuos, ne
 de illis sis, quibus dicitur. *Loquor vobis, & non creditis.* Addit
 Dominus.

*Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, oues meæ vo-
 cem meam audiunt.* Iustus ovis Christi dicitur multis de cau-
 sis. Prima, quia nullum est animal in mundo ita proficuum ac
 ovis, quædam enim animantia nobis proficua in vita sunt, alia
 mortua, horum animalium aliquæ partes proficua homini
 sunt, illorum aliæ, sed ovis proficua est in vita, in morte, & vni-
 uersa, quæ ad illam pertinent, proficua sunt, caro, pellis, lana.
 Ideo olim in pecunia ovis sculpebatur, quia sicut pecus est,
 omnia, ita & pecunia, & à pecude pecunia dicta est. Ideo Iob
 offertur in auris aurea vna & ovis vna, quia & ipsa ovis aurum
 est. Ita nihil ita in mundo proficuum ac iustus, omnibus pro-
 dest, nulli nocet, arbor illa est duodecim ferens fructus, cui-
 us etiam folia ad sanitatem sunt gentium, quia etiam iusti
 verba sanant, nihil est in iusto, quod vtile non sit, etiam reli-
 quæ corporis emortui sanitatem præstant, etiam umbra Pe-
 tri salutem confert, si substantia illi est utilis est, pauperibus, si
 scientia illi est, non abscondit talentum, sed in alterutrum
 illam administrat, tanquam bonus dispensator Dei, & omnia
 omnibus fit, ut omnes lucrifaciat, si hoc tu præstas, ovis Chri-
 sti es.

Secundo, iustus ovis dicitur propter bonitatem, quam co-
 lit, cuius symbolum ovis est. Primum quod sibi petit Psal. hoc
 est, bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Primum
 omnium bonitatem postulat, hæc nobis esurienda & sitienda
 est, hæc omnibus expetenda votis. Vis ò homo bonus esse? vis
 rectitudinem sequi? vis à peccato cessare? Sufficiant vobis da-

mus Israel omnia peccata vestra, vsque quo tibi peccandum?
 quo vsque peccato delectaberis? si cibum aliquem semper má-
 ducas, licet bonus sit, tibi fastidium generat, si alicui corpo-
 ris vel animæ exercitio incumbis, licet optimum sit, si diu in
 illo es, lassaris, quomodo ergo peccatum non fastidies, qui ci-
 bus mortis est? quomodo exercitium peruersum non abhor-
 res? Hoc deplorabat Augus. in confes. vsque quo domine finis
 offensionum mearum? Væ illi, qui non lassatur in via ini-
 quitatis, nec peccatis satiatur, nec bonitatem esurit. Multa qui
 dem bona sunt, multa homini expetenda, sed inter omnia
 primum locum bonitas tenet, quæ non solum melior est sub-
 stantia, salute, & vita, & omni re caduca, sed etiam potior pro-
 phetia, dono miraculorum, & omni alio Dei dono. Hoc no-
 bis ostendit Psal. primum bonitatem petens. Hoc idem sapiens
 ille luctator Iacob, qui plurimos labores sustinuit, ut sibi spon-
 sam haberet Rachel, & cum fratrem timeret obuiam venien-
 tem, ultimo eam loco collocauit iuxta se, ut illam præci-
 pue serualet, licet reliqua omnia fratris gladio perirent, po-
 tius enim reliqua omnia amittenda nobis sunt, quam boni-
 tas, siue vita, siue omnia alia. Ita Ioseph fecit, pallium relin-
 quens in dominæ manibus, ita Susanna. Et ita cælestis magi-
 ster monet, quid prodest homini, si vniuersum mundum
 lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiat? Si ergo
 Christi ovis esse vis, hanc bonitatem serua, hanc pete, hanc
 cura.

Tertio, iustus ovis dicitur, quoniam ovis vocem pastoris au-
 dit, ei obedit, illum sequitur, & si dum herbas pascit, vocem au-
 dit pastoris, pastum dimittit, ut eum sequatur. Ita de iustis Chri-
 stus ait, oues meæ vocem meam audiunt. Carpebat Magdale-
 na veneno infectas herbas, ac mortiferas, vocat eam Christus,
 eas relinquit, & ad eum accedit, ovis Christi erat, edebat mor-
 tiferas herbas Matth. vocatus à Christo, eum sequitur, similiter
 Saulus vocatus ait, quid hæc vis facere. Petrus & Andreas, Ia-
 cobus & Ioannes, continuo relicis omnibus secuti sunt il-
 lum, quid hoc? certe quia oues meæ vocem meam audiunt.

Contra vero in te fit, pluribus annis herbis mortiferis,
 YY. a pastus

Iob. vii.

Apoc. 22.

Psalm. 118.

Esa. 44.

Aug.

Gen. 33.

Matt. 16.

Luc. 7.

Matt. 9.

pastus es, plures dies posuisti in vanitatibus cordis tui, ve-
cauit te sæpe Deus & vocat, vt mortis cibum relinquant, vt
eum sequaris, non audis, non sequeris, non es de ouibus
Christi. Hoc signum Christus sæpe repetit prædestinato-
rum, & reproborum audire, & non audire eius vocem. Si-
cut enim domestici tui, etiam bruta animantia à te vocata,
adsunt tibi, fera animantia fecus, ita domesticum te Dei
esse ostendit obedientia voci Christi. Hinc sponsus, mu-
rænulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento, or-
namentum aurium in aures, & murænulæ sunt, quo or-
natur Christi sponsa, sicut Eliezer suspendit, inquit,
inaures, ad ornandum faciem eius, & armillas posui in
dextera eius, audiam quid loquatur in me Dominus Deus, ait
Psalm.

Simile.

Cant. 1.

Genes. 24.

Psalm. 84.

Exec. 34.

Hæc, quæ diximus, ouis Christi præstat. Sed nunc subi-
iungit ipse, quæ ille ouibus suis præstat tanquã pastor, si tu ouis
es, ille tibi pastor erit, & bonus pastor, Ezechielis. 43. pro-
mittit se immisurũ pastores Israel, qui pascebãt semetipso,
ne vero oues tristentur, quod sine pastore maneant, addit,
& suscitabo super eas pastorem vnum, vnum inquam, & opti-
mũ. Sed iam vbi pastor huiusmodi inuenietur? omnes quæ-
runt, quæ sua sunt, vbi nunc pastor similis Dauidi, qui
eruat de ore leonis oues suas? Subiungit Dominus, seruum
meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem,
dabo eis filium meum, & filium Dauid, quia filius Dauid à na-
tiuitate, & genere pastor erit egregius, sed quia filius meus
multo magis bonus erit pastor, ille vrsũ & leonem vicit,
sed filius meus innumeros leones, & legiones eorum, il-
le nunquam pro ouibus tutandis sanguinem fudit, filius ve-
ro meus vniuersum fundet, illi nunquam dictum est, qua-
re rubrum est vestimentum tuum, filio vero meo id dici-
tur.

Luc. 15.

Sed Domine, quæ sunt ouestua? Non audisti eum, qui
relictis nonaginta nouem ouibus in deserto, venit querere
ouem, quæ perierat. Qui in cælo pastor erat Angelorum,
innumeros Angelos gubernans, nunc pastor efficitur homi-
num.

Anum. O pastor optime, quam peruersum gregem nunc custo-
dire vis, facile Angelos regebas in cælo nullo labore, & li-
bilo vno eos contines in æternum in prædio tuo. Sed nunc
si homines pascere vis, multo labore & sudore opus tibi est,
die noctuque æstu vrgeris & gelu, & fugiet somnus ab
oculis tuis, aliquando clamabis, & dices, laboravi clamans,
raucæ factæ sunt fauces meæ, inobediens grex hic est, grex
perditus factus est populus meus, transierunt de monte in
montem, oblitus sunt cubilis sui, per vetita vniuersa discer-
runt, difficile vocem audient tuam. Etiam si in hoc mun-
do mihi vita profundenda sit, pastorem agam. Fœlices oues,
quæ hunc sequuntur pastorem, Dominus regit me, & nihil
mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit. Et licet om-
nium pastor Christus sit, nos tamen sumus oues pascuæ eius,
in loco pascuæ nos collocavit, gentes enim errant per mon-
tes, nos vero in Ecclesia eius sumus, vbi diuino corpore il-
lius pascimur, & sacramentis diuinis potamur. Multum in-
teresse debet inter oues pascuæ Dei, & reliquas oues, quæ
per montana errant, qui diuinis pascimur sacramentis pin-
guiore illustrioresque oportet esse, vocem illius audire nos
oportet, caue, ne maneat in rubo aliquo peccati, & pastorem
deseras tuum.

Sed audi, quid ouibus eum sequentibus præstet hic pa-
stor bonus. *Et ego vitam æternam do eis.* Nunc vitam hanc
æternam dat, hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te ve-
rum Deum, & quem misisti Iesum Christum, sed inchoatio
nunc est, cõsummatio vero, post hanc vitam relinquitur, cum
illud efficietur, quod per prophetam ait, in montibus Israel pas-
cam eas, in pascuis vberrimis, vbi cibus earum Deus erit, odul-
cissimus cibus, vberrima pascua, potus earum fons vitæ, Deus
ipse, ò dulcissimus potus, diuitiæ earum Deus ipse, ò diuitiæ
immense, lectus in quo cubent Deus ipse, ò immensa requies
merces vera magna nimis, non est, qui eam valeat explicare
quia Deum quis valeat verbis exprimere? Sed te interrogo ò
dæmon, innumeras oues habes, plures te sequuntur, & vocem
adiuuant tuam, quo eas ducis? ad quæ pascua eas deducis? Non

Hier. 50.

Psalm. 22.

Ioan. 17.

Exec. 34.

Aduen.

Vv;

ref.

Psal. 43. respondebis tu, ne fugiant oves, & horreant te, sed Spiritus sanctus respondebit. Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. Audi ò misera ovis, quæ dæmonem sequeris, quo te ille deducit, audi pascua tua, audi prata, & herbas, quas gustabis, in inferno ponendus es tanquam ovis sine pastore, non erit qui te protegat à lupis illis inferni, mors depascet te, sed non interimet, quia laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. Sicut herba cum depascitur, non radicitus euellitur. Hic finis omnium deliciarum, hic terminus vitiorum, caute ò miseræ animæ, fugite dæmonem, venite ad pastorem bonum, qui vitam æternam ouibus suis præstat.

Sed Domine in hac vita quo pacto curas oues tuas? *Ne morapiet eas de manu mea.* Caue, ne tu egredi velis à Dei manu, si tu egressus non fueris, non erit, qui de Christi manibus te euellat. Hoc est illud, portæ inferi non præualebunt aduersus eam, insequi poteris Christi oues, sed perdere non poteris, expugnari potest ovis, vinci & superari non potest. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel, sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. *Paratus draco est, vt mulieris partum deuoret, sed illum non tanget, quia alæ mulieri concessæ sunt, inimicitias ponam inter te, & mulierem, sed illa conteret caput tuum, inimicitia etiam sunt inter semen mulieris, & semen serpentis, filij enim diaboli odio prosequuntur virtutem, & studiosos eliminare de mundo conatur, & innumera alia in virtutem insurgent, sed nemo rapiet eas de manu mea.* Quis nos separabit à Charitate Christi? hæc vis diuinæ gratiæ est. *Ovis Christi es, nihil timeas, esto quasi leo confidens, qui ad nullius pauet aspectum, nemo rapiet te de Christi manu.* Si in labores incidisti, ne timeas, quia tecum sum in tribulatione, & cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Si inter igneos globos, & in profundis abyssi te videris, noli pauere, cum transferis per ignem, tecum ero, & flumina non operient te, nulla est potentia contra Christi

oues,

A oues, & ratio huius est, quia ovis Dei, quæ in eius manu est, vnum est cum Deo, contra Deum vero nulla est potestas. Ne putas, iustum solum esse, ne eum consideres. Solitarium, Deus in ipso est, & ipse in Deo, vnde sicut in Deum nulla est potestas, ita nec in iustum, si cõtra iustum niteris, contra Deum niteris.

Ex quo patet, plurimos gratiam Dei non accipere, qui putant eam se accepisse, nec oues Christi sunt, cum putent se ad illum pertinere. Sed quinam hi? multi nunc peccata confitentur, & statim post confessionem ad ea reuertuntur, facile. Similes effecti viperis, qui ad mare accedunt, & sibilo murænulam euocant, vt conceipiant eius opera, ad quod virus deponunt, & continuo, murænula recedente virus resumunt. Horum poenitentia dubia valde est, nam vt Paulus ait, tristitia, quæ secundum Deum est, poenitentiam in salutem stabilem operatur, horum vero salus stabilis nequam est. Lege cauetur, vt medicus, qui accepta pecunia pactus est ægrotum sanare, si eum sic sanat, vt continuo relabatur in infirmitatem, eundem rursus curare teneatur, quia non præsumitur vere sanus, qui tam facile in infirmitatem relapsus est. Quo ergo pacto credam ego te perfecte sanatum, cum adeo facile in morbum redieris? Quis dilectissimam rem perdidit sine magno dolore? qui tam facile Deum dimittit, quo pacto eum super omnia diligebat? Vis aliqua coniectura nosse, an remissa tibi sint in confessione peccata? vide an post confessionem peccata dimiseris, vide, si peccare cessasti, cum enim gratiæ & charitatis opus sit, & præterita delere peccata, & vitare sequentia, qui gratia vitam experitur in vitandis sequentibus peccatis, confidere merito poterit, præterita deleta esse peccata, qui verò id non experitur, malum habet signum, cum enim duo hæc ad gratiam pertineant eandem, merito dubitare potest, an eam acciperit, qui alterum effectum non experitur. Nemo rapiet eas de manu mea, ait Christus Dominus, vides te tam facile raptum, dubitare merito poteris, an in Christi suc-

ri manu,

Vv 4

Nemo

Nemo ait, rapiet eas de manu mea. Ergo in manibus Christi sunt oves illius, sunt certe, iustorum animæ in manu Dei sunt **A** ait Sapiens. Sicut tu rosam manu gestas, aut liliū, sic Christus animam iusti, & delectatur eam inspiciens. Sed quomodo demulcet eam? audi animam loquentem, leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Hoc vero in oratione & meditatione contingit, quando eam Deus blandiſſijs delinit, quando loquitur ad cor eius, quando Deus animam demulcere vult, quando torrente voluptatis inebriare, quando ei dulcis apparere, ò quam præclare id muneris efficit, tunc cor intra corpus continere se non valet, eo quod in Deum peccauerit, tunc oculi fiunt lachrymarum fontes, quod tam sero cognouerit, bonitatem ac pulchritudinem tam antiquam, ibi quiescit anima, somnoque perfruitur **B** dulcissimo omnium oblita terrenorum, & illius somnum sponſus seruat. Sed ò Domine confige timore tuo carnes meas, confige me manibus tuis, vt ab eis recedam nunquam, non satis tibi fuit, Angelorum nos manibus commendare, Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, nisi etiam manibus tuis nos portares, implens illud prophetæ, & ego quasi nutricius Ephraim portabam eos in brachijs meis? noli me Domine derelinquere in manus meas, si enim posuerim animam meam in manu mea, tam debilis mihi manus est, vt continuo me perdendum credam. Phraſis scripturæ est, vt summum discrimen significet, dicere, posuit animam suam in manu sua, si vero in **C** manibus tuis fuero, securus ero. Hinc Psal. Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, propterea non timebimus, dū turbabitur terra. Et Ioannes, vos ex Deo estis, & vicistis malignum, quia maior est, qui in vobis est. Lapidēs contra Christum arripiunt, quibus ille ait.

Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo propter quod bonum me lapidatis? Quod inexcusabilem reddit peccatorem in diuino iudicio, est ingratitude in numeris beneficijs. De qua

Secd

Sap. 3.

Gen. 2.

Psal. 90.

Osee. 11.

Psal. 45.

1. Ioan. 4.

Deut. 32.

A Sed ais, quæ opera bona mihi ostendit Christus, quibus in excusabilis reddendus sum? Triplicia Dei opera sunt, creationis, redemptionis, & glorificationis, quibus nos summe sibi deuinxit. Sicut vt beneuolentiam Esau Iacob sibi conciliaret, tres nuncios mittit cum muneribus ad eum. Ex quibus beneficijs funiculi illi effecti sunt, de quibus per prophetam ait, in funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, quia vt Sapiens ait, funiculus triplex difficile rumpitur. Primum ergo creationis opera inspicere, omnia, quæ vides, tibi condidit Deus tuus, vt eum diligas, quod si vt decet, hæc inspicias, ebrius eris diuino amore. De his beneficijs cum agere vellet **B** Psal. in eo Psal. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomē tuum in vniuersa terra, ei apponit titulum, in finem pro torcularibus Psalmus, quasi dicat, decantetur Psalmus hic qui de naturalibus à Deo susceptis beneficijs loquitur in musicis illis instrumentis, quæ torcularia dicuntur, quia torcularia sunt hæc beneficia, ex quibus vinum procedit, quod hominum mentes inebriare potest. Sed sunt adhuc altiora alia beneficia redemptionis. Verecundia affecit Iacob Laban socerum his verbis, viginti annis seruiui tibi, die noctuque æstu vrgebar & gelu, fugiebatq; somnus ab oculis meis, his dictis ex inimico amicum fecit. Quis contemplari potest redemptionis beneficia, qui Christo nõ reconcilietur? Loquitur Ionathas Sauli de **C** Dauid, dicens, opera eius bona sunt tibi valde, posuit animam suam in manu sua, & percussit Philistæum, quare ergo peccas in sanguine innoxio? Quid dicere tu poteris, audies, opera Christi in te optima, non solū vitam periculo pro te exposuit, sed il lam libeter tradidit, quomodo ergo manus tibi erūt, vt pecces in manus illas pro te clauis fixas? pedes vt curras in eos, qui pro te cõfixi sunt? cor vt eum non diligas, qui te dilexit vsq; ad mortem, & pro te lancea vulneratus est? Opera vero glorificationis licet expertus non sis, eis tamē te summe sibi deuinxit, præparans tibi domum diuinā regnum æternum. Si enim qui domum cõstruit, & maioricatum instituit tibi, te deuincit, cur deuinciendus non es, cum tibi Deus domum æternam, & regnum æternum parauerit? Quantę ergo iniquitatis erit, tantū la

Vv 3.

pidare

Genes. 33.

Osee. 11.
Eccle. 4.

Psal. 8.

Gen. 31.

1. Reg. 19.

Simile.

pidere benefactorem tantum Dominum? Aliquando enim ea
 reuerentia personæ alicui debetur, vt etiam si illa laceſſat iniu-
 ria, non audeat laceſſitus in eum inſurgere, vt quādo pater vel
 2. Reg. 16. rox te impetit. *Quæ ergo fronte potes in Deum ſummæ maie-
 ſtatis, & parentem tuum lapides mittere.* 2. Reg. dicitur, Semei
 autem per iugum montis ex latere gradiebatur, maledicens, &
 mittens lapides aduerſum Dauid, terramque ſpargens. Nō po-
 tuit Abyſſai illud ſuſtinere, voluitque eum occidere, ſed eum
 Pſal. 149. Dauid prohibuit. Tu peccatis tuis Deum lapidas, & cum An-
 geli parati ſint in vindictam, & gladij ancipites in manibus eo-
 rum, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in
 Matt. 13. populis, parati ad colligendum zizania, vt in ignem mittant,
 cū dicant, vis imus & colligimus ea, impedimento illis eſt Chri-
 ſtus Dominus, & ait, non, ſicut Dauid continuit Abyſſai, ne
 Aug. in viſionē procederet. Hoc admirās Aug. aiebat, ego te offen-
 debam, & tu me defendebas. Si tibi peccanti oculi aperiren-
 tur, & videres millia dæmonum te circundantium, vt deuo-
 rent, qui tamen prohibentur à Chriſto, in quem peccas, an nō
 tibi ipſi ingratiſſimus appareres? His ergo beneficijs reſponde-
 re debes obſequijs, factus Chriſti ouis eius audiēs vocē,
 eum ſequens, vt ab eo accipias vitam
 æternam; &c.

Feria

A Feria Quinta poſt Domi- nicam Quintam qua- drageſimæ.

*Thero. Ecce mulier, quæ erat in ciuitate pecca-
 trix, &c. Luc. 7.*



ON ſine diuina prouidentia factum eſt, vt ad fi-
 nem quadreſimæ proponatur nobis Magdale-
 næ conuerſio, qua doceamur omnes, quo pacto
 toto corde ad Deum conuertamur, & ſimulata
 multorum conuerſio, qua ſeipſos decipiunt, ma-
 niſteſta fiat. Summum enim hominis diſcrimen eſt, ſi putet,
 mundatum ſe à peccato, cum non ſit. De qua re Sapiens ait,
 generatio, quæ ſibi munda videtur, & non eſt mundata à for-
 dibus ſuis. Si ergo toto corde ad Deum conuerti vis, proponi-
 tur nunc tibi exemplum, quod imiteris, ſed gratia opus eſt, vt
 illud videamus, & imitemur, &c.

C Proponitur hodie nobis mirabilis imago pœnitentiæ in
 Magdalenæ, quæ ſpeculum pœnitentiæ dici poteſt. Et quem-
 admodum pictor depicturus imaginem, prius carbone eam de-
 lineat in tabula, deformem tunc quidem, poſtea vero colores
 adijcit, quibus eam ornat, ac perficit: ita diuinus pictor Lucas
 prius deformem imaginem proponit, denigratam ſuper car-
 bones, poſtea autem diuinos adijcit colores, quibus omnium
 hominum, & Angelorum oculos rapit.

Videamus eam primum carbone expreſſam. *Ecce mulier,
 quæ erat in ciuitate peccatrix.* Mulier iſta diues, nobilis, pul-
 chra, & probis ornata fratribus erat, & in Hieruſalem domici-
 lium habebat, vbi conciones plures, vbi templum, & ſacrificia,
 nihilominus illa peccatrix erat. Illa omnia eius peccatum mi-

sum

rum in modum augent, quia sicut macula in purpura, ac serico, vel aureo panno deformior apparet, ita in nobili, ac præcipua femina deterior est inhonestas. Non illam excusabat pauperies, diues enim erat, non ignorantia, quia ingenio pollebat. Nec vero sibi duntaxat mala erat, verum & vniuersæ ciuitati, quam inficiebat. Nec enim mysterio vacat, quod Magdalena dicebatur à Magdalo castello, nomen ergo castelli habebat, quia & ipsa castellum, & turris erat. Quid enim aliud inhonesta mulier in ciuitate est, præcipue cum diues, & pulchra est, nisi turris fortissimum hostium, qui inde ciuitatem expugnant? Si nunc in hac ciuitate turris esset munita, quæ à Turcis obtineretur, & inde tormenta bellica in ciuitatem iacerent, an non ciuitas vastaretur? Mulier ergo inhonesta castellum hoc est, in quo dæmones habitant, ex quo innumera mala faciunt in miseris homines. An non Marcus ait, septem dæmonia ex Magdalena eiecit? castellum ergo erat in quo septem dæmones habitabant in perniciem hominum curandam, castellum, quod dæmones munierant. De quo Dominus ait. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet. Innumera mala hominibus habitantibus Hierusalem, ex hoc castello proueniebant. Ex eo enim innumeras sagittas, ac alia arma dæmon iaciebat ad perdendas animas, eius capillis, oculis, ore, facie, manibusque sagittæ mortis procedebant, quibus homines incauti peribant. Nec ex his duntaxat, sed etiam ex monilibus, murrinulis, & omni ornamento, in quo plura erant minuscula quidem, si quantitatem attendas, sed noxia, & hominum oculos capientia. Et hoc forsân est, quod Ezech. describens Tyri pulchritudinem, ait, sed & Pygmei, qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per Gyrum, ipsi completerunt pulchritudinem tuam. Ornatur leuis mulier pluribus rebus minimis, quas vulgo dicis, *pedras, nimphas, joyas, almirantes, medallas, enricos, muñecas*. En pygmeos, qui complent pulchritudinem huius castelli, & hi pharetras, & sagittas habent, quibus incautos homines vulnerent, in his enim illi capiuntur. En munitum dæmonie castellum, quod incitationibus suis sic munierat dæmonem, ut nec fratrum,

*Simile.**Mar. 16.**Luc. 11.**Ezech. 27.*

A fratrum, & propinquorum correctioni, nec amicorum consilio caderet.

Sed venit fortior armatus, ut ex Magdalene castello eliminaret fortem armatum, & vasa eius diriperet. Et licet alia castella vicerit, ac sibi subiugauerit per Apostolos, & alios verbi Dei ministros, hoc tamen per seipsum expugnare decreuit, ille huius rei gloriam sibi soli seruauit. Accedit ad concionem Christi Magdalena, potius curiositate ducta, quam desiderio mutandi vitam in melius. Ornatur, ut in publicum procedat, & omnium oculos ad se rapit, sed & oculos Christi: vidit enim turrim munitissimam, quam dæmon possidebat, ex qua stragem animarum faciebat, decreuit eam expugnare, ut sibi turris esset, ex qua animas lucraretur. Disponit tormenta bellica, ut in eam iaciat. Incipit muros Hiericuntinos percutere tubis verbi diuini, & ignita verba in illam iaciebat, de quibus scriptum est, nonne verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petras? deiecit murum, & antemurale, & usque ad cor pertulerunt verba illa. Sed ais, quæ nam verba sunt, quæ Christus ea in concione intonuit? Certe si illa nunc nossem, nihil aliud vobis loquerer. Forsan dixit. O turris Babylonica, quæ putas, cælum te pertingere, quæ prodicionem in Deum fecisti, tradens te hosti, & expellens à te Deum tuum, non relinquetur in te lapis super lapidem, qui non destruat, ac tibi imminet bellum, igne, & sanguine conficiendum. Descende, (hæc ex

B Esaia c. 47.) sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra, non est solium filie Chaldeorum, quia ultra non vocaberis molis, & tenera, ultionem capiam, & non resistet mihi homo. Et dixisti, in sempiternum ero domina, non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui. Væ, qui ridetis nunc, quia flebitis. His tormentis imperita Magdalena, tremere, ac pauere cepit, contremiscunt parietes castelli, cito in terram corruet. Et factum est illud Habacuc. 1. & ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt, ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.

*Iere. 23.**Esaia. 47.*

C Videndum nobis est, quo pacto castellum hoc Christus intrauerit, sibi que usurpauerit. Vidimus nigros huius maginis

Haba. 1.

colores, nunc pulcherrimos consideremus. *Vt cognovit, quia Iesus accubuit in domo Pharisæi.* Venit ad eum, nihil distulit, se ipsam tradit Deo, nec conditiones villas proponit, vt castellū tradat, nulla interposita mora à peccato recedit, plurimas diffi cultates superauit, cōtinuo nō acquieuit carni, & sanguini, nec vllis negotijs impedita fuit, sed licet plures essent funes, ac difficultates, omnia dirupit, quasi tenuem filū. Miros in hac femina colores depingit Lucas, videbis in ea purpureū charitatis colorem, viridem spei, ac mirabilis fidei viū, quę illam salutem fecit, ibi pœnitentię ardentissimę color, despectus mundi, & vniuersorum, quę in illo sunt, demum virtutum omnium collectionem in ea videre licet. Impleturque in ea illud Esaię: scissæ sunt in deserto aquę, & torrentes in solitudine, & quę erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami, & iunci. Quibus verbis ostendit propheta mutationem mundi per Messiam faciendam, cum hominum sicca corda aqua cęlesti irrigata mutada erant in hortos voluptatis, & quę prius fuerant dæmonum domicilia, ac castella, efficienda erant Dei templa. Hoc in Magdalena videre licet, in qua prius habitabant septem dæmonia, nunc repente translata est in vas glorię de vase contumelię. Qualis obsecro fides, ac gratia ei concessa fuit, quę omnino mundum conculcauit, nullum hominum erubuit, sed ad Christi pedes venit, qualis ignis intus ardebat, cum tantam aquam distillant oculi? qualis sui despectus cum capillis pedes tergit? Certe, vbi abundauit delictum super abundauit & gratia.

En ergo castellum dæmonis mutatum in castellum Christi expugnauit castellū hoc Deus, sibiq; vsurpauit. Et quę admodum prius ex hoc castello pugnabat dæmō in homines, & eos sibi subiugabat, ita nunc ex eo pugnat Christus, vt plures peccatores ad se trahat. Hoc manifestis verbis Pau. explicat, cū ait. Sed neq; exhibeatis mēbra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tanquā ex mortuis viuētes, & mēbra vestra arma iustitię Deo. Quę erāt arma peccati, facta sunt arma Dei, quibus peccatores debellet. Et forte hoc est mirabile illud, de quo Dominus ad Iob ait. Nunquid ingressus es thesauros ni-

Auis, aut thesauros grandinis aspexisti? Quę preparavi in tempus hostis, in diem pugnę, & belli? Sed quā hi thesauri sunt, aut qua ratione in bellum seruari? Certe thesauri Dei sancti sunt, qui in diuersis sunt mansionibus, quāsi in diuersis tbecis. Et quid mirum si sanctos Dei in cęlo consistentes thesauros dicamus, cum Christi pauperes in terra degentes thesauros Ecclesię dixerit Laurentius, eosque ostenderit Decio? Sed quia diuino thesauros non solum in innocentibus Deus posuit, sed etiam in peccatoribus maximis, ideo in niue, & grandine thesauros esse perhibet, vt Gregorius ait. Nix enim ex grossis terrę vaporibus frigiditate congelatis efficitur, similiter, & grando, sed hac diuersitate, vt maior frigiditas grandinem congelet, & ideo nix peccatores significat minus peccantes, grando vero peccatores maximos, qui strepitu facto cadunt, quia publice peccant, & absque verecundia, peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt, vt propheta ait. Sed in hac niue, ac grandine frigida thesauros Deus reposuit, vt vbi abundauit delictum, superabundaret & gratia, & qui prius fuerant arma iniquitatis, castella dæmonum, nunc arma Dei, & eius castellum sunt. Sed quid sibi vult, quod niuem, & grandinem præparauerit Deus in pugnam, & bellum? Certe ostendit, quod sicut peccator, cum castellum erat dæmonis, pugnabat aduersus Deum, & animarum perniciem curabat, ita cum castellum Dei est, pugnat aduersus dæmonem pro Deo, vt ad eum animas trahat. Vis videre Christum ex Magdalene castello pugnantem aduersus peccatores, vt eos in meliorem mentē reducat? Audi eū confundentem Simonem Magdalene exemplo, ac dicentem, vides hanc mulierē? Intraui in domū tuam aquā pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis eos rigauit, osculū mihi non dedisti, hæc autem, ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. An nō his verbis expugnat Christus Simonē, & ex Magdalene castello? Id ipsum hodierna die facit Christus, multi enim peccatores sunt, qui ad Deū nō sunt cōuersi, quib; hodie proponit Magdalena, & ex ea vt castello eos expugnat, sicut Simonē, dicens. O peccator, vides hanc mulierem, tu vel lachrymulam nō fudisti pro peccatis tuis, hæc vero

Esa. 35.

Rom. 6.

Iob. 38.

Greg.

Esa. 37.

rò largissimas dedit aquas. Tu osculari noluisti Christum, reconciliari ei renuisti, hæc vero pedes eius millies est osculata, tu ad confessarij pedes nõ accessisti, hæc ad pedes iacet meos. An his dictis, non expugnatur peccatoris mens? Ex castello ergo Magdalene multa bella conficit Christus, ergo thesauros grandinis, & niuis præparauit Deus in diem pugne, & belli aduersus hoites suos, vt populi sub eo cadant.

Vidimus Christum expugnatem Magdalenam castellum, nunc videamus Magdalenam expugnantem Christum castellum.

Primum tormentum bellicum, quod adhibuit, vt id perfereret, humilitas fuit, quæ in hoc opus potentissima est. Vnde Iudith, humilium, & mansuetorum tibi semper placuit deprecatio, stetit ergo retro secus pedes eius. Quidam ad confessarium accedunt, vt peccata confiteantur, sed non humiliter accedunt, sed superbe, & cum maiestate, non quasi peccator humilis, sed quasi diues superbus, non quasi iudicandus, sed quasi iudex, quasi beneficium conferret confessario, quia ad eum accedit. Non sic prodigus, qui non audebat oculos leuare, & publicanus, qui oculos in cælum leuare non audebat, & Magdalena, quæ accedit retro, secus pedes. Accedat ergo homo tanquam reus ad Dei tribunal, vt misericordiam consequatur.

Luc. 15. Accesserat Chananea ad Christum humilis, & expugnauit eum, sed qua arte? certe humilitate, cum dixit, etiam Domine, nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Ad quam Christus, o mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis. En expugnatam, & obtentam Christi voluntatem humilitate. Sed quod Chananea verbis solum dixit, confessa se esse catellum, qui sub mensa micam expectat, hoc Magdalena opere præstat, non enim in mensa accubuit, sed sub mensa ad Christi pedes tanquam catellus expectans micam aliquam misericordiam. Illa in hoc conuiuio elegit infimum locum, sed Dominus assumpsit eam, & in primo loco collocauit, quia eam superiorem ostendit Simone, & Martha, & caput mensæ ei tribuit, cum caput suum vngendum ei præbuit. Sedebat Simon in mensa tanquam filius in loco optimo, accedit Magdalena & locum catelli sibi vsurpat, sed audi mutationem dexteræ ex-

cellis,

A cellis, attende commutatas manus, assumitur Magdalena in locum filij concessa ei gratia, ac remissione peccatorum, descendit Simon in locum catelli obmurmurans, & oblatrans Magdalene, & Christo. En illam ex catello in filiam mutatam, Simonem ex filio in catellum, & leprosus manet, quia humiliatus non fuit. Sicut & Naamam si non humiliaretur, ac obediret, leprosus redisset in patriam. Ita sepe accidit, vt accedat ad confessarium pauper humilis, & recedat iustificatus, superbus verò diues recedat lepra infectus sicut prius, quia non humiliter accessit.

Sed inspicimus tormenta alia bellica, quibus Magdalena Christum expugnat, *lachrimis cepit rigare pedes eius.* Lachrimæ, suspiria, gemitus, dolor. Augustinus in sermone ait, oratio Deum vngit, sed lachrima pungit, hæc ligat, illa cogit, penetrat cælos oratio humiliantis se, non nubes tantum, sed & cor Dei, at lachrimæ Deum quodammodo vincunt, ac cogunt. Rubus spinis plena fuerat Magdalena, sed Dei igne ad eam descendente ex rubo mutata est in rosetum. Cumque ignis in ea arderet, distillari aqua cepit odorifera per oculos, quibus Christi lauantur pedes. Impleturque in ea illud Ieremiæ. Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. Et licet aqua distillaretur, non tamen gutatim profluebat, sed abundanter, magna est velut mare contritio tua, imo maior mari, nec enim mare potuit plantas Christi madefacere, at lachrimæ Magdalene lauerunt pedes eius.

C Flens verò Magdalena docet nos, deflere peccata, & lachrimis Christi rigare pedes. Mæroris, ac lachrimarum causa malum est. Et ideo in cælo lachrimæ nullæ sunt, quia ibi nullum est malum, in inferno fletus iugis, ac stridor dentium, quia, de his, qui ibi tenentur scriptum est, congregabo super eos mala. In hac vita gaudium, & lachrimæ sunt, quia bona sunt malis permixta. Cum ergo malum causa sit fletus, quo maius fuerit malum, eo fletus super illud maior esset. Cui ergo peccatum omnino malum sit, & infinitè malum, quatenus à bono infinito se parat, obiectum est proprium lachrimarum. Explicans Diuus Bernardus illud Psal. Non accedet ad te malum, ait sermone decimo in illud Psalmum. Hoc malum est, quod sua anima animam priuat,

Aduent.

Xx

quod

4. Reg. 9.

Aug.

Thr. 2.

Dent. 32.

Bernard.

Psal. 90.

quod separat inter te, & Deum, vt eo regnante tanquã corpus sine anima, sic sit anima sine Deo planè mortua in semet ipsa. Et ipse regius vates manifestè distinguit inter malũ, & pœnã; hãc enim, flagellũ dicit, peccatum autem malum absolute pronunciauit. In malis pœnã ratio aliqua boni reperitur, qua ratione Deus illorũ author est, at in malo culpã nulla boni ratio inuenitur, & ideo Deus author illius esse non potest, & summum malorũ censendum est. Et ideo peccatum absolute malum dici, & cõpellari solet. Hinc, vt nos moneat à peccato cauere Psaltes ait: declina à malo, & fac bonũ. Non dixit, declina à peccato, sed à malo, quia nihil est omnino, & absolute malum nisi peccatum. Et in oratione dominica dicimus, libera nos à malo. Quo loco Augustinus per malum peccatũ intelligit. Deinde ratio manifestũ facit id, quod diximus. Nã illud est omnino, & absolute malũ, quod hominẽ reddit malũ, sicut illa dicit sciẽtia, quã hominẽ sciẽtẽ reddit. Nihil autẽ hominem malũ reddit, nisi peccatũ, peccatũ ergo absolute malũ est. Egrotas reddit hominẽ inopẽ, nõ malũ, egritudo egrotũ efficit, nõ malũ, similiter de morte, & infamia philosophadũ est, quã omnia bonus vir sustinet, & ipse Deus, qui infinita bonitas est mala pœnã innumera sustinuit. Ex quibus manifestè colligit peccatum maximè deplorandum esse, vt malorum omnium, maximum. Quod si aliqua alia mala dicuntur, quã in hac vita sustinemus, minima profecto mala sunt quia minimis bonis priuat, paupertas diuitijs, infirmitas valetudine, mors vita corporis; hæc autem parua sunt bona, at peccatum lethale vita spirituali, gratia, donis cœlestibus, & ipso Deo priuat, & ideo summum est malum, quia infinito bono priuat, & ideo summè lugẽdum. Qua ratione lamẽtantibus ipsius mortẽ ait: Filie Ierusalẽ nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, licet enim acerbissimi eius essent dolores, sed nulla in eo inerat culpa, illẽ verò, & filij earũ multis erãt culpis obnoxij. Hinc sancti, quib; diuina lux ostẽdit peccati mala, largissimas lachrimas propter illud fuderũt. Attẽde Dauid dicit: exitus aquarũ deduxerũt oculi mei, quia non custodierunt legẽ tuã. Quid Petri lachrimas memorẽ? & deniq; Magdalene quã flumina effudit ex oculis? Sed quid mirũ sanctos deplora-

Psal. 36.

Math. 6.
August.

Luc. 25.

Psal. 118.

rare peccata, cũ ipse Deus, qui infinita lætitia est, homo factus propter hominum peccata deplorauerit, cum natus est, cum fleuit super Ierusalẽ, & Lazarũ, & demũ cum clamore valido, & lachrimis orans exauditus est pro sua reuerentia. Licet ex multis ostendi possit peccati malitia, præcipuè tamen eam declarant Christi lachrimæ, nisi enim maxima de causa Deus omnino non lugeret. Si ergo ò homo peccasti, scito, summum in te malum esse, illud deplora, & multis lachrimis dilue re cura, & dic, defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitu b; sic enim cũ Magdalena Chrĩm expugnabis, & veniã obtinebis. ¶ Sed expendendum est, merito rigari nunc Christi pedes Magdalene lachrimis, rependent enim illi, quod Magdalena eis præstat nunc. Riga ò Magdalena pedes hos lachrimis, capillis terge, vnguento vnge, cito enim in crucem tolletur Dominus, & tu sub arbore illa eris, & sanguine copioso à pedibus manante, tu lauaberis, & diuino balsamo vngeris. Si nunc ex duobus oculis duo flumina lachrymarum procedunt, tunc ex duobus pedibus duo alia procedent flumina, quibus adiungẽtur sanguis, qui ex capite spinis coronato, ex latere aperto, ex vniuerso corpore vulneribus pleno procedet. Si nunc sustines pro eo oblatrantem Pharisæum, videbis tunc sustinentem pro te blasphemias, ac opprobria innumera, grata ergo his pedibus Magdalena, sicut præuenit vnge corpus in sepulturã, præuenit nũc gratias agere pro immenso crucis beneficio.

Deinde capillis, quibus pedes tergebat, expugnabat Christum, cogitationibus, scilicet, & desiderijs, charitate ignitis. Effudisti ò Magdalena mare lachrymarum, nunc retia capillorum tende. Primum rete hoc misisti in mundi mare mortuum, in flumen Sodomæ, & vanos homines irretiuisti. Nunc autem in mare lachrymarum tuarum retia expende, & piscaberis Christum Dominum. In nocte culpæ rete misisti, ad sinistram nauigij, & nihil cepisti. Nunc, cum dies ad dexteram nauigij, mitte rete, & piscem Tobie capies, qui tibi visum reddat, & vitam. Optimè cum Petro actum est, cum ex piscium piscatore factus est piscator hominum, sed quid tecũ actum dicam, cum ex piscatore hominum facta es piscator Dei, prius homines piscabaris, nunc Christum. Ex maxima

Heb. 3.

Psal. 36.

peccatrice facta es piscatrix maxima. Noli ergo retia relinquere cum Petro, retia peccatorum dimitte, sed non retia capillorum, quibus margaritam optimam cepisti. Similes tuis capilli erant Absalonis, sed quia in ventum capillos ducebat, suspensus è quercu est, & ipse suis capillis perijt. Misit capillos suos in quercum, vt colligeret siliquas porcorum, quibus dissipator filius saturari cupiebat, & hęsit in quercu in mortem, secutus enim ille est vanas cogitationes, & cordis desideria, ex quibus suspensus vitam amisit.

a. Reg. 14.

Luc. 15.

Latet & aliud mysterium in his capillis. Solent enim milites in morte principis eius vexilla in terram deijcere, ac per eam ducere. Magdalena castellum fuit dęmonis, in cuius arce capilli erant, tanquam vexillum dęmonis, quid enim aliud est capillatura, & circũdatio auri, nisi Cupidinis, ac dęmonis vexillum? Sed quia in corde Magdalene mortuus est dęmon, & Cupido, vexillum illius per terram trahitur, & humi serpit, dum capilli tergunt pedes Christi. Hac hebdomada vexilla regis prodeire, vexilla regis prodeunt, hęc in corde nostro erigamus, dęmonis vero vexillum in terram deijciamus.

Deinde vnguento, quo pedes vnguebat Christum expugna re intendit. Erexerat Christum in animę suę regem, vngit illum, quia reges olim inũgebantur. Sicut ergo regina Sabba audita fama Salomonis venit ad eum cum diuitijs, & aromatibus & deferebat aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas. Nō sunt allata vltra aromata tam multa, quam ea, quę dedit regina Saba Salomoni. Hęc sanè in Magdalena impleta videmus. Attulit Christo aurum infinitum nimis, cum dilexit multum, attulit aromata virtutũ multa, qualia vix reperies, qui attulerit. Quis obsecro tanta Christo donauit ac Magdalena? Omnia eius causa reliquit, gloriã mundi, & eius ornatũ cōtempnit, cor tradidit, lachrimas ludit, capillos dedit, & vnguenta omnia, quid illi reliquum erat, quod nunc Christo non dederit, cum se ipsam tradiderit? En igitur quibus machinis Magdalena Christum expugnauit.

Proponitur autem nobis illius conuersio in exemplar. Et cum plures diuinę scripturę paginę nobis proponant magnalia diuinę iustitię, nunc proponuntur magnalia diuinę

mife-

misericiđię, cum ex horrido monte effecit voluptatis hortũ, ex leęna angnam, quod folius Dei est. De Adonibezech sacra refert historia, potentiam suam ostentare voluisse, dum septuaginta reges amputatis summitatibus manuum, ac pedum sub illius mensa erant. Non id adeo mirum erat, ac gloriosum, vt enim illi reges tenebantur. At vero Christus mirabilem potentiam, ac misericordiam ostendit, dum voluntate proprie efficit, vt peccatores sub illius sint mensa, imo & sub illius pedibus. Nec id tantum Christus efficit, sed & dęmonem ligat, & ligatum animabus tribuit, vt eum illudant. Quod est mirabile illud, quod Iob efficere non potuit, Deus verò se facturum innuit, cum ait. Numquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eũ ancillis tuis? Illudit Deus dęmoni quasi aui, cum nidum, & filios, quos sibi nutiebat, ab eo aufert, tradit autem ancillis illudendum, ac ligatum, cum animę Christi ancillę eum superat, irident, atque despiciunt. Vt ergo nos misericordiam consequamur, imitemur Magdalenam in pœnitentia, & illius modo ac ratione, ne forte inanis sit, nosque comprehendat maledictio illa prophete. Tu seminabis, & non metes, tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo, & mustum, & non bibes vnum. Multi certè labores pœnitentię subeunt, & torcular pœnitentię ingrediuntur, nec fructum colligunt, quia non debite pœnitent. Sit tibi speculum verę pœnitentię Magdalena. Primũ, quod Magdalena fecit, fuit, amorem commutare, amorem mundi in Dei dilectionem, peccator mutat in quadragesima cibos, non amorem, & cor, & ideo non eis proficit ieiuniũ, sed similis est aquis Iordanis, quę dum transit arca, consistũt, nec fluũt, sed cito defluxere, & ad pristinum cursum rediere. Ita multis contingit, qui nunc à peccato abstinēt, dum quadragesimę tempus inibat, sed cito illa repetent, quasi canes reuer si ad vomitum. Similis facti Israeli, qui instante tribulatione dimisit seruos liberos iuxta legem, sed cito iterum quisque reduxit seruũ in domũ suam sicut prius. Si dimittis d̄ homo peccatum, cur illud in domum reduces tuam? Qui id facit, manifeste ostendit, non se ex corde peccatum dimisisse. Ex corde ergo à peccato recede, conuertimini ad me in toto corde vestro, in plenitudine fidei. Deinde lachrimarum vim funde cũ

Aduen.

Xx 3

Magdalena;

Magdalena, sic enim illa præclarum cibum Christo dedit. R. Et fecit Phariseus Christum inuitans, sed melius ferculū, ac dulcius Magdalena obtulit, cor, scilicet, contritum, & humilitum. Tu ergo Christum inuita in suis pauperibus cum Phariseo, nec diuitias consumas tuas, vt dæmoni cibos præstes, sicut Babylonij faciebant pascentes draconem. Et ipsi Christo cibum para offerens ei cor tuum. Deinde capillos cogitationum & desideriorum ei offer, & alabastrum vnguenti ex vniuersis pulueribus pigmētarijs, id est, ex cōfectione vniuersarum virtutum, &c.

Feria Sexta Post Domini- cam Quintam Quadra- gesimæ.

*Thema. Expedi vt vnus homo moriatur pro
populo.*
Ioan. 11.

Diuersæ omnino sunt viæ Dei à vijs hominum. Lactantius Firmianus libro. 4. de vera sapientia, ca. 16. ait vanos mundi sapientes ea ratione potissimum ductos, vt Christum Deum esse negarent, quod mortem obiit supplicij & doloribus plenam, & ideo indignum dicebant, huiusmodi hominem Deum dicere. Si vero amplissimus rex fuisset, & mundi gloria ornatus, facile Deus crederetur. Hæc via hominum est, sed via Dei, & veritatis longe est diuersa, vt bene Lactantius probat, quia si vitam fœlicem, & omni voluptate ac diuitijs refertā vixisset, nullus sapiens ipsum iudicasset dignū diuino honore, & eo iudicādus dignus est, quia pauper, & in cruce mortuus est. Qui caducas opes, & fragilem potentiam

mundi

A mundi quæ gloriam suspiciunt, & magni ducunt, omnino falluntur, sola nanque virtus & iustitia hominem magnum faciunt, & honore dignum æstimatione, hanc verò Christus docuit verbo & exemplo, qui plenus gratia & veritate fuit, & ideo ipse dixit, simile esse regnum cælorum homini quærenti bonas margaritas, non fallaces ac perituras, quales sunt eæ, quæ humanā fœlicitatem spectant, quæ impedimento virtuti esse solēt, diuitiæ enim deliciæ & honores arma esse solent iniquitatis, potiusquam instrumenta virtutis.

Mors vero crucis Deo conuenientissima fuit, vnde Spiritu sancto afflatus Caiphas prophetat, oportet vnum hominē mori pro populo. Non solum Deo indecens non est, imo ei aptissima. Et vt illud probemus, attendendum, lumine naturali manifestum esse, Deum nostrū omnium perfectionum abyssum esse, & omnes perfectiones æquales in Deo sunt, quia omnes vnū sunt. Sed quod iudicio nostro gloriosius in Deo est, immensitas eius bonitas & misericordia est. Omnia diuina nobis placēt, sed bonitas & misericordia præcipue. Hinc antiqui Deum dicebant Optimum Maximum, prius eum Optimum dicebant, & summa laus, quam alicui conferre possumus, est, eum dicere bonum, & licet de omnibus laudari velit Deus, præcipue tamen de bonitate ac misericordia. Hinc spiritus illi, quos Esa. vii. dicit Deo psallere sapienter, dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, quod idem est, ac optimus, hac laude Deus præcipue gaudeat.

Ex quo sequitur, cum omnia propter suam gloriam Deus fecerit, oportuisse, bonitatem suam præcipue manifestari ab eo, hinc enim summa ei gloria redundat. Et licet in mudi creatione eam manifestauerit, sicut reliqua attributa, tamen cum voluerit eam super omnia alia ostendi, alio insigniori opere ostendenda fuit. Sed quodnam erit opus, quo conuenientissime diuina bonitas ostendatur? illud planè, quod Deo maximum laborem, nobis vero summam adducat vtilitatem. Tres enim bonitatis gradus à philosophis numerantur. Primus & insignimus, multum habens de commercio, est eorum, qui emolumentum sperantes, alijs benefaciunt. Secundus altior, eorum, qui gratis benefaciunt, nihil vtilitatis sperantes, sed sine vilo

proprio labore. Tertius, & supremus, eorum, qui maximo labore alijs multa bona faciunt. Hinc sententia illa, regium est, mala audire, cum benefeceris. Cum ergo Deus homini benefecit in creatione sine vilo labore suo, similis fuit homini, qui prope fontem, aut fluuium conficiens viatori calicem aquæ dat, quod non est tantum bonitatis argumentum, ac si multo cum labore proprie quisquam beneficiat. Oportuit ergo Deum summo suo labore homini beneficeret, ut sic suprema illius bonitas ostenderetur. Hoc verò in natura sua præstare non potuit, ideo humanam naturam induit, in qua potuit summis doloribus, & morte nobis innumera bona parare, quod planè diuinæ bonitatis argumentum est. Oportet ergo, vnum hominem mori pro populo, ut Dei infinita bonitas ostendatur.

Sed ais. An non indecens est, Deum pati? Respondeo, si velamine tegitur imago pulcherrima, & videri non potest, si velum non rumpatur, merito scinditur, ut imago conspici possit. Opera Dei bonitas erat humanitatis velo, rupta humanitas est, & diuina apparuit bonitas, & gloria. Quod signatū est, cum in passione Christi templi velum scissum est à summo vsque deorsum, & sic pulchritudo sanctuarij apparuit. Si rectis oculis contemplaris Christū in cruce pendentē, per plagas illas videbis ostendi Dei bonitatem, & gloriam. Vnde Esaias ait, & reuelabitur gloria Domini, quia sumæ, & infinite bonitatis fuit libenter pati, ut inimicis beneficeret, eosque in gloriam duceret. Et tunc nobis pulchrior, ac dulcior visus est. Sicut cum sponsa videt vulneratum sponsum, ut eam defendat, tunc illi maximè placet, amorem enim præcipuum ostendit. Hinc nobis discendum est, ut Dei causa ea præstemus, quæ dura, ac difficilia sunt, ne enim dicas, bona mihi Deus confert, sed sine labore, mea vero obsequia laboris plena sunt, en Deus tuus beneficia tibi præstat, quæ sanguinis fusione, & innumeris doloribus plena sunt. Si ergo aliquo dolore afficiendus pro Deo es, noli ideo à Dei obsequio cessare. Oportet ergo vnum hominem mori pro nobis, ut suam ostendat infinitam bonitatem, ut nos sibi deuinciat, ut ei obsequamur, etiam in arduis ac difficilibus.

Hic

Hæc Christi mors hodie in Caiphæ concilio decernitur, collegerunt, ait Ioannes, concilium, & aiunt, quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Quid inde colligitis? occidamus ergo eum, prauè colligunt. Sed hoc malorum ingenium est, ex veris prauè colligere, an nò rectius colligeret, si dicerent, quid facimus, tot tantisque signis nò credetes? credamus ergo ei. Sic Nicodemus collegerat, scimus quia à Deo venisti magister, ne mo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo, quod si Deus cum eo est, nullus restat Romanorū timor, omnis enim humana potestas, si diuinæ cõferatur, nulla est. Sed malis hoc insitū est, ut prauè colligat, & deducant. Cuius rei plura sunt exempla. Primū illud sit, quod mali colopi dicunt, hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas, an non rectius dicerent, hic est hæres, demus ergo ei hæreditatem? Secundum sit illud quod Dominus apud Lucam ostendit dicens, hominis cuiusdam diuitis ager vbères fructus tulit, qui ait intra se quid faciam? Simile hoc verbum est ei, quod nunc dicunt Pharisei, quid facimus? si recte ille colligeret, dicere debebat, Deus mihi hæc dedit, nam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, si ergo ille mihi dedit, conferuis hæc diuidā, ei reddam in pauperibus, faciam sacculos, qui non veterascunt, thesaurum indeficientem, faciam amicos de mamona iniquitatis, ut cum defecerim, recipiam me in æterna tabernacula, optima profecto collectio. Sed ille non sic colligit, sed stultus cum esset, stulte collegit, dicens, destruan horrea mea, & maiora faciam, & seruabo mihi in annos plurimos. Stulte eū collegisse ostendit vox de celo, quæ ei dicit, stulte hæc nocte repetent animam tuam, & quæ parati, cuius erunt? Multi hodie sic colligunt, qui noua horrea faciunt, diuitias congregant. Tertium eiusdem rei exemplum sit Nabuchodonosor, qui obtento Arphaxat, ait, Dominus erò vniuersi orbis, & ut Deus colendus sum. Cū Deo humiliari debuit, qui ei victoriã tribuit, in Deū erigitur. Cui per similes sūt, qui acceptis à Deo beneficijs superbiunt, cum ex eis humiliari debuerint. Quartum exemplum Sapiens oculis nostris subiicit dicens, dixerunt impij cogitantes apud se non, recte, ea continuo Spiritus sanctus operat

Ioan. 3.

Mat. 12.

Luc. 12.

Iudub. 2.

Sep. 2.

Xx 5

eorum

eorum malam collectionem dicens, cogitasse eos apud se non recte. Sed quid dixerunt? exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, venite ergo, fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in inuentute celeriter: vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereant nos flos temporis, coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratium sit, quod non pertranscat luxuria nostra. Præua profectio collectio, quam rectius ille, tempus itaque breue est (en idem antecedens cum illo, quod prauis usurpant, exiguum est tempus vitæ nostræ) reliquum est, vt qui habent vxores, tanquã nõ habentes sint, & qui vtütur hoc mundo, tanquã nõ vtantur: præterit enim figura mûdi huius.

2. Cor. 7.

Sed ais, errores hi; atque stultitiæ in infimis de plebe hominibus erunt. Hieremias populi obiurgatis peccatis, subdit, ego autem dixi, forsitan pauperes sunt, & stulti, & ignorant viam Domini, ibo igitur ad optimates, & loquar eis, ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt iugũ, ruperunt vincula. Hoc hodierna die apparet in Phariseorum concilio, contra Christum inuito, & nũc etiam stultissimos hominum nobiles esse videmus, præueque colligentes, hi magis peccatis se tradunt, hi minus spiritualia curant, hi magis diuitias congregant, hi magis superbiunt & quæ mundi sunt sequuntur.

Hier. 5.

Sed quæ in concilio proponant suo, audiamus. *Si dimittimus eum scilicet, venient Romani.* Pauci Deo amici sunt, si aliquid propter illud amittendum est. Quando Deo & mundo simul placere potes, Deo adheres, sed si Romani Dei causa relinque di sint, pauci Deum sequuntur. Mira hominis stultitia hæc est, Deum relinquere, ne substantiam aut honorem amittat, si aliquid terrenum amittendum est, aut Deus, Deum amittit tunc tua in Deum amicitia manifestanda erat, cum omnia illius causa relinquenda essent, in hoc enim amicitia in hũc ostenditur, quando eius causa cætera prætermittis. Sed attende quod hominem ducat terrenorum cupiditas, avaritia fuit, quæ præcipue mortem Christi ordinauit: occidatur Deus, avaritia aut, ne substantia amittatur. Sic Herodes ne regnum amitteret, Christum occidere curauit, & innocentes iugulauit, & Iudas pro-

ter denarios Christum tradidit in mortem; & nunc aiunt, venient Romani, & tollent locum nostrum, moriatur ergo Christus. Donec Deo vitam auferat, avaritia non quiescit. Exaggerat Salomon avaritiæ malum dicens, nihil iniquius quam amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habet, sed amplius aliquid dicere potuit, & animam Dei venalem habet. Ideo cupiditas radix malorum omnium dicitur à Paulo quæ & fidem amitti facit. Caue ergo maximè ab inordinata affectione diuitiarum & vtere hoc mundo, quasi non vtaris, si enim diuitijs te tradideris, propter illas omnem propinquitatem negabis, fratres non agnosces, lites cum parentibus geres, animam tuam vendes, & Deum ipsum tandem.

Ecccl. 10.

1. Tim. 6.

Dei vero in hac re summa sapientia, ac potentia appareret, qua enim arte hi putauerunt regnum seruare suum, & à Romanis liberum, ea in Romanorum manus inciderunt, & vniuersi cum bonis suis vastati sunt. Sic Ieroboan vitulis aureis effectis putauit regnum stabilire suum, sed tantum abest, vt hoc consilio firmauerit, vt eo sibi liberis & familiæ, & vniuerso regno pestem attulerit. Sic putauit Pharaon infantium submersione regnum in Hebræos stabilire suum, sed ea de causa primogeniti Aegypti occisi sunt, & ipse cum exercitu aquis interijt. Hinc Sapiens ait, ducebat illos ad hunc finem digna necessitas, vt quæ deerat tormentis repletet punitio, id est, vt cæteris plagis, quæ ante pertulerant, hæc nouissima ipsis debita adderetur vt aquis suffocarentur, qui aquis suffocabant. Cauendum ergo tibi maximè, ne velis te tueri Dei offensa, hac enim ratione te perditum iri crede. Multi enim impij illud Ezechielis dicunt, dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt, quibus Deus statim respondet, igitur & meus non parcat oculus, nec miserebor, viam eorum in caput eorum reddam. Exemplo tibi impij Iudæi sint, qui Christum occiderunt, ne in Romanorum manus inciderent, & ea via atque ratione ab eis deuastati sunt, & ab omnibus nationibus, quæ sub cælo sunt, quæ eos insequuntur, & deuastant, dicuntque, non in hoc peccamus, quia illi Messiam occiderunt. De quo loquitur miris verbis Hieremias, dicens, Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus, de-

3. Reg. 23.

Exo. 15.

Sap. 9.

Eze. 3.

Hier. 50.

monte in collem transferunt, oblitum sunt cubilis sui, omnes, qui inuenerunt, comederunt eos, & hostes eorum dixerunt, non peccauimus, pro eo quod peccauerunt Domino decori iustitiæ, & expectationi patrum eorum Domino. An non grex perditus Iudæi nunc sunt, dispersi in montibus? in omni scilicet natione, seducti à pastoribus suis, qui hodie concilium inierunt contra Iesum, & postea suaserunt, ut Barabbam peterent, & Iesum crucifigerent. Omnes nunc nationes eos persequuntur, & deuorauerunt, & cum illos insequuntur, dicunt, non peccamus, eos persequentes, quia illi persequuti sunt Dominum, quem eorum patres expectauerunt, Christum, scilicet, quem dicit decorem iustitiæ. ¶ Cumque diuersæ sententiæ in Concilio illo essent, decernit Caiphas pontifex. *Expedit, ut unus homo moriatur pro populo.* Prolata in Christum Dominum sententia est, quis illi eam nunciabit, aut leget, ut si uoluerit, appellet aut fugiat? Cogitauit Esau occidere fratrem Iacob, & illum mater admonet, ut fugiat. Cum Saul ueniret, ut circumdaret Dauid, admonitus Dauid est, ut fugeret, cum Abisalon in eum surrexit, Chusai illum de omnibus admoebat. Quis nunc sententiam hanc prolatam Christo nunciabit? ille fugere non uult, quia in Hierusalem uenit, ut moriatur, nec Cæsarem appellabit, quia sententia hæc à patre prolata est, & donec peccator uiuat, mortem ille libenter sustinere uult. Admiranda profecto Dei bonitas & misericordia est, nos malefactores sumus, & in Christum sententia profertur, propter scelus populi mei percussit eum. Furatus Adam pomum est, & uapulat Christus: lingua nostra dilexit iniquitatem, & omnia uerba præcipationis, & Christi lingua felle & aceto potatur, caput nostrum superbia elatum est, & caput Christi spinis coronatur, quia corpora nostra delicijs abundant, eius corpus doloribus repletur, & ita fieri oportebat. Vnde Paulus. Decebat eum per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum per passionem consummari. Cui enim peccatum sit criminale & capitale crimen, omne genus humanum morti addictum erat: moritur ergo pro omnibus fidelibus Iesus Christus, qui morte sua omnium mortes persoluit, ne omnes in æternum moriamur. Hinc uero intelligit

atur, qua ratione expediens fuerit animalium sanguine fundi in lege pro peccato. Quia in re duo erant admiratione digna, primum, debet homo debitum infinitum, dum peccat, qualis ergo tanti debiti solutio est, si offerat vaccam rufam, & hircum pro peccato, uel agnum. Secundum, quale iustitiæ genus est, ut peccet homo, & occidatur innocens animal? Sed ut his dubijs occurramus, dico, consuevit Deus futuris maximis mysterijs aditum præbere quibusdam rebus, quæ cum illis similitudinem habent. Sic baptismum Ioannis uoluit præcedere Baptismum Christi. Ut ergo uiderant homines sanguine fuso remittenda peccata esse, & sanguine illius, qui non peccauit, hinc que postea intelligerent, innocentis Christi sanguine peccata deleri, ideo sanguine animalium prius placari uoluit. De quo Paulus sic loquitur, Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id est, non huius creationis, neque per sanguine hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Hoc sanguine nos lauamur, atque mundamur. Vnde Ioannes, qui lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni, sed ais, quomodo sanguine rubro candidæ fieri possunt. Plane quia sanguine macula peccati deletur, & sanguis bis decoctus lac candidum efficitur, ut enim philosophi aiunt, lac est sanguis bis coctus, sanguis ergo Christi bis coctus est, duplici charitate Dei & proximi, ideo factus est lac candidum, quo dealbari vestes possunt. Non ergo fugit Christus mortem ut Moyses fugiens ex

Ægypto, nec ut Elias fugiens Iezabel, sed in morte libens uenit, Nos uero hoc facto docet, ut aliquid Christi causa patiamur, cum ille pro nobis passus sit tanta. Isachar benedicitur, quia inundationes maris, quasi lac sugget, quia tribulationes quasi lac bibet, qui enim uidet, Deum sui causa pati, quomodo detrectabit. passiones Dei causa sustinere?

Secundo, in hac Caiphæ sententia aduertendum est, inuitem ipsi uisum esse Christum Dominum, imo ipsi, & Synagoga conuenire illius recessum, & mortem. Cum morti proximus Elifeus esset, aderat Ioas rex, qui flebat coram eo, & dicebat,

Heb. 9.

Apo. 7.

Deut. 33.

4. Reg. 13.

4. Reg. 13. cebat, pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. Visum illi est, & merito regnum ipsius sine tutore manere, quia cum iustus abest à regno, maximus illi defectus est. At hi putant, Christum nihil boni adferre Iudæis, nec vllum eis imminere discrimen ex eius recessu. Ais, immensa hæc Pharisæorum cæcitas fuit. Sed attende tibi simile quid contingere, non adest tibi Deus, cum in peccato es, moritur tibi Christus, recedit à te, tibi vero videtur, nihil in domo tua deesse, adeo alacer lætusque est. Recesserat à Sampsonè Deus, & ipse nesciebat, sed sciuit Deum à se recessisse, cum inimicis vallatum se videret, tunc illi plurimum deesse cognoscit. Prope mortem cum Saul esset, & in magno discrimine, Deusque recessisset ab eo, ei Samuel ait, quid me interrogas, cum Dominus recesserit à te. Nunc Deus à peccatore recessit, & ille sensu aut dolore non tangitur, nihil sibi deesse putat, sed mortis tempore videbit, dolebitque, quod Deus ei non adsit. Sic Iudæis Christus Dominus ait, quæretis me, & non inuenietis, quod idem est cum eo, quod postea discipulis dixit, venient dies, in quibus desiderabitis vnum diem filij hominis, & non dabitur vobis, quasi ergo Christus discipulis dicit, cum vos videritis iactari tentationibus & persecutionibus, desiderabitis præsentiam meam, vt vobis auxilio, & solatio firm, & non me videbitis, quia recedo. Sic ad Iudæos ait, cum vos videritis à Romanis circumdatos, me quæretis & desiderabitis, vt miraculo vos eripiam, & tamen, quia iam recessi à vobis vt à Saul, non me inuenietis, nec vobis auxilio meo adero. Molestè fert Laban, quod Iacob recedat à domo eius, quoniam greges eius pascit, ac multiplicat. Quomodo tu non molestè feres recessum à te Dei, qui custodit te, & vniuersa tibi bona confert? Putant Hierosolimitæ velle recedere ab eis Hieremiam, & illum capiunt, an non omnibus modis tibi curandū esset, ne Deus à te recederet. Non sic Pharisæi, sed sicut Saul ait Ionathæ filio suo, omnibus diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum, itaque iam mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis est, ita Pharisæi loquuntur, dum Christus vixerit, nobis bene esse non poterit, occidamus ergo eum. Quoties tu intra te eadem verba loquutus es, dicens, be-

ne mihi esse non potest cum Deo, si Deum foras non emisero gaudere, & delectari non potero. Occidit Abimelec fratres suos, vt libere, ac securè regnaret, ita vt in delicijs suis regnet peccator, Christum parat occidere, sed cum necessitatis, laboris mortisque dies venerit, videbit pessimum illud fuisse concilium.

Tertio in hac Caiphæ sententia aduertendum, dubios fuisse in hac re Pharisæos, Caipham verò decreuisse Christi mortem, & eos dubios in suam traxit sententiam, ait enim, vos nescitis quicquam, nec cogitatis &c. Quo ostenditur, plenum mundum esse consiliarijs peruersis, qui eos, qui in dubio, & quasi in biuio sunt, in deteriorem partem ducant. Dubius Amon erat, qua arte Thamar potiri posset, non deest, qui ei dicat, finge te infirmum &c. Sic etiam consiliarij Aman ei consilium præstant mortis Mardochei. Sic eum Saul iratus esset Dauidi, ait Doeg Idumeus, ego vidi cum cum sacerdotibus. Dæmonis hoc munus est, eum, qui iratus est, adiuuare in malum, & qui dubius est, in deterius ducere. Quanto rectius Ionatas patri ait, quare morietur Dauid? quid fecit? Quis nunc concilium Pharisæorum ingrederetur, diceretque, quare morietur Christus? quid fecit? an quia signa facit? imò in regem vestrum hac ratione eum excipite. Dubius aliquando fuit Israel, quem sibi regem assumeret, & ait Abner, Dauid Dei præcepto vnctus in regem est, quis melius regnare poterit? Ita nunc in concilium Pharisæorum ingressus quispiam dicere potuit il Chud Psal. ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius, vnctus à patre Christus est, eum ergo in regem suscipite vestrum.

Quinto attendendum, cum commota Hierusalem esset, vt in Christum crederet miraculo suscitationis Lazari, tunc consilium ineunt Pharisæi, vt Iesum occidant. Quo docemur, cum peccator disponit ad Deum redire, tunc dæmones concilia sua agere, & dicere, quid facimus, tunc se inuicem exhortantur, vt in hominem pugnent acrius. Ita Pharisæi dicunt, si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Quando Israel egredi de Egypto vult, vt Deo sacrificium offerat, tunc Pharao in-

Iud. 9.

Iudith. 16.

1. Reg. 28.

Iud. 7.

Luc. 17.

Gen. 30.

1. Reg. 20.

2. Reg. 13.

Hester. 3.

1. Reg. 22.

1. Reg. 20.

2. Reg. 3.

Psal. 21.

Exo. 5. 6. 7.

Ez. 8.

eos insurgit, eos omnibus modis detinere conatur. Cum Israe-
litæ templum ædificate conantur, tunc omnes finitimæ regio-
nes illos impedire curant. Quando in Deum conuerti dis-
ponis, tunc plura tibi occurrunt impedimenta, quid hoc
dæmon certe consilium inijt contra te, tu ergo consilium
etiam facito, vt videas qua arte à dæmonis eruaris potestate,
& vniuersa eius impedimenta superare valeas. Quid facimus,
isti dicunt, & bene in his verbis duntaxat dicunt, dum enim
Christo non obsequuntur, dum eum regem sibi non habent,
nihil faciunt. Quid facies ò homo, dum Christo non obedis,
nihil omnino, aliquid ergo facere cura, ei subdere, illi pare, &
plura fecisti.

I. Reg. 14.

Quinto in eodem Concilio attendendum est, ex signis
Christi occasionem desumi eum perdendi, sicut ex pulcherri-
mis capillis Abfalonis ille è quercu pependit. Summæ bonita-
tis est, ex malis bona educere, & hoc Dei proprium est, &
summæ malitiæ est, ex bonis mala. Potuit Deus facere, ne vl-
lum in mundo malum esset, sed si id fecisset, non tam ostendit
bonitatem suam, ac ostendit permittens mala, ex quibus
bona educeret. Sic contra licet malum sit, ex malo malum edu-
cere, sed summum est malorum ex bono malum, cum dicere
debuerunt hi, quid facimus ei non credentes? tunc dicunt,
quid facimus non occidentes? Hos verò illi nunc imitantur,
qui peccant, & in peccato durant confisi diuina misericor-
dia, Deum efficietes iniquitatis protectorem, quos iustis-
simè Deus punit, non concedens misericordiam, quam ini-
quitate patrociniū putauerunt. Quia Deus bonus, & cle-
mens, & multæ misericordiæ est, in eum peccas? Quæ vn-
quam mulier dixit, adultera esse volo, quia vir meus bonus
est, diligit me, veniam mihi dabit, etiam si adulterium nouerit
ratio hæc astringere mulierem debet, ne adultera sit, &
vbi honor tuus nunc est, ò impudica mulier, quæ hæc dicis?
Si regis sponsa nosset, adulterium ei condonandum esse, num
adultera erit? Satis ei honor est, quem præcipuum regina habe-
re debet, ne tantum committat scelus, ne eam adulteram dice-
re quisque possit. An non anima Deo desponsata hunc cura-

bit

Aug.

Simile.

A bit honorem? Nos ergo ex signis Christi boni, vt par est,
deducamus, congregemus, & nos in concilium omnes potentias
animæ nostræ, & vt Bernardus ait, interrogemus, quid facimus,
quia hic homo multa signa facit? quid facimus pro
tatis beneficijs, quibus nos Deus affecit? pro tot amoris signis?
Tobias cum filio consilium inijt, dicens, quid possumus
dare viro huic sancto, qui venit tecum? Respondit To-
bias, pater quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum
poterit esse beneficijs eius? me duxit, & reduxit sanum, pe-
cuniam à Gabelo ipse recepit, vxorem me habere fecit, & dæ-
monium ab ea compescuit, me ipsum à deuoratione piscis
eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus
B pereum repleti sumus, quid illi ad hæc poterimus dignum
dare? Iustum se Tobias his verbis ostendit, gratique ani-
mi ac ingenui esse, cum omnium beneficiorum memor sit.
Sed si beneficia nobis à Christo collata enumerare velimus,
potius stellas cæli & arenam maris numerando censebimus,
consilium ergo ineamus, quid illi faciemus, quomodo bene-
factori tanto ingrati non erimus?

Demum in hoc consilio illud considerandum est, princi-
pes, & Phariseos congregatos in Christum esse, atque adeo
extremum malum in Hierusalem venit, hinc propheta, quia
desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Iudam, tetigit por-
tam populi mei vsque ad Hierusalem, ideo minatur propheta
extremum aduenire interitum, etiam si Deus faciat planctum
draconum, & struthionum, etiam si vadat Deus expoliatus ve-
stibus proprijs, id est, populo proprio, qui ei est velut indu-
mentum, etiam si in ipsius nomen redundet, vt dicant gen-
tes, vbi est Deus eorum. Sed qua ratione plaga est insanabilis,
vitio adeo certa? quia venit, ait, vsque ad Iudam, peruenit
vsque ad Hierusalem, quæ est porta populi mei, si eo vsque
malum non peruenisset, insanabilis plaga non foret, curari for-
san posset, sed cum illuc peruenerit, parcendum omnino
non est. Oseas ait, si fornicaris tu Israel, non derelinquat
saltem Iuda, sed cum iam pestis in caput irrepfit, abijcere,
& obruere oportet, non insistere curationi. Hierusalem

Aduen.

Yy

vero

Bernard.

Tob. 12.

Mich. 1.

Ose. 4.

*Exec. 26.
Abdic.*

Matt. 16.

Gen.

vero dicitur porta populi Dei, id est, caput & metropolis, sic Ezechiel ait, pro eo quod dixit Tyrus de Hierusalem, euge contrafactæ sunt portæ populorum, & Abdias, & non ingredieris portam populi mei, id est, Hierusalem, quæ porta est Israel, quia antiquitus in portis ciuitatû iudicia exercebantur, & ibi erant præsidia omnia & arma bellica, ideo porta dicitur populi Dei, quia in Hierusalem doctrina erat, iudicium, summa potestas, & fortitudo bellica. Hinc Christus ait, portæ inferi non præualebunt aduersus eam, id est, vniuersa inferni potestas. Et Dominus ad Abraham, possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, id est, omnem eorum potentiam subiugabit, in Hierusalem erat templum, sacerdotes, regia potestas, sacrificia, merito populi Dei porta dicitur. Si ergo hanc portam possident inimici, desperata res est. Cum ergo hodie in Hierusalem concilium fiat à principibus aduersus Iesum, desperata est plaga Hierusalem, quia iniquitas tetigit portam, oppres-

fit caput, funditus euertenda est Hierusalem, & citissime.
Cauemus ergo nos simile concilium, quo mors Christi decernitur, & vt in nobis viuat illa curemus, &c.

Sabbat

A Sabbatho post Dominicam Quintam Quadrage- sime.

Thema. Cogitauerunt principes sacerdotum, & Lazarum interficerent, quia multi propter ipsum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.
B
Ioan. 12.



parent hic duo omnino diuersa, & opposita iuxta se posita magis elucescunt. Primum manifesta fit Dei in homines misericordia, qui nullum nõ mouet lapidẽ, nulli parcat labori, vt hominem ad se ducat. Secundo autem summa hominis malitia, ac ingratitude manifesta fit, qui ijs vtitur in sui perniciem, quæ ei Deus præparauit in bonum, Christus miracula facit, Lazarum suscitatur, vt Iudæos ad se trahat, illi contra Lazarum interficere curant, vt Iudæos ad se trahat, illi contra Lazarum interficere curant, ne in eum gentes credant. Expendamus vtrunque. Summa cura Dauid vrgebatur, vt Deo domum edificaret. Vnde aiebat, *Psal. 131.* si introiero in tabernaculũ domus meæ, si ascendero in lectũ strati mei, si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniã locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Maxima hæc fuit cura Dauidis, sed maiorem adhibuit eius filius Iesus, vt tabernaculum construeret in cordibus hominum, in quo Deus inhabitaret. Huius rei causa non habuit, vbi caput suum reclina- ret, & insomnes ducebat noctes, & requiem sibi non dabat, sed discurrebat per ciuitates, & lassitudine conficiebatur, voci ferabatur, miracula edebat, & opera faciebat, quæ nullus alius

fecit. Sed quonam fructu? Hic iam hominis malitia fit manifesta, cum ex his Christi Domini operibus multi fructum nullum colligerent, imo inde sibi damna pararent. Quod si misericordia mouemur in agricolam, qui multo adhibito labore, & optimo iacto semine, nihil, aut parum fructus colligit, cur non doleamus, quod Christi conatus, ac labores in vanum procedant? In criminum execrationem olim Deus comminabatur, sementem multam iacies in terram, & modicum congregabis, quia locustæ deuorabunt omnia. Quid ergo causæ est ò Domine, quod te seminante optimum semē, nihil, aut parum colligas? Non ita tu Domine cum hominibus agis, ad quos per Esaiam loqueris, ædificabunt domos, & habitabunt, plantabunt vineas, & comedent fructus earum. Non ædificabunt, & alius habitabit, non plantabunt, & alius comedet, secundum enim dies ligni erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt, electi mei non laborabunt frustra. Quasi Dominus dicat, ait ibi Hieronymus, non patiar, vt hominum labores pro me suscepti irriti sint, sed æterna mercede in cælo donabuntur, & ideo secundum dies ligni, idest, ligni vitæ, erunt dies iustorum, quia in æternum uiuent, & nullus eorum labor in cassum erit, sed etiam minima opera, etiam calix aquæ frigidæ æterna mercede donabitur.

Sed non ita Deo accidit in laboribus, quos hominis causa suscipit, & ideo conqueritur per Hierem. quod frustra laborauerit in hominum salute curanda, ait enim. Defecit sufflatorium in igne, consumptum est plumbum, malitiæ eorum non sunt consumptæ, argentum reprobum vocate eos. Quod si propheta, & concionatoris labor sine fructu malitiam audientium ostendit, quam obsecro malitiam arguet labor Christi, si inanis in nobis sit? Et ideo Dominus per Esaiam conqueritur, in vacuum laboraui, sine causa, & vane fortitudinem meam consumpsi, ergo, iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo. Quæ verba Diuus Hieronymus ait, de Christo Domino dicta, cuius labores, ac fortitudo in vanum consumpti sunt, dum eius miraculis, ac doctrina nihil homines profecerunt. Et ideo ait, iudicium meum cum

Deut. 28.

Esai. 61.

Hieron.

Hieron. 6.

Esai. 49.

X cum Domino, idest, ab æterno patre iudicium de hac referi peto, qui attendit labores meos, & hominum ingratitude & eos pro merito iudicabit, in quod iudicium cum homines fuerint, omnis iniquitas oppilabit os suum.

Psalm. 106.

Sed obsecro, si tanta hominis culpa est, si inanis, & à mercede vacuus sit labor Christi, & eius opera, quanto supplicio dignum erit, vt non solum vacuus, verum & oppositus, ac Deo contrarius à nobis efficiatur, & vnde colligere homo debuit fructum vitæ, inde fructum mortis decerpit? Ingens profecto Phariseorum culpa fuit, cum ex miraculis Christi, quibus in mentem redire debuerunt, in peius profecerunt, & cogitauerunt, vt Lazarum interficerent, quem suscitauit Iesus, cum cogitare debuissent, quomodo Christum suscipere, & ei obsequeretur. Hi sane medicaminibus in peius proficiebāt. Sed non solum nos hæc detestemur in Phariseis malitiā, sed & in nobis vitemus. Attēde ergo ò homo, quos pro te labores Christus sustinuerit, quæ opera perfecit, & noli esse ingratus nolli ea in vacuū facta reddere. An non in vacuū laborauit Christus ei, qui eius laboribus non vtitur in salutem? An non in vacuum Eucharistiam, & sacramenta instituit ei, qui eis non vtitur, & ad ea non accedit? Sed non hac sola malitia inquinari, homines solent, sed aliam adijciunt deteriorem, dum similes Phariseis effecti, inde perniciem sibi parant, vnde salutem haurire deberent, & medicamina in venenum conuertunt. Hoc ille præstat, qui indigne sacramenta suscipit, qui Dei donis, & diuitijs, ac salute in Deum ipsum pugnat, faciens dona Dei arma peccati.

Sed licet Pharisei deteriores redditi sint suscitatione Lazari, sed plurima turba hac ratione Christo crediderunt, & multa turba obuiam ei processit cum ramis. Vnde Ioannes nunc ait. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba, quia audierunt, eum fecisse hoc signum. Proficit ergo turba, & obuiam procedit Christo propter Lazari suscitationem, sed Pharisei deteriores redduntur. Sed quibus insignijs procedunt ei obuiam? Ioannes nunc

Aduen.

Y;

Palma

Cont. 7.
Psal. 91.

Palma insigne est vitæ iustitiæ, ac piæ. Ideo sponsus ad sp̄sam ait, statura tua assimilata est palmæ. Et Psaltes ait, iustus vt palma florebit. Principem locum inter arbores palma tenet, & ideo victoriæ signum fuit, & triumphatoribus dabatur, fructus enim profert suauissimos, & quo plus in altum erigitur, eo grossior, ac robustior est, cum cæteræ arbores prope truncum grossiores sint, in altum vero surgentes attenuantur. Deinde palmæ materia incorrupta fere est, & senij inscia. Et vt Aristoteles tradit, & cum secutus Plutarchus est octauo conuiuio, palma ponderi non succumbit, sed contra nititur, ac recuratur, sursumque assurgit. Et denique sunt inter palmas quædam masculæ, & quædam fœmineæ, masculæ ramos protendunt quasi ad amplexus fœmineæ palmæ, fœmineæ vero inclinant se se, vt mascularum illapsam, virtutemque suscipiant. Vnde Iouianus Pontanus refert, se se vidisse duas palmas fœmineam, & masculinam, quæ quoadiu in ea erant statura vt fœminea masculinam intueri non valeret, sterilis fuit, cum vero ad eam staturam peruenit, vt aliam intueri valeret, confestim fuit fecundissima. In his omnibus bona iusti describuntur.

Gala. 3.
Apoc. vii.

Primo enim fructum suauissimum profert, Deoque gratissimum, & fructus illos, quos Paulus ad Galatas enumerat. Et de quibus in Apocal. dicitur, quod duodecim fructus proferat arbor per singulos anni menses. De quibus Sapiens ait, beatus vir, qui inuenit sapientiã, primi, & purissimi fructus illius, Peccator autem acerbos, ac mortiferos fructus fert. Ideo Sapiens ait, fructus viarum suarum impij comedent, & consilijs suis saturabuntur. Et iterum Sapiens de impijs ait. Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis, & fructus illorum inutilis, & acerbi ad manducandũ, & ad nihilũ apti.

Prov. 3.

Prov. 1.
Sap. 4.

Secundo iustus tenuior est ea parte, qua prope terram est & grossior in parte superiori, quia iustus in terrenis sollicitus non est, sed in superioribus, ac cælestibus. Hinc Paulus, non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur, quæ enim videntur temporalia sunt, quæ non videntur æterna. Reliqua arbusta terrenas mentes significant, quæ iam lata sunt, in superioribus tenues, quia in terrenis for-

2. Cor. 4.

res, acuti, solliciti, in cælestibus debiles, ac infirmi, pro temporalibus vsque ad mortem desudant, pro æternis fere nihil, terreno regi pro terrena mercede, die nocteque assunt, cælesti autem in oratione nec per horam assilire valent.

Tertio denique, quod singulare est in palma, & vnde symbolum victoriæ est, illud existit, quod ponderi non cedit, sed sursum assurgit. Qua in re iustorum inuictus animus, ac patientia ostenditur, quæ tribulatione non superatur, sed cum

2. Cor. 4.

Paulo ait, in omnibus tribulationem patimur, sed non derelinquimur, speriamur, sed non destituimur, humiliamur, sed non confundimur, deijcitur, sed non perimus. Postremo sicut in palma duplex est sexus, masculus, & fœmineus, & fœmina à masculo vim gignendi fructus capit, ita anima iusti virtutem merendi, vimque fructificandi à Christo accipit. Iuxta illud Ioannis, sine me nihil potestis facere. Et sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, ita & vos nisi in me manseritis. Qua ratione sponsa, cum se assimilari palmæ audiuit, statim subiungit. Dixi ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Quæ verba Athana. Nisenus, Theodo. & Maximus dicunt esse sponsæ respondentis sponso, quæ eam palmæ assimilauit. Ait ergo illa, decreui sponse, in te veram palmam ascendere, & ramos tuos apprehendere, & fructus tuos dulcissimos percipere. Septuaginta vertit,

1. Cor. 15.

Cont. 7.

Atha.

Nise.

Theodo.

Maximus.

apprehendã cacumina eius, quasi sp̄sa diceret. Tu me simile palmæ dixisti propter fructus suauitatem, & quia victoriam, ac triumphum reporto in omni tribulatione, sed cum ego videã te veram palmam esse, quæ fructus dedisti suauissimos, & victoriam de inimicis reportasti, decreui tibi adhærere, te imitari, & firmiter statui, non in infimo, aut mediocri virtutum gradu consistere, sed ad altissimam perfectionem aspirare, hoc est, apprehendam cacumina eius. Hoc propositum firmiter in animo retinebat Paulus, cum diceret, fratres ego me non arbitror comprehendisse, vnum autem quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quæ sunt

Philip. 3.

extendens me ipsum, ad destinatum persequor

Y 4. ad

Theodo.

ad brauium supernæ vocationis . Aquila legit, Apprehendam elatas eius, quo significat sponsa, vt ait Theodoretus, maximum emolumentum, quod capiet ex sponso . Elata enim, vt Plinius ait, sunt inuolucra, quibus florentis, & fructificantis palmæ teneri fructus continentur, vel est lanugo quædam palmæ masculæ, quæ inspersa, & adiuncta foeminæ palmæ, vim illi tribuit fructificandi . Ait ergo sponsa, ascendam ego in palmam, & apprehendam eius elatas, idest, Christi vim, ac merita, & fructificandi virtutem, qua plurimos fructus referre possum.

Sed plures doctores verba illa, ascendam in palmam, sponsa esse dicunt, & palmam crucem esse explicant, quam Christus ait, se ascensurum, vt fructus illius colligat, sibi enim ex ea palma collegit Christus fructum gloriæ corporis, ac exaltationis nominis sui. Dicente Paulo, humiliavit semetipsum Christus, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen . Nobis etiam collegit omnem fructum . Vnde Esaias, pro eo, quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur, & iustificabit ipse iustus seruos meos multos, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur, ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia. Cum ergo aiebat Christus, baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsque dum perficiatur, & Ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum, id ipsum dicebat, quod nunc, ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius . Crux ergo Christi palma est . Qua ratione voluit Deus vt victoriam ab eoque significaret, quia in cruce victoria suprema parta est aduersus principem tenebrarum . Merito ergo palmas excipitur Christus, quia ipse palma est, & crux, ad quam venit, palma est, & vita iusti illum excipientis palma est, & crucem deferre, ac cælestem vitam, & victoriam, qui Christum sequitur necesse . Impleturque nunc illud Leuitici, sumetis vobis ramos ligni densarum frondium, spatulasque palmarum,

*Phil. 2.**Esai. 53.**Luc. 12.**Ioan. 12.**Leui. 23.*

Arum, & lætabimini coram Domino, Deo vestro.

Ecce nunc coram Deo lætantur tanquam victores, & palmas deferunt vt triumphatores. Impleturque illud Esaiæ, lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Adeo certa victoria est hominum aduersus dæmonem, Christo duce, vt lætentur coram eo ante pugnam, quia iam victoria parta reputatur . Et ideo tanquam victori acclamatur lætante & dicitur, Osanna, Augustinus ait. Osanna esse lætantis vocem, quæ alio nomine exprimi non valet, & quæ potius sentiri, quam declarari possit, qualis illa est, quam habent victores deuictis hostibus, quando spolia diuidunt.

B Ecce ergo plurimam turbam, quæ Christum sequitur ducem. Sicut Iudicum. 9. factum legimus. Certatim cædentes ramos de arboribus sequebantur ducem. Sed te ego nunc rogo, quem tu sequaris, num Christum, aut mundum? Dux quidem vobis pernecessarius est, quis obsecro ille erit? Sapientes antiqui referente Ambrosio in libro de Abraham dixere, sequere Deum, hic enim fidelissimus dux est. Sed optime Augustinus ait, Deus sequendus erat, qui videri non poterat, homo sequendus non erat, qui videri poterat, vt ergo exhiberetur homini, & qui videretur ab homine, & quem homo sequeretur, Deus factus est homo. Sed multi dæmonem comitantur, ac mundum, quia per dulcem viam suos ducit, & mulierem Babylonicam plures sequebantur, vt Ioannes ait, quia pretiosis induta erat, & vas aureum in illius manu . Sed nonne insanum est, Dei derelicto ducatu, alterius ductum sequi? Audi Eliam, dicentem Israeli. Vsquequò claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal, sequimini illum . Manifestum omnibus esse, putauit Elias, quod Deus sequendus erat, sed controuersum erat, quis nam Deus esset, & id statim noscendum Elias ait . Si ergo certum, ac constitutum est, Deum sequendum esse, quem obsecro tu sequeris ò homo? Deum ne, an hostem tuum

*Esai. 9.**Aug.**Iud. 9.**Amb.**Aug.**Apoc. 18.**3. Reg. 18.*

demonem? An non miserum est, quod hostem sequaris, si A te ducit ad mortem; licet per amena prata? Si hostis te vocaret, sicut Cain vocauit Abel, egrediamur in agrum, non si vero ad nihil aliud te ab eo vocari, ac duci, nisi vt interimas num sum sequereris, licet ad amena prata te duceret? Quo ergo pacto demonem sequeris, cum scias, crudelissimum eum hostem esse, ac necem tibi machinari? Sed ais, via difficilis est, quam Christus arripit, quis illi adiungeretur comes? An non satis esse debet, quod ille dux viae est, vt dicas, quod illi quidam dixit. Magister, sequar te quocunque ieris? An non Israel sequitur columnam nobis etiam in terram desertam, in uiam, ac in aquosam? cur tu non sequeris Deum? Audi Esaiam, erunt oculi tui videntes praeceptorem tuum, & aures tuae audient verbum post tergum monentis, haec est via, ambulate in ea, & non declinetis ab ea, nec ad dexteram, nec ad sinistram. Et hodie in Euangelio Dominus ait. *Siquis mihi ministrat, me sequatur*. Sequere ergo Deum fidelissimum viae ductorem, nec aspicias, quae via dulcior, sed quae rector sit. Cum in biuio consistis, nec scis, quae via tibi tenenda sit, non interrogas, quae via dulcior, sed quae ducit in optatum locum. Noli ergo nunc cogitare, quae via sitiocundior, sed qua in patriam ibis. Sed forsan dices, plurimi viam sequuntur vitiorum. Sed ideo tibi tenenda ea via non est, quia plurimorum via in infernum ducit. Hinc in Exodo, 23. Dominus ait. Non sequeris turbam, ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiae, vt à vero deuias.

Nec vero putare debes Christi, viam adeo esse desertam, vt plures eam non sint ingressi. Ecce nunc turba multa illum sequitur. Plurimi martyres, virgines, confessores hanc ingressi sunt viam, & nunc per eam multi ambulanti tibi similes, cur ergo tu non poteris, quod plurimi possunt? Cum secum reputaret Augustinus, impossibilem viam virtutis fore, apparuit ei matrona honestissima continentia, quae sub se habebat multos pueros, & puellas virtutes sequen-

A tes, & ad Augustinum conuersa dixit, tu non poteris quod, isti, & istae? Facilis Dei via reddita est, & licet desertum horridum tibi appareat, non tamen est, quia in eo deserto aqua de Petra dabit tibi Dominus, ac manna de caelo, & protectione eius securus eris.

Deinde nonne viae terminum considerabis? Audi terminos diuersos duarum viarum, quos nobis Sapiens proponit. In semita iustitiae vita, iter autem deuium ducit ad mortem. Duo ergo, nunc tibi propono, vt ex eis eligas, quod tibi conuenientius duxeris, in hac parte Christi crux est vita aspera, ac collecta, in cuius fine Deus est, & illius aeterna beatitudo. In illa vero parte deliciae mundi sunt, sed in earum fine aeterna damnatio. Elige nunc, quod placuerit magis. Ais vellem ego ista separare, & aeternam beatitudinem coniungere cum delicijs, honoribus, ac diuitijs. Sed id fieri nequit, quia quod Deus coniunxit, homo separare non poterit, Deus gloriam cum cruce ligauit, non poteris tu soluere, delicijs, ac voluptatibus aeternam coniunxit mortem, separari haec nequeunt, quid ergo eligendum? Manifesta ratio docet, eligendam gloriam aeternam cum cruce, potius quam aeternam damnationem cum delicijs, quid enim prodest homini, si vniuersum mundum laetetur, animae vero suae detrimeatum patiat? Elige ergo crucis palmam, qua Christum comiteris. Tenetur vero singulari ratione homo hanc inire viam, postquam Christus homo factus illam ingressus est, ductorem nostrum agens. Sicut tenetur minister Dominum sequi, etiam per asperam viam, sic viam agentem Ionatam per scopulos armiger eius insequitur. Ideo nunc Christus ait, qui mihi ministrat, me sequatur. Conqueritur Deus de Isaac, & comminatur dicens. Qui iratus iurauit, dicens, si videbunt homines isti, quia scenderunt ex Aegypto, terram, quam sub iuramento pollicitus sem Abraham, Isaac, & Iacob, & noluerunt sequi me, id est, quia noluerunt sequi me. Siquidem fuit crimen, Dei ductum non sequi, cum ille solum viam doceret verbo, quantum erit piaculum, cum

NON

Gene. 4.

Matth. 2.

Esa. 30.

Simile.

Exo. 23.

Prov. 11.

Mat. 16.

1. Reg. 14.

Mat. 32.

non sequi, cum non verbo solo, sed & exemplo nos præte-
dit.

Audiamus ergo viæ ductorem hodie omnibus dicen-
tem. *Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam
suam, in vitam æternam custodit eam.* Quasi dicat, sicut ego
granum frumenti vt multum fructum darem, mortuus sum,
ita oportet mecum crucifigi eum, qui fructum dare volue-
rit, qui enim appetitui suo indulget, seipsum perdit. Lo-
quela profecto ista noua est Christiano, qui cum Christum
credat, moribus tamen doctrinam sequitur Epicuri. In vno
quoque homine duos considera homines, interiorem, &
exteriorem, perditio vnus est lucrum alterius. Hinc Pau-
lus, deponite vos secundum pristinam conuersationem ve-
terem hominem, qui corrumpitur secundum desideria er-
roris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite
nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iusti-
tia, & sanctitate veritatis. Terret nimium diuitis epulonis
exemplum, de quo malum aliud non traditur, nisi quod
pretiosis amictus erat, & epulabatur quotidie splendide.
Delicate enim tractatum corpus animum superat, ac perdit.
Ludebat Ismael cum Isaac, vt dicitur in Genesi, nec susti-
nere id Sara potuit. Et cum huius ludi meminisset Pau-
lus ait, quomodo tunc is, qui secundum carnem, persecue-
batur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. Quod
in Genesi dicitur ludus, à Paulo dicitur persecutio, qui
ludus risus & deliciae corporis persecutio nes sunt animæ. C
Mundus illa dicit delectationes, sed vere perditio est ho-
minis. Nec vero multum à te exigitur, cum pro animæ sa-
lute postuletur, vt crucem feras, cum pro corporis salute
cam libenter ducas sæpius. Timent Gabaonitæ corporis
necem, & vt illam vitent, induuntur veteribus pannis, &
cibaria deferunt minus suauia. Quid ergo mirum, si pro
animæ salute æterna similia præstes? Licet ergo mori te o-
porteat, noli viam hanc deserere, resurges, ac viues in æter-
num, si hic commortuus fueris Christo. Sic enim Esaias
ait, viuēt mortui tui, interfecti mei resurgent, exergil-
cimini,

Eph. 4.

Luc. 16.

Gen. 21.
Gal. 6.

Iosue. 9.

Esa. 26.

A cimiai, & laudate, qui habitatis in puluere. Et vt leuius
feras, fac tibi fasciculum myrrhæ ex Christi doloribus, si-
cut sponsa, dicens, fasciculum myrrhæ dilectus meus mihi,
inter vbera mea commorabitur. Quod si hoc sumpseris
scutum, vt eo te munias, nullus laboris ictus te lædet.
Hinc Hieremias: dabis eis scutum cordis eorum laborem
tuum: labor Christi scutum nobis est, dum eius cogi-
tatione armamur, ne lædamur tribulatione, aut dolore.
Præclarum hoc scutum expertus fuerat Paulus, cum dice-
ret. Recogitate eum, qui talem aduersus semetipsum à
peccatoribus sustinuit contradictionem, vt non fatigemini
animis vestris deficientes. Nec enim decens est, præcede-
re caput sanguine intinctum, & sequi membra delicijs ple-
na. B Similiratione nobis proponuntur exempla sancto-
rum, qui Christum secuti sunt, & sanguinem fude-
runt, quorum sanguis nobis proponitur
tanquam elephantis, vt accen-
damur in pug-
nam, &c.

Cant. 1.

Thren. 3.

Heb. 12.

Dominica

Dominica in Ramis.

A

Thema. Hoc autem factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per prophetam dicentem, dicite filia Sion, ecce rex tuus venit, tibi mansuetus sedens super asinam, & pullum filium subiugalis, &c.
Matt. 21.



SAP E Dominus Iesus in Hierusalem venerat, sed huius extremi aduentus duntaxat meminit Esaias, & Zacharias, quia hoc aduentu regnum diaboli evertit, & suum constituit, quod morte propria cōfecit, & ideo hic aduentus dignior fuit, qui à prophetis prædiceretur. Sed illud nunc mirabile est, quod cum regnum

nunc suscipere velit, & regium nomē, ac potestatem sibi usurpat, adeo humilis, & pauper ingrediatur. Nec minima hac in re dubitandi ratio se se offert. Nam ut refert Lactantius libro. 4. de vera sapientia capite 16. ideo Iudei, & Ethnici noluerunt credere Christum Deum esse, quia vitam duxit pauperem, ac humilem, & mortem pertulit duram, indignum iudicātes Dei nomine eum, qui pauper, & humilis erat, de qua re superius diximus feria sexta proxima. Sed ista falsa hominum persuasio inde ortum habuit, quod illi temporalem fœlicitatem, ac gloriā maximum esse bonum putant, cum tamen nihil sit, virtutem vero, quæ diuinum quid est, minimum esse ducunt.

Certe regem Deum maxima bona decebant, ornandusq; erat ille, ac sui præcipua gloria, ac honore. Sed quænam sint hæc vera bona inquirendum est, facile autem etiam ratio naturalis edocet, minimum bonum esse temporalem fœlicitatem, quæ

Lactant.

C

A quæ bonum non faciunt habentem, nec Deo commendabilem reddunt, quæ fallax est, & beatitudinem nō confert, quæ possidētem cito deserūt, & quæ materia, ac fomes peccati esse solent. Et ideo non decebat, his ornari Deum hominem factum. Hinc ipse ait, quod altum est hominibus, abominatio est apud Deum. Non solum ergo illa respuit, quia minima, sed quia abominatio ei sunt, non quia illa in se mala sint, sed quia hominum abusus ea abominanda reddit, quia peccatorum materia. Vnde de Behemot Dominus ait ad Iob. Protegunt vmbra eius. Vmbra, ait Behemot, aliæ vmbrae protegūt. Quid obsecro, vmbra est? nihil sane, defectus luminis propter interpositionem corporis opaci, & cum vmbra aliquid appareat, nihil est, quia priuatio est. Ita omnis gloria temporalis aliquid apparet, cum nihil sit, vmbra solum est. Hinc ipsi fatentur impij, omnia velut vmbra transierunt, enumerauerat diuitias, superbiam, voluptates, & omnia esse vmbra dicunt. Quid ergo in causa est, quod aliquid appareant, cum nihil sint? Certe defectus luminis cœlestis propter interpositionē terreni nostri corporis. Hæ ergo vmbrae temporalis fœlicitatis protegunt vmbrae demonis, vmbrae mortis, quæ est peccatū. Ideo enim peccatum diligimus, quia illud opertum videmus vmbra temporalis dulcedinis ac fœlicitatis, ideo abominatio Deo esse dicitur. Sed quæ nam vera bona sunt? certe virtutes hæc ornamenta

B sunt animi, cœlestia bona, quæ reddunt hominem bonum, quæ nos in beatitudinem ducunt. His veris bonis abundare debuit Rex Deus, & sui quoniam ille rex virtutum dicitur. Hinc Esai. ait, & erit fides in temporibus tuis, diuitiæ salutis sapientia, & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius. His diuitijs abundantem Christum vidit, qui ait, vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. Discipuli etiam Christi, & eius Ecclesia his bonis abundauit, quoniam Christo in mundum veniente cœlestes homines facti sunt, magni virtute, qui luxerunt in mundo tanquam luminaria verbum vitæ continentia, statim enim innumeri martyres pullularunt, eremitæ mundo mirabiles exorti sunt, & aliorum sanctorum turba innumerabilis. Hæc regni Christi magnalia fuerunt.

C sunt animi, cœlestia bona, quæ reddunt hominem bonum, quæ nos in beatitudinem ducunt. His veris bonis abundare debuit Rex Deus, & sui quoniam ille rex virtutum dicitur. Hinc Esai. ait, & erit fides in temporibus tuis, diuitiæ salutis sapientia, & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius. His diuitijs abundantem Christum vidit, qui ait, vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. Discipuli etiam Christi, & eius Ecclesia his bonis abundauit, quoniam Christo in mundum veniente cœlestes homines facti sunt, magni virtute, qui luxerunt in mundo tanquam luminaria verbum vitæ continentia, statim enim innumeri martyres pullularunt, eremitæ mundo mirabiles exorti sunt, & aliorum sanctorum turba innumerabilis. Hæc regni Christi magnalia fuerunt.

Luc. 16.

Iob. 40.

Sap. 5.

Esai. 33.

Ioan. 1.

Zach. 9. In caducis autem bonis gloria Christi non fuit, ille enim pauper, ac humilis extitit, vt Zacha. ait. Ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam. Nec vero de hac paupertate mirandum, excessus enim, ac delicta nostra huius rei causa fuerunt. Diues rexq; David erat, & pauper egressus est ex Hierusalem, ac nudis pedibus, quia filius illius Absalon eum expoliavit regno. Sic etiam accidere solet, vt videas hominem, qui diues fuit quondam, in magna paupertate deuenire, cumq; cum interrogas, qua de causa in aduersa sit fortuna, dicet tibi, delicta, & excessus filiorum me deiecerunt, & in extremam paupertatem adduxerunt. Ita omnino nos filij peruersi in causa fuimus, vt Christus diues pauper factus sit. Cum enim ille diues esset, pro nobis egenus factus est, vt illius inopia nos ditaremur, & excessus nostros persolueret. E contrario homo, cum pauper, & infirmus sit, diues, ac rex esse vult. Omnis hominum cura eo intendit, vt ascendant & ditescant. In excelsu statu posuerat Deus Adamum, sed ille eo statu non contentus ascendere voluit, vt Deus esset, eritis sicut Dij. Si ergo homo Deus esse voluit per superbiam, fiat Deus homo pauper, & humilis, vt hominis excessum persoluat, ac auferat.

Zach. 9. Ea autem, quæ diximus, manifestis verbis Zacharias ostendit, exultare enim satis, ac iubilare præcipit filiam Sion cum rege suo, non quod ei bona temporalia deferat, quæ profecto oleum lætitiæ non sunt, sed quia bona spiritualia secum ducit, quæ oleum exultationis merito dicuntur. Vnde ait. Ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, & inferius ait, & loquetur pacem gentibus. Bona quidem temporalia digna gaudio non sunt. Aliquando gauisi Apostoli sunt, & dixerunt magistro, Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis. Magnum planè videbatur, quod verbo suo dæmones pellerent, eis imperarent, & infirmitates tollerent. Nihilominus audiunt, in hoc nolite gaudere, sed in hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Et alibi, gaudete, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Ex quo patet, minimum bonum spirituale superare vniuersa bona terræ. Et hinc fit, vt moneat Paulus, qui

fient

A fient tanquam non fientes, qui gaudent tanquam non gaudentes, qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur, quia præterit figura huius mundi. Si gaudium de temporalibus quasi non gaudium esse oportet, cum Messia verò exultandum est satis, ac iubilandum, alia certè bona illi deferebant quam temporalia, iubilus enim exultatio tanta est, vt exprimi non valeat.

Cum ergo venisset Bethphage ad montem oliuarum. Origenes, & Hieronymus aiunt. Bethphage vicum fuisse sacerdotum, quo aliquando pergebant, vt animum leuarent, & quiescerent à laboribus, eratque illis quasi domus saltus Salomoni. Interpretatur autem domus maxillæ, vel quia secundum legem maxillæ erant sacerdotum, vel vt ait Origenes, quia ibi ortus est fons Sampsoni de maxilla. Cum vero in monte oliuarum fuerit domus recreationis (vt sic loqui liceat) sacerdotum, inuit, in operibus misericordiæ eorum debere esse recreationem. Audi Christum dicentem, deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Sed quid Domine inuenisti inter filios hominum, vt delectareris, an non leprosos, debiles, infirmos, ac mortuos? ea certè inuenisti, sed quoniam misericordiâ suam eis exhibuit, fuerunt ista eiia dilicijs. Et ideo ei hodie concinunt. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Hosanna, idest, benedictus sit, qui infirmos nostros sanat, qui cæcos illuminat, qui mortuos viuificat. Si ergo rex, si Dominus, si prælatus, si denique fidelis quisque imitari Dominum velit, has sibi laudes offerri curet, vicum, ac recreationem inter oliuas, ac misericordiæ opera habeat, leua ergo pauperum miseras, & hoc perfecisti, & laudes habebis Christi laudibus persimiles. Audi Iob, si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci, si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia creuit mecum miserratio, & de utero matris meæ egressa est mecum. Si despexi prætereuntem, eo quod non haberet indumentum, & absque operimento pauperem, si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. Recte ait, benedixerunt mihi latera eius, idest, laudauerunt me, quia eis benefeci. En laudem similem Christi laudibus. Recte Ambrosius ait, curandum homini est, ne ante Deum veniat sine his laudibus, ac canticis, cauendum-

Aduen.

Zz

98

Orig.
Hierony.

Prone. 8.

Iob. 37.

Ambros.

q; maximē, nē contrarijs vocibus in te emissis coram Deo cō-
pareas. Si enim maledixerint tibi pauperes, quod eorum ino-
piam non subleuasti, certē ad montem oliuarum non venisti.
In monte ergo misericordiē domus recreationis esse debet,
quia in operibus misericordiē delectatio nostra sit, oportet, di-
cente Paulō, qui miseretur in hilaritate. Et non ex tristitia, aut
ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus.

Rom. 12.
2. Cor. 9.

Sed quoniam spiritualia misericordiē opera, quibus à pec-
catis homines liberatur, potiora sunt, ideo cum venisset Bet-
phage. *Misit duos discipulos, dicens eis, ite in castellum, quod con-
tra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cū
eā, soluite, & adducite mihi.* Duo hæc animalia duos populos
significant Iudæorum, & gentium, pullus cui nullus hominū
infederat, populum gentium signat, cui lex data non fuerat,
asina, quę sub iugo fuerat, Synagogam, quę iugum legis porta
uerat. Sed cum regium nomen nunc sibi imponendum fuit,
vtrumque populum adduci vult, quia regnum illius super om-
nes est. Et ideo Zacharias prædicens hunc Christi aduentum
in Ierusalem, & regnum, subiungit, potestas eius à mari vsq;
ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terrę. Hoc ipsum per
Esaïam manifestis verbis pater loquitur cum filio, dū ait. Paul
est, vt sis mihi feruus ad suscitandas tribus Iacob, & fœces Is-
rael conuertendas, ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus
mea vsque ad extremum terrę. Sicut ergo Axa recepta à patre
hereditate arente, infidens asino suspirauit, & ait, da mihi be-
nedictionem, terram australem, & arentem dedisti mihi, iun-
ge & irriguam, deditque ei Caleb irriguum superius, & infe-
rius. Ita nunc Christus vidit Ierusalem, & fleuit, obtinuitque
à patre regnum, non solum in domo Iacob, & regnū Dauid,
quod erat super Israel, sed etiam super gentes. Dixerat ad eū
pater, postula, à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, &
possessionem tuam terminos terrę. Nunc id postulat Christus
lachrymis, & obtinet. Et vt id significet, sibi afferri præcipit asi-
nam, & pullum, & super vtrumque sedit, vt mysterium illud
innueret.

Psal. 2.

Sed duo expendenda hæc in re sunt. Primum, quod iumēta
ista duo sint populi, ergo populi iumēta sunt, secundum, quod
ligata

A ligata dicuntur, à Christo verò soluuntur. Sed quo pacto popu-
lus Iudæorum, ac gentium asini sunt? An non homines erant
doctissimi, prudentes, ac sapientes? Certē, homo cum in ho-
nore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipienti-
bus, & similis factus est illis. Peccator quidem iumentum est
stolidum. Audi Iob, vir vanus in superbiam erigitur, & quasi
pullum onagri se liberum natum putat. Nihil stolidius, aut in-
sipientius quam peccator, ratione non ducitur, sed appetitu
tanquam brutum, asinus ergo est. Nec tantum asinus, sed asi-
no stolidior. Audi Esaïam. Cognouit bos possessorem suum,
& asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cogno-
uit, & populus meus non intellexit. An non stolidiorē iudica-
bis Balaam, quam eius asinam, quæ declinauit à via viso Ange-
lo, cum ille viam peruersam, quam incæperat, perficere vellet?
B Viam Deo contrariam arripuit Balaam mercede cōductus, vt
malediceret Israeli, opponit se viæ illius Angelus districto
gladio, quo asina territa declinauit à via, quia vidit Angelum
ei aduersari. At vero Balaam perfecit viam, & mercede effusus
est, ergo asina sua stolidior fuit. An non tu simile perpetrās fa-
cinus? Vides Deum viæ tuæ aduersari districto gladio, nec ter-
reris, nec ab incepto desistis. Si ergo asino stolidior factus es,
quid mirum, si te asinum dicamus? Sed attende immensam Dei
misericordiam, cum hæc iumenta ad se adduci Christus vult,
& qui inimici erant, ac inferno digni, ad ipsum vocantur, vt
eos ad cœlestem ducat Ierusalem. Hanc diuinam misericordiā
expendit Psaltes dicens. Homines, & iumenta saluabis Domi-
ne, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.
Hominem saluare misericordia fuit, sed iumenta etiam salua
C facere, multiplicatam Dei ostendit misericordiam.

Sed secundum inspiciamus, quo pacto ligata erant hæc ani-
malia? Sane peccator ligatus à dæmone est. Audi Psaltem,
funes peccatorum circumplexi sunt me. Et Sapiens ait,
impius funibus peccatorum suorum constringitur. Et ita
ligatus est, vt difficile dissolui possit, quoniā ut Sapiens ait, fu-
niculus triplex difficile rūpiti, triplici autē funiculo peccatorē
dæmō ligat, cōcupiscētia carnis, ac oculorū, & superbia vitæ.

Psal. 48.

Iob. 11.

Esa. 1.

Num. 23.

Psal. 33.

Psal. 118.

Prov. 5.

Eccle. 4.

Christost.

Recte

Recte Chrysoſtomus ait. Ante peccatum facile diabolo reſiſti-
mus, imo & fugit à nobis, ſed cum peccato ligamur, in poteſta-
te ſumus diaboli, vt nos circumferat, quo voluerit. Sicut nauis
gubernaculo fracto ducitur, quo vult tempeſtas. Sicut etiam
populus priuſquam ſibi regem conſtituat, liber eſt, ſed cum
elegerit regem, alligatus eſt, & rex imperat, & vniuerſa pro ar-
bitrio diſponit. Sic cum homo diabolum ſibi in regem elegit
quafi vi quadam ligatus tenetur. Hinc Paulus, qui voluit diui-
tes fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Et
idem Paulus. Ne quando det illis pœnitentiam, ad cognofcen-
dam veritatem, & reſiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui te-
nentur ad ipſius voluntatem: Certe qui gratia Dei caret, qui
peccato tenetur, ſeruus eſt diaboli, & quemadmodum tu du-
cis ſeruum tuum, quo vis, ita dæmon te ſi in peccato es, ad alia
peccata trahit. An non hanc miſeram captiuitatem experiris,
cum non quod vis bonum, hoc agis? cum imbecillis es ad reſi-
ſtendum tentationi? ſed hæc miſera captiuitas libera eſt, quia
libere peccas, & à peccato diſcedere potes, & gratia obtenta
diabolo reſiſtere.

Soluite ergo, & adducite mihi, ait rex noſter. Primum enim,
quod rex agere debet in regno eſt, ſoluere eos, quos captiuos
tyrannus tenebat. Nullus, niſi Chriſtus hos vinc-tos ſoluere po-
teſt, quia, vt Pſaltes ait, Dominus ſoluit compeditos, Dominus
illuminat cæcos. Et ideo ei concinit Dauid. Dirupisti vincula
mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Et ad hoc ille venit vt Eſai.
dixit, ſpiritus Domini ſuper me, eo quod vn-xerit me, vt prædi-
caré captiuis indulgentiã, & clauſis apertionem. Et ideo ſuis
ait, quodcunque ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cæ-
lis. Gratia enim ſua nos ab hac miſera dæmonis captiuitate eri-
pit, vt ei facile reſiſtamus. Sed qui liber à dæmone, & ab eius
vinculis abſolutus eſt, non putet ſe omnino liberum, nec vllis
teneri vinculis? Ideo enim Chriſtus ait, ſoluite, & adducite mi-
hi: ligabo ego eos mihi, quos dæmon ligatos tenebat, ſed alijs
vinculis. Hinc Paulus, vos in libertatem vocati eſtis fratres, tã-
tum ne libertatem in occasionem carnis detis, liberati quidẽ
à peccato, ſerui autem facti iuſtitie, habetis fructum veſtrum
in ſanctificationem. Et ideo benedicens Iacob Indam, ex quo
Chri-

A Chriſtus originem duxit, ait donec veniat, qui mittendus eſt,
& ipſe erit expectatio gentium, ligans ad vineam pullum
ſuum, & ad vitem d filii miſinam ſuam. Mirabile proſecto id-
eſt, quod, cum Iacob tot retro ſæculis de Meſſia loqueretur,
meminerit de aſina, & pullo, quæ nunc ſibi Chriſtus afferri
præcepit, de quibus ait, quod à Chriſto ligabuntur ad vineam
ad vitem, quia licet ſolui, præceperit, tamen ad ſe ligauit, ille
enim vitis eſt vera, ad quam alligati fideles ſunt, ſoluuntur er-
go, vt ligentur, à diabolo eripiantur, vt Deo adducantur. Si-
cut ergo exhibuiſti mēbra tua arma iniquitatis peccato, ita nũc
ea exhibe arma iuſtitie Deo, ſicut diuitias diabolo tradebas,
ita nunc Deo trade.

B *Dicite, quia Dominus his opus habet.* Chryſoſtomus ait. Chryſ.
Miraculum fuiſſe, quod eo ſolo verbo audito reliquerint Do-
mini aſinã ac pullum ab Apoſtolis duci. Oſtendit hoc verbo ſe
Dñm omniũ eſſe. Vn de ait, vos vocatis me magiſter, & Dñe, &
benediciris, ſum etenim. Sed mirũ eſt, quod ait, *his opus habet.* Ioa. 13.
Cum Pſaltes dicat, Deus meus es tu, quoniam bonorum meo-
rum non eges, quomodo ergo his opus habet? Præcipuè vt ve-
hatur, qui curru illũ habet mirabilem, de quo dicitur in Pſal-
mo, curru Dei decem millibus multiplex, Dominus in eis, in
Sina in ſancto. Sane opus habet Chriſtus Eccleſia ex Iudæis,
& gentibus congregata, ſicut opus habuit Adam Eva. Non eſt
bonũ, hominem eſſe ſolũ, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi
Gen. 2.
C ait Dñs, ſacramentum hoc magnum eſt, ego autẽ dico in Chri-
ſto, & Eccleſia. Non ergo eſt bonũ Chriſtũ eſſe ſolũ, adiunga-
tur ei Eccleſia, ea ergo dicitur Chriſtus indigere, quia ſicut
ſponſus ſolũ ſe dicit eſſe, cum ſpõſa abeſt, ita Chriſtus ſine Ec-
cleſia ſolus eſt, ea ergo opus habet. An nõ id mirandũ, quod
ita nos dilexerit, quæſeritq; ac ſi opus haberet, ac ſi ſine nobis
eſſe, aut viuere non poſſet? Si ad gloriam ſuam nobis indige-
ret, quid amplius pro nobis efficeret, quã fecit? Dicitur ergo
opus habere nobis, quia licet noſtra, non illius interſit, tamen
ſic ſe habet, ac ſi illius intereſſet. Hinc inuenta oue, & dragma
ait, congratulamini mihi. An non melius eſſet, ſi congratula-
remur oui? ita certè apparet, ſed ille ait, potius congratulamini
mihi, quia licet vtilitas ouis ſit, tamen ego magis optaurillius
Luc. 15.

1. Tim. 6.

2. Tim. 2.

Pſal. 145.

Eſai. 61.

Gala. 3.

Rom. 6.

commodum quam ipsamet ouis. Sed nunc à te quero, Dominus ait, quod te opus habet, nū tu opus habes illo? quot sunt homines, quibus apparet, non opus habere Deo, & quod sine illo vitam degere possunt. An non quidā aiunt apud Iob. Qui dicunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolimus. Quare ergo dixit populus meus recessimus? Et recedat à nobis sanctus Israel. An non oblitus Dei es diebus innumeris, & cū sine Deo sis, non ais, opus mihi est Deo, Deus dicit opus mihi est homine, & homo non dicet, opus mihi est Deo? Qui dicis, opus est mihi pecunia, honore, voluptate, nō dices, etiā Deo opus est?

Ascendit ergo Christus in Asinā, deinde in pullū, vel è cōuerso, vt intraret Ierusalē, vt impleretur illud Prophetæ. *Eccle rex tuus venit tibi māsuetus.* Christ⁹ certē rex est. Qui ait, ego autem cōstitutus sum rex ab eo super Sion montē sanctū eius. Sed attendendū est, media, quibus ad regiā dignitatē fuit euectus, longe alia esse à medijs, quibus reges terræ dignitates sibi comparant. Nec enim diuitijs, ac potentia militari euectus est in regnum, sed potius à gentibus, & Iudæis irrisus, opprobrijs faturatus, & crucifixus, cōstitutus à Deo rex est vniuerso mūdo reclamāte, ac renitēte. Oportuit enim Christū pati, & ita intrare in gloriā suā. Et vt Paulus ait. Humiliauit semetipsū Dñs Iesus vsque ad mortem, mortem autē crucis, propter quod & Deusexaltauit illū, & dedit illi nomē, quod est super omne nomē. Et reprobatus lapis ab ædificantibus factus est in caput anguli. Ricar. de sancto Victore in Psalmū secundū ait, Hęc autē nō ad Christū solū pertinet, sed etiā ad illi⁹ mēbra. Eadē enim via nos ad regiā dignitatē perueniemus. Nec enim est discipulus super magistrū, nec seruus maior Dño suo, si me persecuti sunt, & vos persequētur. Ne ergo putes te infœlicē, cū pateris, sic enim peruenitur ad regnum, si compatimur, & conregnabimus, & conglorificabimur.

Sed quidā doctor regnū Christi dicit prophetatū fuisse illi⁹ verbis. Cūq; cōpleti fuerint dies tui, & dormieris cū patribus tuis, suscitabo semē tuū post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnū eius in sempiternū. Ego ero ei in patrē, & ipse erit mihi in filiū. Quę verba Christū respiciūt, qui egressus est

A est ex vtero solū, & cuius, regnum æternū est, & filius naturalis est Dei. Sed ait, vēturū hūc regē, cū cōpleti fuerint dies Dauidis. In secretiori Hebræorū antiquorum theologia habetur, quod dies cuiq; homini ab initio cōstituti à Deo sunt mille anni. Ad quem terminū nullus post peccatū peruenit. Et hoc significat, cum ait, cum cōpleti fuerint dies tui, idest, tempus tibi ab initio statutum, si peccatum nō fuisset, quod est mille anni. A natiuitate vero Dauid, vsq; ad Christi natiuitatē intercesserunt, 976. anni. quibus si addas numerū literarū nominis Dauid, qui est. 24. reddunt ad punctū mille annos, qui numerus est cōpletæ ætatis Dauid. Nec mirū, quod numerū nominis addamus, habent enim hi numeri myſteria, vt patet, cum numerari præcipit Ioannes numerum nominis bestię. Hęc **B** Georgius Venetus in harmonia mundi Cantico. 2. tomo. 7. c. 25. Honcala in Genesim huic videtur adſtipulari, qui in caput. 2. ait, in quacunq; die comederis, morte morieris, idest, intra milleſimū annum morieris. Quia enim mille anni ante oculos tuos tanquam dies, in hac die magna Adam mortuus est. Hęc diximus, non vt omnino ea probemus, sed vt aliquid curiositatis addamus.

Sed notandum verbum illud est, *venit tibi.* Id enim omni homini dici potest, venit Christus tibi. Quia si alius homo nō esset, quā tu tibi veniret. Et licet pluribus venerit, ita gratus ei esse debes, ac si tibi soli venisset, quia sic eo, & bonis illius frui potes, ac si tibi dūtaxat veniret. Et ideo Paulus ait. In fide vivo **C** filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsū pro me. Quasi solus Paulus dilectus à Christo esset, & pro eo solus traditus Christus fuisset, ei gratias agit. Sed quid mirum, si in Christo quisque habeat omnia, quæ vult, ac si solus ipse esset, cum plures sint creaturæ, quibus quisque hominum vti potest, ac si alius eis non vteretur? An non sole frueris toto, ac si alius eo non vteretur? similiter aqua fontis, ac fluminis. Venit ergo tibi, ac si alteri non venisset, cum omnibus venerit. Sed quoniā diuitiæ illius infinitæ sunt, cuique venit, quia nihil imminutū est, licet plures ad eum accesserint. Sicut non minus aquæ in mari est tibi, licet aliqui aquam hauserint, ac si nullus haussisset. Deinde venit tibi, quia totus tuis commodis deseruit, propter se enim non venit, sed propter te, sibi nihil potuit

Iob. 22.

Ier. 2.

Psal. 2.

Luc. 24.

Philip. 2.

Ricard.

2. Reg. 7.

Apo. 13.
Geor. Ven.
Honcala.

Gala. 2.

acquirere, sed tibi, laborem sibi, vtilitatem tibi seruabit. Multa quidem tua sunt, sed tibi non sunt, quia proficua non existunt, Capilli Absalonis erant, sed illi vtilis non fuerunt, quin potius mortis causa. Diuitiæ diuitis sunt, sed ipsi non proficiunt, quia qui amat diuitias fractum non capit ex eis. Et diuitiæ conseruatæ sunt in malū dñi sui. Christus autē tuus est, & tibi proficiuus est, ei dicere potes. Dilectus meus mihi, & ego illi, ille quidem mihi vtilis, ego autem illi, non vtilis, sed obliquens.

Eccle. 5.
Eccle. 5.

Can. 7.

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via, alij autē cadebant ramos de arboribus. Clamabāt Hosāna. Sed quorsū ad passionē veniēs tāto voluit excipi gaudie? Certē hac in re bonitātē, ac amorē voluit nobis ostēdere. Nimiū nobis cōducit, hęc nosse. Vnde flexis genibus orabat Paulus Deū, vt fideles hęc intelligerent. Vt possitis comprehendere cū omnibus sanctis, quę sit lōgitudō, & latitudo, sublimitas, & profundum, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Si homo agnosceret viuē immensam Dei bonitatem, ac charitatē, impleretur omni virtute. Et licet hanc Deus ostenderit in creaturis, sed præcipue in Christo Domino, & eius passione. Non solum autē pati voluit, sed ea ostensa bonitate, ac dilectione, vt potius nos sibi deuinciret charitate, quam dono. Cum dono tibi aliquid datur potius attendere soles. donantis dilectionem quam donum, quia per dilectionem cor ipsum tibi datur. Nō ergo fuit Christo satis, si vitam, ac sanguinem daret, nisi etiam ea charitatis ostensione id efficeret, vt illa nos sibi maxime deuinceret. Vt hanc ergo ostendat infinitam gaudens venit in passionem, & vniuersorum voluit adesse lætitiā. Quoniam ille exultauit vt gigas ad currendam viam. Et si multa sit passus, plus tamen dilexit, quam passus sit, & plus illi obstricti sumus propter dilectionem, quā propter dolores. Licet ergo vulnera Christi fenestræ sint, per quas diuinus amor videri potest, sed non omnino videtur, quia plus dilexit, quam videri possit. Quod figuratum est in illis obliquis tēpli fenestris, quæ exterius angustę, in interiori vero parte latissime erāt, & ideo exterius omnis earum latitudo videri non poterat. Hoc tēplum Christi humanitas est, in qua diuinitas corporaliter habitauit. Vulnera fenest

3. Reg. 6.

stræ

A stræ sunt, quibus latentem in corde charitatem conspicimus, sed nō omnem exprimunt dilectionem. Fortis quidē vt mors dilectio, sed Christi dilectio fortior est morte, conaretur enim supra eam, si aliquid ea esset acerbius. Et millies mortem optereret, si expediret. O seruēs in nos charitas, o ferreū cor, quod tanta dilectione non frangitur. Hanc nunc ostendit, cum gaudio excipi voluit, sed tu o homo quam vicem Deo rependis? Eum derelinquis, vt vanitatem diligas. Hinc Oseas. Diligit Dominus filios Israel, & ipsi diligunt vinatia vuarum. Quid diligis, cum numos, & honores diligis, nisi vinatia vuarum oblitus tanti Dei, tantęque illius dilectionis?

Ose. 3.

B Feria Secunda Post Dominicam in Ramis.

Thema. Maria accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu.
Ioan. 12.

C



Ro ponitur hodie cœna per amplam Christo exhibitam in Bethania. Quis vero eam parauerit, non dicitur à Ioanne, creditur vero eam paratam à Lazaro, & sororibus, vel à ciuibus Bethaniæ, qui Christo erant affecti. Parata autem est in domo Simonis propter loci cōmoditatem. In hac autem cœna tres præcipuè memorantur personæ. Lazarus discumbens cum Christo, Martha ministras, Maria vngens, de singulis aliquid nobis dicendum est.

Et primum de Lazaro, quem non solum Iesus suscitauit, sed suscitatum mensæ suæ participem effecit. Quo facto Dei in peccatorem benignitas ostenditur, quem à peccato suscitatur, & deinde cibo cœlesti, eucharistia, scilicet, reficit. Cum ad Eu-

Zz 5

cha-

charitiam accedis, nihil minus tibi proponitur, quam discipulis in cœna. Cum remissa tibi peccata sunt, cōcessa tibi fuit spiritualis vita. Cum Eucharistia conceditur, datur tibi cibus, qui te in spiritali vita conseruet. Nihil enim prodesset homini, si ei vita daretur, nec concederetur cibus, quo eam serua-
Dani. 14.
3. Reg. 19.
Iud. 14.
Exod. 12.
Psal. 22.
Ind. 7.
Leui. 4.
Leuit. 6.
Exod. 27.
 ret. Dei est hominē à morte liberare, & pascere liberatum. Ita liberauit Daniele à leonibus, & Habacuc mittit, qui eum pascat. Nec solū Eliam liberat è manibus Iezabelis, sed & Angelum mittit, qui eum pascat. Et Sampsoni spiritum dedit, ac fortitudinem, vt leonem interficeret, & deinde fauo mellis eū pascit. Et postquam liberauit Israel ab Angelo percutiēte, agnum eis tribuit, quo pasci viam agāt in terrā promissam. Quod verò hanc Deus mensam parauerit homini, gratias agit Psaltes cum ait, Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Rectè ait, paratam hanc mensam aduersus inimicos, quia cura homo à peccato recedit, dæmon eum insequitur, curatque vt Pharaon in pristinam reducere seruitutem. Sic etiam Lazarum cogitant interficere Pharisei, postquam fuerat suscitatus. Innumera bella mouet dæmon aduersus iustum, sed contra ea vniuersa mensa nobis parata est optima, panis nobis datus est subcinericius, qui vastet vniuersa castra. Madiā. In tabernaculo illo antiquo tria nunquam deerant, sanguis, quo quotidie altare aspergebatur, & vt habet in Leuitico, lux, quæ semper ardebat, & mēsa propositionis, in qua semper panes erant calidi. Ita curādum nobis est, vt in tabernaculo cordis nostri semper lux sit, vt filij lucis simus, vt Deum agnoscamus, eius beneficia, ac legem meditemur. Sit sanguis mortificationis continuæ, vt quotidie tollamus Christi crucem. Sit mensa Eucharistiæ, qua reficiamur. Ad hanc mensam sedet Lazarus, & vt eū inspiciant, multi ex Ierolyma veniūt, pulchrū profecto spectaculum, cum is sedet ad Christi mensam, & cibo Christi alitur, qui paulò ante à vermibus rodebatur, & eorū cibus erat in sepulchro. Ita profecto pulcherrimum est spectaculum, hominē intueri, qui heri peccatis scatebat, vt vermibus, & nunc familiaris Christo ei obsequitur. Nec mirum, quod omnes mirētur, cum id riderint, quia nouus hic homo est, & tanquam nouum quid admirationem parit, & ex Ierolyma

A solyma dignum est aduenire multos ad id spectaculum. De eo enim Sapiens ait, est homo marcidus, & egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Describit peccatorem à peccato in iustitiam eleuatam, dicitque in eo miratos multos esse, & meritò, quia vas admirabile opus excelsi. Sed quoniā aliud vas admirabilius hodie nobis proponitur inspiciendum, quod vas quidem iræ primum fuerat, nunc autem in vas misericordiæ mutatum est relicto Lazaro, & paucis de Martha dictis, ad Magdalenam properemus. Martha ministrabat. Hoc illius munus erat, sicut prius fecerat, cum Christum in domum suam susceperat, & licet relicta fuerit sola ad ministrandum, non tamen ideo ministerium relinquit. Quo docet infatigabiles ministros Dei esse oportere, laborantes in omni opere bono, fructificantes, ac crescentes, & in nullo deficientes. ¶ *Maria ergo accepit libram vnguenti.* Particula illa, ergo, illationem quandam ostendit, & ex precedentibus illationem facit, ac si diceret Euāgelista. Cum Martha ministraret, & Lazarus discumberet, idcirco Maria suo obsequio non deesse voluit, & ideo accepit libram vnguenti pretiosi, & ad pedes Christi posita eos lacrymis rigauit, capillis terlit, & vnguento vnxit. Si vero interroges, vt quid hoc officium Maria præstiterit, Respondet Christus Dominus. *In diem sepulturæ meæ seruaui illud.* Idest, vnctio hæc facta est in officium sepulturæ meæ, vnxit me, sicut mortuum corpus vngi solet ad sepeliendum. Hoc ceteri Euāgelistæ magis expresserunt, Matthæus enim ait. Mittens hæc vnguentū hoc in corpus meum, ad sepeliendū me fecit. Et Marcus, præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Non quod Maria id sciret, aut cogitaret, nesciebat enim adeo cito futuram Christi mortem, sed quod Spiritu sancto ducebatur, vt id faceret nescia. Sicut 3. Reg. dicit vidua ad Eliam, ingressus es ad me, vt rememorentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum, cum tamen Elias non ea de causa ingressus fuerit.

Sed inquiris, si Maria nihil cogitauit de Christi morte, nec ea intentione illum vnxit, quid ergo cogitauit, quid illa inten-

Eccle. 11.

Luc. 10.

Matth. 26.

Mar. 14.

3. Reg. 17.

intendit hac vnctione? Duo profecto, quæ nobis valde expen-
 A denda sunt. Primum recordata est beneficij, quod ad pedes
 Christi susceperat, cū remissa ei sunt peccata. Et tanti beneficij
 Gen. 28. memor, ad eisdem nunc pedes accedit, vt gratias referat. Cū
 Iacob supponens capiti lapidem obdormiuit, & visiones cæ-
 Ios. 3. lestes vidit, surgens mane in perpetuam tanti beneficij me-
 moriam lapidem erexit in titulum, fundensque oleum eum
 inunxit. Simili de causa, cum Israel pertransiuit Iordanem sic-
 co vestigio, in tanti facti memoriam lapides erexit. Videnser-
 go Maria, quod accedens ad hunc lapidem viuum dona cæle-
 stia susceperat, nunc iterum illum vngit, & in titulum erigit,
 ac memoriam sempiternam. Si ergo veniam peccatorum sus-
 cepisti ò homo, si aliqua alia cælestia dona, noli obliuisci bene-
 Psal. 77. ficium, ne de te dicatur, obliuiscunt benefactorem eius, & mira-
 bilium eius, quæ ostendit eis, sed gratias Deo age perpetuas.
 Quod si in oratione, eleemosyna, aut pio opere accepisti bona
 cælestia, illuc iterum atque iterum redi, vt noua suscipias. Id
 nos nunc Maria docet.

Secundum autem, quod iudicio meo præcipue Maria inté-
 dit, fuit, iterum renouare pœnitentiam, quam ad Christi pedes
 egerat, nec semel eam fecisse cõtenta, iterum, atque iterum de
 peccatis pœnitet, ac veniam petit. Platonis fuit sententia. Bis,
 Plato. atque iterum quod pulchrum est, id est, opus eximie virtutis
 non semel, aut bis præstandum est, sed iterum, atque iterum.
 Optimum homini hoc consilium est, non semel de peccatis
 Eccles. 5. dolere, sed sapius. Ideo nos Sapiens monet, de propitiato pec-
 cato noli esse sine metu. Id est, licet putes, dimissum tibi pecca-
 tum propter pœnitentiam, iterum illam age. Hinc Psaltes, li-
 Psalm. 50. cet audierit translatum esse peccatum suum, quia dixit pecca-
 ui, nihilominus iterum, atque iterum lauari se petit à Deo, cum
 ait. Amplius laua me Domine ab iniquitate mea, & à peccato
 meo munda me. Quid est, amplius laua me, lotus fuerat, sed ite-
 rum lauari se cupit, vt super niuē dealbetur. Solet homo, cito
 obliuisci peccati sui, cū paruā fecit pœnitentiam, sed sanctissi-
 mi viri non ita egerunt, imo cū Psalte dixerunt, peccatū meum
 contra me est semper. Sic Petrus peccatum fleuit amare, & cū
 sciret, sibi dimissum, nihilominus eam lachrimarum vim
 funde-

A fundebat, vt exarata fuerit eius facies à lachrimis. Ita ergo Mag-
 dalena deplorato semel peccato non quiescit, nunc iterum il-
 lud diluit, & nouam agit pœnitentiam ad Christi pedes. Inde
 verò processit quasi vas auri solidū ornatū omni lapide pretio-
 Eccles. 50. so, vt de Simone Sapiens ait. Fuerat quidem Maria vas meretri-
 cis. Babylonice plenum abominatione, sed mutata est in vas
 gloriæ de vase contumeliæ, vt Ecclesia ait. Sed quoniam omni
 lapide pretioso ornatum diximus, id nobis exponendum est,
 & attendendæ vniuersæ virtutes, quæ nunc in illa splendent.

Accessit Magdalena ad Christum ornata lapillo fidei mira-
 bili, & ideo audire meruit, fides tua te saluam fecit, fides, quidē
 viuā in ea erat, quæ non solum facit hominem credentem, sed
 & fidelem, quod Hispanè dicitur, leal, qui fidelitatem seruat,
 B quæ Hispanè dicitur lealtad, qui prodicionem non facit, qui
 castellum cordis inimico non tribuit, qui adulter non est, hic
 fidelis dicitur, quia non solum credit, verum viuē credit, huic
 promittitur regnum cælorum. Hic dicitur in Euangelio ser-
 uus fidelis. Euge serue bone, atque fidelis. Contravero qui cor-
 Luce. 19. dæmoni tradit, qui dissipat bona Domini infidelis dicitur, li-
 cèt credat. Ideo peccator dicitur adulter, proditor, præuarica-
 Apoc. 2. tor, iustus autem fidelis. Hinc in Apocalypsi dicitur. Esto fide-
 lis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Quæ ergo fue-
 rat prius infidelis, & bona Domini dissipauerat, quæ castellum
 cordis, dæmoni tradiderat, nunc fidelem se præstat Deo suo,
 ei omnino se tradens, hanc vero fidelitatem perpetuo conser-
 uauit vsque ad vitæ finem, dum nunquam à Christo discessit.
 C De spe illius in Deum, quis dicat? Confractus corde peccator
 est, & cum in plura incidit peccata proximus inferno maxima
 Ier. 18. vrgetur desperatione, vt illi, qui dicunt, desperauimus, post co-
 Ephe. 4. gitationes cordis nostri ibimus. Et qui desperantes tradiderunt
 Psalm. 39. se impudicitiz. Hinc Psaltes. Multiplicatæ sunt super capillos
 capitis mei, & cor meum dereliquit me, quia multitudo pec-
 catorum desperationem inducit. Sed attende sperantem Mag-
 dalenam, etiam post innumera peccata. Implet illud Psalmi,
 ego autem semper sperabo, & adijciam super omnem laudem
 tuam. Cum tanta sit Dei laus, mirum est, quod possit quispiam
 Psal. 70. adijcere aliquid diuinis laudibus, sed adijcit, qui semper sperat
 etiam

etiam post multa crimina. Et ideo quia post graua peccata sperauit Dauid, ait, adijciam super omnem laudem tuam. Sed id melius præstitit Magdalena sperans, & supersperans post innumera crimina, & ideo sicut lapillus fidei in ea mirabilis fuit, ita, & spei. De lapillo vero charitatis satis dictum est, cū Christus ait, dilexit multum, pretiosissimo ergo charitatis lapillo ornatum fuit vas istud. De hac charitate multa diximus in tertio tomo nostrarum concionum in concione prima de Maria Magdalena.

Vidimus lapillos virtutum theologiarum, quibus mirabile hoc vas ornatum fuit. Jam lapides pretiosos virtutum cardinalium contemlemur. Et primum de illius prudentia dicamus. Antiqui philosophi pingebant prudentiam depicta virgine, quæ speculum coram se habebat, & serpentem manu tenebat. Habuerat olim Magdalena speculum, vt se ornaret, & mūdo pulchra appareret, sed in Deum conuersa speculo alio diuerso vsa fuit, speculum autem eius fuit Christus Dominus, in quo vultus sui scditatem vidit, peccata, & eorum deformitatem aspexit, scandalumque quod dederat. Diuersa admodum ei apparere vniuersa, quæ ad eam pertinebant, cum in hoc speculo ea vidit, quam ei apparuerant prius, cum in speculo vanitatis ea considerauerat. Capilli qui in hoc speculo fila aurea videbantur, in illo visi sunt colubri, ac serpentes, qui homines perdebant. Frons ille, qui niue albiore apparebat, nunc ei apparet, quia frons meretricis facta est tibi. Oculi, qui in mundi speculo videbantur duo luminaria cæli, nunc videtur esse oculi Reguli, qui visu venena diffundunt. Os, quod videbatur fons gratiarum, nunc apparet vlcus putredine plenum. Diuersa omnimodo ei apparet sui figura in hoc speculo, quam apparuerat in mundi speculo. Nunc ergo se agnoscit Magdalena. Sicut in speculo resultat figura eorum, quæ ei obijciuntur, ita in iudicio Dei, & hominū apparet rei dignitas, ac valor. Sed est speculū, quod veras figuras rerū repræsentat, est etiā quod falsas, ac apparetes solū obijcit. Est vitruū ea arte confectum, vt triangulatum sit, Hispanice dicitur piedra filosofal, quod si oculis admoueat, aspiciasque vile agricolæ tuguriū, apparet regia domus, imo & cælestis omni ornata colore ac arborib⁹. Huiusmodi profecto

speculū est vanū mundi iudiciū, in quo tria illa sunt, quæ Ioannes ait, concupiscētia oculorū, & carnis, ac superbia vitæ. In hoc speculo si cōtēpleris hæc caduca, ac vana, cælestia apparebunt, ac optima, sed nō ita res se habet, sed hoc speculū deceptos, ac attonitos reddit mundi amatores. Si vero in Christo te, tuæq; cōspicias, rerum veritates videbis, ibi diiplicebis tibi, ibi scditates tuas cōspicies, & cum in mundi oculis magnus appareas, videbis nihil te esse, & qui fortis videris hominibus, imbecillē te agnosces, qui tentationi minimē succumbis, qui prudens videris, stultum cognosces, quæ decipit minima rerū vanitas. Cōsidera te ipsum attende in hoc speculo, non solū cum concionem audis, sed & in domo tua. Ne sis de illis, de quibus Iacobus. Hic comparabitur viro, consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit, quia illud speculum sumimus, quod nos deamentat, ac decipit. Magdalena autem semel reliquit mūdi speculū, & Christū sibi proposuit nec vnquam mutauit specula.

Deinde in manu prudentiæ coluber, aut serpens depingitur, & merito, serpens enim symbolum est prudentiæ, dicēte Domino: estote prudentes sicut serpētes. Hanc autem prudentiā licet in multis serpens ostendat, sed in eo præcipue, vt ait Aristoteles libro. 8. natural. historiæ. ca. 7. & Tertulianus libro de pallio, quod cum senescit, pellis illius rugas habet multas, & incedere non potest, vt ergo renouetur, lapidem quærit, in quo angustum sit foramen, & per illud ingreditur, & pellem veterem sic exiit, renouatusque procedit? Quid aliud Magdalena facit, cū ad Christi pedes accedit? Certe veterem exiit hominem, cum actibus suis, & nouum induit. Christus via est, per quā nobis est incedendū, difficilis profecto via illa, quia arcta est & angusta porta, & adeo difficilis, vt eā se ignorare Salomō dicat, viam colubri super petram. Via vero ista est, Christo, & eius cruci conformari, & cum eo mundari, vt omnis abscedat ruga, quia ille exhibet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, nec rugam. Per hoc foramen transire non valet qui inflatus est, qui pretiosis amictus, ac vanis, omnia nobis exuenda sunt, vt Magdalena fecit, exuētes vos veterē hominē. Inspice Mariam ad Christi pedes omnia vetera abijcientem,
peccata

Ierem. 3.

Stuile.

Iacob. 1.

Matth. 10.

Arist.

Tertul.

Prov. 30.

Eph. 5.

peccata relinquentem, vanitates sæculi contemnentem, an nõ
dices eam serpentem conantem per foramen angustum tran-
sire?

Aug.

Sed iam lapillũ iustitiæ, quo Magdalene vas ornat, confi-
deremus. Aug. in sermone ait. Iustitiã iustissimã Maria ad Chri-
sti pedes fecit. Sicut peccata fuere publica, ita iustitia, ac pœni-
tencia publica est. Punit oculos, dũ lachrimas fundit, os punit,
deosculãs Christi pedes, pectus, illud percutiens, vngueta illa
effundens. Insigne iustitiæ ensis est, & statera. Ensem Magdalena
manu tenuit, cum se puniuit, cum superflua refecat vniuersa,
vere mulier fortis. De forti muliere dicitur, manum suam mi-
sit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. Sed Maria
non fusum, sed ens tenuit, vt sacrificaret sacrificium iusti-
tiæ, efficeretque illud, si oculus tuus scandalizat te, erue eũ, &
projice abs te, si manus tua scandalizat te, abscinde eam, quibus
verbis significat Dominus, refecandam omnem peccati
ocasionem, licet dolore afficiamur. Quia bonum est tibi, de-
bilem introire in vitam, quam duas manus habentem mitti in
Gehennam. Melius est, gloriam consequi sine his delicijs, quã
illis habitis in infernum trudi. Gregorius ait, quot fuerunt Ma-
riæ delicię, tot de se obtulit sacrificia. Sicut autem gladium
sumpsit, sic & stateram, quæ iustitiæ insigne est. Optima
enim mensura vsa fuit, si peccauit, doluit, si nimium peccauit,
nimium pœnituit: nimium vanitatem sæculi dilexit, nunc
dilexit multum Deum. Vidit in lance vna peccata sua,
quæ eam vsque ad inferos deprimebat, posuit in altera lan-
ce tot lachrimas, tantam dilectionem, vt remissa sint ei peccata
multa, quoniam dilexit multum. Maximum sane peccati onus
est, quod nos ad infernum deprimit. Audi Psaltem hoc onus
sentientem, quoniam iniquitates meę supergressę sunt caput
meum, & sicut onus graue grauata sunt super me. Si peccati
onus nosse cupis, attende Christum gigantem, qui hoc onus
tollens guttas sudauit sanguinis, & ad terram illum deiecit, &
tibi leue, ac facile apparet peccatũ? Facile admittis, quod Chri-
sto Domino adeo graue fuit, Nullius ponderis tibi peccatum
apparet, & ideo leui, aut nulla pœnitentia putas tibi ignoscen-
dum. Certe stateram manu non tenes sicut Maria, de qua Gre-
gorius

Pro. 31.

Mat. 9.

Greg. in ho.

33.

Psal. 37.

Greg.

Agorius ait. Considerauit namque, quid fecit, & noluit mode-
rari, quod faceret.

Sed iam illius fortitudinem attẽdamus. Mulierem fortem
quis inueniet? Certe inuenta est, en Magdalenam, quæ accin-
xit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum, &
fortitudo, & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissi-
mo. Nec mirandum, si fortissima fuerit, quæ dilexit multum,
quia fortis est vt mors dilectio, & ideo quæ dilexit multum, for-
tissima est. Insigne fortitudinis leo est. Hinc Sap. iustus quasi
leo confidens, absque terrore erit. Vere sicut leo ad nullius pa-
uebit occursum, ita iustus fortis est, nec timet murmurantes,
aut oblatrantes. Id autem Magdalena præstat, cũ è domo egre-
ditur diuerso admodum habitu, ad Christum venit, Phariseũ
detractorem non timet, nunc etiam Iudam murmurantem de
vnguenti effusione non curat. At contra fugit impius nemi-
ne persequente, vt Sapiens ait. Multa bona opera relinquis ho-
miam timore, etiam cum nullus te persequitur. Putas oblatra-
dum tibi, si ad sacramenta frequenter accedas, si iniuriam con-
dones, si moderate, ac parce viuas, nec id ita se habet, nec vllus
oblatraret tibi, sed fugis nemine insequente, quia potius te lau-
darent omnes, ac magni ducerent, si ea faceres, sed ibi trepida-
uerunt timore, vbi non erat timor, vt Psal. ait. Quod si diffici-
le quid esset, ac timendum, an non vir fortis illud vincere de-
beret? Leo fortissimus bestiarũ ad nullius pauebit occursum.
Ita Maria fecit, nihil timuit præter Deum, reliqua conculca-
uit. Sed quid mirum, cum innixa fuerit in columna firma, in
Christo, & eius pedibus. Columna insigne etiam fortitudinis
est, Christus autem columna illa est, de qua Hiere. ait, ego qui
pededi te hodie in ciuitatẽ munitam, & in columnam ferreã.
Huic columnæ adhæsit Maria, & sic comparabitur viro ædifi-
canti domum suam super firmam petram, & venerunt flumina
& flauerunt venti, & irruerant in domum illam, & non ceci-
dit, fundata enim erat super firmam petram. Non sic qui super
arenam fundati sunt, qui similes sunt arundinĩ, quæ vento ra-
pratur, iam enim virtuti incumbunt, iam facili orta tentatione
illam deserunt.

Sed iam vltimum lapillum Magdalene attendamus, tempe-

Aduen,

Aa

rantiam,

Prou. 31.

Cant. 8.

Prou. 28.

Prou. 28.

Psal. 137.

Prou. 30.

Hiere. 1.

Matth. 7.

Esa. 27.

rantium, scilicet. Huius insigne est mensura, ac regula, qua A
cuncta in ordinem redigat. Hanc regulam, ac mensuram Ma-
ria habuit, cum Christum sibi in regulam sumpsit, & eius legem.
De qua mensura scriptum est, in Esai. in mensura contra men-
suram cum abiecta fuerit iudicabit eam. Sicut vna solet esse in
republica mensura certa, per quam iudicantur reliquae mensurae,
an iustae sint, ita Christus Dominus mensura est omnium no-
strum, sicut exemplar, & per illum iudicandi sumus, an ei con-
formes fuerimus. Contra falsas mundi mensuras Christus vera
mensura consurget, Magdalena Christo comensurata fuit, &
sic omnia in pondere, ac mensura praestitit, etiam ipsum amorem
cum dilexit multum, & cum mensuram excessisse videtur, me-
suram seruauit, quia modus dilectionis est sine modo dilige-
re, mensura illius est sine mensura esse, vt Aug. & Bern. dicunt.]
Et qui hanc in dilectione mensuram seruauit, in reliquis omni-
bus mensuram retinet, in vestitu, victu, domusque cultu, qui hac
caret, in reliquis excedit. Mirum profecto, quod excessus amo-
ris modum, ac mensuram in reliquis ponat, si vero amor sit mi-
nor, quam debet, excessus continuo in reliquis est.

Aug.
Bern.Marc. 14.
Psal. 132.

Vnixit primum Magdalena Christi pedes, sed postea fracto
vase, vt Marcus ait, effudit unguentum in Christi caput, vnde
per vniuersas vestes descendit, sicut unguentum in capite, quod
descendit in barbam, & vsque ad ora vestimenti. Recte vero tanta
unctio Christo exhibetur, qui sacerdos, & rex, & Christus est,
id est, unctus. In Exo. praecipiebatur, non solum sacerdotem inungi,
sed & illius vestimenta, ita ergo unctus est Christus. Quo nobis
innuitur, non solum a nobis praestanda charitatis Dei opera, sed
& charitatis proximi. Iustos vestes Christi Esai. dicit, hi inun-
guntur, cum misericordiae opera in pauperes exercentur. Mur-
murat Iudas cupiditate ductus pecuniarum. *Vt quid perditio
ista?* Sed o Iuda, sanguinem vniuersum pro nobis effudit Chri-
stus, nec perditionem factam credit, & perditionem tu dices,
si unguentum fundatur eius causa? Ungatur o Domine pedes
tui, qui viam salutis nostrae incedunt, & statim clavis configen-
di sunt. Ungatur nunc caput cito spinis coronandum, un-
gatur corpus statim vulneribus dilacerandum, un-
gantur vestes. Statim dilaceranda. Perditio nulla est, cum hominis diuitie, cum
& ip-

Exod. 29.
& 30.

Esa. 49.

A & ipsimet homines, & eorum sanguis effunditur Dei causa,
digna effusio haec est, & ideo dicenda perditio non est. Illa pla-
ne dicenda est perditio, cum in his, quae mundi sunt, nostra
effundimus, & ad illa profecto largos nos, ac magnificos osten-
dimus. Petijt Aaron monilia, & in aures ad vitulos efficiendos, *Exod. 32.*
& nihil cunctantur Israelitae. Exigit a nobis plura mundus, vt
ea in ludis, ac vanitatibus insumamus, ea libenter tribuimus,
nec perditionem dicimus, cum perditio sit. Si vero Dei ergo
aliqua damus, statim mundus ait, vt quid perditio ista? Audi Sa-
pientem. Noli prohibere benefacere eum, qui potest, sed
si vales, & ipse benefac. Noli oblatrare iusto, sed po-
tius verbis eum adhortare in bo-
num, &c.

B

Feria Tertia vel quarta hebdomadae maioris,
de iusto latrone.

Vide concionem integram in Quarto Tomo
nostrarum concionum, in concione secun-
da tractatus de septem verbis Christi Do-
mini.

C

Aaa 2

za

In coena Domini.

Them. Sciens Iesus, quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo in finem dilexit eos, &c. Ioan, 13.



Estigium aliquod diuinarum rerum etiā inter ethnicos fuit, quod à viris sanctis acceperunt. Hinc Plato multa dixit, propter quē diuini nomen est assecutus. Et inter alia in conuiuio de amore ait, duplicē esse amorem, alterum è terra, quem fugere debemus, alterum ex cælo, quem omnis homo sibi curare, ac acquirere debet.

Et ideo antiqui duos pingebant amores, terrenum, & studiosum, dicebantque, hunc superare illum, ac ligare, & sicut clauus clauo truditur, ita amor noxius amore studioso pellitur. Ad hoc autem Christus in mundum venit, ut amorem Dei in terra statueret. Ideo ait, ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur. Et ideo Spiritū sanctū in igne misit, & ignis à facie eius exarsit, quo carbonēs succensī sunt. Quia vero magnes amoris amor, ut eum incenderet in nobis amorem, suum in nos ostendere voluit omnibus vijs. Et qui in vita sua id egerat, morti proximus idem agit, maiora dilectionis signa ostendens. Et hoc est quod Ioannes ait. *In finem dilexit eos.* Id est, in dilectionis signis vsque ad mortem durauit, & tunc maiora dilectionis signa dedit. In amore quidem crescere non potuit, quia à conceptione immensus ei datus amor est, qui quo cresceret nō habuit. Introducta est anima illa in cellā viniariam, & ordinauit in ea Deus charitatem. Vel ut alia habet litera, posuit in ea vexillum charitatis, quia omnino ab amore posita fuit. Et ideo, qua dilectione pro nobis crucem ascendit,

Plato.

Luc. 12.

Psal. 17.

Cant. 1.

Adit, reliqua vitæ opera peregit. Fuit amor hic immensus, & supereminet omni scientiæ, ut Paulus ait. Sed signa huius dilectionis creuerunt, & nunc in finem dilexit, cum duo suprema dilectionis signa exhibuit, Eucharistiam, scilicet, & mortem.

Quia autem amor præcipue desiderat, se manifestare, ideo maximo desiderio hunc diem desiderauit. Sicut ipse ait, Desiderio desideravi, hoc pascha manducare vobiscum. Alijs annis celebrauerat pascha, & agnum cum discipulis comederat, sed non de illis, sed de hoc ait, desiderio à se desideratum, quia nunc summam ostendit dilectionem. Nunc parauit in dulcedine sua pauperi Deus. Hodie operarijs suis cibaria parat, melius quam Salomon, qui ait, operarijs do cibaria tritici. Hodie triticum prouidit Ecclesiæ suæ, ne deficiat in via. Et qui olim Eliæ cibum misit sub cineribus panem, dicens, surge comede, grandis tibi restat via, nunc Ecclesiæ suæ alium mittit panem excellentiorem, igne amoris decoratum, dicens, surge, comede, grandis tibi restat via. Impleturque benedictio illa Leuitici, quæ hunc spectabat diem. *Comedatis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proijciatis.* Sed quo pacto comeduntur vetustissima veterum, si vetera proijciuntur? hoc enim pugnare inter se videntur. Sane enigma hoc in hoc diuinissimo Eucharistiæ sacramento impletur, quo verò pacto id fiat, attende. Vetustissimū omnium sacrificiorum, quæ comedebantur, fuit panis, & vinum, quæ protulit Melchisedech sacerdos Dei Abrahæ ut dicitur in Gen. In lege ergo Euangelica habemus Christū sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, ut Psal. ait, qui nobis profert panem, & vinum, id est, corpus, & sanguinē suum sub speciebus panis, & vini, & hoc est vetustissimum veterum. Et hoc superueniente vetustissimo, quod simul est nouum, vetera proijciuntur, id est, omnia legis antiquæ sacrificia, & sacramenta, quæ nunc finem acceperunt.

B **C** Hoc autem sacramento dato, immensum in nos ostendit amorem. Comedit primum agnum paschalem, quæ cœna erat veteris testamenti. Qua perfecta, pedes lauit discipulorum, ac sedens iterum, instituit Eucharistiam, quam discipulis dedit.

Eph. 3.

Matth. 26.

Psal. 67.

1. Para. 11.

3. Reg. 19.

Leui. 26.

Gene. 14.

Psal. 109.

Luc. 14.
Simile.

Ecce homo, qui fecit cœnam magnam. Solet aliquando cœna magna in sabbatho parari, quæ durat, vsque ad mediam noctem, & vsque ad id tempus cibaria proponuntur ex piscibus, ac alijs cibis, quæ sabbatho comedi possunt. Sed post mediam noctem, incipiente iam dominica die escæ carniûm proponuntur, & maxima cœna sit, quasi duplex cœna. Ita omnino Christus proposuit suis primum cœnam veteris legis in agno, sed cum iam dies gratiæ illucesceret, proponit cibum alterum corporis sui, vere magnam proposuit cœnam. Et propter illam summo desiderio desiderauerat diem hunc.

Prius vero, quam hanc cœnam proponeret, vt ostendat puritatem, qua ad eam accedendum est, lauat pedes discipulorum. Ait ergo Ioannes. *Et cœna facta.* Id est, perfecta priori cœna agni. *Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotis, surgit, à cœna & ponit vestimenta sua, & cum accepisset lintheum præcinxit se.*

Multi hic aduertenda sunt. Primum, quo pacto diabolus mittere possit in hominis cor, nõ quidem, quod intime in cor operetur, Deus enim solus intimè illabatur animæ, sed quia in sensibus, & imaginatione hominis semen malum ponit, vnde ad cor peruenire venenum solet. Sicut Iacob proposuit ouibus in canalibus decorticatas, ac varias virgas, ex quæ factum est, vt varios conciperent foetus. Ita dæmon varia proponit in hominum imaginatione, ac inania, ex quibus peccata procedere solent, maculatiq; foetus animæ, hoc pacto mittit in cor Iudæ, & omnium peccatorum. Claude ergo ostium cordis, & securus eris.

Secundum in his verbis expendendum est, agere nunc Christum id, quod olim Romani, qui intendentes aliquod publicum munus obtinere, veste propria reiecta, vestem albam sumebant, & hac ratione candidati dicebantur, quia candida veste induebantur. Simul etiam officia plurima humanitatis, ac humilitatis exhibebant signa ijs, qui ius suffragij habebant, vt sic ipsi ad amplissimum dignitatis gradum assumerentur. Attende nunc Iesum vestes suas deponentem, & lintheo se induentem albo, & ad pedes fenatus Apostolici humilitatis

an non

an non candidatum agere videtur? Sed quodnam officium, quam dignitatè ambit humilis corde, qui fugit, cum post cõuiuium in monte exhibitum, voluit eum populus rapere, & regem constituere? Audi munus, quod assequi intendit. *Misit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum.* Immundi eramus omnes nos, nemo mundus à forde, nec infans vnus dici, abluere nos vult, & qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ patris venit, vt purgationem faceret delictorum, vt mûdaret sibi populum acceptabilem, hoc lotoris officium ambit, & intendit exequi, hoc est enim saluatorem esse. Crastina die coram omnibus hoc munus assumet in monte Caluario, effundetq; sanguinem, quo nos lauet, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Nunc seipsum in secretiori loco ad id muneris parat, & vt Hispanè dicitur, *se ensaya e imponæ.* Hoc est regnum, quod nunc Christus ambit, de quo dixerat Dauid, dicite in nationibus, quia Dominus regnabit à ligno. Mirabile profecto regnum, cuius tronus crux est, sceptrû arundo, corona spinea, mensa fel & acetum, populi acclamatio, crucifige, crucifige eum. Tale ne regnum, tale munus ambis ò Domine?

Sed quoniam effectus huius redemptionis in nobis ipsis requirit hominis voluntatem, qui se ablui permittat, ideo singulis annis hoc nobis proponitur, vt velimus ablui, vt suffragia nostra ei demus in hoc consequendum munus. *Dilexit vos ille in finem, & multi sunt, qui eum odiant in finem, qui peccare non desistunt, qui ablui nõlunt.* De quibus Ezechiel ait, immunditia tua execrabilis, quia munda re te volui, & non es mundata à fordibus tuis. Sicut ergo semel ad Apostolorum pedes se deiecit, vt eos lauaret, ita singulis annis huius facti memoria celebratur, quia nunc spiritualiter ad omnes accedit peccatores, & coram eis prosterntur, ac obsecrat, vt lauari se permittant à peccatis, & induit se alba tunica, & ad ostium stat, & pulsat, vt suffragium nostrum ei demus, vt in regem eum suscipiamus. Et nihilominus multi sunt, qui dicunt, nolimus hunc regnare super nos, vt olim dixere quidam: sed regnet libido, auaritia, ac dæmon, & nec nunc restituere volunt, aut

Ioan. 6.

Heb. 1.

Apo. 1.

Psal. 95.

Exec. 4.

Luc. 19.

prauam relinquere consuetudinem, sed in peccato obdurati sunt. **A**

Si horum expressam effigiem oculis tuis obijci desideras, attende Iudam, in cuius cor diabolus misit, vt Iesum proderet. Attende ad inuentiones innumeras, quibus eius voluntatem lenire curauit Iesus, semitas plures, per quas hanc perditam ouem quæsiuit. Aliquando eum respiciebat beneuolis oculis, ac dulcissimis, quibus respiciens Petrus fleuit amare, & Matthæum omnia relinquere facit, & piscatores videns omnia reliquerunt. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, vt ait Psaltes, sed durior saxo est Iudas, qui sapius respectus à Christo nihilo melior redditus est. Et ideo aliam viam arripit Christus, aliud medium tentat efficacius. Et aperiens os suum exclamat summa compassione, vñ homini illi, per quem filius hominis tradetur, melius erat ei, si natus non fuisset. Et cum hæc dixisset turbatus est, & suspirium emisit, quo non corda Apostolorum solum, verum & elementa tremuerunt, solus Iudas non tremit, sed inuerecunde ait, nunquid ego sum Rabi? Ita sane peccatori accedere solet, quæ oculus Dei respicit in bono, & plura bona temporalia ei concedit, vt videat se à Deo respici dulciter, & beneficijs trahatur sed ille non curat. Et ideo Deus minas terribiles ei proponit per concionatores, quibus ait, vñ homini peccatori, melius fuisset ei, si natus non esset, manet enim illum mors peccatorum pessima, & mors secunda in inferno perpetuis cruciatibus. Timet his auditis, ac pauet iustus, timent religiosi, & non trepidat peccator durus, sed ait, nunquid propter me hæc dicta sunt? Sed te obsecro, propter quem alium dici possunt nisi te propter? Si multi damnantur, cur non tu?

Nec ista solum molitus est Christus, vt Iudam ad se traheret, sed vt castellum cordis eius expugnet, alia miranda efficit. Indutus lineo lintheo tanquam candidatus ad eum accedit, vt eum ad se trahat, & suffragium suum ei præstet. Coram eo genibus flexis procumbit, pedes illius manibus contrectat, aqua lauit, & lachrymis etiam, ostendens fundendum sanguinem ab eo, vt animam illius abluat, dicitque quis

A quis mihi det, vt ego moriar pro te, vt quid me perdere vis? libenter ego vitam pro te fundam, tantum eo ablui te permitte. Deinde lotis pedibus, vt illos tergat, super cor suum ponit, & cum anima eius propinquante iam morte turbata esset, cor velocius mouebatur, & pedes Iudæ pulsabat. Mirum profecto Christi artificium, & cor suum efficit Christus quasi lapidem bombardæ, vt percutiat, ac dejiciat Iudam, simulque ferreum anulum, quo pulsat ad ianuam eius, dicens, aperi mihi foror mea. Vide an hoc sit illud Esaiæ, cor meum ad Moab clamauit, vectes eius vsque ad Segor vitulam consternantem. Nunc Christi cor ad Iudam clamat, & vectis efficitur, vt pulset, nec tamen auditur. Intus **B** erat fortis armatus custodiens atrium suum, diabolus miserat in cor eius, & illud penetrauerat, & ideo nihilo moneatur. Hoc ipsum nunc cum peccatore agitur. Representat enim (vt sic loqui liceat) Ecclesia tibi nunc Christum genibus flexis deprecantem, vt ei ianuas cordis aperias, vt eum tanquam saluatorem suscipias, hoc petit gemitibus, lachrymis, cordeque turbato, & adhuc tu durus eris? Obsecro, nonne miserum hoc est spectaculum, & quod lachrymis defleatur, diabolus in corde Iudæ tanquam rex, dilectus, honoratus, & cultus, & Christus ad Iudæ pedes calcatus, despectus, & nihili habitus, quasi vilis seruus? An non hoc stupendum sacrilegium? Sed quid obsecro dissimile perpetras, cum **C** in peccato persistis? An non demonem in corde retines tanquam regem, & illius leges custodis, Christum autem despicis, ac conculcas? An non id Paulus loquitur, cum ait, quanto magis qui filium Dei conculcauerit, sanguinem testamenti pollutum duxerit? Audi dicentes, non habemus regem nisi Cæsarem, ergo cum Christus candidatus esset, Cæsari suffragia tribuunt, non Christo, imo & Barabæ ipsi aduersus Christum. Simile tu perpetras scelus, cum legem Christi despicias, & legem diaboli seruas, diabolum enim in regem sumis, & Christum deijcis. Sed diuersorum regum audi iura diuersa, vt scias, quem eligere in regem debeas. Sane ius regis, qui regnaturus est super vos hoc erit, ait Samuel, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, filias vestras faciet sibi vnguentarias,

Esa. 15.

Heb. 10.

Ioa. 19.

1. Reg. 8.

& focarias, & panificas, agros quoque vestros, vineas, & oliueta optima tollet. Reges terræ omnia tollunt à subditis, Rex dæmon similiter omnia bona aufert, at Rex Christus nihil boni aufert, sed vt nunc facto ostendit, omnia bona donat, & mala duntaxat tollit, maculas, scilicet, pedum. Quid ergo ò homo Deus tuus petit à te, nisi vt peccata dimittas, quæ maculæ sunt, vt ei adhæreas, vt bona illius suscipias? & hunc non suscipies regem? huic suffragium negabis?

Quid cum Iuda actum sit audiimus, iam ad Simonem Petrum veniamus. *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Cum ergo ad pedes suos vidit Petrus Iesum, exhorruit tantam humilitatem, considerauit enim, quid Christus, & quid Petrus esset, & eodem animo, quo Ioannes detrectauit eum baptizare, dixit. *Tu Domine mihi lauas pedes.* In quibus verbis magna est emphasis in pronomibus illis, tu, & mihi, quam cogitandam potius vult Augusti. quam exprimendam. Quid es (inquit) tu, quid est mihi? cogitanda sunt potius quam dicenda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus quidem concipit anima, non explicet lingua. Et etiam emphasis in illo nomine, pedes, quod explicat Theophilus, tu lauas meos pedes manibus illis, quibus oculos cæcorum illuminasti, quibus leprosos curasti, quibus mortuos suscitasti, meos, non oculos, aut manus, sed pedes fordidos, infirmosq; lauas? Ad quem Christus. *Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.* Scilicet, quando audieris, exemplum meum dedi vobis, vel cum adueniente diuino spiritu agnouit necessitatem exemplorum Christi.

Et Petrus. *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Cyprianus in sermone de lotione pedum ait. Pauent alij discipuli, & quasi exitialis tenet eos, sed Petrus, qui ei dedit testimonium, quod filius Dei esset, videns coram se genuflexum, non sustinet, sed ait, nos adorare debemus locum, in quo steterunt pedes tui, nos indigni sumus, qui coram te genuflexi stemus. Hoc in muliere peccatrice aliquando passus es, & Simoni visum est, nimiam à te præstari humanitatem, cum te putaret solum prophetam esse, & cum illa tanta deuotione veniret, vt capillos fecerit linteam, oculos suos peluim, lachrymas vero aquam, & animam

Aug.
Ioan.

Theophi.

Cypria.

A in sacrificium obtulit, nihil sibi de se retinens, totam se tibi deuouit, & tu affectum potius quàm factum attendens, vngebis vngentem, abluemas lauantes, tergebis intrinsecus poenitentem. Illud sustineri potuit, licet Simon oblitus eius, qui eius tulit lepram, nesciuit, quod illius mundares animam. Sed nunc quid facis, honor tuus iudicium diligit, & æquum est, vt omnis terra adoret te, & in nomine tuo omne genuflectatur. Verum quod tu ante figmentum tuum curueris, quod seruis pedes abluas, non competit maiestati, non lauabis mihi pedes. Si oportuerit me mori tecum, paratus sum, hoc enim debeo, sed Deum meum ad pedes meos prostratum non patiar. Sic etiam Ioannes Baptizare recusabat, sed statim obediuit. Sed differentiam causam huius Petrus intelligens, lauare magistrum, & obsequi ei, tolerabile iudicabat, lauari autem ab eo, & tantam humilitatis eius pati deiectionem, ita videbatur indignum, vt omnino cogi non posset, nisi interminatio periculosissima coarctaret. Hæc Cyprianus, sed Christus ait.

Si non lauero te, non habebis partem mecum. Hæc verba dupliciter accipi possunt. Primo cum Augusti. si non obedieris in hoc, quod ego nunc volo, ac præcipio, & ideo obedire teneris, non habebis partem mecum. Secundò, cum Cypriano vt verba ista de spiritali ablutione à Domino facta intelligantur, & Dominus facta anagoge ab externa ablutione ad internam intulit sermonem. Sicut cum Samaritana loquens ab aqua materiali ad spiritualem transtulit sermonem. Vnde Caietanus notat, non iam dicere, si non lauero pedes tuos, sed te, quasi dicat, mystica est hæc ablutio, quam modo non intelligis, significans spiritualem, quam non habens non habet in Christo partem, Rupertus hic ait, Si non lauero te, id est, quid expauescis humilitatis meæ habitum, & ministerium, nam nisi ego adhuc altius præcinctus maiori dispendio lauero te non habebis partem mecum, quia nisi electos lauisset sanguine, nullus in eo partem haberet. Hoc ergo nunc opportune dictum est Petro, quia licet abhorrebat pedum lotionem, sed magis abhorrebat passionem, qua ipse, & totus mundus erat lauandus. Sed mirum valde est, quod cum Petrus Christum negauerit, non legitur, quod eum carpsit de hac re, acer

Aug.

Cypri.

Caiet.

Rupert.

rime.

rime vero reprehenditur, quod lauari se non permittat.

Quia non adeo miratur Deus, quod homo peccet, quia ipse cognouit figmentum nostrum, quam quod lauari se homo nolit, ac sanari. Non miramur, quod aliquis exceleserit, ac infirmatus sit, miramur tamen, si curari, ac sanari nolit.

Hiere. 8.

Quod cecideris, & fauciatus sis, non adeo mirum, sed quod relurgere nolis necque dare manum velis, vt erigaris, ac ferneris, hoc omnino mirabile est. Hinc propheta. Nunquid qui cadit, non adiciet, vt resurgat, & qui auersus est, non reuertetur? quia auersus est populus meus auersione contentiosa.

Esa. 1.

Luc. 19.

Hinc Esaias, liuor, & tumor, & plaga tumens non est circumligata, nec fota oleo. Hac ratione Christus plorat super Hierusalem, quia non cognouit tempus visitationis, quia cum infirmaretur, medicum non recipit, vt sanetur. Et ideo non ita arguitur Petrus negans, ac lauari se non permittens.

Acto. 8.

Audi ergo ò peccator, si non lauero te, non habebis partem mecum. Hoc verbo terruit Petrus postea Simonem magum, quo ipse territus fuerat. Non est tibi pars in sermone hoc. Separari enim à Christo verbum est malum, & asperum, à quo se liberari propheta petit, dicens, & à verbo aspero. Si ergo ò homo inquinatus es, si immundus, lauari te permittit à Christo, alioquin excideris ab eo, & in ignem mitteris.

Psal. 90.

Exigit Christus à suis munditiam maximam, sed quid mirum, cum olim dixerit, sancti estote, quoniã ego sanctus sum.

Leui. 19.

Præceptor quidem Christus est, sicut hodie ait, vos vocatis me magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim, sed longe diuersa disciplina in eius schola docetur ab ea, quam philosophi docuerunt. Illi enim docebant discipulos de rerum naturis, cælorum motibus, animalium proprietatibus, & quo quis plura huiusmodi nosset, eo pluris habebatur, & gradum suscipiebat amplioem.

Matth. 11.

At Christi schola diuersa est. Discite, ait, à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et nunc ait, exemplum meum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Vt ergo huius academiæ honoribus affici possis munditiam cordis, & affectuum habere cura. Cum enim examen publicum habendum fuerit, non interrogaberis, quanta

nostris

nostris naturalia, aut curiosa, sed qualia feceris opera, quomodo cor mundaueris. Hinc Paulus. Imitatores Dei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Illud, obseruate eos, idem est ac si dicat, illis gradum, ac dignitatem date, illos magni ducite, non qui multa sciunt, sed qui perfecti sunt. Hanc scholam plantauit in terra Christus, ideo Paulus ait, & vos cū essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos sanctos, & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso. Maxima profecto munditia exigitur, cum irreprehensibiles, nos coram Deo exhiberi oporteat, coram hominibus enim facilius est, hominem irreprehensibilem esse, at coram Deo, maximum quid est, vt ergo talis sis lauari te permittit.

Philip. 3.

Colos. 3.

Petrus etiam illis verbis. *Non lauabis, &c.* Refert in se viros aliquos, probos quidem, sed proteruos, & suo iudicio nimium fidentes, qui mordicus suam tenent sententiam, quam sub bona specie conceperunt, quod non eis cedit in bonum. Hoc de festu laborauit Dauid, qui dissuaderi non potuit à dinumeratione populi, & Iofias, qui retrahi non potuit à bello contra regem Aegypti, propter quod in eo occubuit. Hinc Sapiens, est via, que videtur homini iusta, & nouissima eius ducunt ad mortem. Ne ergo innitaris prudentiæ tuæ, sed abluite permittit cū Petro, & cum eo dic. *Domine, non tantum pedes, &c.* Territus enim est tanta cõminatione, & ideo permittit se lauari, plusquã velit Christus. Hæc verba secundū obedientiam dixit, secundum nomen suum, nam Simon interpretatur obediens, & vt id significaret Ioannes, cum prius dixerit. *Dicit ei Petrus.* Nunc ait. *Dicit illi Simon Petrus.* Dura est amanti mentio diuortij, & ideo, vt Chrysaostomus ait, Petrus in recusando vehemens, in permittendo vehementior extitit, vtrūque vero ex amore, & humilitate dixit. Quod factum Petri nobis est insigne, vt per humilitatem nos diuina dignatione indignos censeamus, & tamē per obedientiam auidē Dei dona, quæ ipse in salutem nostram parauit, amplexemur. Dat ille nobis corpus in cibum, reputemus nos eo indignos, at quoniam ipsi placuit, vt eum recipiamus, dicitur, nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis

1. Para. 12.

2. Para. 35.

Prou. 14.

Chry.

Ioan. 6.

bitis

bitis vitam in vobis sicut nunc dixit, si non lauero te, non habebis partem mecum, oportet, non recedere à communione per humilitatem, qua nimium deprimamur, sed per obedientiam, & Christi amorem, ac salutis desiderium cupide accedamus. Simile factum præstitit nunc Petrus, ac olim Dauid, qui primo reculauit arcam Dei in suam ducere domum præ humilitate, ac timore, sed postea amore, ac spe in domum suam duxit. Sicut ergo percusso Oza, non audeat Dauid, arcam in domum ducere, ne forte aliqua exhibita irreuerentia ipse percussatur, postea vero audiens benedictum Obededon propter arcam, iam in domum duxit. Ita quidam audientes, eum, qui indigne accedit ad Eucharistiam, iudicium sibi manducare, recedunt omnino, alij audientes illius innumera bona, frequentius vellent accedere, quam par sit. Tamen in his medium hoc adhibendum est, vt humiliter, ac deuote accedas, & frequenter.

Lauit ergo pedes Petri. & omnium discipulorum. O Charitatis, & humilitatis pelagus inexhaustum. Ad hoc spectaculum omnis adsit creatura. Relinquat cæli, & stellæ motus suos, flumina cursus, & animalia opera sua. Et vos ò Cherubini, & Seraphini clamate nunc, sanctus, sanctus, sanctus, ne mundus auctorem suum ignoret, videns eum in forma seruili, veste seruili, ministerio seruili. Quasi maximum dixit Abigail, ecce famula tua, sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum Domini mei. Nunc autem Deus ipse abluuit seruorum suorum pedes. Maximum fuit quod mulier, Ecclesiam significans, lunam sub pedibus habeat, sed nunc sol ipse sub pedibus est hominum. Quasi summum, maximumque beneficium sponsa reputat illud, sua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me, sed nunc ecce sub pedibus vtraque est manus sponsi. Admiratur Plantes hominis dignitatem, cum ait, omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues, &c. sed ecce manus Dei sub pedibus hominum sunt. Legimus de Abraham, & Loth, quod hospitibus lauari pedes præceperint, si ergo lauari vis discipulorum pedes, satis Domine erit, si Angelo præcipias, vt illud præstet obsequium, sed non id Christus intendit, sed potius exemplo suo charitatem, ac humilitatem docere. O humilitas inuidia,

Chri-

A Christus ad Iudæ pedes prouolutus. Reus ad iudicis pedes solet prouolui, peccator ad confessarij pedes, iniuriam inferens ad pedes læsi. Semei ad pedes Dauidis, sed nunc Christus ad pedes Iudæ prouoluitur. Ecce Deum ad pedes diaboli, nam, vt ipse dixit, vnus ex vobis diabolus est. O Iuda hominum ingratisime, hunc agnum vendis? tanta mansuetudine, ac humilitate non emolliris? prouolueret ad eius pedes, veniam pete, & lauabit te interius, sicut exterius. O miser peccator, quoties tecum egit Christus, quod cum Iudæ quoties ad te abluendum se parauit? quoties pacem ipse læsus tibi offert? quoties te inuitat ad veniam? Noli ergo iam obdurare cor, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Sicut quondam in paradiso ambulabat Deus, ac clamabat, *Gene. 3.* Adam vbi es? ita in Ecclesiæ paradiso nunc deambulât, dum **B** aguntur mysteria verbi incarnati, vocatque peccatorem, vt ad se veniat, sed nunc maxime, summa ostensa charitate. Ne ergo sicut Adam fugias à Deo, noli abscondi inter condensas arbores, inter mundi delicias, sed potius simplex accede, &c.

Passio

Passio Domini nostri Iesu Christi.

Thema. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum, despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, &c.
Esaïam. 53.



N Christi Domini passione omnis creatura luctuosis vestibus induta fuit, & insensibilia sensum, ac dolorem ostenderunt, ac petre ipse scisse sunt, & velum disruptum. Et beata Brigita in libro reuelationum memorie prodidit, ipsi reuelatum, quod hora mortis Christi omnium hominum corda subitus dolor inuasit, vt nullus esset in mundo, qui tunc vehementer non doleret, licet doloris causam ignoraret. Sicut cum caput dolet, omnia membra contabescunt. Nec mirum, cum & insensibilia suo modo dolerent. Nos ergo dolere oportet. Sed satis non est, si doleamus, nisi sapienter ploremus. Vnde Hieremias ait: contemplantini, & vocate lamentatrices, vt veniant, & ad eas, quae sapientes sunt mitte, & properent, assument super nos lamentum, & deducant oculi nostri lachrymas, quia vox lamentationis audita est de Sion. Sapientes vocat ad lamentationem, quia vt fructuose lugeamus Christi mortem, sapientia opus est, & doceri nos oportet quomodo ploremus, 2. Reg. 1. Planxit Dauid planctum huiusmodi super Saul, & Ionatham, & praecipit, vt docerent filios Iuda planctum. Et ait: considera Israel pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. Si aliquando opus est, edoceri homines, quomodo plorent, nunc maxime, cum Christi passio deploranda est. Non enim sine causa in lege praecipitur, os

NON

Brigita.

Hier. 9.

2. Reg. 1.

A non comminuetis ex agno, per iuncturas ergo diuidendus erat, quia scienter, & cum dexteritate est eius passio meditata, ac ploranda. Quidam enim Christi passionem lugeant quasi passionem martyris innocentis, nec aliud considerant, hi certe agnum non diuidunt per iuncturas, vt dicit Lactantius lib. 4. diuinarum institutionum c. 18. Si ergo scienter Christi passionem plorare vis, si agnum diuidere per iuncturas, attende, Deum esse, qui patitur, & tui causa pati, amore infinito, vt tua debita persoluat, & peccata luat. Quo dolore afficereris, si videres patrem tuum furca suspendi pro furtis tuis? Hunc planctum Spiritus sanctus docet, vt ait Zacharias. Effundam super domum Dauid, & super habitantes Ierusalem spiritum gratiae, & precum, & aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent super me quasi super vnigenitum. Sapiens fuit ad plangendum Maria, & magna fuit velut mare contritio eius, hodie fuit velut rupes in medio mari fluctibus vndique percussa, cum enim filius dicat, omnes fluctus tuos induxisti super me, sine dubio etiam inducti sunt super Mariam, quae erat iuxta crucem Iesu. Quae vero adeo misericors erat, vt de inimici crudelissimi morte doleret, quomodo, obsecro, de filij morte doluit? Ad eam accedamus, vt nos plorare doceat, salutantes. Aue Maria.

Dolor, ac fletus de alieno malo ex duobus prouenit, ex amore quo diligimus eum, qui malis premitur, & ex magnitudine mali, ac dolorum ipsius, vtrumque nunc consideremus. De amore nostro, quem Christo Domino debemus, illud breuiter dicam, nullum esse titulum, nullam causam dilectionis maxime, quae in Christo non sit. Cum homine enim Deus se habuit, ac dux strenuus, qui vt ciuitate expugnet, ac obtineat, ardem illius primum impetit, & in illam vniuersa tormenta bellica iacit, quia ea expugnata, ciuitas omnino se se tradere debet nullo resistente. Ita intendit Deus hominem sibi subijceret. Cum autem nouerit illius arcem cor esse, quod obtento reliqua obtenta sunt, in cor hominis vniuersas iecit machinas, vt ad se illud traheret. Hinc Psaltes: sagittae tuae acute (populi sub te cadent) in corda inimicorum regis, quasi dicat, sagittas tuas acu-

Aduen. Bbb tas

Lactant.

Zach. 14.

Psal. 87.

Simile.

Psal. 45.

ras dirigis in corda, vt populi sub te cadant. Quia ergo cor à bo-
 nitate, ac pulchritudine trahitur, ostendit bonitatē, & pulchri-
 tudinem infinitam. Quia amor, ac beneficia effera corda emol-
 liunt, ac etiam lapides post se trahunt, infinitum in homines
 ostendit amorem, & beneficia contulit absque numero, & im-
 mensa, de quibus per Oseam ait. In funiculis Adā trahā eos,
 in vinculis charitatis. Quia similitudo est causa amoris, cum ei
 essemus similes anima, quæ est eius imago factus homo assimi-
 latus etiam corpori est, & sic debuit per omnia fratribus assimi-
 lari, vt vndique similem vndique diligamus. Quia bonum
 totius plus diligitur à parte quam bonum ipsius, ostendit se vni-
 uersale bonum esse, quod adeo ab omni creatura naturali in-
 clinatione plus diligitur, quam se ipsam diligit. Quia naturalis
 est dilectio in patrem, ac matrem, patrem se, ac matrem exhi-
 buit, & patrem cui nullus valet conferri pater, & matrem, quæ
 non obliuiscatur filium. Quia super hunc amorem est amor
 sponsæ in sponsum, cum esset Deus infinitæ maiestatis despō-
 sari animæ voluit, vt eum vehementius diligeret, quod ille at-
 tendens eius amore liquefcit, vt patet in vniuerso Canticorum
 libro. Et demum in mundum veniens factus est nobis omnia,
 frater, rex, pastor, medicus, redemptor, dux, legifer, cibus, vt
 omni ex parte cor expugnaret. Vnde ait. Ignem veni mittere
 in terram, & quid volo, nisi vt accēdatur? Si obstinationem tol-
 leres à corde dēmonis, victus esset tot beneficijs, vt Deū dilige-
 ret. Vnde iure Christo dicere possumus, quod Dauid Ionathæ:
 Doleo super te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis fu-
 per, amorē mulierū, quia nullus est dilectionis titulus, qui in
 Deo non sit summus. Et ideo in morte ipsius dolendū nobis
 est quasi in morte patris, matris, sponsi, & denique dilectissimi.
 Sed iam secūdam videamus, quanta videlicet eius passio sit,
 quam acerbi dolores. Interrogat Diuus Thomas. 3. p. q. 49. ar-
 ticulo. 6. An Christi dolor fuerit summus. Et respondet, fuisse
 summum inter dolores huius vitæ. Et ideo in persona eius dic-
 tum est, dō vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & vi-
 dete, si est dolor sicut dolor meus. Hinc in verbis initio con-
 cionis propositis vocat illum Esaias virum dolorum. Mirum
 profecto nomen viri dolorum. Multos multa passos audiui-
 mus,

Ose. 11.

Luc. 12.

2. Reg. 1.

D. Thom.

Thren. 1.

Amus, sed nullum agnouimus, aut legimus virum dolorum nū-
 cupatum, solus Christus vir dolorum dicitur, quia acerbissi-
 mos dolores pertulit, & omni consolatione, ac leuamine desti-
 tutus. Multis vexati doloribus, ac malis sancti fuere, sed aliquo
 adhibito solatio, ac cordis leuamine, quo eis Deus aderat. Sic
 adfuit patribus priscis, & martyribus sanctis. At vero Christū
 suum dereliquit, vt acerbissimos dolores pateretur nulla ad-
 mixta consolatione, nihil fuit quod eius dolorem leniret, ideo
 vir dolorum merito dictus fuit.

Sed sigillatim doloris ipsius causas expendamus, ex quibus
 liquido constabit, summum illum fuisse. Prior eius causa fuit
 summa patris ira in Christum, qua ratione ille personam om-
 nium peccatorum agebat. Pro cuius expositione notandum,
 eum esse peccatorum numerum, ac grauitatem, vt maximè ex-
 tollatur diuina misericordia, cum dicitur, tantam eam esse, vt
 peccata superet: simili ratione extollamus Christi dolores, at-
 tendentes, in eo posita esse vniuersa peccata hominum, vt de
 eo vltio sumeretur pro omnibus illis. Sic enim Esaias ait. Po-
 suit in eo Deus iniquitates omnium nostrum, & attritus est
 propter scelera nostra. Non solum passus est Christus pro pec-
 catis eorum, qui salutem consequuntur, sed etiam pro vniuer-
 sis omnium hominum peccatis, licet reprobis Christi satisfac-
 tione vsi non fuerint, nec sibi aplicuerint. Hinc Ioannes, ip-
 se est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantū,
 sed pro totius mundi. Nunc ergo attende Dei iram aduersus
 peccatorem quemlibet, quæ certe magna est. Sicut enim di-
 uinus amor, immensa bona dilecto dare disponit, sic ira Dei
 meditatur dura, ac durissima aduersus peccatorem. Audi lo-
 quentem, ac minas intētantem in Deuteronomio. Inebriabo
 sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Et
 sagittas meas complebo in eis. Finge ergo nunc, ab omni homi-
 ne peccata auferrī vniuersa, & in vno hominum reponi, qualis
 obsecro ira Dei in illum desæuiret? quanta vindicta de eo su-
 meretur? Hoc ergo in Christo factum ostendit Esaias, cū ait,
 omnes nos quasi oues errauimus, & posuit Deus in eo iniquita-
 tes omnium nostrum. Et vltionem de eo sumpsit pro omniū
 hominum sceleribus. Qualis obsecro, illa vindicta, quæ tātam

Esa. 53.

1. Ioan. 2.

Deut. 32.

Esa. 53.

2. Reg. 12.

iram erat mitigatura? Loquitur Natan ad David, dominus quoque transfudit peccatum tuum, non morieris, veruntamen filius, qui natus est tibi, morte morietur. Quibus verbis significatur, translatum esse Davidis peccatum in filium, in Christum, scilicet, qui pro illo mortuus est. Sicut verò Davidis peccatum ad Iesum translatum est, ita ad eundem transferuntur furta omnium latronum, opprobria blasphemantium, & omnia denique hominum peccata. Et in eo illa omnia punita sunt, in illumque omnis diuina ira defæuit. Impletumque est illud Ezechielis. Afflictio vna ecce venit, nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum. Id in Christo factum est, de quo tanta vindicta sumpta est, vt furor Dei quieuerit, & impletus sit. Et ideo sicut peccata hominum plurima sunt, super numerum arenæ maris, ita dolores Christi absque numero, quasi gutta maris. Sicut peccata grauisima fuere, ita dolores grauisimi, modi peccatorum varij, sic & tormentorum. Et demum sicut modus satisfactionis, quam à nobis exigit Paulus, est, sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatē, ita exhibete nunc seruire iustitiæ in sanctificationē. Ita Christus Redemptor, vt pro peccatis satisfaceret, se totū exposuit tormentis; sicut nos toti expositi fuimus delictis. Et sicut homo à plāta pedis vsq; ad verticē capitis plagis peccatorū vulneratus fuit, ita Christus tormentis. Hinc D. Th. ait, noluisse Christū potestate sola peccata tollere, sed purissima iustitia, licet enim propter vim infinitam diuinitatis minimum Christi opus satis erat ad satisfaciendum pro omni peccato, noluit hac potestate vtī, sed alia rigurosa, vt ita dicam, iustitia, tantum enim voluit assumere dolorem, vt satis esset ad satisfaciendum pro omni peccato. Et tantus illius dolor fuit, vt si purus esset homo, satis esset ad satisfaciendum pro omni pœna temporali, quæ vniuersis peccatis debebatur remissa culpa. Itaque tanquam Deus effecit, vt culpa hominum deleretur, & gratia eis concederetur, tanquam homo verò tantos suscepit dolores, quasi si purus homo esset, qui suo dolore omnem erat soluturus reliquam pœnam temporalem, vt hoc facto omnis Dei ira in eum defæuaret, & vitio sumpta quiesceret.

Exe 7.

Tom. 6.

Esai. 1.

D. Th. 3. p.

q. 46. art. 6.

Secun-

A Secundò colligitur grauitas dolorū Christi. Domini ex ira rabida, qua in illum exarsit dæmō, cui in passione sua traditus Christus fuit, vt omnes vires in illū effunderet. Traditus Iob est à Deo in dæmonis potestatem, vt eum torqueret, sed limite adhibito, vt vita illius seruarietur. At Christus traditus ei fuit absq; vllō limite. Hoc ipse significauit, cū dixit. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarū. Nos quidem propter peccata tradendi eramus dæmoni, & ne nos traderemur, traditus Christus est. Attende nunc dæmonis odium contra Christū. Contra hominē in inferno damnatū odio exardet, sed maiori odio prosequitur iustū, qui est ei dissimilis, & aduersus. Quo ergo, putadū est, odio prosequi Christū, qui dux, ac princeps electorū est? Sciebat illum esse Christum, & quod in hoc venerat, vt vniuersum genus humanū redimeret, & ab eius potestate auferret, & idē eū summo odio persecutus est, & in illū præcipuē vniuersum cōuertit bellū. Christoque accidit, quod regi Israel, cū Regū historia ait. Rex autem Syriæ præceperat, nō pugnabitis contra minorem, & maiore quēpiā, nisi cōtra regē Israel solū. Et idē nunc dæmō nihil mali curauit alteri fieri ex Christi discipulis, sed in solū Christū exarsit, quæ ergo tormenta, quæ arma in illū non iaculauit? Maxime cū tormētis, ac doloribus id curaret, vt ad impatientiā Christū prouocaret.

Tertio colligitur hæc dolorū Christi immensitas ex amore illius, tū ad patrem, tū ad hominū genus, & ex hac dilectione summus efficiebatur dolor. Charitas Christi ad patrē, & ad hominū genus supereminet omni sciētia, vt Paulus ait, nec eā explicare valet vniuersus Angelorum cætus. Cum ergo vidit innumera hominū peccata, vidit offensas Dei summas, vidit simul mala hominū immēsa, & quasi gladio ancipiti transfuerberatum fuit illius cor, quia peccati malitiā nullus penetrare omnino valet nisi Christus. Quod si David ait, vidi præuaricātes, & tabescebam, quia mādāta tua non custodierunt. Si filius patris iniurias videns dolet, quo dolore putas affectum fuisse cor Christi, cū vidit patris offensas. Minimi profecto fuerunt dolores, quos clauis, spinæ, flagella, & crux effecerunt, si cum hoc conferatur. Hinc suspiciens in cælum ingemuit, quia diuinitatis cælum offendi vidit peccatis hominum. Cum etiam homi-

Aduen. Bbb 3 nes

Iob. 1.

Luc. 22.

Marci. 1.

3. Reg. 22.

Ephē. 3.

Psal. 118.

Mar. 7.

Luc. 19.

nes à se maximè dilectos sub rāto vidit malo, etiā ingemuit, & lacrimas multas fudit, vt cum vidit Ierusalem, fecisse legitur. **A** Augēt autem dolorem istum, quod vniuersa ista peccata propria reputauit, vt ea doloribus suis persolueret, & de eis cōtereretur, ac si ipse illa cōmississet. Nouimus, aliquos eo contritionis, dolore affectos fuisse, vt vitam eis dolor ademerit, cū autem contritionis dolor procedat ex Dei cognitione, ac amore, cum hæc in Christo tanta fuerint, qualis, obsecro, dolor in eo fuit? Vide, an merito vir dolorum sit dicendus.

Quarto colligitur magnitudo dolorū Christi ex optimo, maximeque sensibili tactu, qui enim delicatiori tactu est, eodem tormento plus doloris percipit. Cū corpus Christi opere spiritus sancti fuerit formatum, & ex purissimis Mariæ sanguinibus, & ad nobilissimā suscipiendā animā, & vt diuinæ personæ vniretur, perfectissimū, ac tēperatissimum esse oportuit. Recte **B** aiebat Philosophus quidā, multa Dei opera in manu causarū secundarū perdi, ac infici, cū enim ille sepe deficiant, effectus mancos, & imperfectos producunt. Et inde fit, vt opera, quæ Deus immediatè se ipso facit, perfectissima sint, quia Deus est causa indeficiens. Huiusmodi vero fuit Christi corpus, quod immediatè à diuino spiritu effectum est. Quo vero corpus perfectius, ac tēperatum magis, eo sensibiliore est tactu. Et ideo Christus plus doloris percipiebat, cum torqueretur. Augebat autem dolorem gloria, quæ in parte animæ superiori erat. Sicut Adam exilium plus sensit, quia paradiso fruitus fuerat. Et rex incommoda patiens plus affligitur, quia delicate nutritus est. Sic Christus tantam gloriam expertus, amplius **C** doloribus angebatur. In ignominijs etiam angebatur & sensus & dolor propter personæ excellētiā. Sicut maiori dolore tangitur princeps vir, aut rex, si flagelletur, aut furca suspendatur, quam infimus de plebe. Cum ergo Deus flagellis cedatur, in patibulo ponitur, illudatur, ac blasphematur, sine dubio eximius adfuit dolor.

Quinto dolorem auget, cum considerat, à quibus passio procedebat. Vniuersus ferè mundus in eum conspirasse videtur, cum ille omnium parens beneficus esset. Huius rei admiratio tenebat Dauidem dicentem, quare fremuerunt gen-

tes,

Ates, & populi meditati sunt inania, astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Quæ, obsecro, dementia fieri potuit, vt omnes conuenirent aduersus Christum? Herodes, & Pilatus prius inimici, vt Christum illudant, amici fiunt, Iudæi, & Gentes, qui prius diuisi erant, aduersus Christum adunantur, Pharisei, quibus Romanum imperium inuisum erat, nunc illud reuerentur, ac tutantur, vt Christum interimant, & aiunt, inuenimus hunc hominem subuertētē populum, & prohibentē tributa dari Cæsari. Et iterum. Non habemus regem nisi Cæsarem. Patitur etiam à discipulis, ex quibus vnus illum vendit adeo vili pretio, vt dicat, quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam. Alter illum negat. Et omnes derelinquūt eum. Vnde ait per Psaltem. Considerabam ad dexteram, & videbam, & **B** non erat, qui cognosceret me. Preclare ait, ad dexteram, id est, inter amicos, quod enim ad sinistram, inter inimicos non inueniret auxiliū, mirum non esset, sed inter amicos mirum valde. Hinc Ieremias. Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius, omnes amici eius spreuerunt eā. Inter calamitates suas hanc Iob magnificiebat, dicens. Noti mei quasi alieni recesserunt à me, dereliquerunt me, & qui me nouerant, oblitifunt mei, abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maximè diligebam, auersatus est me. Augebat etiam dolorem, quo ab illis pateretur, in quos tanta contulerat beneficia. Hinc Esaias, filios enutriui, & exaltaui, & ipsi spreuerunt me. Et Iulius Cæsar cum inter coniuratos vidit Brutum, dolore tactus dixit. Et tu quoque fili? Hunc exprimit dolorem Dominus per Micheam. Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui? responde mihi, quod iterato hodie Ecclesia repetit, quia eduxi te de terra Aegypti, parasti crucem saluatori tuo: Ego propter te flagellauit Aegyptum, & tu me flagellatum ducis ad crucifigēdum. Ego ante te aperui mare, & tu lancea aperuisti latus meum. Ego te potaui aqua, & melle de petra, tu me potasti felle, & aceto. Ego te exaltaui magna virtute, & tu me suspendisti in patibulo. **C** Heccine reddis Domino popule, & insipicis? Nunquid redditur pro bono malū, quia soderunt foueam animæ meæ.

Psal. 22.

Luc. 23.

Ioan. 19.

Mat. 26.

Psal. 141.

Thren. 1.

Iob. 19.

Esai. 1.

Michea. 6.

Dent. 32.

Iere. 18.

Psal. 53.

Aug.

Luc. 22.

Thren. 3.
Esa. 53.

Cant. 5.

Sexto denique dolorem auget modus passionis, qui acerbissimus fuit. De quo in Christi persona Plaltes ait, fortes quæsierunt animam meam. Diuerse profecto fuerunt opiniones, ubi nam anima hominis esset, quidam enim dixerunt, esse in capite, alij in corde, alij melius dicunt, est tota in toto, & tota in qualibet parte. Et Augustinus ait, anima magis est ubi amat, quam ubi animat. Hinc factum est, quod cum fortes inimici Christi eius quæsierint animam, omnia hæc perscrutauerunt, & sic à planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas, nihilque in eo relictum est, nec interius, nec exterius, in quo non eum læderent inimici. Passus primum est in honore, quod hominẽ grauisimũ maximẽ conturbare solet, & plusquam vitam amittere. Capitur tãquã latro, tanquam ad latronem existis cum gladijs, & fustibus comprehendere me, & tanquam latronum princeps in medio eorum crucifigitur. Dicitur blasphemus, seditiosus. O Deus meus, qui ipsa gloria es, & infinitus honos, ante quem tremunt potestates, qui respicis terram, & facis eam tremere, præ maiestatis magnitudine, quomodo nunc despiceris? vili pretio venderis, qui infinito pretio dignus es, latro reputaris, qui nihil à creatura accepisti, sed aperis manum tuam, & imple omne animal benedictione, seditiosus diceris, qui es pax nostra, tanquam stultus despiceris, qui es infinita sapientia, seductor diceris, qui es prima veritas. Denique tot opprobrijs exagitatus fuisti, vt de te dictum sit, saturabitur opprobrijs. Et nouissimus virorum fuisti, cui prælatus fuit Barabas, vnde nec reputauimus eum, sic enim tollendum fuit opprobrium nostrum sempiternum. In corpore etiam Christi quæsierunt inimici animam illius, illud vniuersum torquentes. Caput illud tremendum Angelis, de quo sponsa ait, caput eius aurum optimum, corona spinea durissima, ac acerbissima, transfigitur. Capilli illi quasi elata palmarum vuuili, ac dilacerati. Oculi tui sicut columba super riuos aquarum, splendidi, & pulcherrimi, nunc tabescunt, ac franguntur. Genæ tuæ sicut areola aromatum, compositæ à pigmentarijs, in quas desiderant Angeli prospicere, nunc colaphis caesa, pallidæ, & sanguine plenæ. Labia eius sicut distillantia myrrham primam,

Amam, in quibus diffusa erat gratia nunc nigra, pallentia, atque tumida. Manus eius tornatiles aureæ plenæ Hiacinthis, quæ tangentes leprosos, ac infirmos eos sanabant, panes multiplicabant, quæ plenæ erant anulis, in quibus lapides pretiosi virtutum, ac gratiarum, nunc fossæ, ac clauis perforatæ. Pedes illius misericordia pleni similiter. Totum denique corpus vulneribus plenum, qui candidus, & rubicundus, & totus desiderabilis, nunc non est ei species, neque decor. Deinde patitur Christus in omni re dilecta, in matre, in discipulis. Denique sine vlla consolationis admixtione patitur, & ideo summus eius dolor est, summa passio.

Refert Galat. lib. 8. c. 10. Dixisse antiquos doctores Iudæorum, similem futuram passionem Messiaæ partui, cui etiam eã contulit Christus dicens. Mulier, cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Partus vero doloris est plenus, præcipuè cū primus est partus. Hinc Iere. ait, vocem quasi parturientis audiui, angustia vt primo parietis. Peperit nos omnes Christus in sua passione summis doloribus. Vnde aiebant Rabbini antiqui, veniat Messias, sed ego non videam eum. Interrogati vero, qua de causa eum videre nollent, dicebant, propter illud Ierem. 30. Interrogate, queso, & videte, si parturit masculus, quia vidi omnem virum, cuius manus super lumbos eius velut parturientem. Hic omnis vir Messias est, qui omnium virorum habet virtutem, quem quasi parturientem videbat Ieremias. Tantus ergo eius dolor fuit, vt hi, qui maxime optabant, eum videre, nollent aspicere propter dolorum acerbiteriam. Et hac de causa Simeon prædicens Christi passionem, mori optat, ne eã videat, & ait, nunc dimittis seruũ tuum Domine secundũ verbum tuum in pace. Tantus autem dolor iste fuit, vt cū Deus illum depingere vellet, multos homines elegerit, in quibus illum depingeret, quia in vno tantus dolor esse non poterat. Et ideo dolor Abelis in morte à fratre suscepta, afflictio Noe in diluio, & irrisioe filij, dolor Abrahæ, & Isaac in sui immolatione, Iosephi dolor venditi, ac afflicti, & denique dolores Iob Christi dolorum figura fuerunt, quis non est dolor sicut dolor meus. Et ideo id nunc cum Christo agere deberemus, quod amici cum Iob sanctissimo, qui audita eius calamitate, pa-

riter cōdixerunt vt visitarent eū, cūq; leuassent procul oculos suos, non cognouerunt, eum, & exclamantes plorauerunt, scilicet; vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cēlū. Et sederūt cū eo in terra septem diebus, & septē noctibus, & nemo loquebatur ei verbū, videbant enim dolorē esse vehemētē. Id ipsum cum Christo agere deberemus, verbū non loqui, sed lacrimis fufis, ac dolore Christum comitari. Reputemus Christi dolores tanquā capitis nostri, eosq; desileamus. Cum Ioab interfecit Abner, vt ostenderet Dauid, absque ipsius cōsensu perpetratum facinus illud, dixit Dauid ad Ioab, & ad omne populū, qui erat cū eo, scindite vestimēta vestra, & accingi mini faccis, & plāgite ante exequias Abner. Nūc exequiē Christi celebrātur, doleamus, deploremus, & lacrimis, ac dolore testemur, nō volūtate nostra occisum esse Christū Dominū.

Secunda pars concionis, vel concio secunda de historia Passionis Christi Dñi.

Egressus est Iesus cum discipulis suis trās torrentem Cedrō, vbi erat hortus. Egressus est Dauid à Ierusalē fugiens Absalon, Rex quoq; transgrediebatur torrētē Cedrō. Flebat Dauid, & omnes, qui cū eo erāt. Nunc tristis Iesus cū pusillo grege suo procedit, & trāsit torrētē Cedrō sicut Dauid. Recordare Dñe legis à Salomone cōstitutæ aduersus Semei, vt occideretur, si trāsiret torrentē Cedrō. Tu vero Dñe nūc malefactoris geris figurā, & hunc transgredieris torrentē, damnatus ergo in mortem procedis, comitemur, nos nunc Christum filium Dauid in hac via, dicamusque ei quod Ethai Dauidi dixit, cum suaderet ei, vt maneret in Ierusalem. Viuit Dominus, & viuit Dominus meus rex, quia in quocunq; loco fueris, siue in vita, siue in morte, ibi erit seruus tuus. Flebāt, & nudis pedibus incedebant, qui comitabantur Dauid, nos similiter doleamus, cum nunc transgredieris ò Domine torrentem Cedron, aqua solū genua pertingit, sed cito ingredieris in aquam nimiam, & dices, veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me: Sed

A Sed & in hoc torrente id affirmare poteris. Vide ò Domine, quem ingrediaris torrentem. De hoc enim torrente scriptum est. 2. Paralip. 30. Iussu Ezechie destruxerunt altaria, quæ erant in Ierusalem, atque vniuersa, in quibus idolis adolebatur incensum, subuertentes proiecerunt in torrentem Cedrō. Et in capite præcedenti additur. Extulerunt omnē immunditiā, quā intro reppererūt in domo Dñi, & asportauerūt ad torrētē Cedron. Si omnis immunditia in hoc torrente est, eam cōtrahes, & ideo dicere poteris, infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Egrederis ergo Domine ex hoc torrente, & ex eius limo onustus omni immūditia peccatorū nostrorū, quemadmodum hircus maledictus super quem omnia imponebantur peccata. Sed non ideo deficias Domine, quia & ipse torrens ostendit, non diu duraturam passionem tuam, sed cito transiturā. Sicut enim torrens inudantibus aquis excrecere solet, & simile mari effici, cito tamen illius furor quiescit labentibus aquis, & pluuia cessante. Ita omnis tentatio, & huius vitæ passio torrens est inūdans, qui absorbere nos vult, sed cito pertransit, & tranquillum tempus redditur.

B *Ingressus est in hortum, vel vallem oliuarum.* Iustè autem à misericordia passio incipit, quia vt Paulus ait, non ex operibus iustitię, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. In hortum ingreditur, vt vnde processit mors, inde remediū initium sumeret. Ira, ac tristitia cōmotus Assuerus ingressus est in hortum arboribus consitū, locus enim solitarius tristitię conueniens est. In hoc etiam horto cum morte luctari vult, & postea in alio horto, vbi sepelietur, eam omnino superabit sua resurrectione. In hoc ingressu horti impletur illud Ierem. (quod & ipsi Rabini de Messia intellexerunt, vide Galatinum lib. 8. cap. 12.) sedebit solus, & tacebit, quia baiulauit, vel tulit super se, dabit in puluere os suum, forsitan erit spes, dabit percipienti se maxillā, saturabitur opprobrijs. Sicut enim summa tristitia affectus homo solus sedet, ita nunc Christus, fecedit in hortum, & solus manet à discipulis auulsus, quia baiulauit super se vniuersa, certe peccata. Et prociens ponit in puluere os suum. Territus est imminente tribulatione maxima, sicut in Iob dicitur. Terrebit eū tribulatio, & angustia val-

labit

habuit eum, sicut regem, qui præparatur ad prælium. O rex regum qui nunc pararis ad prælium, in quo vides in te armari vniuersos hostes tuos, homines, dæmones, & ipsam Dei iram, & sine armis prælium ingressurus es, & totum pondus belli in te vnũ vertendum est.

D. Thom.

Angustia ergo nunc Christum tenet, & ideo ait. *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Sed vnde tristitia tanta? Respondet Diuus Thomas. 3. p. q. 46. art. 6. Christus non solum doluit pro amissione vitæ temporalis, sed etiam pro peccatis omnium hominum, qui dolor in Christo excessit omnem dolorem cuiuscunque contriti, tum quia ex maiori sapientia, & charitate processit, ex quibus dolor contritionis augetur, tũ etiã, quia pro omnibus peccatis simul doluit, secundum illud, *vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Et inferius ait Diuus Thomas, Christus voluit genus humanum liberare, non sola potestate, sed iustitia, ideo non solum attendit, quantam virtutem haberet dolor eius ex diuinitate vnita, sed etiam quantum dolor eius sufficeret secundum humanam naturam ad tãtam satisfactionem. Hęc D. Thomas. Vere doctrina hæc ostendit immensum fuisse Christi dolorem, ac prope infinitum, nullum cor nisi Christi tantum caperet dolorem. Merito ais, tristis est anima mea vsq; ad mortem, dolor enim tãtus est, qui mille hominibus mortem afferret. Sed notandum est, non solum voluisse Christũ, hũc dolorem suscipere, sed eũ nobis maximè testatũ esse voluit. Ad hoc enim tribus discipulis illũ manifestauit, vt in ore triũ fidelium testium staret hoc verbũ. Et ideo semel, iterũ, ac tertio vigilare admonuit, vt testimoniũ vigilantium certius esset. Et Angelus de cælo descendens, vt eum confortet, testis etiam doloris est. Et ideo sanguinem sudauit, qui summæ angustię indicium fuit. Sed vt quid testimonia tanta? Certè in hominum consolationem, cum enim sine summo dolore peccata non remittantur, nos vero eũ ingentẽ dolorem nõ habeamus, etiã si dolor noster tãtus nõ sit, si tamen per sacramenta dignè suscepta Christi dolor nobis applicetur, remittuntur nobis etiam ingentia peccata quia iam pro illis doluit, ac satisfecit Christus. O clementissime Domine, iam incipis debita mea super te tollere, & tãquã

fidei

A fideiussor illa persoluere vere Domine factus es fasciculus myrrhæ, & immensum dolorum pelagus, in quo vniuersa hominum peccata suffocata sunt.

Auxit autem tristitiam istam, quod vidit, paucos fructũ passionis percepturos. Cum enim gutta sanguinis ipsius satis esset, vt innumeri mudi redimerentur, hoc non cõtentus vniuersum fundebat sanguinem, & innumeros suscipiebat dolores, nihilominus tamen pauci admodum eis profuturi erãt, quod ipsum summa affecit tristitia. Cum maximis impensis cõuiuũ præparasti, si conuiuæ à te vocati adsint, & epulis fruãtur, gaudes, si vero illi negligant venire ad conuiuium, & vanè à te cõsumptas diuitias videas, doles nimium. Quod si tu doles de-

Simile.

B perditam pecuniam, an non doleat Christus profusum vniuersum sanguinem suum, qui infinitis mundis redimendis saturatus erat, cum pauci admodum eo vsi sint in salutem? Hoc innuit Christus parabola illa nuptiarum, cum ait, omnia parata sunt, venite ad nuptias, at illi neglexerunt. Si sciret Christus vniuersos homines saluandos fore, & omnes passione sua non solum redimendos, sed & effectu saluandos, aliqua leuaretur consolatione, vel saltem si maior pars hominũ, vel saltem vniuersi fideles, sed cum pauci admodum electi fuerint, doluit maximè Christus. Auxit dolorem reprobatio Iudæorum, sicut doluit Ionas vehementer de hederæ interitu.

Matth. 22.

Iona. 4.

Athanas.

Præterea, ait Athanasius, verus fuit hic timor, & dolor Christi, sed artificiosè sumptus ad decipiendum dæmonem, vt auderet impetere Christum. Solet enim strenuus dux, cum certã victoriã sperat, vt inimicos in pugnam producat, simulare metum, ac fugam, vt venientibus hostibus in pugnam, victoriã faciliè obtineat. Sic fecit Iosue, cum expugnauit ciuitatẽ Ahi, simulauit enim fugam, sed postea in hoites irruit, & omnes interemit. Sic nunc Christus verè timuit, & tristatus est, ac sic decepit dæmonem, qui si Dominum gloriæ cognouisset, non vtique crucifixisset, quia se superandum agnosceret. Nũc ergo rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum. Cum enim mors illius necessaria esset in salutem nostram, oportuit dæmonem decipi, vt bellum non recusaret. Sic etiã Athenarum rex Codrus nomine fecisse legitur, qui ab oraculo

Simile.

Iosue. 8.

3. Reg. 32.

respon-

responso accepto illum exercitum victurum inimicos, cuius rex occumberet, ipse mutato habitu, ingressus bellum, discrimini se dedit, & eo mortuo exercitus illius hostes superauit.

Procidit in faciem suam orans, pater si possibile est, transeat à me calix iste, veruntamē, non sicut ego volo, sed sicut tu. Hæc fuit oratio illa, de qua Paulus, Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrimis, exauditus est pro sua reuerentia. Oraturus enim pro omnibus mundi peccatis, corâ throno patris comparuit summa reuerentia, vt corporis prostratione ostendit. Nec solum flectit genua cordis vt Manasses, sed procidit corpore, & spiritu, & cum lachrimis, & clamore, qui in toto cælo personauit, orationem fudit, & exauditus est, & consummatus obedientia, qua mortem acceptauit, factus est nobis causa salutis æternæ. Sed quid orat? Certe orationis sensus hic est. Pater appetitus meus, & voluntas ipsa naturali motu mortem recusat, & licet appetitus non moueatur in me sine rationis consensu, ego volo, vt eam recuset nunc, velitque mortem euadere, & dolorem eius leniri. Nihilominus tamen oro, non vt hæc voluntas fiat, sed tuam æternâ, qua decreuisti me mori summa tristitia, atque dolore. Similem huic orationem fudit Iob sanctissimus, cum ait. Quis det, vt veniat petitio mea, & quod exopto tribuat mihi Deus, vt qui cæpit, ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, quod affligens me dolore non parcat. Sic nunc videns Christus patrem misericordiarû, & Deum totius consolationis paratum, vt ei adsit, & dolorem leuet, & calicem auferat, ait. Nolo pater, vt me conoleris, vt mortem tollas, noli mihi propitius esse, sed hominibus, moriar ego, dum viuant illi. Sicut etiam Dauid orabat, quis mihi det, vt ego moriar pro te. Beatus homo, qui intelligit super egenum, & pauperē. Intellegebas ò bone Iesu super nos egenos, & pauperes oblitus tui, dicebasque cū Dauid, vertatur, obsecro furor tuus super me, isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Verè Domine, nos lupi sumus, & tu innocens ouis, nec solum coram tondeute obmutescis, sed & petis tonderi, ac occidi. Dixeras prius, baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsque dū perficiatur, nūc

opere

Heb. 5.

Iob. 6.

2. Reg. 19.
Psal. 40.

2. Reg. 24.

Luc. 12.

A opere id præstas, & adeo efficaciter oras, vt ter repetas orationem. Quid tibi rependemus ò Domine pro tâta voluntate, ac charitate? Excessit voluntas tua vniuersa tormenta, quia cum anima Christi cognoscat infinita, etiam infinita tormenta paratus fuit, pro nobis subire, & ad omnia se paratum ostendit, si patris voluntas ea sit. Ecce oblatus est, quia ipse voluit. Ego pono animam meam, nemo illam aufert à me, Deus meus volui, & legem tuâ in medio cordis mei. Et vt omnino eius oratio exaudiretur, procidit, qui enim procidens aliquid petit, quasi vim infert ei, à quo postulat. Sed vt quid Domine procidis? num cum terra pactum, ac pacem inire vis, quam prius maledixeras? Sed si id agis, sero Domine pacem postulas, iam enim produxit lignum crucis, in quo crucifigendus es, iam protulit spinas, quibus transfigendum est caput tuum, iam clauos dedit, iam flagella, iam funes, quibus ligandus, flagellandus, ac crucifigendus es. Non ista vitare Christus intendit pace cum terra inita, sed potius illam amplectitur, ac osculatur, quia ista produxerit, & cum illa ad manum nunc non habeat, vt illâ amplexetur terram amplexatur, à qua ista processerunt, eique gratias refert quod illa germinauerit.

Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrâ. Tristitia, ac timor sanguinem ducit ad cor. Cum ergo ibi Christi sanguis esset, nunc ille effunditur. Sicut enim cum nimio igne olla feruet, liquorem effundit in se ipsam, ita summa Christi charitas, feruentissimaque hominum dilectio sanguinem in corde collectum fundit. Summa etiam illius afflictio, & angor id ipsum efficit, vidit enim se iam à patre derelictum, sicut ipse petierat, & angustia erant ipsi vndique, vidit se proximū morti, incipit sudorem mortis emittere. Secundum naturam fieri potest, vt quispiam sanguinem sudet, quod medici dicunt, contingere his, qui percussi sunt à serpente, cui à fluxu sanguinis Hemorroos nomen est. Et Aristoteles ait, id aliquando accidisse, vt refert Caietanus hic. Sed hic naturalis sanguinis sudor paruus est, & solum tenuissimus sanguis procedere solet, & in parua quantitate. Sed sudor Christi non fuit huiusmodi, fuit enim copiosissimus, & crassis guttis, vt significat nomen græcum, quod hic Lucas posuit, qualis sudor iſus

nun

Esa. 53.
Ioan. 10.
Psal. 39.

Arist.
Caiet.

Luce. 12. nunquam est, quia nec similis angor in terra fuit vnquam. **A**
Gen. 3. Domine, nunc verè es fasciculus myrrhæ, angustijs plenus, hic erat sine dubio baptisimus, quo te dicebas baptizandum. O Angelorū lætitia, quomodo super te maledictio illa descendit, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, panis tuus corda sunt nostra, nec satis tibi fuit, nos lacrymis emere, nisi & sanguine emereres? O dulcissime sanguis nondū tibi ianua aperta est, vt ex eas & exis, summo desiderio exoptas exire, cum priusquam clauis, & flagella viam aperiant, procedas. O corpus diuinum corting tabernaculi bis tinctæ, nunc primo tingeris sanguine, iterum in cruce tingendum. O virgo clementissima, quæ vocasti sponsum in hortum, veniat dilectus meus in hortum suum, iam venit, quoties lacrimas pueri terfisti, quoties eiulatum eius lenisti, veni nunc in hortum domina, vt eius sudorem tergas, dolore lenias, aspicias colorem vultus eius immutatū. **B**
 O Magdalena, quæ caput, & pedes eius vngueto vnxisisti, & capillis terfisti pedes eius, accede nunc, vt simile præstes obsequium, quo nunc maximè indiget. O Adam, cui nimium placuit arbor vitæ veni in hortū, & videbis aliā arborē sine specie, & decore, cuius tamen fructus alterius arboris damna reparat. Aspice eū, qui est tanquam malus inter ligna siluarum, qui tibi non inter dicitur. O Moyses, qui a deo desiderasti Dei vultum conspice re, quique paulo ante in Thabor fulgentē vidisti, accede nunc, vt videas excessum eius, & vultum sanguine plenum. O sponsa quæ desiderasti in hortos exire, vt myrrham tibi colligeres, veni in hunc hortum, in quo plurimam inuenies, vt fasciculum conficere possis, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. **C**
Cant. 1. factus est Christus mare amaritudinis, quia plenus dolore, ac angustia. Nos ergo fratres ne dormiamus cum discipulis, sed compatiatur Christo, si enim lasso a Egyptio compassus est David, cur non compatiatur Christo doloribus pleno nostri causa?

Gen. 22.

Apparuit ei Angelus confortans eum. Cōstitutus erat in agonia Abraham, & Isaac instāte hora sacrificij, sed ecce Angelus apparet, dicens, ne facias ei quicquā mali. En Domine in Christo vtriusque adunata tristitia, ipse enim se offert pro peccatis nostris, veniat Angelus, qui dicat, ne facias tibi quicquam
mali

Amali. Tristatur Elias fugiens Iezabel, quia zelo zelatus fuerat pro Domino Deo exercituum, apparet ei Angelus cibans eū, & mittens in montem Oreb, vbi magis consoletur. Ea Domine filium tuum, qui zelo zelatus est pro te, quem nunc persequitur Synagoga, mitte Angelum, qui eum cibet, ac consoletur. Sed hic Angelus, qui ad Christum mittitur, non obstat sacrificio, sed iuuat, non eum in mōtem Oreb mittit, sed in Caluarium, & crucem. Ingemuit Tobias cum lachrymis orans, & mittitur à Deo Raphael, vt eum sanet, Ingemuit Ezechias, & venit Angelus eum liberans, & exercitum Senacherib perdēs. Erant tres pueri in camino ignis, & descendit Angelus, & fecit rorem flantem, eripuitque eos. Sed nunc ingemuit Christus, & dolet, & Angelus ad eū venit, nec tamen eripuit. Quid ergo ei dixit hoc plane, quod sequitur. Princeps noster, hic adest multitudo exercitus tui, omnes te libenter defenderemus, si enim lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, te ambit vniversus Angelorum cētus, sed regni tui insignia instrumenta passionis sunt, quibus quo magis depressus fueris, eo nobis magis honorabilis, si homines te male dicent, nos inter eos erimus, & eo te magis benedicemus, quo illi plus male dixerint, videntes enim diuinam faciem tuam, quando inde descendimus, vt humilitatem cōtemplemur, quæ à sola bonitate, ac dilectione procedit, nihil magis nos in tui admirationem rapit. Si ergo tu deliberata voluntate liberare velles, liberareris certe, sed quia tu ipse te inimicis, tradis, ideo nos dissimulamus iniurias capitis nostri. Pater hæc ad te mandat, quæ olim Sapiēs dixit, fili mi si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. Ideo vt Esaias monet. Consurge, consurge, induere fortitudine tua brachium Domini, consurge sicut in principio, nonne tu vulnerasti superbum de iecisti draconem?

Cum hæc in horto agerentur, venit Iudas, & turba missa à Pharisæis, & principibus, & cohors gentilium, quæ continebat trecentos milites, vt Rupertus ait, & plurimi ex Pharisæis & magistratibus, omnes ergo in Christum conueniunt. Sed Iudas prior, qui sciebat locum, quem sponsa scire desiderabat, cū

Aduen.

Ccc

dice.

*Tob. 3.**4. Reg. 18.**Dani. 3.**Prov. 6.**Esai. 51.**Ruper.**Cant. 1.*

Luc. 12. nunquam est, quia nec similis angor in terra fuit vnquam. **A**
 Domine, nunc verè es fasciculus myrrhæ, angustijs plenus, hic
 erat sine dubio baptismus, quo te dicebas baptizandum. O An-
 gelorù lætitia, quomodo super te maledictio illa descendit, in
 sudore vultus tui vesceris pane tuo, panis tuus corda sunt no-
 stra, nec satis tibi fuit, nos lacrymis emere, nisi & sanguine eme-
 res? O dulcissime sanguis nondù tibi ianua aperta est, vt ex eas
 & exis, summo desiderio exoptas exire, cum priusquam clauis,
 & flagella viam aperiant, procedas. O corpus diuinum cortinæ
 tabernaculi bis tinctæ, nunc primo tingeris sanguine, iterum
 in cruce tingendum. O virgo clementissima, quæ vocasti spon-
 sum in hortum, veniat dilectus meus in hortum suum, iam ve-
 nit, quoties lacrimas pueri terfisti, quoties eiulatum eius le-
 nisti, veni nunc in hortum domina, vt eius sudorem tergas, do-
 lorem lenias, aspicias colorem vultus eius immutatù. **B**
 O Magdarena, quæ caput, & pedes eius vngueto vnxisti, & capillis ter-
 sisti pedes eius, accede nunc, vt simile præstes obsequium, quo
 nunc maximè indiget. O Adam, cui nimium placuit arbor ve-
 tita veni in hortù, & videbis aliã arborè sine specie, & decore,
 cuius tamen fructus alterius arboris damna reparat. Aspice eù,
 qui est tanquam malus inter ligna siluarum, qui tibi non inter-
 dicitur. O Moyfes, qui a deo desiderasti Dei vultum conspice
 re, quique paulo ante in Thabor fulgentè vidisti, accede nunc,
 vt videas excessum eius, & vultum sanguine plenum. O sponsa
 quæ desiderasti in hortos exire, vt myrrham tibi colligeres, ve-
 ni in hunc hortum, in quo plurimam inuenies, vt fasciculum
 conficere possis, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. **C**
 factus est Christus mare amaritudinis, quia plenus dolore, ac
 angustia. Nos ergo fratres ne dormiamus cum discipulis, sed
 compatiamur Christo, si enim lasso a Egyptio compassus est
 Dauid, cur non compatiamur Christo doloribus pleno nostri
 causa?

Apparuit ei Angelus confortans eum. Cõstitutus erat in ago-
 nia Abraham, & Isaac instate hora sacrificij, sed ecce Angelus
 apparet, dicens, ne facias ei quicquã mali. En Domine in Chri-
 sto vtriusque adunata tristitia, ipse enim se offert pro pecca-
 tis nostris, veniat Angelus, qui dicat, ne facias tibi quicquam

malis

Amali. Tristatur Elias fugiens Iezabel, quia zelo zelatus fuerat **3. Reg. 19.**
 pro Domino Deo exercituum, apparet ei Angelus cibans eù,
 & mittens in montem Oreb, vbi magis consoletur. En Domi-
 ne filium tuum, qui zelo zelatus est pro te, quem nunc perse-
 quitur Synagoga, mitte Angelum, qui eum ciber, ac console-
 tur. Sed hic Angelus, qui ad Christum mittitur, non obstat sa-
 crificio, sed iuuat, non eum in mōtem Oreb mittit, sed in Cal-
 uarium, & crucem. Ingemuit Tobias cum lachrymis orans, &
 mittitur à Deo Raphael, vt eum sanet, Ingemuit Ezechias, &
 venit Angelus eum liberans, & exercitum Senacherib perdès.
 Erant tres pueri in camino ignis, & descendit Angelus, & fe-
 cit rorem flantem, eripuitque eos. Sed nunc ingemuit Chri-
 stus, & dolet, & Angelus ad eù venit, nec tamen eripuit. **B**
 Quid ergo ei dixit? hoc plane, quod sequitur. Princeps noster, hic
 adest multitudo exercitus tui, omnes te libenter defendere-
 mus, si enim lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt,
 te ambit vniuersus Angelorum cõtus, sed regni tui insignia in-
 strumenta passiois sunt, quibus quo magis depressus fueris,
 eo nobis magis honorabilis, si homines te male dicent, nos in-
 ter eos erimus, & eo te magis benedicemus, quo illi plus male
 dixerint, videntes enim diuinam faciem tuam, quando inde
 descendimus, vt humilitatem cõtemplemur, quæ à sola boni-
 tate, ac dilectione procedit, nihil magis nos in tui admiratio-
 nem rapit. Si ergo tu deliberata voluntate liberare velles, libe-
 rareris certe, sed quia tu ipse te inimicis, tradis, ideo nos dissi-
 mulamus iniurias capitis nostri. Pater hæc ad te mandat, quæ
 olim Sapiès dixit, fili mi si sponderis pro amico tuo, defixi **Prov. 6.**
 sti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris **Esai. 51.**
 tui, & captus proprijs sermonibus. Ideo vt Esaias monet. Con-
 surge, confurge, induere fortitudine tua brachium Domini,
 confurge sicut in principio, nonne tu vulnerasti superbum de-
 iecisti draconem?

Cum hæc in horto agerentur, venit Iudas, & turba missa à
 Phariseis, & principibus, & cohors gentilium, quæ continebat
 trecentos milites, vt Rupertus ait, & plurimi ex Phariseis &
 magistratibus, omnes ergo in Christum conueniunt. Sed Iu-
 das prior, qui sciebat locum, quem sponsa scire desiderabat, cù

Aduen.

Ccc

dice-

Cant. 1a

diceret, indica mihi quem diligit anima mea, ubi paschas, ubi A cubes in meridie. Sed quam malè vsus hac scientia fuit, tanto nequior cunctis hominibus, quanto serpens maledictus super omnia animantia, calidior cunctis. Sicut enim ministerio serpentis vsus est dæmon ad perdendum primum hominem in horto, Sic idem diabolus ministerio Iudæ vsus est ad cõprehendendum Iesum in horto, & occidendum. Sicut ergo serpens instrumentum diaboli fuit maledictus super omnia animantia, ita & Iudas super omnes homines maledictus. Vnde totus

Psal. 108. Psalmus 108. conficitur ex triginta maledictionibus, quarum numerus respondet triginta argenteis, quibus Christum vendidit, hæc Rupertus. Cum autem tanta turba iam appropinquaret horto, ait Christus. *Surgite eamus.* Expendit Chrysostomus, fugisse Christum, cum quæreretur in regnum, nunc cum quæritur in crucem, obuiam procedit hostibus. Perfecta Christi charitas foras misit omnem pauorem, & quemadmodum in uadâs fluuius omnia rapit, quæ inuenit in via, sic eximus Christi amor omnia superauit impedimenta, & non solum mortem suscipere paratus est, sed & ei obuiam procedit. Sed o Domine, quo procedis, quos excepturus properas, non satis tibi fuit, mortem sustinere, nisi & illam exciperes, & ei obuiam procederes? Oregiũ, imo diuinũ cor iam ostendis vim, ac fortitudinẽ, quam in passione ostensurus es, & quam in tuis pones martyribus. Ait ergo ad eos Christus. *Quem quæritis?* Cum lateris, ac facibus venerant, nec eum agnoscebant, vt inde agnoscerent, quod voluntate se offerebat, facile enim eos declinare posset. *Ego sum.* Ait. *Et ceciderunt retrorsum.* Rupertus in Ioannem ait. Quare cum agnus esset protinus immolandus, iam sicut leo modicũ irrugijt, cum dixit, ego sum, & eos prostrauit, sanè vt essent inexcusabiles, manifesta experientia cernentes Iesum esse eum, qui est, & reuelata est eis ira Dei, quam expectare debebant, & reuelata fortitudo venturi ad iudicium. Si enim hoc fecit moriturus, quo modò preualebit in hostes in æternum regnaturus? Optimè Iob, si vix parua sillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? Cum ergo Deum in voce maiestatis agnoscerent, non sicut Deum glorificauerunt, sed cõprehende-

Rupera

A henderunt, sed ligauerunt. Propterea reuelabunt celi iniquitatem Iudæ, & terra aduersus eum consurget in die furoris Domini, quando cadet nunquã resurrecturus. Impletũ ergo nũc est, cum Iudas, & cæteri, qui cũ eo venerant, cadunt, illud **Psal. 30.** Dominus illuminatio mea, & salus mea, quæ timebo, dũ appropiant super me nocentes, vt edat carnes meas, qui tribulat me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Rabidi accedebat illi, ac furẽtes, vt ederent carnes Christi, sed ecce infirmati sunt, & ceciderunt retrorsum. Iterũ ergo interrogauit eos, quæ queritis, cõcedens veniam surgendi. Tũ accessit ad eũ Iudas, qui tanto miraculo nihilo melior factus est. *Et osculatus est eũ.* Ibi duo maximè aduersa in vnum conuenerũt, summe bonus cũ summo iniquorum. En proditiõnẽ Iob cum Amasa, quæ **2. Reg. 10.** salutã, & cõplexans occidit. Et Christus ad eũ. *Amice, ad quid venisti?* Sed quem o Dñe amicum dicis? Nullum certe ipse inimicum appellat. Nihil iam mirandum si Magdalenam, & latronem suscipis, cum Iudam amicum dicas, licet enim Magdalena peccauerit, sed corde puro osculatur pedes Christi. Tanta certe misericordia eius est, vt amicum dicat Iudã, quasi dicat, si velis amicus effici, ego non recuso, imo tui causa nunc vitã profundo, si osculum vis dare dilectionis, libetẽ suscipiã. Sed nunc, *ad quid venisti?* Talem ne proditiõnem opere cõplebis? Percutit Petrus seruum, sanat illum Christus, & ait Petro. *Calicem, quẽ dedit mihi pater, non vis, vt bibam illum?* Verba certè filij vnigeniti hæc sunt. Sic carpit Dauid Abylai, quia in Semei maledicentem sæuiebat, sine eum, quia Dominus precepit ei, vt malediceret Dauid. Ita nunc Christus ait, calicem hunc sibi à patre propinari.

C Capitur Christus, & ligauerunt eum. Captus est in iniquitatibus nostris, vt Ieremias ait. Irruerũt lupi in agnũ, leones in hẽdũ, ligant eum, & innumeris afficiunt iniurijs. Ecce impletum illud Psalmi, circumdederũt me vituli multi, tauri pingues obfederunt me, aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens. Ioannes paucis verbis ostendit, huac primum impetum in Christum factum fuisse tormentis, & iniurijs plenum, ait enim. *Comprehenderunt Iesum cohors, tribunus, & ministri Iudæorum.* Quomodo enim nunc capto parcerent,

Psal. 30.

2. Reg. 10.

2. Reg. 15.

Thren. 4.

Psal. 21.

qui in cruce pendenti non pepererunt postquam omnem malitiam in eum complerunt. Omnes ergo summo odio in eum irruerunt, ut in omnium hostem. Sicut ergo cum urbs diripienda militibus traditur, omnes per illam intrant, & quisque pro viribus illam deuastat, ita nunc accessit vniuersus mundus, ut Christum caperet, accedunt Romani, Iudei, sacerdotes, laici, imo vniuersi homines peccatis suis, quia ut diximus ex Ieremia, in peccatis nostris captus est. Et tunc inimici eius rabiem in eum explere cœperunt. *Ligauerunt ergo eum.* En Ioseph in vincula coniectum, quia adulterę consentire noluit. Sed quid proficiunt vincula hæc contra omnipotentem? An non melius quam Sanfon illa disrumpet? Sanè si amore non ligaretur, nulla hæc vincula essent, sed potentissima vincula hæc sunt, ut patris manus ligentur, ne in nos deficiant. Sed quas obsecro ligatis manus, nonne illas, qui eduxerunt vos ex Aegypto in manu potenti, quæ aperuerunt mare, quæ percusserunt inimicos vestros, quæ vniuersum hominũ genus tenuerunt, ne in infernũ laberetur. Certè obliui sunt benefactorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis. Infamia est, cum homo ligatur, & ideo hac ignominia eum afficere voluerunt, ne de eo dici possit, quod in commendationem Abner David dixit. Non sicut mori solent ignaui, sic mortuus est Abner, manus eius non sunt ligatæ, & pedes eius non sunt compedibus aggrauati. Sed nullam ignominiam Christus recusauit, & hanc, quæ est in ligatura, suscepit, ut dissolutionem manuum Adami, & omnium peccatorum persoluat, & ut vincula nostra suscipiens liberos nos relinqueret à vinculis dæmonis, & vincula claritatis suæ nobis in iiceret. Implereturq; illud Ieremiæ, erit in die illa, dicit Dominus exercituum, conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius disrumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni, sed seruient Domino Deo suo. Et David regi suo, quem suscitabo eis.

Sed iam ligatus ducitur ad Ananiam, maximis clamoribus, in iustificationibus, contumelijs, iactibus. Iam dicere potest illud, *omnes, qui transitis per viam attendite, si est dolor, sicut dolor meus?* Ductus ad Ananiam alapa ceditur. Inde in domum ducitur Caiphæ, ubi omnes inimici Christi conuenerant, quibus

verbis.

A verbis nihil Ioannes addit, putans satis dictum esse, cum Christus inimicis traditus sit. Interrogatus an sit Christus respondet, se esse. Tunc omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et vniuersa illa nocte nihil aliud egerunt, nisi ei illudere, ut Lucas ait. Positus erat Christus quasi signum ad sagittas. Quinque illusionum species dicunt Evangelistæ, ei factas. Primo expuerunt in faciem eius, quod apud Iudeos erat summæ iniuriæ, ut patet numero rû 12. Si pater eius spuisset in faciem illius, nonne debuisset saltem septem diebus rubore suffundi? Et in Deuteronomio, mulier expuit in eius faciem, qui nõ solum citat fratri semen. Secundo oculos eius velant, ut audacius, & inuerecundius eum percutiant. Tertio eum alapis, & pugnis percutiunt, unde facies tumida facta fuit. Quarto eum illudunt, dicentes, prophetiza Christo, quis est, qui te percussit & multa alia, ait Lucas, blasphemantes dicebant. Horrore hæc omnia plena sunt. Horrendum enim cogitatu est, homini quantum vis reo, hæc fieri morituro, sed innocenti, & a deo benefico longè horribilissimum, Deum vero ista pati, adeo execrandum est, ut humane aures audire nequeant. Impletum nunc in Christo est illud Iob, aperuerunt super me ora sua exprobrantes, percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Et illud Psal. ego autè sum vermis, & non homo, opprobrium hominũ, & abiectio plebis. Et illud Ieremiæ, da bit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Et illud Esaiæ, corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vel lentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus. Sed ais, quo pacto rabies tanta in hominum cordibus esse potuit? Certè fuit nunc potestas tenebrarum & à rabido dæmonum corde ista procedebant, qui membra sua mouebant, ut indignissimè Christum tractarent. Totam ergo inferni ferociam armant dæmones, ut Christi animum ad impatientiam flecterent, inferni ergo sæuitia tanta erat. Sed iterum ais, quo pacto miraculum nullum nunc ostendit? Imo exhibuit maximum. An non miraculum, talem in humana carne splendere patientiam, ut nec minimũ in tot iniurijs commoueat? Quis enim adeo serenus, & tranquillus esse

Aduen.

Ccc 3

posset

Simile.

2. Reg. 3.

Ierem. 30.

Thren. 1.

Num. 12.

Deut. 25.

Iob. 16.

Psal. 27.

Thren. 3.

Esai. 50.

posset tot furentibus procellis agitatus, nisi Deus ipse? Totus **A**
 infernus, & vniuersa synagoga, & gentilitas perstant, & sum-
 ma vi quatiunt Christum, ipse verò adeo pacatus est, ac si ni-
 hil pateretur, an non hoc miraculum? Audi Moysem dicentē
Exod. 3. vadam, & videbo visionem hanc magnam, quomodo ardeat ru-
 bus, nec comburatur. Visio planè magna Christus ardens tor-
 mentis, & integer perseverans. Adeo visio hæc magna est, vt
 Deus sit eius inspector. Angeli admiratores, attoniti demones
 & homines. Sed demum inquiris, quid Christus nunc ageret,
 quid ve cogitaret. Sanè licet pater ei præcluserit aditum, eum
 que dereliquerit, ne consolatione leuaretur, sed ad negotia ho-
 minum pertractanda nunc maximè ianua aperta Christo
 erat, & ideo cum patre æterno de hominum negotijs agebat, **B**
 omnium enim recordabatur, pro omnibus tormenta ista offe-
 rebat, præcipuè tamen pro electis plorans super singulos, sicut
 olim Ioseph super fratres plorasse memoratur. Nunc ergo om-
 nium nostrum memoratur. Noli ergo ò homo ipsum obliuisci,
Gen. 45. ne ingratisimus omnium videaris, sed dic, memoria me-
Esa. 26. mbrero, & tabescet in me anima mea.

Mane autè factò adduxerunt eum ad Pilatū, & Pilatus ad eos,
 Quæ accusationem afferitis aduersus hominem hunc? Certè triplex
 accusatio aduersus Christum proposita est. Prior in concilio
 Trinitatis, vbi accusatus Christus est de omni hominum cri-
 mine, quod ille tamquàm fidei iussor exoluendum suscepit so-
 la misericordia, ac bonitate. Et ita lata aduersus eum sen-
 tentia iusta est, vt morti addiceretur. Altera accusatio in **C**
 concilio Caiphæ, & coram Pilato proposita est, de crimi-
 nibus, quæ ei falso obijciebantur, & cum hæc accusatio ini-
 qua esset, nec testimonia convenientia, iniustissima mortis
 ipsius sententia fuit. Tertia fuit accusatio à sapientia huma-
 na profecta aduersus Christum, quem irrisit, quod tam
 indigna hominis causa sustinisset. Sed stulta facta est mun-
 di sapientia, nec intellexit, summam in hac re dilectio-
 nem, ac bonitatem à Christo ostensam esse, & ideo con-
 uenientissimum Deo hoc opus fuisse. Interrogat er-
 go eum Pilatus. *Quid fecisti?* Vis nosse ò Pilate, quid fecerit
 In prin-

In principio creauit cælum & terram, & vniuersa eorum orna-
 A menta, creauit hominem de limo terræ, & inspirauit in faciē
 eius spiraculum vitæ, denique omnia, quæcunque voluit, fe-
 cit in cælo, & in terra, hominem fecit principem omnium.
 Pro populo verò isto, qui eum accusat, multa fecit. Eduxit
 illum ex A Egypto, aperuit mare, pluit illis manna, inimicos
 eorum perdidit, tradidit illis terram istam, & sæpe liberauit
 eos. Si autem nosse vis, quæ pro his, & pro te, & vniuerso
 mundo fecerit, vt videas, si pro his illum damnare possis, sci-
 to, quod propter nos homines descendit de cælo, & incarna-
 tus est ex Maria virgine, & homo factus est, & nunc hominum
 causa ista patitur. Dic nobis ò Domine, quid fecisti te ipsum
 qui genitus es, & non factus, fecisti propter nos factus homo.
 B Merito profecto Pilatus ait. *Quid enim mali fecisti? & nullam*
inuenio causam mortis in eo. Verè coram Pilato fuit Christus
 sicut Dauid coram Achis, coram me, ait, es sicut Angelus Dei
 sed Satrapis non places. *1. Reg. 18.*

Occasione verò accepta, vt ab hoc negotio se expediret, au-
 diens Christum Galilæum esse, remisit illum ad Herodem.
 Cum vero ei non responderet ad vllum verbum, spreuit eum
 indutum veste alba. Rectè Hieronymus ait, nullus dedisse
 vestem Christo fertur, vt se operiret, sed sicut Samueli vestem
 deferebat mater ita Christo Maria, sed nunc vt illudatur, dupli-
 cem vestem vno die ei tribuunt, Herodes, & milites, alba alte-
 ra est, significans illius innocentiam, purpurea altera signifi-
 cans ipsius amorem. Hac veste alba meruit nobis Christus ve-
 C stes illas albas, de quibus multa in scriptura. Apocalypsis. 21. di-
 citur. Datum est ei, vt operiret se byssino cādenti, & Apocalyp-
 sis. 3. qui vicerit sic vestietur vestimentis albis. Ecce Christum
 illum, & factum in hominum in parabolam.

Remisit Herodes Iesum ad Pilatum, qui rationibus conten-
 dit eum eripere, sed cum non valeret, & venit in mentem, vt
 cum proponeret cum Baraba populo. Mos enim erat Iudæis
 vt in illo celebri paschate vnus liberaretur ex dānatis, vel in me-
 moria liberationis ex A Egypto, que eo paschate celebrabatur,
 vt dicit Orig. & Theo. mos hic sūptus in illo populo fuit ex libe-
 ratione Ionathæ à morte de qua in. 1. Regū. cap. 14. mentio fit.

*1. Reg. 18.**Hieron.**Apo. 21.**Apo. 3.**Origin.**Theophil.**1. Reg. 14.*

Proponebat præses duos damnatos, ex quibus vnum populus eligebat. Proponit ergo nunc Iesum, & Barabam homicidam latronem, seditiosum, quem Mattheus dicit insignē, quia insigniter malus, & caput seditionis. Hunc ergo communem ciuitatis hostem proponit Pilatus cum Iesu intelligens propter odium in Barabam Christum eligendum à populo. Tunc principes sacerdotum, & seniores concitauerunt turbam, vt magis Barabam peterent. Et ideo aiunt: Dimitte Barabam, & Iesum tolle, quia in re summa Christo illata iniuria fuit, & summa apparuit Iudæorum iniustitia, qua meruerunt, vt ab eis Christus tolleretur, & haberent principem diabolum, qui homicida, & seditiosus fuit ab initio. En ergo duos hircos, inter quos fors mittebatur, quis immolandus, & quis liber dimittendus. *Clamant non hunc sed Barabam.* De quo clamore Ieremias ait, facta est mihi hæreditas mea sicut leo in silua, dedit contra me vocem. An non clamor leonis est, nõ hunc, sed Barabam? Obstupescite celi super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, &c. En Christum nouissimum virorum, en populi ingratitude, qui tam vili æstimauit eum, qui ipsum tanti fecit, vt præ alijs populis eligeret. Ecce exterius in Pilati iudicio iniquo factum, quod in diuino iustissimè effectum est, ibi enim erat latro Adam, & omnes nos latrones, seditiosi, & in mortem damnati, Christus vero innocens. Et vt nos liberi essemus, Christus damnatur. Sed miraris forsitan, quo pacto tam facile potuit populo suaderi, vt Barabam peterent, & Christum perderent, cum eius diuinam doctrinam audissent, miracula vidissent, & beneficia experti essent. Sed si hoc miraris, mirate etiam, quod tu tam facile Deum relinquis & diabolum eligas per peccatum. Dic o homo, quem diligis amplius Deum, an diabolum? Quem sequeris Christum, an Luciferum? cui adhæres, cuius mandata seruas? Si Iudeos damnas, cur eos operibus imitatis? Si quamlibet rem mundi eligis præ Deo, Barabam dimittis, & Christum crucifigis? An non super tanta stultitia omnes creature clamare deberent? *Quam aliter te Domine nobiscum habes.* Tu

Leuit. 16.

Ier. 12.

Ier. 2.

A viles nos in tanto habuisti pretio, vt libenter pro nobis sanguinem dederis, nos te omnium summum adeo vili pendimus, vt pro te minima non demus. Tanta vero charitas tua est, vt placeat, tradi te in mortem, vt Barabas liber sit. O charitas immensa, quæ ait, redimatur peccator, licet honor, sanguis ac vita mihi profundenda sint. Nam vt ego viuam, tu moreris. Initio passionis in horto querebaris, quod tanquam ad latronem ad te venirent, sed iam excreuerunt aquæ, & posthabitus es latroni, homicidæ, ac se ditioso.

Videns Pilatus nihil se hoc adhibito medio profecisse, aliud excogitauit, flagellare, scilicet, eum, vt sic inimicorum animi quiescerent. Nunc ergo mentis oculos aperi, grande enim proponitur spectaculum, dum à seruis peccati princeps libertatis cæditur vt seruus. Primum enim, qui omnia induit vestibus suis nudatur, & vt confusionem nostram teget, nudari voluit ignominiose. Secundo, qui soluit compeditos ligatur in columna, adsunt carnifices eum flagellantes. Impleturque illud Psalmi, quoniam ego in flagella paratus sum. Cum autem intellexissent Iudæi, Pilatum velle Christum liberare à morte, curauerunt, vt tot flagellis cederetur, vt in eis expiraret, sed qui crucem elegerat, in qua moreretur, vires humanitati addidit, vt non deficeret in via.

Additur, ergo plaga super plagam, vulnus super vulnus liuor super liuorem, sanguis super sanguinem, donec à planta pedis vsque ad verticem capitis non sit relicta in eo sanitas, & speciosus forma præ filijs hominũ talis relicta est, vt nõ sit ei species, neque decor. Posuit Deus in eo iniquitates omnium nostrum, & ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. De hac crudeli flagellatione ait Psaltes, supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, &c. *Psal. 128.* Quæ verba Chaldeus interpres sic vertit, super corpus meum arauerunt arantes, prolongauerunt orationes suas. A deo enim durè eum flagellauerunt, vt arare eum viderentur, rumpentes omnem carnem. O ineffabilis Dei benignitas, qua factum est, vt tam caro redimeremur, ò ineffabilis dispositio. Peccat iniquus, & flagellatur iustus, quod perpetrare seruus

soluit Dominus, quod committit homo, sustinet Deus. Quomate Dei, quo tua processit humilitas? quo peruenit compassio? Ego inique egi, & tu poena multaris, ego facinus comissi, & tu cederis. Ego superbiui, tu humiliaris, ego uiam acerbam comedi, & dentes tui obtupescunt. Sed quid loqueris tu Domine? amor mutuum te reddidit, loquere, & pete, ut satientur poenis tuis. Sed diuersę admodum sunt cogitationes tuę. Non enim ais, sit satis, sed plura multiplicata flagella, quia plura merentur hominis peccata. Ecce homo, qui descendit ab Ierusalem in Ierico, & incidit in latrones, qui despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuui relicto. O impij carnifices relinquitte agnum innocentem, & si rabies uobis multa est, eam in me explete, ego enim latro sum, ego flagella commeritus. Sed obsecro, potuit ne alia uia homo magis a peccato arceri, quam hoc uiso spectaculo? Aliquando enim cum filius regis maximum facinus admisit, ut sciat illud graue esse piaculum, nec ullo modo admittendum, coram eo duriter flagellatur ferus, qui simile facinus admisit, & in supplicio serui agnoscit sui criminis grauitatem. Sed nunc contra fit, flagellatur durissime Christus, ut ibi agnoscat homo peccati sceleratam, quis ergo eo inspecto amplius peccare audebit.

Sed consummata dira flagellatione, non quiescit animus inimicorum, qui a dæmone commouebantur. Suscipiunt enim Iesum milites cum Iudæis, & conuocant totam cohortem, tantquam ad ludicrum spectaculum, erat autem cohors trecentorum militum, alij dicunt esse quingentorum quinquaginta quinque. Deinde eum induunt purpura, vel chlamyde coccinea, quę erat inferior purpura, quam reges super arma deferebant in prælijs. Deinde corona spinea, ex iuncis marinis compacta, quę longas spinas, ac durissimas habet, illum coronant, infigentes eam capiti, Et arundinem tanquam sceptrum imponunt dexterę. Et irrident eum salutantes, aut rex Iudæorum. Et in faciem expuunt, & alapas, & pugnos sine numero ei impingunt. Et percutiebant arundine caput, & sic corona amplius infigebatur. Hæret animus his auditis, uere Dominum nunc comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta canalicibus,

Abus, ut sponsa ait. Si Euangelium hæc non traderet, incredibilia apparerent. Deus erat, qui patiebatur incredibili charitate, & dæmon, qui ista adinueniebat summo odio, & ideo, nec dæmon satiatur poenis, nec Dei charitas tormentis. Quia irreuerenter aspexerunt arcam Betsamitæ, innumeri occisi sunt, & nunc sustinet Deus ita irreuerenter tractari. Tangit Oza arcam, ut teneat, & percutitur, nunc adeo dire tractatur, & nihil mali fit, sane tempus nunc est occidendi, non homines, sed peccata. Solus ego nunc moriturus sum, ut homo uiuat. Non est uoluptatis meę mors impij, sed mors mea.

Produxit eum Pilatus, dicens. Ecce homo. Attendite ò homines hominem: qui penè hominis figuram amisit, qui homo est, non lapis, aut ferrum, & mirum est valde, quod tot sustinere potuerit tormenta. Miseremini ergo ò homines hominis afflicti. Ne vos comprehendant illa maledictio, dispareat de terra memoria eorū pro eo, quod non est recordatus facere misericordiam, & persecutus hominem inopem, & mendicum, & cõpunctum corde mortificare. Si irati estis, quod Deum se fecerit, en homo est, nouissimus hominum, & minor homine. Ecce homo, qui solus est hoc nomine dignus: nam Adam, & sui non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, hic uero innocens homo est, quia nihil admisit contra rationem. Ecce homo hominum principium, hominum finis, hominum pater, ac mater, hominum uia, hominum ueritas, hominum, uita hominum exemplar. Prius inuitabimini ab Esaiã, ut Abraham attenderetis, nunc inuitamini, ut hunc attendatis. Homo Hebræis significat ærinosus, nullus ergo sic homo, nullus sic ærinosus, ut Christus, attendite, si est dolor sicut dolor eius. Oculis ergo metis cõspiciamus hunc hominẽ, quid enim non meretur à nobis accipere, qui tanta pro nobis passus est? En uermem, & non hominem, qui laborauit, & mortuus est, ut tu ferico induaris. Sed mirum hoc valde, quam diuersis oculis hic homo aspiciat Iudæos, quam illi eum. Ille dulcissimis oculis, ut eos saluaret, illi eum crudelissimis. Sed cum te Dñe talẽ uideamus, quasi nõ reputamus te esse, es tu patratore miraculorũ qui

Luc. 10.

Simile.

Cant. 7.

I. Reg. 6.

Psal. 108.

Esai. 52.

qui splendisti in Thabor, in quas incidisti manus, ut talis nunc sis, ubi est gloria unigeniti à patre? Hocine est regnum Dauid, & eius insignia, quæ promissa sunt matri tuæ, cum te concepit? Sed certe Domine ego horum causa sum malorum, superbia, & deliciae meæ talem te reddiderunt, abominor ego iniquitatem, & peccata mea, quæ tanta mala effecerunt.

Cum vidissent eum, clamabant crucifige. Pulchre Euangelista ostendit impietatem dicens, cum vidissent, ergo excusationem non habent de peccato suo, viderunt enim, & oderunt me, & patrem meum. Non satis nobis est, sic eum videre, nisi in cruce videamus. Iratus Pilatus tanta visa crudelitate, asperere ad eos ait. Accipite eum vos, & crucifigite, ego enim non inuenio causam. Et deinde curauit Christum liberare. Sed Iudei dicunt. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.* Et ne amicitiam Cæsaris amitteret, Christum crucifixit, & sic Cæsaris iram tandem incurrit, ut refert Iosephus lib. 18. c. 7. & Eusebius lib. 7. Ecclesiasticæ historiæ c. 8. Priuatus enim præfectura, in exilium missus est, & tantis malis affectus, ut propria se manu transuerberauerit.

Tradidit eum voluntati eorum. Sed cum hanc sententiâ Maria audiuit, quomodo commotum eius cor fuerit, quis dicat? verba non suppetunt, & ideo velut apponendum hic est, sicut patri Iphigeniæ positum à pictore fuit, quod eius mestitiam explicare non posset. Ecce agnus lupis traditur, ut faciant in eum, quæcunque voluerint. *Tunc susceperunt Iesum, & postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydē, & induerunt eum vestimentis suis, & eduxerunt eum, ut crucifigerent, & baiulans sibi crucem exiit.* Iterum illuditur, iterum exiit, & corpus eius apparuit quasi vno confectum vulnere, quia nihil in eo sine vulnere erat. Abstulerunt ab eo coronam, ut induerent, quam iterum capit in fixerunt, & tunc super dolorem vulnere eorum addiderunt nec enim decebat, tantum regem thronum regni ascendere sine corona. Defertur crux, quæ baculus eius est, virga regni, thronus eius, thalamus desponsationis eius, virga Moyse, quæ prius coluber erat, nunc suscepta à Christo virga est, clauis cæli, de qua Esa. dabo clauem domus Dauid super humerum eius.

Exiit ergo baiulans sibi crucem, exeamus & nos cum illo,
saltem

A Saltem improprium ipsius considerantes. Augustinus, græde spectaculum, sed si spectet impietas, grande ludibrium, si pietas, græde mysterium, tanquam ouis ad occisionem ducitur. Grauisimum profecto crucis illius onus erat, præcipue si attendas vniuersa hominum peccata, quæ in cruce erant. Vnde Petrus ait, ipse peccata nostra portauit super lignum. Tanto pondere grauatus cadit Christus in terram, & vniuersa vulnera renouantur. De præcone nihil meminerunt Euangelistæ, quia vnus non fuit, sed terra omnis inimici eius clamabant, eni iustitiam, quæ exercetur in hominem blasphemum, seditiosum, dæmoniacum. E cælo præcones erant, vniuersi spiritus adstantes attoniti huic spectaculo, qui clamabant, diuina charitatem, infinitam misericordiam, inexcogitabilem dignationem. Si enim in natiuitate facta est multitudo cælestium spirituum clamantium, gloria in altissimis Deo, quid nunc clamabunt, cum ad vltimum videant processisse charitatem.

Venerunt in golgota, & ibi crucifixerunt eum. Expolietur primum vestibus, quæ carni adhaeserant, & ideo vulnera renouantur. Hac verò morte eum voluerunt occidere, quia erat crudelissima, & ignominia plena. Crudelissima propter sensibilitatem manuum, & pedum, & totius corporis in cruce positi, quod distendebatur. Erat etiam inter Iudeos maximæ ignominia, & maledictus dicebatur, qui pendeat in ligno. Vnde dicunt, morte turpissima condemnemus eum, mittamus lignum in panem eius. Quo loco per panem Tertulianus libro contra Iudeos intelligit Christi corpus, quod ipse panem dixit, ut significarent lignum crucis in iudicandum corpori eius. Sed alio spectauit diuina sapientia, oportebat enim, ut sicut in ligno perditum fuimus, in ligno recuperaremur, ut medellam ferret inde hostis unde læserat. Quam rationem inuenit sponsus. Sub arbore malo suscitauit te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua, Eua, scilicet. Deinde hoc mortis genus acerbissimum erat conueniens, ut tanto esset copiosior satisfactio, quanto mors acerbior, & sic Dei in nos charitas maximè commendaretur. En igitur fideles pe-

August.

1. Pet. 2.

Sap. 2.

Tertul.

Cant. 8.

Iosep.
Euseb.

Esa. 22.

les petra scissa est, venite, bibere omnes sitientes. Ecce fons est patens domui Dauid in ablutionem peccatoris, si ergo fuerint peccata vestra vt coccinum, sicut nix dealbabitur. Vna porta fuit in arca Noe, per quam ingressi sunt omnes saluandi, sed in Christo quinque nobis apertæ sunt, vt in grediamur, & salutem consequamur æternam.

De septem verbis Christi in cruce, vide tractatum integrum in quarto tomo nostro. In compassione Beatæ Mariæ, vide concionem, quæ est in Primo Tomo nostrarum concionum, & alteram quæ est in Quarto Tomo nostro in tractatu de septem verbis Christi Domini in cruce, concione tertia illius tractatus.

A In Resurrectione Christi Domini.

Thema. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die. Luc. 24.

B **A** **E** **C** in Dei domo lex est, vt mensura dolorum sit eadem cum mensura gaudiorum. Hinc Psal. secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Hac lege seruata, immensa Mariæ letitia hodie est, quoniam in passione immensus fuit dolor eius. Erat Christus in cruce vir dolorum, decoqui poterat in lachrymis matris, ille quasi rupes in medio maris vndique vndis circumvallatus, & dicens, intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Stabat autem iuxta crucem Iesu Maria mater eius, in quem irruebant etiam vniuersi illi fluctus. Iure tunc vocare filium potest Benoni, id est, filium doloris mei. Sed hodie idem cum filius sit, in Benjamin mutatus est, hoc eum nomine nunc eum pater insigniuit, hoc & illum mater nunc compellat. Vere filius dexteræ, est Christus patri, & matri, vere dicet Maria, conuertisti planctum meum in gaudium mihi, & circumdediti me lætitia, secundum multitudinem dolorum tuorum est, nunc tibi præcipuum gaudium, in die bona venimus ad te, in die læta. Nobis de hoc gaudio aliquid impertire, oremus Ave Maria.

Gregorius huius diei solennitatem commendans, ait, sicut locus tabernaculi secretior ac sanctior dicebatur sancta sanctorum, per antonomasiam, & sicut liber, quo Christi cum Ecclesia sponsalia celebrantur, dicitur cantica canticorum, sic festum hodiernum dici debet festum festorum, solennitas solennitatum.

tum, sabbatumque domini quia in hoc die requieuit Dominus ab omni opere, quod patrauit, & à laboribus plurimis, quibus laborauit, & huic diei ille benedixit, & in memoriam huius diei voluit singulis hebdomadibus diem dominicam celebrari. Hac die ortus est sol iustitiæ, multo clarior ac illustrior quam omnibus diebus superioribus. Cum post plures dies nubes & caliginis sol oritur, nec vlla vel parua nubes eum obscurat, dies ille lætior est, quam illi, quibus dies læta diei lætæ succedit, & aliquæ nubes solem obscurant. In cæteris Christi festis, non ita lætus Christus nobis ostenditur, quoniam post lætos dies læti succedunt, & hucusque nunquam defuit nubes, quæ lætitiæ diei aliquomodo obscuraret, passibilis enim, & patiens aliqua Christus ostenditur in natiuitate, circumcissione, epiphania. Sed nunc post plures dies caliginis, post passionis dolores progreditur sol iustitiæ nulla nube mortalitatis obumbratus, nullo dolore circumfusus, hic dies illi lætissimus, hic dies nobis resurrectionem nostram depingit, hic dies spæ resurrectionis roborat, vitæ æternæ viam nobis aperit, exultamus ergo & lætemur in eo.

1. Cor. 15.

Mysterium hoc resurrectionis Christi fundamentum basisque est totius religionis Christianæ, quia eo ostenditur animæ immortalitas, vita alia, quam speramus, quod si hoc absteris, non manet fides, nec lex, nec virtus. Ita Paulus arguit. Si autem Christus prædicatur, quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit, si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est, & fides vestra. Et infra, si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Et infra, manducemus, & bibamus, cras enim moriemur, nolite seduci. Hæc scribit Paulus, quia multi Corinthiorum impossibilem putabant resurrectionem, quæ si non sit, omnino fides nostra & spes perire, ait Paulus. Quibus similes illi sunt, qui nunc sic viuunt, quasi vita alia præter hanc non esset, nunc autem certum est Christum surrexisse, certum & nos resurrecturos, certum, aliam vitam esse. Hoc stabilito fundamento Christianæ vitæ altitudo facile cõsurgit, spe

censu

enim melioris vitæ hanc contemnere facile est, hic pati non est difficile, quia non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, multa hic bona opera præstare facile est, cum æterna mercede sint afficienda. Hoc antidotum sibi, & alijs præbebat Paulus Tim. memore esto Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis secundum Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula, sed verbum Dei non est alligatum, ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria cælesti. Fidelis sermo, nam si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinemus, & conregnabimus. Hæc commune testificans coram Deo. Hac ratione sibi in consolationem, & profectum, & alijs, mysterium hoc resurrectionis Christi indelebiliter scribi postulabat, Iob dicens quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei, quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel certe sculpantur in siliçe. Sed quid ita scribendum sit, subiungit, scio enim, quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, reposita est hæc spes mea in sinu meo. Hac spe roboratus non defecit in laboribus, hac spe si eam firmam, viuamque habuerimus, facile mala tolerabimus, & bona præstabimus multa. Hinc contemptus diuitiarum, & delectationum, hinc vitæ ratio aspera, hinc denique vita Christiano digna ortum habet. Quia vt Ioannes ait, qui habet hanc spem, sanctificat se.

Hac ratione Christus Dominus veritatẽ resurrectionis suæ pluribus argumentis probare studuit, quam aliud vitæ suæ mysterium. Hinc toties discipulis visus est, & cū eis manducauit, & bibit: hinc se palpandum præbuit, nihil non fecit, vt se resurrexisse ostenderet. Sed quibus apparuerit, videndum nunc nobis est.

Primum quidem Mariæ apparuisse matri, certum est. Ita Ambrosius lib. 3. de virginibus, Sedulius, Anselmus, Gregorius, Nisenus oratione. 2. de resurrectione, Rupertus lib. 7. de diu. offi. c. 25. Niceph. lib. 3. historiae ecclæ. c. 32. & 33. & Symeon Methaph. in concione de vita, & morte Mariæ, vbi ait

Aduen.

Ddd

Mariam

2. Tim. 2.

Iob. 19.

1. Ioan. 3.

Amb.
Niceph.
Methaph.
Sedul.
Ansel.
Nis. Rup.

Mariam à sepulchro non recessisse, donec Christus surrexit, & ideo inter alias Marias non numeratur, quæ ibat, & recedebat; illa vero perpetuo ibi mansit, & cum nullus Christi viderit resurrectionem, eumque primum resurgentem, credibile est Mariam illum tunc vidisse, quæ sepulchro aderat. Euangelistæ quidem hanc apparitionem non dixerunt, quia solum testes resurrectionis numerant, qui in foro contentioso testes sunt, matris verò testimonium eo foro non admittitur. Glorificasti Domine carnem tuam, sed memor esto, quoniam matris caro etià caro tua est, quæ sociata fuit passionis, sit & consolationis, Sampson inuentum fauam mellis continuo matri detulit. Ita Christus sine dubio fecit, dicens illud Canticorum, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Huiusmodi Maria erat, mōs myrrhæ, & amaritudinis, & collis thuris & orationis, cui enim conuenientius apparere poterat, quam matri? quæ dignior filij visitatione quam Maria, in qua fides & spes non defecerunt, charitas non refriguit? Si Christus ait, qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum, cui manifestandus prius Christus erat, nisi ei, quæ plus diligebat? Sicut ergo oriens sol primum in cacumine altissimi montis apparet, ita Christus primum illi manifestatur, de qua in Psalm. mons Dei mons pinguis mons coagulatus, mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Sicut charitate omnes excedit, ita desiderio filium videnti, & suspirijs in hanc rem ex imo pectore ductis omnes superat. Vocat filiū dicēs, reuertere dilectè mi, reuertere dilectè votorum meorum, exurge gloria mea, exurge psalteriū & cythara. Hæc dicens rigat ora lachrymis, audit è tumulo catulus æstuantis læanæ rugitus, & in vitam redit. Prædixerat hoc Iacob benedicens Iudam filium, ex quo ortus est Christus Dominus. Catulus, ait, leonis Iuda, ad prædam filii ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi læana quis suscitabit eum? Pulchre ostendit Christum matris clamoribus suscitandum, sicut leo solet matris suscitari rugitu. Hæc ergo virgo, quæ suis clamoribus Christum è cælo deduxit, suis etiam clamoribus ex inferno reuocauit. Romanorum. 10. quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere, aut quis

Cant. 4.

Ioan. 14.

Psal. 67.

Gen. 49.

Rom. 10.

A quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis reuocare? Venit ergo Christus ad Mariam, cuius oculi sicut piscinæ in Eschbon. Cesset iam Maria lachrymarum diluuium, cum redierit columba ramum oliuæ deferens. Quo vero gaudio affectum fuerit Mariæ cor visa illa facie plena gratiarum, speculo illo inspecto, in quod illa intuebatur, vidēs gloriosum corpus, quod illa contrectauit paulo ante discissum, quis dicat? Tunc præ dolore loqui non poterat, nunc præ gaudio tacet, sufficit illi, quod Iesus eius viuuit, in hoc filio vniuersa habet. Inuentur se mutuo mater & filius, & vniuersa, quæ volunt, sibi dicunt cordibus. Mutuum desiderauerant conspectum S. Ludouicus Francorum rex, & Egidius socius S. Francisci, & cum se se forte offendissent, mutuis amplexibus se constrinxerunt, & inspexerunt, & recesserunt nihil locuti ad inuicem, cūq; interrogati essent, cur nihil fuerint collocti, dixerunt, cordibus sibi inuicem vniuersa locutos fuisse. Quid obsecro sibi nõ loquerentur Maria & Iesus. Maxime quod sicut Angeli mutuo loquuntur, dum conceptus ordinant suos ad eos, quibus illos manifestare volunt, ita Mariam, & Iesum locutos credendum est. Nec vero solus Christus Dominus Mariæ visus est, sed etiam vniuersi sancti qui cum eo resurrexerunt, & hi etiam omnes, qui ex limbo prodierunt. Si enim pluribus visos esse Euangelistæ testantur, præcipuè Mariæ visos credendum est. Cumque ad Mariam venissent, cum ea fecerunt, quod cum Iudith factum scriptura testatur, dicens, Iudith autem summus pontifex de Hierusalem venit in Bethuliam cū vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith, quæ cum exisset ad illū, benedixerunt eā omnes vna voce dicētes, tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, hæc lætitia Mariæ in die hac fuit summa.

Iudith. 15.

Sed quia sol oriens non montem solum altissimum lumine & lætitia replet, sed & vniuersum mundum, ita sol iustitiæ non Mariam solum illuminauit, & lætitia affectit, sed & vniuersos discipulos, & vniuersos fideles. Id vero nobis explicandum est. De discipulorum lætitia quid dicemus? Certè illud eis euenit, quod vsu euenire solet disperse gregi, est

Simile.

Ddd 2

aliquan-

aliquando pastor in monte gregem pascens, subito cælum nubibus turbatur, procella ruit, venti perflant, imber copiosus, vehemensque descendit, tunc pastor, ut se tueatur, sub lapide vel in spelunca absconditur, grex vniuersus dispergitur, oves errant. Sed cum tempestas cessauit, & serenitas cælo reddita est, egreditur pastor è latebris, & vniuersas requirit dispersas oves, eas congregat in caulam, eas reficit, ac curat. Ita Christo Domino, eiusque paruo gregi contigisse, propheta ait. Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio onium dispersarum, sic visitabo eas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ erant in die nubis, & caliginis. Erat ante passionem suam Christus Dominus in medio gregis, & aiebat, nolite timere pusillus grex, complacuit patri, dare vobis regnum, sed repente venit turbo dominicæ indignationis, dies caliginis, in quo sol obscuratus est, dies turbis, in die absconditus est pastor noster sub lapide sepulchri. Vnde ei dicitur, propheta abscondere ad modicum, donec pertranseat indignatio mea, dispersæ sunt oves, ut Christus ait ex propheta, percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis, omnes enim relicto eo fugerunt. Sed iam turbo dominicæ indignationis pertransijt, tempestas conqueiuit, egreditur è latebris pastor bonus, prodijt è sepulchro, incipitque dispersas colligere oves, quæ in die nubis, & caliginis fuerant dispersæ, iam has, iam illas vocat. Et quemadmodum cum accipiter inuadit columbas, & vnã rapit, aliæ disperguntur, & sicut cum turbo aciem militum dispergit, ac deordinat, sereno postmodum lucente cælo agglomerantur milites passim, sic nunc dispersos lapides sanctorum Christi congregat, & in ordinem vocat.

Quanta vero affecti lætitia fuerint Christi discipuli viso Domino, dici vix potest. Hæc diuersitas est inter nocturnas aues, & diurnas, quod sole occubente, diæ aues lætitiã exuunt, nec volitant, nec canunt, contra vero nocturnæ aues tunc è latebris suis prodeunt, volant, ac vlulant. Cum vero sol oritur, aues diæ prodeunt, alas explicant suas, volant, & suauiter cantant, tunc vero nocturnæ aues latebras suas quærunt. Cum sol iustitiæ occubuit, videres Scribas ac Phariseos hilares, ac lætos, garristes blasphemantes, tunc Christi discipuli absconsi sunt, & tristitia summa grauati. Sed nolite lætari à Pharisei, hinc per prophetam ad eos loquitur Christus Dominus, ne læteris inimica mea super me, quia cecidi, confurgam. Licet currens dederim morti, ut occumberem, sed confurgam continuo, & eam vincam. Nunc autem procedit sol, & ut propheta ait, vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ, nunc turbantur custodes sepulchri, turbantur Pharisei, insaniuntque, discipuli vero Christi lætantur. Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriâmini omnes recti corde. Cum Dominus familiæ in dignitatem maximam euectus est, vniuersa familia lætatur, cum dux, vel princeps alterum principem superauit bello, vniuersi milites eius lætantur. Nunc Christus triumphator, victor que mortis procedit in lucem, nunc data est ei omnis potestas in cælo, & in terra, omnis eius familia summa lætitia afficienda est.

Proponuntur hodie nobis duo discipuli euntes Emaus, quos Christus, ut oves, colligit, & in caulam reducit, vbi congregati erant vndecim, ibant quasi oves errantes, ac desperantes, sed à pastore reducti sunt, qui eos quæsiuit ac reduxit. Sed antequam eorum explicemus viam, de nostra lætitia aliquid dicamus.

Nobis omnibus in hac resurrectione lætandum est, nullum enim mane adeo fuit mundo desideratum, ac hoc, nox longa præcesserat, in qua male homo infirmus habebat, sed iam aurora lucis rutilat, cælum laudibus intonat, mundus exultans iubilat, gemens infernus vlulat. Quoniam sicut in Adam omnes transiimus à luce gratiæ, in nocte peccati, ita in Christo translati sumus à nocte peccati in lucem gratiæ, à morte in vitam. Mirandum hoc plane est, tenebras materiales in lucem non præualere, sed facile vinci, ac superari à parua luce, peccati tamen tenebra adeo fuit potens, ut lucem, & solem Christum perimeret, hæc ait, est hora vestra & potestas tenebrarum. Et quemadmodum cum lucernam magnam extinguis, ut penitus ignis extinguatur, eius extincto lumine, expuis in eam, pede conculcas, & in terra vel pariete eam confricas, ut nec scintilla luminis maneat. Sic Iudæi ea rabie Christum occiderunt, ut eum

Michea. 7.
Mala. 4.

Eze. 34.

Luc. 12.

Esa. 26.

Zacha. 13.

Simile.

Simile.

Simile.

conculcarent, in eum expuerent, & mortuum sub grandi pe-
tra collocant, & custodiam militum adhibēt, ne vel parua lux
illius maneat: sed ecce hodie procedit lux ista in mundum,
impleturque illud, lux orta est iusto, & rectis corde letitia. Ho-
die Iudæis noua lux oriri visa est, honor, gaudium, & tripu-
dium, sententia enim mortis in vniuersum hominum ge-
nus lata reuocatur. Hodie in mundum procedit lux no-
stra, quæ extingui non valet, Dominus dixit ad me, filius
meus es tu, ego hodie genui te. Quæ verba accipi possunt
de æterna verbi generatione, & sic illud, hodie dies est æter-
nitatis, accipi etiam possunt de temporali natiuitate, & illud
hodie dies est natalis Christi, accipit verò hæc Psal. verba Pau-
lus de Christi Resurrectione, & sic illud, hodie dies est Re-
surrectionis, quia hodie natus Christus est in vitam immorta-
lem. Soles dicere, cum filius tuus in aliquod maximum dif-
ferentiam veniens, ereptus est, hodie mihi natus est, sic pater
æternus videns hodie vnigenitum suum procedere, morte
deuicta, superatis hostibus, tot perpensis laboribus, ego hodie
genui te, hodie mihi denuo natus es.

In hac ergo die multis de causis nobis lætandum est qua-
rum prior sit quod videamus Christum hilarem, gloriosum, om-
nibus bonis affluentem, & muneribus affectum pro tot per-
pensis laboribus. De quo manifestis verbis loquitur Psalmus
29. cui titulus est, in dedicatione domus Dauid Psalmus
canti. Domus ista Dauid corpus Christi est, de quo ille
ait, soluite tetraplum hoc, & in tribus diebus reedificabo illud.
hodie summa celebritate dedicatur hoc templum. Cum ædi-
ficatur domus, tunc sunt labor, puluis, ictus, & sudores,
sed ex ædificato templo vel domo, cum dedicatur, &
omnibus ostenditur pulchra apparet, & ornata. Iam transierunt la-
bores & sudores ædificij huius, iam ictus & puluis abscessit,
nunc omnia plena gloria apparent, & vulnera ipsa celestis
nestre sunt, quibus diuina bonitas & misericordia cernitur.

In hac ergo corporis sui dedicatione, sic canit Christus
Dominus, sicut Dauid eo in Psalmo Exaltabo te Domine,
quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super
me, Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me Domine

eduxi

Aeduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus
in lacum, factus sum inter mortuos liber. Conuertisti plā-
ctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum, & cir-
cundidisti me letitia. Præcipue nobis de hoc Christi bono læ-
tandum est, quia ille gloria, & honore decoratus est. Hoc ve-
rò nos Christo debemus, ipse enim in passione sua ita nostri
recordatus est, ita bonum curauit nostrum, vt se obliuisceretur,
& incommoda sua posthaberet, dum lucra nostra cu-
raret. Vt ergo nos tanto respondeamus amor, gaudendum
nobis nunc de bono Christi est, quia bonum ipsius est, hæc
gloria, & lætitia nobis sit quod Christus lætus & gloria orna-
tus est, quod qui præmio dignissimus est, eo decoretur, quod
victor & triumphator corona ornatur. Hoc enim ad amorē
amicitiæ pertinet. Raptus Ioannes est, vt videret festum diē,
qui hodie in cælis agitur Christo resurgenti, & vidit cantores
in Dei domo, & erat numerus eorū mille millium, habentes
singuli citharas, dicentium voce magna, dignus est agnus,
qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, honorem,
& gloriam, & benedictionem. Eorum gloria, gaudiumque
erat Christum intueri gloriosum. Iungamus ergo nos voces
terræ vocibus & cantico cæli, illi cantent Deo gloriam, & nos
respondeamus, Amen. Ideo Ioannes addit, omnem creaturā,
quæ in cælo est, & super terram, & sub terra, omnes audiui di-
centes sedenti in throno & agno, benedictio honor, & gloria
& potestas in sæcula sæculorum, Amen. Hoc ergo gaudium
sit nostrum, quod Ioseph noster viuit, quod Christus surre-
xit summa ornatus gloria.

Sed quanta gloria Christi corpus ornatum fuerit in Resur-
rectione, nulla lingua sufficit enarrare, quia enim gloria ani-
mæ illius excedit gloriam omnium beatorum simul sumptā,
gloria etiam corporis ex ea redundans excedit omnem glo-
riam corporum beatorum, quæ futura est in nouissimo die,
& omnium etiam angelorum, si corpora haberent. Addi-
tur etiam maximus gloriæ cumulus corpori illi prop-
ter vnionem ipsius ad verbum. Hic finis est laborum
Christi, hic terminus passionis: sicut enim egregius pictor su-
per laminā, aut tabulā lituras plures coloris purpurei immittit

& tu.

Psal. 96.
Ester. 8.

Psal. 2.

Acto. 13.
Simile.

Psal. 29.
Ioan. 7.

Simile.

Apoc.

Simile.

& tu id videns putas perditam tabulam esse illis lituris, sed ille arte sua ex illis efficit pulcherrimum hortum, flores plures depingens, quarum initium, & quasi bases illæ lituræ sunt. Ita vulnera sanguisque Christi per corpus aspera quasi lituræ erant, ex quibus hodie pater efficit flores pascha, suscitans floridum filium ornatum omni gloria, non iam gloria depicta, quæ facile tollatur, qualis ea, quæ in transfiguratione fuit, sed quasi oleo depicta est, nunc ut duret in æternum nulla pluuia vel ventis unquam perdenda. Et ideo gloriam transfigurationis vocare potes imaginem depictam, nõ oleo mixto coloribus, sed aqua vulgo dicitur *pintada al temple*, nunc in resurrectione, oleum adest ideo in debilis est, vulgo dicitur *pintada al olio*. Sicut vero terminus passionum Christi hic est, ita, hic etiam erit finis omnium laborum, quos Dei causa sustinuerimus, immensum certe gloriæ pondus. O felices labores, ò prædiuites nondinæ, ò mirabilis mercatura. Audi ò homo, cui seruias, cuius causa labores, non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius. Nõ ergo segnes efficiamini, sed imitatores eorum, qui fide, & patientia promissiones hæreditauerunt. Et Heb. 10. nolite amittere confidentiã vestram, quæ magnam habet remunerationẽ. Si placet corona, non displiceat bellum, si merces placet, non displiceat labor, quod enim Christo contigit, & tibi contiget, efficieturque in te, quod in Iacob, qui audit post luctam, non vocaberis vltra Iacob, idest, luctator, sed Israel erit nomen tuum, idest, videns Deum. Aliquando dices cum Psalm. lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala.

Sed in quibus, quæ sunt dotes corporis Christi, quas in resurrectione sua accepit, & nos in nostra recipere speramus? Quatuor à sanctis numeratur, quas colligunt ex Paulo dicente. *seminat in ignobilitate, surget in gloria, seminat in infirmitate, surget in virtute, seminat corpore animale, surget corpore spirituale.* Et ex illo Sap. fulgebunt iusti, & tanquam scintille in arundinetis discurrent. Si enim in vili veste palatium Assueri ingredi non licet, multo magis Dei regiam ingressuri corpus gloriosum accipient. Hæc vero dotes sunt, prima immortalitas, & impassibilitas;

Heb. 5.

Heb. 10.

Gen. 32.

Psal. 89.

1. Cor. 15.

Sap. 3.
Heb. 6.

A tas? secunda subtilitas, tertia agilitas, quam Paulus virtutem appellat, quarta claritas. Has hodie Christus suscepit, & nos corpore nostro suscipiemus, cum surgemus, & reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratum corpori claritatis suæ. Nunc verò mente, & animo illas suscipiamus, ut Christum resurgentem imitemur, iuxta Pauli sententiã, ut sicut Christus. *Rom. 6.* resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

Prima corporis Christi dos, quam imiteris, est impassibilitas, & immortalitas, quam explicat Paulus dicens, *seminat in corruptione surget in incorruptione, & iterum, oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem, & iterum, Deus reddet vnique secundum opera eius, ijs quidem, qui gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam.* Est autẽ hæc dos firmitas talis in statu suo, & vita gloriosa, ut dimoueri nullatenus possit ab eo. Et ratio huius impassibilitatis ex *D. Tho. in 4. distinctio. 49. quæst. 4. art. 5.* est quia nihil patitur passione propriè dicta, nisi ab agente, quod intendit assimilare sibi passum, ut euincatur, & superetur, ut patet in aqua igni admota. Hæc autem victoria cõtingere nequit, nisi forma passibilis debilitetur, & eius virtus attenuet. Post resurrectionem verò sicut anima beata erit omnino Deo subiecta, sic & corpus erit animæ subditum, atque ab ipsa perfectum, ut nul-

lum ei naturale agens dominari valeat, ut possit ipsum ab animæ dominio diuellere. Vnde *Aug. 13. de ciuit. exponens illud, seminatur corpus animale, surget spirituale, ait, nõ quod caro in spiritum conuertetur, sed quia spiritui summa, & mirabili obtemperandi facilitate subdetur vsq; ad implendã mortalitatis indissolubilem securissimam voluntatem, omni molestiæ sensu, omni corruptibilitate detracta.* Hanc verò dotẽ nunc nos imitari oportet, firmiter virtuti inhærentes, ut à Deo nullo modo separemur. Nam ut Paulus ait, tristitia, quæ secundum Deum est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. An non arma falsa ea iudicabis, quæ velut papyrus facile rumpuntur. Quomodo veram gratiam suscipisti, si tam facile à Deo discessisti? Si primo suscepto ictu murus decidit, & aduent. Eec neum

*Rom. 6.**1. Cor. 15.**1. Cor. 15.**Rom. 2.**D. Tho.**Aug.*

neum eum dices, & non potius vitreum? Miserrimum profecto est, heri surrexisse, & hodie rursus mori. An non miserum iudicares hominem, qui singulis annis moreretur? & resurgeret. Tam male te cum Deo habes, ut continuo eum relinquere velis? Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis ut dereliquerent me, & abirent post vanitatem, hæc per Hieremiam dominus loquitur. Sed ais, infirmus sum, & tanquam debilis decido facile. Natura quidem infirmus es, sed ideo tibi gratia concessa est, quæ semen est immortalitatis, & virtus cum ea tibi concessa est superior omni inferno. Hinc Ioannes, omnis qui natus est ex Deo non peccat (id est, accipit virtutem ad non peccandum) quia semen ipsius manet in eo. Infirmus dicat, quia fortis ego sum, Ioel ait. Quod si hanc vitam gratiæ securam habere velis, & firmiorem, fac, quod Adam in paradiso facturus erat, ne moreretur, comede ex arbore vitæ, Eucharistiã frequenter sume. O diuina arbor vitæ, quomodo neglectui haberis? Quis nunc voce præconis audiret, esse prope hanc ciuitatem arborem, cuius fructus in decennium vitam protrahebat, qua auiditate currerent omnes, ut de fructu eius comederent, & audis à Christo, qui manducat hunc panem viuet in æternum, & negligis ad eum accedere? Vis nosse, quæ ratione cito pereas? Iogè à Christo discedis, & periculis te exponis, occasiones non fugis, in domum ludis intras, mulierculas libeter, intueris, igni appropias & comburi non vis? inter viperas conuersari vis, & venenum vitare? Quis miserabitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropriant bestijs? Sic & qui comitatur cum viro iniquo, & obuelutus est in peccatis eius. Sapiens ait. His plane coniugit, quod iumentis, quæ ex puteis aquam hauriunt, quibus oculi clauduntur, ut in circuitu ambulent, & inflato flagello viam incipiunt, quod si aliquando paululum consistat, altero flagello accepto iterum in circuitu ambulant. Sic peccatores demon trahit, in circuitu impij ambulant Psal. ait, constitisti parum in quadragesima, ut viam iniquitatis non ambulares, iam te demon impellit, ut eam iterum percurras. Non sic iustus, sed sicut Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, propter immortalitatis dotem, sic iustus in sapientia ut sol permanet, stultus ut luna mutatur.

Secun-

A Secunda dos corporis gloriosi subtilitas. De qua Paulus, seminat corpus animale, surget corpus spirituale, id est, spiritui simile in subtilitate, non quod in spiritum corpus vertatur, quæ fuit quorundam hæresis, quam Aug. confutat. 13, de ciui. c. 23. nec quod aereum corpus futurum sit, ut putauit Eutichius episcopus Constantinopolitanus, ut Gre. ait. 14. mor. ca. 31. quicquid eo congressus est, sed quod virtute diuina hoc habeant, glorificata corpora, ut possint alia corpora penetrare, simul in eodem loco cum eis existendo, & sic penetrant caelos non eos rūpentes, sicut egressus est Iesus de sepulchro clauso, & ingressus est ad discipulos ianuis clausis. Hæc vero dotem ille in animo imitatur, qui spiritu omnia virtutis impedimenta superat. Hinc Petrus, & quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & quid patimini propter iustitiam, beati, timore autem eorum ne timueritis. Si Deus pro nobis, quis contra nos? murmurat ille, ridet alter, nihil curaueris. Impedimenta alia tibi dæmon, obijcit, omnia supera, nihil omnia crede, dum Deum habeas. Merces emis, & pro his, quæ mille valent, exiguntur à te solum decem numi cito eos das, quasi nihil dares. Quid grande à te peti potest, ut Deum habeas? quo in pretio dari Deus potest, ut non sit gratis datus? Habe ergo spiritum illum, de quo Esa. spiritus Iustorum quasi turbo impellens parietem, quia nihil ei resistere valet.

Tertia dos glorificati corporis agilitas est, de qua Paulus seminat in infirmitate, surget in virtute, quia summa agilitate anima corpus mouebit, ut cæli agilitas tarditas sit, si cum ea conferatur. Au. ubi volet spiritus, illic protinus erit & corpus. Quod ille explicat. 13. de ciui. c. 1. cum sanum est corpus, facilius ac velocius mouet ab anima, quam cum infirmum est, nunc ergo corpus quod corripitur, agruat animam, sed tunc erit corpus perfectè sanum ideo velocius mouebitur ad animæ nutum, tunc in motu locali, tum in quocumque alio opere. Ideo Sap. sicut scintille in arundinetis discurrunt, quia arundinetum propter arundinum tenuitatem & siccitatem aptissima est ignis esca, ideo cum primò minimam scintillam capit, illa perniciosissimo motu exilit in aliam & aliam partem. Hæc dotem imitatur qui velox est in operibus suis. Hinc Sapiens, vidisti hominem velocem in operibus suis, hic coram regibus ministrabit. Hinc animalia illa facta Eze. ibant, & reuertebant, in similitudinem fulguris coruscant.

Ecc 2

can.

Simile.

Hier. 2.

I. Ioan. 3.

Ioel. 3.

Simile.

Ioan. 6.

Eccles. 12.

Simile.

Psal. 117.

Eccles. 29.

Aug.

Greg.

1. Pet. 4.

Simile.

Esa. 27.

Aug. 22. de ciuit. c. vlt.

Sap. 3.

Prou. 29.

Eze. 1.

cantis. Et de rotis dicitur, quocumque ibat spiritus, illuc eunte **A**
 spiritu & rotæ pariter eleuabuntur, spiritus enim vite erat in ro-
 tis. Quo loco Hier. ait, corpus humanum, quod ex quatuor hu-
 moribus componitur, quando inhabitantem spiritum habet,
 ad bona opera velociter currit, ad pauperè subleuandū, ad orā-
 dum, & similia. Hunc spiritū Iob habebat, & Iesum suscitatum
 corde gestabat, qui ait, scio, quod redemptor meus uiuit, hoc
 uero ostendebat, cum rursus ait, oculus fuit cæco, pes clau-
 do &c. Hanc agilitatis dotem ostendit Christus Dominus, dū
 una die plures discipulos uisitat.

Quarta dos corporis glorificati claritas est, de qua Paulus se-
 minetur in ignobilitate, surget in gloria. Et Mat. 13. fulgebūt
 iusti sicut sol in regno patris eorū. Et Sapiens, fulgebunt iusti. **B**
 Quam claritatem Paulus gloriam appellat, quia est nobilitatis
 splendor, quo personæ excellentia omnibus innotescit. Erit ve-
 ro claritas ista in quolibet beatorum multo potior, quam solis
 claritas, quo mirabile, ac pulcherrimum corpus reddetur. Hæc
 uero dotem nunc imitatur iustus, cum per bona opera exem-
 plum lucis præbet alijs. De quo Christus Dominus ait, sic lu-
 ceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bo-
 na. Et Sapiens, iustorum uia sicut lux splendens, & crescens usque
 ad perfectā diē. Iustus crux est, sol est luna, & stella illuminans
 omnes. Hinc Paulus, omnia autē facite sine hæitationibus, &
 murmurationibus, ut sitis sine querela, & simplices filij Dei, si-
 ne reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter
 quos lucetis sicut luminaria in mūdo uerbū uitæ cōtinētia. Et **C**
 iterum, eratis aliquando tenebræ, nunc autē lux in Domino,
 ut filij lucis ambulate, fructus autē lucis in omni bonitate &c.
 Si Deus in te manet, abscondi non potest, sed lucis eius abyssus
 in te apparebit. Ignis magnus abscondi nequit. Si Deus ignis
 in te est, mittet lucem & scintillas per oculos tuos, per ostiū.
 An non uides Moysen è Dei consortio uenientem, qui luce
 plenus est. Hoc te lumine illustrandum, hæc gloria decorandū
 dum, uoluit Dominus, ut eum suscitatum imiteris nunc
 in animo, ut postea animo, & corpore eius in similibus inueniaris.

Errata.

Pag. 33. li. vlt. uedetur. le. uidetur. p. 82. li. 20. Euangeli le. Euāgelij
 p. 130. li. 34. protendebantur. le. protendebatur. * p. 134. li. 31. sine
 le. cum p. 139. lin. 2. mandi le mundi. p. 140. li. 9. phasis. le. phrasia
 pa. 173. li. 3. sine. le sine. pag. 176. lin. 4. uelut. le. uehit. pa. 210.
 li. 20. aut. le. ut. pa. 239. li. 4. vxi. le. vnxi. pag. 242. li. 17. fit. le. fir.
 pa. 255. li. 8. significabat. le. significabāt. pa. 279. li. 3. 4. sed, se.
 sed, se. leg. se, sed. se, sed. pag. 284. li. 7. patri. le. patris. pa. 290. li.
 12. uenti. docebatur. le. uento. ducebatur. pa. 294. li. 5. cessauit.
 le. cessabit. pa. 307. li. 11. non sumit. le. consumit. pa. 367. li. 21. 27.
 pacto. ego. le. peccato. ergo. pa. 297. li. 25. consensu. le. conscen-
 su. pa. 421. li. 24. ego. le. ergo. pa. 434. li. 30. præcipitabit. le. præci-
 pitauit. pa. 460. li. 21. uadolefcens. le. adolefcens. p. 462. li. 7. per
 disti. le. perdidisti, pa. 548. li. 5. sepiet. le. septies, pa. 593. li. 27. u-
 niuer, scilicet l. uniuersa, scilicet. p. 605. l. 34. facie. l. faciei, p. 645
 li. 33. 35. pliauerit. seruuerit. le. plicauerit. seruauerit, p. 685. li. vlt.
 maginis le. imaginis. pag. 709. li. vlt. obiuā, le. obuiā. pag. 693. li.
 14. nutrebat. le. nutriebat, pa. 700. li. 9. deuorauorāt, le. deuora-
 uerant. pa. 760. li. 8. potetefates. le. potestates, pa. 763. li. 15. in-
 undantibus, le. inundantibus. pa. 770. li. 4. calildior, le. callidior.

Con estas erratas esta correcto conforme a su ori-
 ginal este libro intitulado (Tomus Quintus Con-
 cionum de Aduentu) En fee de lo qual lo firme,
 en Salamanca oy. 14. de Oçtobre, 1593.

El Corrector, &c.

Manuel Corrêa de
Montenegro.

Ecc 3

Ad



Ad Lectorem.



SOLENT hoc tempore loci sacrae pagine, qui in aliquo opere exponuntur in breuem indicem conijci, quo facile inueniantur, quā consuetudinem nos etiam sequemur. Verum quoniam interdum huiusmodi locorum dumtaxat germanus sensus tangitur, interdū vero lōga & rationibus, alijsque scripturæ locis cōtexta amplificatio subnectitur, quæ maxime ab ijs, qui concionandi munus obeunt, expeti solet, ideo hic ritorumque index conficietur. Quare lectorem monitum vellem, ne oculos in solis locis, qui citantur, in indice figat, sed ea etiam, quæ locis sepe præmittuntur legendo percurrat, ex quibus locorum fusior em explicacionem petere possit.



INDEX

INDEX AVTHORITATVM sacrae Scripturae, quæ sparsim

in hoc opere explicantur ab authore, secundum ordinem veteris ac noui testamenti.

Ex Genesi.



- Ap. 2. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandam superficiem terræ. p. 78.
- Misit Dominus soporem in Adam. p. 135.
- Plātauerat De^o paradisu, in quo posuit hominē. p. 212.
- Cap. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. p. 30.
- Aperientur oculi vestri. p. 41.
- Inimicitias ponam inter te, & mulierem. p. 138.
- Cur præcepit vobis Deus &c. p. 188.
- Adam vbi es? p. 250.
- Puluis es, & in puluerem reuerteris. p. 252.
- Cap. 4. Ecce eijcis me hodie à facie tua. p. 13.
- Sub te erit appetitus eius. p. 261.
- Maior est iniquitas mea, quam vt veniam &c. p. 617.
- Vagus, & profugus eris super terram. p. 463.
- Cap. 5. Vocauit Enos, hic cæpit inuocare nomen Dñi, p. 98.
- Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ. p. 147.
- Ambulauit Enoch cum Deo. p. 151.
- Cap. 6. Noe vir iustus cum Deo ambulauit. p. 151.
- Sensus, & cogitatio cordis humani prona sunt ad malum. p. 290.
- Cap. 7. Ingressus est Noe, & filij eius, vxor eius, & vxores filiorū eius in arcam. p. 349.
- Cap. 9. Arcum meum ponam in nubibus cæli &c. p. 340.

INDEX.

- Cap. 11. Descendit, vt videat terram. p. 634.
 Cap. 13. Elige quam malueris partem. p. 214.
 Cap. 17. Cecidit Abraham in faciem suam. p. 21.
 Cap. 18. Descendi, vt viderem &c. p. 634.
 Cap. 19. Noli respicere post tergum. p. 371.
 In monte saluum te fac. p. 396.
 Cap. 21. quia fecisti hanc rem &c. p. 110.
 Pater portabat ignem & gladium. p. 542.
 Cap. 25. Dedit Abraham cuncta, quæ possederat Isaac, filijs concubinarum largitus est munera. p. 460.
 Abijt parui pendens, quod primogenita vendidisset. p. 472.
 Cap. 27. Expauit Isaac stupore vehenti &c. p. 269.
 Sume tibi pharetram & arcum &c. p. 396.
 Esau irrugijt clamore grandi. p. 461.
 Cap. 28. Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo &c. p. 431.
 Cap. 32. Minor sum cunctis miserationibus tuis. p. 218.
 Cap. 33. Rachel & Ioseph posuit Iacob vltimo loco. p. 497.
 Cap. 35. Filius dicitur Benoni, & Benjamin. p. 74.
 Dederunt ei omnes Deos alienos, & ille infodit subter therebinthum. p. 428. (378.)
 Cap. 49. Vidit requiẽ quod esset bona, & terrã, quod optima. p. Benjamin lupus rapax &c. p. 430.
 Ligans ad vineam pullum suum. p. 725.
 Cap. 50. Obsecro, vt obliuiscaris scelerũ fratrum tuorum &c. p. 279.

Ex Exodo,

- Cap. 3. Vidit Deus afflictionem populi Israel clamantis ad se, & cognouit eos. p. 289.
 Vidi afflictionem populi mei. p. 558.
 Cap. 5. Dñm non noui, & Israel non dimittam. p. 251.
 Cap. 6. Et nomen meum Adonai non indicaui eis. p. 95.
 Cap. 9. Ego indurabo cor Pharaonis. p. 404.
 Cap. 10. Cuncti gregis pergunt nobiscum, præsertim cum igno-remus, quid debeat immolari. p. 276.
 Factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti. p. 586.
 Cap.

INDEX.

- Cap. 20. Deus sub nube & nebula. p. 11.
 Locutus est Dominus cunctos sermones hos. p. 225.
 Sex diebus operaberis, septima autem die &c. p. 566.
 Cap. 23. Nec contenedu putes, quia est nomen meum in illo. p. 106.
 Cap. 24. Viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini. p. 345.
 Cap. 25. Facient mihi tabernaculum, & inhabitabo in medio eorum. p. 43.
 Tabernaculum dicitur propitiatorium. p. 216.
 Pones super mensam meam panes propositionis in conspectu meo semper. p. 483.
 Cap. 31. Expandit alas suas, & assumpsit eos. p. 376.
 Cap. 32. Sedit populus meus manducare, & bibere & surrexerunt ludere. p. 161.

Ex Numeris,

- Cap. 11. Vt quid nos ex Aegypto eduxisti, vbi comedebamus pisces gratis. p. 127.
 Sepulchra concupiscentiarum. p. 440.
 Cap. 14. Magnificetur ergo fortitudo Dñi, parcens &c. p. 285.
 Cap. 15. Faciat sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentis in eis vittas hyacinthinas. p. 423.
 Cap. 20. Percutit Moyses virga petram bis. p. 500.
 Aperi domine thesaurum tuum fontem aque viue. p. 648.
 Cap. 24. qui cadens apertos habet oculos. p. 368.
 Cap. 25. Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem &c. p. 423.

Ex Leuitico.

- Cap. 4. Si sacerdos qui est vnctus peccauerit, delinquere faciens populum &c. p. 422.
 Cap. 19. Non semines terram diuerso semine, &c. p. 202.
 Cap. 25. Mea est terra Israel, & vos aduenæ, & coloni mei estis.
 pagina. 28.

Ecc 5

Ex Deute

INDEX.

Ex Deuteronomio.

- Cap. 4. Hæc est vestra sapientia, intelletus &c. p. 556.
 Scitis, quod docuerim vos præcepta &c. p. 582.
 Cum quaesieris Dominum Deum tuum, inuenies eum, si tamẽ
 in toto corde quaesieris. p. 111.
 Custodi temetipsum, & animam tuam felicitate. p. 176.
 Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquan-
 tes sibi sicut Deus &c. p. 362.
 Cap. 6. Erantque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in cor-
 de tuo &c. p. 367. & 423.
 Cap. 7. Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui
 est. p. 35. & p. 304.
 Dominus Deus tuus in medio tui est. p. 362.
 Cap. 10. Et nunc Israel quid Dominus petit à te nisi vt timeas
 Dominum. p. 534.
 Cap. 21. Quædo peccauerit homo, & appensus fuerit in patibulo
 &c. p. 605.
 Cap. 22. Nõ indueris veste, quæ ex lana lineaq; cõtexta sit. p. 203.
 Si in agro violatur virgo, aut in ciuitate &c. p. 360.
 Cap. 23. Ammonites &c. non intrabunt in templum &c. p. 486.
 Cap. 26. Dominum elegisti hodie &c. p. 240.
 Cap. 29. Nõ dedit vobis Dñs cor intelligens, & oculos videntes
 &c. p. 336.
 Cap. 30. Testes inuoco hodie caelum, & terram, quod proposue-
 rim vobis vitam, & mortem. p. 239.
 Reducet te Dñs de captiuitate tua, ac miserebitur tui &c. p. 293.
 Mādātū hoc, quod ego præcipio tibi hodie, nõ supra te est &c. p.
 346.
 Cap. 32. Congregabo super vos mala &c. p. 14.
 Ingratus est dilectus, & recalcitrauit. p. 161.
 Excitatus est tanquam dormiens Dominus. p. 178.
 Deum, qui te genuit, dereliquisti. p. 211.
 Iacob funiculus hæreditatis eius. p. 362.
 Fel draconum vinum eorum &c. p. 453.
 Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus. Et ego prouo-

cabo

INDEX.

cabo eos in eo, qui non est populus. p. 457.
 Nunquid non ipse est pater tuus? p. 459.
 Vtinam saperent, & intellerent. p. 460.

Ex Iosue.

- Cap. 1. Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum. p. 151.
 Cap. 7. Surripuit Achan regulam auream. p. 439.

Ex libro Iudicum.

- Cap. 3. Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in
 eis Israel. p. 518.
 Cap. 5. Noua bella elegit Dominus. p. 66.
 Cap. 9. Percute me, ne dicatur me à muliere interfectum. p. 308.
 Ierunt ligna ad oliuam. p. 351.
 Umbras montium vides. p. 417. (p. 73.)
 Cap. 14. Nisi arassetis in vitula mea, nõ inuenissetis propositionem.
 Cap. 16. Nesciebat, quod Dominus recessisset ab eo. p. 124.

Ex libro primo Regum.

- Cap. 2. Dominum formidabunt aduersarij eius &c. p. 7.
 Suscitatur de puluere egenum &c. p. 190.
 Cap. 4. Afferamus ad nos arcam Dei, & sit in medio nostri. p. 35.
 Cap. 10. Stetitque in medio populi, & altior fuit vniuerso popu-
 lo. pag. 35.
 Cap. 13. Filius vnius anni erat Saul. Duobus annis regnavit su-
 per Israel. p. 599.
 Cap. 17. Quid feci nunquid non verbum est? p. 66.
 Cap. 25. Cor Nabai simile lapidi. p. 442.
 Cap. 28. nunc videbis, quæ facturus est seruus tuus. p. 208.

Ex secundo Regum.

- Cap. 6. Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, &c. p. 65.
 Cap. 7. Quis sum ego, & quæ domus patris mei? p. 218.
 Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. p. 283.
 Cumque completi fuerint dies tui &c. p. 726.

Cap.

INDEX.

- Cap. 11. Non te frangat ista res varius enim euentus est belli, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius. p. 307.
- Cap. 12. Diues accipit pauperis ouem. p. 430.
- Cap. 16. Dimittite, vt maledicat, Dominus enim præcepit ei, vt maledicat Dauid. p. 281.
- Cap. 21. Tollens Respha cilicium substrauit sibi &c. nec dimisit aues, eos lacerare per diem &c. p. 359.
- Cap. 23. Dauid sapientissimus omnium sedet in cathedra quasi tenerimus ligni vermiculus. p. 78.

Ex tertio Regum.

- Cap. 10. Lanceas, & scuta aurea fecit Salomon. p. 130.
- Cap. 12. Nō ascēdetis, neq; bellabitis cōtra fratres vestros. p. 282.
- Cap. 17. Surge, & vade in Sarepta Sidoniorum &c. de tota illa viduæ historia. p. 482. & sequentibus.
- Cap. 19. Surge, comede grandis tibi restat via. p. 243.
- Spiritus grandis conterens petras. p. 405.
- Cap. 20. Loquitur propheta in nomine dñi, percutē me. p. 24.
- Cap. 21. Irascitur Deus quod Achab vineam surripiat, vt hortum conficiat. p. 27.
- Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? p. 260.

Ex quarto Regum!

- Cap. 4. Clausit ostium super se. p. 73.
- Non habeo in domo mea nisi parū olei, quo vngar. p. 436.
- Cap. 5. De tota historia Naaman vide. p. 489. & deinceps.
- Cap. 17. Et testificatus est Dominus in Israel, & in Iuda per manum omnium prophetarum, & videntium dicens, reuertimini à vijs vestris pessimis &c. p. 452.

Ex libris Paralipomenon.

2. Paralipomenon 15. si quæsieritis eum, inuenietis, &c. p. 110.
2. Paralipomenon 25. si putas in robore exercitus bella consistere

INDEX.

re, faciet te Dominus superari ab inimicis tuis. p. 304.

Ex libris Esdræ.

3. Esdræ. 6. Tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis &c. p. 197.
4. Esdræ. c. 2. Fugite umbram sæculi huius. p. 417.

Ex libro Tobia.

- Cap. 1. Quem ab infantia timere Deum docuit. p. 359.
- Cap. 3. Hoc pro certo habeat omnis, qui te colit, quod vita eius si in probatione fuerit coronabitur. p. 178.
- Cap. 14. Scio enim, quod iniquitas eius finem dabit. p. 349.

Ex libro Iudith.

- Cap. 5. Nunc ergo mi Domine perquire, si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei, & ascendamus ad illos, quoniam tradet illos Deus &c. p. 288.

Ex libro Ester.

- Cap. 1. Non solū regē læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, egrediet enim sermo reginæ ad omnes mulieres &c. p. 422.

Ex Iob.

- Cap. 1. Nunquid Iob frustra timet Deum. p. 554.
- Si bona suscepimus de manu Domini, mala &c. p. 280.
- Extende paululum manum tuam. p. 352.
- Offerebat sacrificia per singulos. p. 359.
- Cap. 2. Sicut Domino placuit, sic factum est. p. 178.
- Manus Domini tetigit me. p. 280.

Cap.

INDEX.

- Cap. 3. Vidi impium infirma radice, & maledixisti statim &c. pag. 193.
 Non computetur in diebus anni. p. 208.
 Dies ille vertatur in tenebras &c. p. 247.
 Cap. 5. Homo nascitur ad laborem. p. 179. & 212. (292)
 In vastitate, & fame ridebis, & bestias terræ nō formidabis &c. p.
 Voca, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquē sanctorū cōuertere.
 pag. 468.
 Cap. 7. Quare posuisti me contrarium tibi &c. p. 291.
 Visitas eum diluculo, & subito probas illum. p. 300.
 Fugit velut vmbra. p. 420.
 Cap. 8. Ante omnes herbas arescit. p. 608.
 Cap. 9. Si voluero me iustificare, os meū condēnabit me. p. 456.
 Si occidit, occidat semel, & non de pœnis &c. p. 613.
 Cap. 10. Memento, quod sicut lutum feceris me &c. p. 364.
 Cap. 12. Recede à nobis, scientiā viarū tuarū nolumus. p. 372.
 Cap. 13. Contra folium, quod vento rapitur, &c. p. 255.
 Responde mihi, quantas habeo iniquitates, & peccata & scelera
 mea ostende mihi. p. 428.
 Et si occiderit me, sperabo in eum. p. 554.
 Cap. 14. Quis mihi tribuat, vt agnoscam, & inueniam illū, veniā
 vsque ad solium eius &c. p. 17.
 Nunquam in eodem statu permanet. p. 246.
 Cap. 17. Post tenebras videbo lucem &c. p. 121.
 Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. p. 305.
 Cap. 18. Præcipitabit eum consilium suum. p. 434.
 Exardescet contra eum sitis. p. 524.
 Cap. 19. Manus Domini tetigit me. p. 352.
 Cap. 20. Gaudium hypocritæ ad instar puncti. p. 241.
 Cogitationes variæ succedunt sibi. p. 246.
 Ossa eius replebuntur vitijs adolescentiæ &c. p. 506.
 Cap. 22. Acquiesce Deo, & pacem habeto &c. p. 115.
 Qui dicunt Deo recede à nobis &c. p. 116.
 Quid prodest Deo, si iustus fueris &c. p. 156.
 Cap. 24. Ab aquis niuium ad calorem nimum. p. 524. (p. 557)
 Ca. 27. Dū superest halit⁹ in me, nō loquē̄ labia mea iniquitatē.
 Cap. 29. Oculus sui cæco, & pes claudō. p. 28.

Capi

INDEX.

- Cap. 31. Si vidi solem, cum fulgeret, & lunam incedentem clarē
 & lætatum est cor meum &c. p. 39.
 Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum. p. 450.
 Si negaui quod volebant pauperibus. p. 721.
 Cap. 32. En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod
 lagunculas nouas dirumpit. p. 86.
 Ca. 33. A hominabilis ei fit in vita sua panis, appropinquauit mor-
 tiferis. p. 525.
 Cap. 34. Opus hominis reddet ei. p. 217.
 Cap. 36. Et non est ei similis in legislatoribus. p. 583.
 Cap. 38. Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de
 vulua procedens? p. 175.
 Nunquid ingressus es thesauros niuis. p. 190.
 Procul odoratur bellum. p. 306.
 Nunquid valebis coniūgere micantes stellas Pleyades &c. p. 325.
 Cap. 39. Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius
 clamant ad Dominum. p. 484.
 Cap. 40. Sub vmbra dormit. p. 418.
 Absorbebit fluuium, & non mirabitur. p. 462.
 An extrahere poteris leuiatham hamo. p. 472.
 Per gyrum dentium eius formido. p. 474.
 Protegunt vmbra vmbra eius. p. 716.
 Cap. 41. Factus est, vt nullum timeat. p. 298.
 Faciem eius præcedit egestas. p. 306.
 Cor eius indurabitur tanquam lapis. pag. 404.
 Reputabit quasi paleas ferrum. p. 471.

Ex Psalterio.

- Psal. 1. In lege eius meditabitur die ac nocte. p. 231.
 Nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorū peribit. p. 318.
 Psal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu. p. 74.
 Seruite domino in timore &c. p. 114. & 161.
 Ego autem constitutus sum ab eo rex. p. 238.
 Qui habitat in cælis, irridebit eos. p. 343.
 Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. p. 457.
 Apprehendite disciplinam. p. 557.
 Psal. 4. Exurge, quare obdormis Domine? p. 177.
 Psal. 5. Auferuntur iudicia tua à facie eius &c. p. 3.

Psal.

INDEX.

- Pfal. 6.** Laboravi in gemitu meo. p. 302. & 332.
 Conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde. p. 332.
- Pfal. 7.** exurge Domine Deus in præcepto, quod mandasti, & Synagoga populorum circumdabit te. p. 77. & p. 160.
- Pfal. 8.** Quid est homo, quod memor es eius? p. 97. C.
 Constituisti eum super opera &c. p. 60.
- Pfal. 9.** Cognoscetur Dominus iudicia faciens. p. 6.
- Pfal. 10.** Vt quid Domine recessisti longè. p. 406.
- Pfal. 13.** Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. p. 430.
 Veloces pedes eorum ad effundendum &c. p. 530.
- Pfal. 14.** Quis ascendet in montem Domini &c. p. 379.
- Pfal. 15.** Insuper & vsq; ad mortè increpuerunt me renes &c. p. 263
 Sortes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. p. 461.
- Pfal. 16.** Sub vmbra alarum tuarum protege me. p. 114.
 Oculos suos statuerunt declinare in terram. p. 116.
 Probasti Domine cor meum &c. p. 231.
 Propter verba labiorum ego custo diui vias &c. p. 396.
- Pfal. 17.** Ascendit super Cherubim, & volauit. p. 71. & 237.
 Intonuit de cælo Dominus &c. p. 333.
 Dolores inferni circumdederunt me. p. 394.
 Persequar inimicos meos, & comprehendam illos. p. 490.
 Cum peruerso peruerteris. p. 570.
- Pfal. 18.** Ab alienis parce seruo tuo. p. 39.
 Et in custodiendis illis retributio multa. p. 211.
 Exultauit vt gigas ad currendam viam. p. 530.
 Lex domini immaculata, conuertens animas. p. 581.
- Pfal. 21.** Reminiscetur, & conuertentur ad Dominum. p. 36.
 Ego autem sum vermis. p. 78.
- Pfal. 22.** Dominus regit me, & nihil mihi deerit. p. 483. 559.
 Super aquam refectiois educauit me. p. 658.
- Pfal. 23.** Hæc est generatio quærentium dominum. p. 146.
- Pfal. 24.** Dulcis, & rectus Dñs, propter hoc legem dabit. p. 271.
- Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. p. 314. & 588.**
- Pfal. 26.** Faciem tuam Domine requiram. p. 111.
- Pfal. 29.** Eduxisti ab inferno animam meam. p. 394.
- Pfal. 30.** Quam magna multitudo dulcedinis tuæ &c. p. 153.

Pfal.

INDEX.

- Pfal. 31.** Pro hæc orabit ad te omnis sanctus in tēpore opportuno.
 pag. 467.
 Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea. p. 477.
 Cōuersus sū in ærūna mea, dū cōfigitur spina. p. 616.
- Pfal. 33.** Mors peccatorum pessima. p. 602.
 Quoniam apud te est fons vitæ. p. 652.
 Aures eius in preces eorum. p. 360.
 Diuites eguerunt, & esurierunt. p. 483.
 Venite filij audite me, timorem Dñi docebo vos. p. 359.
 Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. p. 2.
 Gustate, & videte, quoniam suavis est Dñs. p. 90. & p. 153.
 Cum ceciderit, non collidetur. p. 177.
- Pfal. 35.** Homines, & iumenta saluabis Dñe. p. 189. 351.
- Pfal. 36.** Delectare in Domino &c. p. 89.
 Vidi impium superexaltatum sicut cedros &c. p. 193.
- Pfal. 37.** Dereliquit me virtus mea, &c. p. 340.
- Pfal. 38.** Ecce mensurabiles posuisti dies meos. p. 208.
- Pfal. 39.** Deus meus volui. p. 372.
 Cōprehēderūt me mala, quorū non est numerus p. 472.
- Pfal. 41.** fuerunt mihi lacrymæ meæ panes &c. p. 44.
- Pfal. 42.** Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. p. 587.
- Pfal. 43.** Obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ. p. 177.
 Nec enim in gladio suo possederunt terram, &c. p. 304.
 Humiliaasti nos in loco afflictionis. p. 446.
- Pfal. 44.** Omnis gloria filiz regis ab intus. p. 30.
 Circundata varietate. p. 121. & 246.
 Sagittæ tuę acutę, populi sub te cadēt, in corda &c. p. 504.
- Pfal. 45.** Venite, & videte opera Domini, prodigia &c. p. 555.
- Pfal. 48.** Sepulchra eorum domus illorū in æternum. p. 443.
 Postea in ore suo complacebunt. p. 509.
 Ne timueris, cū diues factus fuerit homo. p. 52. & p. 193.
 Laborabit in æternum &c. p. 215.
- Pfal. 54.** Quis dabit mihi pennas sicut columbæ. p. 244.
 Vidi iniquitatē, & cōtradictionē in ciuitate &c. p. 421. (es. p. 172)
- Pfal. 55.** In quacūq; die inuocauero te, ecce cognoui, quia Deus meus.
- Pfal. 56.** Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. p. 56.
- Pfal. 57.** Si utiq; est fructus iusto, utiq; est Deus iudicās eos in terra. p. 2

Ff

Famem

INDEX.

- Famem patientur vt canes. pa. 465. (p. 237.)
 Pfa. 58. Nō est similis tui in dijs Dñe, & nō est secūdū opera tua.
 Tu Domine deridebis eos. p. 343.
 Fortitudinem meam ad te custodiam. p. 591.
 Pfa. 59. Dediti metuētibus te significationē, vt fugiāt &c. p. 16.
 Ostēdisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctio
 nis. p. 446.
 Pfa. 61. Semelloquitur Deus, duo hæc audiui. p. 76.
 Reddet vnicuique secundum opera sua. p. 217.
 Pfa. 62. Sicut adipe, & pinguedine &c. p. 133.
 Pfa. 64. Benedices coronæ anni benignitatis, &c. p. 109.
 Multiplicasti, locupletare eam. p. 220.
 Pfa. 65. Transiuimus per ignem, & aquam. p. 290.
 Probasti nos Domine, igne nos examinasti. p. 447.
 Pfa. 67. Ibi Bējamin adolescētulus in mētis excelsu. p. 87.
 Mirabilis Deus in sanctis suis. p. 92.
 Pluuiam voluntariam &c. p. 372.
 Pfa. 68. Veni in altitudinem maris, & tempestas &c. p. 157.
 Ne absorbeat me profundum &c. p. 157.
 Pfa. 70. Confitebor tibi in vasis Psalms. p. 133.
 Pfa. 71. Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum. p. 170.
 Pinguescent speciosa deserti &c. p. 227.
 Qui facit mirabilia magna solus. p. 571. (&c. p. 3.)
 Pfa. 72. In labore hominū nō sunt, &c. ideo tenuit eos superbia,
 Quid mihi est in cælo, & à te quid volui &c. p. 90.
 Quam bonus Israel Deus, his &c. p. 237.
 Posuerunt in cælum os suum. p. 441.
 Ecce qui elongant se à te peribunt. p. 462.
 Pfa. 75. Dormitauerunt, qui ascenderunt equos. p. 183.
 Tu terribilis es, & quis resistet tibi. p. 352.
 Pfa. 76. In adinventionibus tuis exercebor. p. 76.
 Hæc mutatio dexteræ excelsi. p. 170.
 Anticipauerunt vigilias oculi mei. p. 374.
 Vox tonitruī in rota. p. 606.
 Pfa. 77. Fili ephren intendentes, & mittentes arcum con
 uersi sunt in die belli. p. 27.
Aperiant in parabolis os meum &c. p. 195.

INDEX.

- Propitius erit peccatis eorū, & nō disperdet eos &c. p. 365
 Cum occideret eos, querebant eum. p. 431.
 A dhuc escē erāt in ore ipsorum, & ira Dei &c. p. 440.
 Pfa. 79. Incensa igne & suffossa &c. p. 55.
 Et arbuta eius cedros Dei. p. 451.
 Pfa. 80. Dimisi eos secūdū desideria cordis eorū. p. 115. 348.
 Buccinate in Neomea tuba, quia præceptum &c. p. 583.
 Pfa. 81. Ego dixi dij estis. p. 59.
 Vos autem sicut homines moriemini. p. 254.
 Pfa. 83. Quam dilecta tabernacula tua &c. p. 382.
 Ibunt de virtute in virtutem. p. 558.
 Cor meum, & caro mea exultauerūt in Deū. p. 262. 385.
 Pfa. 84. Loquetur pacem in eos, qui cōuertuntur ad cor. p. 363.
 Non est similis tui in dijs Domine &c. p. 401.
 Pfa. 85. Misericordia tua magna est super me. p. 353. 544.
 Pfa. 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. p. 380.
 Pfa. 87. Omnes fluctus tuos induxisti super me. p. 21.
 In laboribus à iuuentute mea. p. 398.
 Sicut vulnerati dormientes in sepulchris. p. 412.
 Pfa. 88. Votum vouit Deo Iacob, si introiero in tabernaculum
 domus meę &c. p. 43.
 Beatus populus, qui scit iubilationem. p. 118.
 Tu vero repulisti, & despexisti &c. p. 239.
 Pfa. 90. Inuoca me in die tribulationis. p. 289. (460.)
 Pfa. 91. Vir insipiens nō cognoscer, & stultus nō intelliget hæc. p.
 Iustus vt palma florebit. p. 710. (172.)
 Pfa. 92. Testimonia tua credibilia facta sūt nimis. p. 92. & p. 169. &
 Pfa. 93. Dixerunt, non videbit Dominus. p. 178.
 Vsq; quo peccatores Dñe, vsq; quo peccatores &c. p. 181.
 Pfa. 96. Nubes caligo in circuitu eius. p. 11.
 Pfa. 97. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. p. 305.
 Pfa. 98. Vlscifcens in omnes ad inuentiones eorum. p. 569.
 Pfa. 100. Ambulās in via immaculata, hic mihi ministrabit. p. 174.
 Pfa. 102. Posuisti tenebras, & facta est nox &c. p. 247.
 Pfa. 104. Querite faciem eius semper. p. 116.
 Labores populorum possederunt, vt custodiant iustifica
 tiones eius. p. 192. & 484.

INDEX.

- Pfal. 106.** Misit verbum suum, & sanauit eos. pa. 99.
 Dixit, & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus
 eius, &c. pa. 171. c. (269.)
 Posuit flumina in desertu, & exitus aquarum in satim. p.
 Statuit procellam eius in auram, pa. 294.
 Misit verbum suum, & sanauit eos. p. 375.
 Turbati sunt & moti sunt sicut Ebrius. pa. 466.
- Pfal. 108.** Dilexit maledictionem, & veniet ei, p. 13.
 Deus laudem meam, &c. 770.
- Pfal. 109.** Iurauit dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos
 in æternum. pa. 548.
- Pfal. 110.** Redemptionem misit dominus populo suo. p. 98.
 Misericors, & miserator dominus. p. 351.
- Pfal. 113.** Similes illis fiant, qui faciunt ea. p. 476.
- Pfal. 114.** Dillexi, quoniam exaudiet dominus vocem orationis
 meæ, quia inclinauit aurem suam, &c. pa. 360.
 Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusan-
 das excusationes in peccatis. p. 511.
- Pfal. 115.** Dirupisti vincula mea &c. p. 206. (619.)
 Quid retribuam Dño pro omnibus, quæ retribuit mihi? p.
- Pfal. 117.** Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est
 in caput anguli. p. 456.
- Pfal. 118.** In toto corde meo exquisiui te, &c. p. 115.
 Beati, qui scrutantur testimonia eius. p. 118. (602.)
 Iniquitate odio habui, & abominatus sum. p. 169. 373. &
 Iuravi & statui custodire iudicia, &c. pa. 231. 373
 Viam mandatorum tuorum cucurri. pa. 243. (311.)
 In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccet tibi. p.
 Hæc me consolata est in humilitate mea quia eloquium
 tuum viuificauit me. pa. 363.
 Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas
 propter retributionem. pag. 423.
 Increpasti superbos, maledicti, qui declinant a manda-
 tis tuis. p. 462.
 Confitebor tibi in directione cordis, &c. pa. 515.
 Legem pone mihi Domine. p. 581.
 Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, &c. p. 582.

Pax

INDEX.

- Pax multa diligentibus legem tuam &c. pag. 582.
 Adhæsit pavimento anima mea. pag. 609.
 Quam dulcia faucibus mei eloquia tua. pa. 644.
 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. pa. 690.
 Funes peccatorum circumplexi sunt me. pag. 723.
- Pfal. 121.** Quia illic sederunt sedes in iudicio &c. pa. 468.
- Pfal. 124.** Non relinquet dominus virgam peccatorum super sor-
 tem iustorum &c. pa. 191.
- Pfal. 125.** Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua, venien-
 tes autem venient cum exultatione, &c. p. 4.
- Pfal. 126.** Surgite, postquam sederitis. pa. 243.
- Pfal. 128.** Sæpe ex pugnaverunt me à iuuentute mea. p. 678.
 Supradorium meum fabricauerunt peccatores. &c.
 pag. 777.
- Pfal. 129.** Copiosa apud eum redemptio. pa. 206.
- Pfal. 136.** Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram.
 pa. 505.
- Pfal. 138.** Funiculum meum inuestigasti. p. 569.
- Pfal. 140.** Corripiet me iustus in misericordia. pa. 500.
- Pfal. 142.** Doce me facere voluntatē tuā, quia Deus meus es tu. p. 580.
- Pfal. 143.** Beatus populus, cuius dominus Deus eius. pa. 240.
 Eripe me, & libera me de aquis multis. pa. 62 c.
- Pfal. 144.** Miserationes eius super omnia opera eius. pa. 315. 350.
- Pfal. 146.** Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in ti-
 bijs viri, &c. pa. 73.
 Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis, &c. p. 484.
- Pfal. 147.** Emittet verbum suum, & lique faciet ea. pa. 109.
 Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua, &c. p. 583.
- Pfal. 148.** Emitte manū tuā de alto, eripe me, & libera me de aquis
 multis. pa. 157.
 Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. pa. 347.
 Præceptum posuit, & non præteribunt. p. 579.

Ex Prouerbis.

- Cap. 1.** Ego in interitu vestro ridebo. p. 175. & p. 343.
 Quia vocaui, & renouistis. pa. 213. (pa. 253.)
 Usque quo paruuli, &c. Er stulti ea, quæ sibi sunt noxia, &c.

Fff 3

Suisq;

INDEX.

- Suisq; consilij saturabuntur. p. 569.
- Cap. 2. Si quaeris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros es foderis illam &c. p. 111.
Generatio, quæ pro dentibus habet gladios. p. 430.
- Cap. 3. Ne deficias, cum à Deo corripere. p. 290.
Honora dominum de substantia tua, & deprimitijs omniũ frugum tuarum da pauperibus. p. 489.
- Cap. 4. Omni custodia ferua cor tuum. p. 505.
- Cap. 5. Ne intuearis vinum, quando flauescit. p. 136.
Et eris quasi dormiens in medio mari. p. 183.
Deriuentur fontes tui foris. p. 652.
Impius finibus peccatorum suorum constringitur. p. 723.
- Cap. 6. Usque quo piger dormies? p. 183.
Pedes veloces, ad currendum ad malum. p. 530.
Zelus, & furor viri non parcat. p. 551.
- Cap. 8. Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. p. 410.
- Cap. 12. Nõ cõtristabit iustã, quicquid acciderit ei. p. 178. (715)
In semita iustitiæ vita, iter autẽ deuiũ ducit ad mortẽ. p.
- Cap. 13. Vult, & non vult piger. p. 373.
Vetẽ autẽ impiorũ insaturabilis. pa. 462. & 562. & 650.
- Cap. 14. Acceptus est regi minister intelligens. p. 280.
- Cap. 15. Longe ab impijs Deus. p. 33.
Risus dolore miscebitur. p. 121.
- Cap. 16. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbiũ. p. 285.
- Cap. 19. A Domino autem proprie vxor prudens. p. 149.
- Cap. 21. Qui innititur mēdacijs, impinget ad laqueos &c. p. 419.
- Cap. 23. Vulnerauerunt me, & non dolui. p. 472.
Fili, præbe mihi cor tuum. p. 504.
- Cap. 25. Et eris sicut dormiens in medio mari. p. 176.
- Cap. 27. Quomodo probat aurũ, ita homo ore laudantis. pa. 394
Melior est manifesta correctio, quã amor abscondit. p. 509.
- Cap. 28. Beatus vir, qui semper est pauidus. p. 176.
- Cap. 29. Qui delicate nutrit fenum suum, postea sentiet illum contumacem. p. 31. & 166.
Repentinus ei superueniet interitus. p. 608.
- Cap. 30. Ne forte fatiatus illiciar ad negandum Deum. p. 212.
Omnis

INDEX.

- Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est omnib; &c. p. 311.
Per ancillã, cum fuerit hæres dominæ suæ. p. 355.
- Cap. 31. Laudent eam in portis opera eius. p. 28.
Mulierem fortem quis inueniet? p. 138.
Facta est quasi nauis institoris. p. 173.

Ex libro Ecclesiastes,

- Cap. 1. Omnia tempus habent. p. 247.
Non est memoria priorum. p. 256.
Oritur sol, & occidit. p. 606.
- Cap. 2. Homini bono dedit De; sapietiã &c. peccatori autẽ dedit afflictionẽ, vt cõgreget, & tradat ei, qui placet Deo pag. 192. (229)
Omnia, quæ desiderauerũt oculi mei, nõ negaui eis. pa. Cũque me conuertissem ad vniuersa opera, & labores in quibus frustra sudaueram. p. 396.
Risum reputaui errorem, &c. p. 586.
- Cap. 5. Est alia infirmitas pessima, diuitiẽ conseruatæ &c. p. 496.
- Cap. 7. Cõsidera opera Dei, quia nemo potest corrigere, quẽ ipse despexerit. p. 494.
Ne impie agas multũ, ne moriaris in tẽpore nõ tuo. p. 609
- Ca. 8. Qui custodit præceptũ, nõ experiet quicquã mali. p. 149.
- Cap. 9. Hãc quoq; sub sole vidi sapietiã &c. ciuitas parua, & pauci in ea viri, venit contra eam rex &c. p. 36.
Omni tempore vestimenta tua sint candida. p. 400.
De omni labore suo, quo laborat sub sole. p. 606.
- Cap. 10. In via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, omnes stultos æstimat. p. 152.
- Cap. 11. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa inuenies illum. p. 487.

Ex Canticis.

- Cap. 1. Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes &c. p. 109.
Egredere, & abi post vestigia grægum tuorum. p. 348.
- Ca. 2. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. p. 75. & 676.
Ecce iste venit saliens in montibus &c. p. 79.

INDEX.

- Leua eius sub capite meo, & dextera &c. p. 90.
 Oculi tui columbarum. p. 217. (p. 451.)
 Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas
 Similis est dilectus meus capræ &c. p. 672.
 Sonet vox tua in auribus meis. p. 644.
- Cap. 3.** Exultabimus & lætabimur in te. p. 50.
 Omnes tenentes gladios &c. p. 303.
- Cap. 4.** Videamus an flores fructus parturiunt. p. 131.
 Fauus distillans labia tua &c. p. 238.
 Mel, & lac sub lingua tua. p. 275.
 Mille clypei pendent ex ea. p. 311. (rū. p. 592.)
 Vulnerasti cor meū soror mea spōsa in vno oculorū tuo
 Puteus aquarum viuientium. p. 650.
- Cap. 5.** In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit ani-
 ma mea &c. p. 114.
 Surgam, & circuibō ciuitatem, quæram quem diligit ani-
 ma mea. p. 127.
 Ego dormio, & cor meum uigilat. p. 176. (533.)
 Aperi mihi soror mea, quia caput meū plenu est rore. p.
- Cap. 7.** Nasus tuus ut turris Libani, quæ respicit cōtra Damascū
 pag. 306.
 Statura tua assimilata est palmæ. p. 710.
- Cap. 8.** Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro di-
 lectione, quāsi nihilum despiciet eam. p. 51.
- ### Ex libro Sapientiæ.
- Cap. 1.** Sentite de Domino in bonitate. p. 338. 555.
Cap. 2. Circumueniamus iustum, quoniam contrarius est ope-
 ribus nostris. p. 23.
 Sit fortitudo nostra lex iustitiæ. p. 430.
 Venite ergo, fruamur bonis, quæ sunt, quoniam hæc est
 pars nostra &c. p. 461.
 Inuidia diaboli mors introiuit in orbem &c. p. 469.
 Dixerunt impij cogitantes apud se non recte. p. 697.
- Cap. 4.** Senectus uenerabilis est non diuturna, nec annorū nu-
 mero computata &c. p. 207.
 Consummatus in breui, expleuit tempora multa. p. 218.
 Cap.

INDEX.

- Cap. 5.** Quid nobis profuit superbia, diuitiarum iactantia. quid
 contulit nobis. p. 52.
 Hi sūt, quos aliquādo habuimus in derisū &c. p. 320.
 Lassati sumus in uia iniquitatis. p. 397.
- Cap. 6.** Facile uidetur ab his, qui querunt eam &c. p. 111.
Cap. 7. Præposui illam regnis, & sedibus. p. 182.
Cap. 9. Si quis fuerit consummatus inter filios hominum, & ab
 eo abfuerit sapientia tua &c. p. 182.
 Corpus, quod corrūpitur, aggrauat animā. p. 454. 577.
- Cap. 11.** Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam,
 & parcens illis. p. 545.
- Cap. 15.** Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes illius,
 & luto uilior uita eius, &c. p. 310.
 Scire enim te consummata sapientia est. p. 358.
- Cap. 16.** Sermo tuus, qui sanat omnia. p. 311.
 Quod ab igne nō poterat exterminari, statim ab exiguo
 radio solis calefactum &c. p. 410.
- Cap. 17.** Sōnus validus præcipitarum petrarum, aut resonans
 de altissimis montibus echo. p. 435.

Ex Ecclesiastico.

- Cap. 1.** Unicuique mandauit Deus de proximo suo. p. 501.
Cap. 2. In igne probatur argēntum, homines uero receptibiles
 in camino humilitatis. 447.
Cap. 3. Cor durum malè habebit in nouissimo. p. 404.
Cap. 4. Ne subicias te omni homini pro peccato. p. 502.
Cap. 5. De propiciato peccato noli esse sine metu. p. 732.
Cap. 6. Quasi is, qui arat, & quasi is, qui seminat, accede ad illā,
 & sustine bonos fructus illius. p. 397.
 Quam aspera est nimium sapiētia indoctis hominibus,
 quasi lapidis uirtus probatio erit in illis. p. 434.
- Cap. 7.** Vassa figuli probat fornax, homines uero tentatio tribu-
 lationis. p. 447.
- Cap. 10.** Quid superbit terra, & cinis? p. 265.
 Secundum iudicem populi sic & ministri eius. p. 421.
 Initium superbiæ hominis apostatate à Deo. p. 462.
 Languor prolixior grauat medicum. p. 523.

INDEX.

- Cap. 13. Ante languorem adhibe medicinam. p. 307.
 Diues locutus est, & omnes tacuerunt. p. 441.
 Locutus est superbe, & iustificauerunt illum. pa. 501.
- Cap. 15. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. p. 474.
 Cibabit illum pane vitæ. p. 629.
- Cap. 17. Eleemosyna viri quasi sacculum cum ipso. p. 428.
- Cap. 18. Ante iudiciū præpara iustitiā, & interroga te ipsum &c.
 p. 17.
 Dies hominis vt multum centum anni. &c. p. 621.
- Cap. 19. Corripe amicum, corripe proximum. 494.
- Cap. 21. Qui timet Deum, conuertitur ad cor suum. p. 41.
 Fili peccasti, ne adicias iterum. p. 407.
 Quasi à facie colubri fuge peccatum. 505. 599.
- Cap. 22. Cū dormiente loquit, qui narrat sapientiā stulto. p. 152.
- Cap. 26. Pars bona mulier bona, & dabitur viro pro factis bonis
 p. 149.
- Cap. 29. Minimum pro magno placeat tibi. p. 362.
- Cap. 31. Infirmas grauis sobriam facit animam. p. 616.
- Cap. 32. In multis esto quasi inficius. p. 247.
- Cap. 33. Homo se natus credit legi, & lex illi fidelis. p. 555.
 Contra bonum malum est, & contra mortem vita, & sic
 contra virum iustum peccator. p. 190.
- Cap. 34. Quasi qui sequitur vmbra, sic qui &c. p. 419.
- Cap. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, p. 264.
- Cap. 39. In versutias parabolarum simul introibit. p. 196.
 Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo. p. 410.
- Cap. 42. Abyssum & cor hominum inuestigabit. p. 649.
- Cap. 43. Vide arcū, & benedic eū, qui fecit illū. p. 341. (133.)
- Cap. 47. Quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filiis Israel. p.

Ex Esaiā.

- Cap. I. Et relinquetur filia Sion sicut vmbra culum in vinea &c.
 p. 197. & 480.
 Calendas vestras, & solennitates vestras &c. p. 366.
 Vulnus & liuor & plaga tumens non sunt credimilgate
 neque curata medicamine. p. 477. 1000000
 Incaesum abominatio est mihi. p. 639. 1000000

INDEX.

- Cap. 2. Ingredere in petra, abscondere in fossa humo à facie
 moris Domini &c. p. 6. & 318.
- Cap. 3. Dicite iusto, quoniam bene. p. 149.
 Auferam consiliarium de medio eius. p. 503.
 Lingua eorū, & ad inuentiones eorū cōtra dñm. p. 569.
- Cap. 4. Erit germen domini in magnificentia. p. 9.
 Tacui semper filii &c. p. 356.
- Cap. 5. Nubibus meis mandabo, ne pluant super eam. p. 183.
 Væ, qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis. pa. 439.
 Expectaui, vt faceret vvas, & fecit labruscas. p. 453.
 Vineam factam dilecto meo in cornu filio olei. p. 454.
- Cap. 6. Duabus velabant faciem, & pedes. p. 51. & 235.
 Exceca cor populi huius &c. p. 470.
- Cap. 7. Ecce virgo concipiet &c. p. 79. & 341.
 Quia abiicit populus iste aquas Siloë &c. p. 80.
- Cap. 9. Iugū enim oneris ei⁹ & superasti sicut in die Madiā. p. 66
 Vocabitur nomen eius admirabilis. p. 527.
- Cap. 10. Consummatio abreuiata inundabit iustitiam. p. 6.
 Computrescet iugum à facie olei. pa. 78.
 Vg Alur virga furoris mei. p. 191. & 280.
- Cap. 11. Et delectabitur infans ab hubere super foramine aspidis
 &c. p. 293.
 Non secundum auditum aurium arguet. p. 631.
- Cap. 12. Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio
 tui sanctus Israel. p. 34.
 Haurietis aquas in gaudio. p. 656. (p. 7.)
- Cap. 13. Propter hoc celsū turbabo, & mouebit terra de loco suo
- Cap. 14. Et erunt capientes, qui se ceperant, & subijcient exa-
 ctōres suos &c. p. 170.
 Quomodo cessauit exactor? &c. p. 478.
 De radice enim colubri egredietur regulus. p. 506.
- Cap. 15. Cor meum ad Moab clamauit &c. p. 745.
- Cap. 21. Clamauit leo, cecidit Babylon. p. 165.
- Cap. 22. Et destruxistis domos admuniendum murum. p. 471.
- Cap. 23. Sume tibi cytharam, circui ciuitatem meretrix obliuio-
 ni tradita, bene cane &c. p. 249.
 Erubescet Sidon ait mare. p. 556.

INDEX.

- Cap. 24. Erubescet luna, & confundetur sol. pa. 57. (p. 564.)
 Ca. 25. Faciet dominus in monte hoc conuiuū pinguiū, &c.
 Cap. 26. Possederunt nos Domini absque te. p. 183.
 Cap. 28. Quē docebit dñs sciētiā, &c. ab lactatos à lacte. &c. p. 55.
 Vt faciat opus suum alienum opus eius. pa. 65.
 Væ coronæ superbiæ ebrijs Ephraim, &c. p. 241.
 Cap. 30. Loquimini nobis placentia. pa. 232.
 Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. p. 272.
 Erit lux lunæ sicut lux solis. pa. 382.
 Nunc ergo ingressus, scribe super buxum, &c. p. 449.
 Cap. 33. Quis poterit habitare cum igne deuorante. p. 14.
 Cap. 35. Germinabit solitudo, & florebit. p. 227.
 Scissæ sunt in deserto aquæ &c. p. 686.
 Cap. 37. Mittet id, quod saluatū fuerit, radicē deorsū &c. p. 200.
 Cap. 38. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. p. 175.
 Dum adhuc ordiret, succidit me. p. 607.
 Cap. 40. Consolamini, consolamini popule meus, dicit Dominus, loquimini ad cor Ierusalem. &c. pa. 45.
 Ecce merces eius cum eo. p. 211.
 Omnis caro scænum, & omnis gloria eius &c. p. 248.
 Exiccatus est scænum, & cecidit flos. p. 255.
 Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas &c. p. 386.
 Et reuelabitur gloria Domini. p. 696.
 Cap. 41. Ad eum venient, & confundentur omnes, qui repugnant ei &c. p. 9.
 Cap. 42. Quis cæcus nisi seruus meus &c. p. 243. 593.
 Et legem eius insulæ expectabunt, & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. p. 457.
 Cap. 43. Ne memineritis priorū, ecce ego facio noua. p. 227.
 Seruire me fecisti in peccatis tuis, laborem mihi præbui isti in iniquitatibus tuis. p. 530. & 571.
 Noli timere Israel, quia redemi te. p. 555.
 Cap. 44. Reuerte ad me, quoniam redemi te. p. 101.
 Ille dicet, Domini ego sum, & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua Domino. p. 616.
 Cap. 45. Non dixi Iacob, frustra quaerite me. p. 211.

Cap.

INDEX.

- Cap. 48. Ego Deus docens te vtilia, & gubernās te in via, qua ambulas. p. 580.
 Vtinam attendisses ad mandata mea, &c. p. 582.
 Cap. 49. Audite me domus Iacob &c. qui portamini à meo vtero, & gestamini à mea vulua. p. 375.
 Omnibus his velut ornamento vestieris. p. 386.
 Cap. 50. Mane erigit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij, corpus meum dedi &c. p. 273.
 Quis ambulat in tenebris, & non est lumen ei &c. p. 358.
 Cap. 51. Fili tui proiecti sunt, & dormierunt in capite omniū viarum. p. 183. & 244. & 408.
 Incuruare, vt transeamus. p. 229.
 Cap. 52. Inducere fortitudinem tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem. p. 399.
 Cap. 53. Posuit Deus in eo iniquitates omniā nostrum. p. 21.
 Generationem eius quis enarrabit. p. 71.
 Si posuerit pro peccato animam suam. p. 146.
 Cap. 54. Ad punctum, & in modico dereliqui te. p. 177.
 Sicut in diebus Noe istud mihi est, &c. p. 341. (p. 305)
 Cap. 55. Ecce testē populis dedi eū, ducē, ac præceptorē. p. 272. &
 Cap. 56. Cum venerit quasi fluuius violentus &c. p. 77,
 Cap. 57. Impij autē quasi mare feruens, quod quiescere non potest. p. 171. & 356.
 Ego taceas, & quasi non videns, & mei oblita es. p. 178.
 Cap. 58. Nunquid tale est ieiunium, quod elegi? p. 248.
 Frange esurienti panem tuum. p. 370.
 Cap. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos & inter Deū. pa. 33.
 Telas araneæ texuerunt. p. 607.
 Cap. 60. Pro eo, quod fuisti derelicta, & odio habita &c. p. 289.
 Qui sunt isti, qui vt nubes volant? p. 386.
 Cap. 61. Spiritus Dñi super me, vt prædicare annū placabilē Dño & diem vitionis Deo nostro. p. 1 (p. 399.)
 Gaudēs gaudebo in Dño, quia induit me vestimētis salutis
 Omnes, qui viderint eos, cognoscēt illos &c. pa. 555.
 Cap. 63. Multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum super me &c. p. 352.
 Cap. 64. Expādi manus meas tota die ad populū incredulū. p. 213
 Cap. 65. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis &c. p. 153.

Qui

INDEX.

- Qui ponitis fortunæ mensam, & libatis &c. p. 486.
Cap. 6. Antequam parturiret, peperit masculum. p. 74.
 Super quem autè respiciã, nisi super pauperculû? p. 136.
 Nūquid ego, qui alios parere facio, ipse nō pariã? p. 222.

Ex Hieremia.

- Cap. 1.** Virgam vigilantem ego video. p. 500.
 Constitui te super gentes, vt euellas, & dissipes. p. 507.
 Obstupescite cæli super hoc. p. 658.
Cap. 2. Nunquid seruus est Israel, aut vernaculus? p. 169.
 Quomodo conuersa es in prauum vinea aliena. p. 183.
 Veruntamen scito, quid feceris. p. 250.
 Vide, quia malum, & amarum est &c. p. 356. & 394.
 Verterunt ad me tergum, & non faciem. p. 371.
 Nūquid terra sterilis ego sū, aut serotina? p. 488. & 546.
Cap. 3. Frons meretricis facta est tibi &c. p. 250.
 Vidit prauaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo, quod
 machata esset &c. p. 450.
 Ecce nos venimus ad te &c. p. 467.
Cap. 4. Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili. p. 34.
 Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. p. 334.
 Cogitationes tuæ fecerunt hoc tibi. p. 507.
 Vocem quasi parturientis audiui &c. p. 762.
Cap. 5. Me nō timebitis, qui posui arenã terminũ maris? p. 66.
 Saturavi eos, & machati sunt. p. 161. & 457.
Cap. 6. Væ nobis, quia declinabit dies, longiores factę sunt vni
 bræ vesperi. p. 418. (& 589).
 Erudite Ierusalē, ne forte recedat anima mea à te. p. 452.
Cap. 7. Misi ad eos omnes seruos meos prophetas, & non audie-
 runt. p. 213.
Cap. 8. Miluus in cælo cognouit tempus suum &c. p. 247.
 Quinimo cõfusione nō sunt cõfusi, erubescere nescie-
 runt. p. 509.
Cap. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in forti-
 tudine sua. &c. p. 52.
 Quis dabit me in solitudinem &c. p. 187. & 240.
Vocate lamęatrices, vt veniant, & ad eas, quę sapientes
sunt.

INDEX.

- sunt, mittite, & propereant. p. 614. & 752. (& 542).
Cap. 11. Oliuã fructiferã, speciosã vocauit Dñs nomẽ tuũ. p. 351.
 Leges populorum vanę sunt. p. 581.
Cap. 12. Ne credas eis cum locuti tibi fuerint bona. p. 660.
 Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in silua. p. 776.
Cap. 13. Si mutare potest Ethiops pellem suam &c. p. 406.
Cap. 16. Facta est mihi quasi mēdaciũ aquarũ infidelium. p. 657.
Cap. 17. Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognof-
 cet illud? ego Dominus. p. 292.
 Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo &c. p. 321.
Cap. 19. In Thophec sepelientur &c. p. 443.
Cap. 21. Et debellabo vos in manu extenta, & in furore, & indig-
 natione, & ita grandis. p. 352.
 Si fuerit Ieconias annullus in manu mea &c. p. 481.
Cap. 22. Locutus sum ad te in abudãtia, & dixisti, nō audia. p. 161.
 Viuo ego, dicit Dñs, quia si fuerit Ieconias iste annulus
 in manu dextera mea, inde euellam eum. p. 270.
Cap. 23. Visionem cordis sui loquuntur, nō de ore dñi. p. 232.
 Puras ne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus, & non
 Deus de longe? p. 455.
Cap. 30. Ecce turbo Domini, furor egrediens &c. p. 7. & 174.
 Interrogate quęso & videte, si parturit masculus. p. 761.
Cap. 31. Nouum creauit Dominus super terram. p. 48.
 Est merces operi tuo. p. 211. & 397.
Cap. 49. Dixit Sio dereliquit me Dñs, Dñs oblitus est mei. p. 515.
 Populus vero mēs oblitus est mei dieb⁹ innumeris. p. 36.
 In manibus meis scripsi te. p. 342.
Cap. 50. Grex perditus factus est populus meus. p. 496. & 699.

Ex Threnis.

- Cap. 1.** Facti sunt hostes eius in capite. p. 329.
 Viderunt eã hostes, & deriserunt sabbatha eius. p. 366.
 Princeps prouinciarum facta est sub tributo. p. 470.
Cap. 2. Magna est velut mare cõrritio tua, quis medebitur tui.
 p. 292.
 Effunde super aquam cor tuum &c. p. 689.
Cap. 3. Sedebit solitarius & tacebit &c. p. 753.

Cap.

Cap. 4. Denigrata est super carbones facies fori. p. 406.

Ex Baruc.

- Cap. 3. Inueterasti in terra aliena &c. p. 412.
 Vbi sunt principes gentium &c. p. 53. & 256.
 Cap. 4. Sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Domino, sic iterum
 decies tantum &c. p. 127.
 Cap. 5. Constituit enim Deus humiliare omnem motem excel-
 sum, & conualles replere &c. p. 56.

Ex Ezechiele.

- Cap. 2. Comede quæcunque ego do tibi. p. 278.
 Cap. 7. Afflictio vna ecce venit. p. 756.
 Cap. 8. Ecce in ostio templi domini viginti quinque viri dorsa
 habentes contra templum Domini &c. p. 508.
 Cap. 13. Eo quod deceperint populum meum dicentes pax, sed
 non est pax. p. 349.
 Cap. 16. Nunquid parua est fornicatio tua? p. 251. 551.
 Omnibus meretricibus dantur mercedes &c. p. 465.
 Transiens per te, vidi te. p. 590.
 Cap. 17. Summam de medula cedri sublimis, & de summitate ram-
 morum eius tenerum &c. p. 325.
 Cap. 18. Omnes iustitiz, quas fecerat, nõ recordabuntur. p. 464.
 & 601.
 Cap. 20. Vivo ego dicit Dñs, quia nõ respõdebo vobis, neq; cogita-
 tio mētis vestre fiet, dicētū, erimus sicut gētes. p. 449.
 Cap. 22. Que si videris virū, qui interponeret sepē &c. p. 34. 375.
 Cap. 24. Filii hominis ecce tollo à te desiderabile oculorum tuo-
 rum in plaga; &c. p. 127. C.
 Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, &
 non es mundata. p. 165.
 Multo labore sudatū est, & non exiuit de ea &c. p. 529.
 Cap. 27. Sed & Pygmei qui erant in turribus tuis &c. p. 684.
 Cap. 29. Filios per ignem ducebant Israelitiz. p. 121.

- Non est reddita merces ipsi, nec exercitui eius,
 &c. pag. 193.
 Cap. 32. Qui descendunt ad infernum cum armis suis,
 pag. 444.
 Assimilatus es draconi, qui est in mari, &c. pag.
 472.
 Cap. 33. Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque
 die peccauerit, & impietas impij non nocebit ei
 &c. p. 193.
 Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, &c.
 pag. 116.
 Nolo mortem impij, sed vt conuertatur, &c. pa.
 341.
 Si dixero impio, morte morieris, &c. p. 545.
 Cap. 34. Et scient quia ego Dominus, cum contriuero
 cathenas ingi eorum. p. 170.
 Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum, &c.
 p. 205.
 Quod infirmum fuit, non consolidastis, pagina,
 496.
 Cap. 36. Auferam à vobis cor lapideum, &c. p. 405.
 Cap. 37. Putas ne, viuent ossa ista? p. 604.
 Cap. 43. Ostende domui Israel templum, & confundan-
 tur ab iniquitatibus suis, p. 32.
 Cap. 47. Fluij drueria aqua opertiens pedes talos, &c.
 p. 72.

Ex Daniele.

- Cap. 5. Peccauimus, iniquitatem fecimus, iustus es Do-
 mine in omnibus, &c. p. 266.
 Potens est Deus, quem colimus eripere nos de ca-
 mino ignis, sed etsi noluerit, &c. p. 554.
 Cap. 7. Fluius igneus rapidusque egrediebatur de ore
 Dñi, p. 77.

I N D E X.

- Cap. 1. Declinauerunt oculos suos, ne viderent caelum, p. 116.
Parentes illius, cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem, p. 150.
Si hoc egero, mors mihi est, p. 603.

Ex Osea:

- Cap. 2. Ego sepiam vias tuas spinis, p. 247.
Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, p. 483.
Cap. 4. Quasi vacca lasciuens declinauit Israel, p. 16r.
Maledictum mendacium, &c. inundauerunt, pag. 171.
Ca. 5. Vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis, &c. p. 466.
Cap. 6. Quasi diluculum preparatus est egressus eius, p. 409.
Cap. 7. Alieni comederunt robur eius, & ipse nesciuit, pag. 125, & 424.
Omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum, p. 187.
Vaeis qui resilerunt a me redemi eos, &c. p. 668.
Cap. 8. In gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum Domini, &c. p. 165.
Cap. 9. Vae eis, cum recessero ab eis, p. 449. & 589. 600.
Abijciet eos Dominus Deus meus, & erunt vagi, &c. p. 463.
Cap. 10. Vitis frondosa Israel, pa. 27.
Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, p. 161.
Cap. 11. In funiculis Adam traham eos, &c. p. 681.

Ex Ioel.

- Cap. 2. Filiae Sion exultate in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiae, p. 272.

Scin-

I N D E X.

- Sciindite corda vestra, pag. 332.
Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus, & misericors est, &c. p. 364.
Cap. 3. Infirmus dicat, quia fortis ego sum, pag. 375.

Ex Amos,

- Cap. 2. Super tribus sceleribus Israel, &c. p. 321.
Tantummodo vos cognoui ex vniuersis cognitionibus terrae, idcirco visitabo super vos, &c. pag. 451.
Super vestimentis pignoris accubuerunt, p. 568.
Cap. 3. Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenierit eis, p. 151.
Si est malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? p. 280.
Cap. 4. Preparare in occursum Dei tui Israel, p. 27.
Plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui, &c. p. 369.
Ca. 5. Qui subridet vultum super robustum, & depopulationem super potentem agit, p. 136. c.
Ca. 6. Vae, qui opulenti estis in Sion, optimates, &c. Et nihil patiebantur super contritione Ioseph. p. 486. & 520.
Cap. 9. Vidi Dominum stantem super altare, & dixit, percute cardinem, &c. p. 329.

Ex Abdia,

Ex Iona.

- Cap. 1. Si propter me orta est tempestas, &c. p. 174.

Ggg 2

Cap. 3.

INDEX

- Cap. 3. Ego dixi, abiectus sum à cōspectu oculorū tuorum verū tamen rursus videbo templū. p. 343.
Quis scit, si cōuertatur, & ignoscat Deus, p. 345.
Cap. 4. Sciebam enim quod tu Deus clemens, & misericors &c. pag. 345.

Ex Michea.

- Cap. 1. Ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro, cum plantatur vinea. pag. 274.
Super hoc plangam, & ululabo, vadam spoliatus & nudus, pag. 274. & 275.
Cap. 2. Væ qui cogitatis inutile, &c. p. 307.
Cap. 3. Audite principes Iacob, & duces domus Israel, nunquid non vestrum est, scire iudicium, pag. n. 430.
Cap. 6. Tu feminabis, & non metes, tu calcabis oliuā, & non vngeris oleo. pag. 230.
Cap. 7. Nolite credere amico, & nolite confidere in duce. p. 274.

Ex Nahum.

- Cap. 1. Niniue quasi piscina aquarum aquę eius, ipsi vero fugerunt, &c. pag. 657.
Cap. 3. Dormitauerunt pastores tur d' Assur. p. 183.

Ex Habacuc.

- Cap. 1. Quare non respicis super iniqua agentes. pag. 181.
Cap.

INDEX

- Cap. 2. Quomodo vinum potantem decipit, sic erit vir superbus, & non decorabitur, pag. 39.
Cap. 3. Domine audiui auditionem tuam, & timui, cōsideraui opera tua, & expaui, p. 48.
Dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit, p. 237.

Ex Sophonia.

- Cap. 1. Super omnes, qui induti sunt veste peregrina, pag. 38.
Ambulabunt vt cæci quia Domino, &c. pagina, 475.
Cap. 2. Quærite iustum, quærite mansuetum, si quomodo abscondamini ab ira furoris Domini, pag. 80.
Cap. 3. Principes in medio eius quasi leones rugientes. pag. 430.

Ex Zacharia.

- Cap. 2. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, pagina, 286.
Cap. 4. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, pagina. 358.
Cap. 7. Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulas recedentes, & aures suas aggrauauerunt, pagina. 426.
Cap. 10. Idcirco abducti sunt, quasi greges affligentur, quia non est pastor eis. p. 375.
Cap. 11. O pastor, & idolum derelinquens gregem, Ggg 3 pagina

I N D E X

- Sine mortuos sepelire mortuos suos. pa. 399.
- Cap. 10. In hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sūt in cælis. p. 49.
Non veni pacem mittere, sed gladium. p. 175.
Qui perseverauerit vsque in finem, & c. pagina. 6. 8.
- Cap. 11. Timete eum qui postquam occiderit corpus, habet potestatem mittendi in gehennam ignis, pag. 15.
Dilecte a me, quia mitis sum, & humilis corde, pag. 265.
- Regnam cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. p. 290.
Quia si in Tyro, & Sidone factę fuissent, & c. p. 344.
- Cap. 16. Si quis non odit patrem, matrem, adhuc & animam suam, & c. p. 110. & 136.
Cauete a fermento Phariseorum. p. 203.
Qui vult venire post me, abneget semetipsum. pagin. 433.
Porta inferi non præualebunt aduersus eam, pagin. 678.
Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur. p. 715.
- Cap. 18. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. p. 548.
- Cap. 19. Qui potest capere capiat. p. 144.
Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum. p. 201.
Ecce nos reliquimus omnia. p. 294.
Facilius est Camelum per foramen acus transire, & c. p. 438.
- Cap. 20. Date animam suam redemptionem pro multis. p. 22.
- Cap. 21. Maledixit ficui, & aruit. p. 13.
Publicani autem & meretrices crediderunt ei.

pagis

I N D E X

- pagina. 56.
- Cap. 22. Quid vobis videtur de Christo cuius filius est pag. 355.
- Cap. 23. Vnus est magister vester Christus. p. 273.
Pharisæe cæce, munda prius, quod intus est calicis. p. 510.
Quoties volui congregare filios tuos, & c. pag. 558. & 559.
- Cap. 25. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, & c. p. 28. & p. 488,
Vigilate quia nescitis, qua hora, & c. p. 255.
Quod vinex his minimis meis fecistis, & c. p. 286.
Qui talentum in terra abscondit. p. 451.
Venite possidete regnum. p. 460.

Ex Marco.

- Cap. 4. Loquebatur in parabolis prout poterant audire. pag. 195.
- Cap. 6. Misit Herodes Ioannem in carcerem, pagina. 23.
Phantasma est. p. 577.
- Cap. 9. Quantum temporis est, ex quo hoc ei accidit & respondit ab infantia. p. 406.
- Cap. 10. In potestate spiritibus immundis imperat, pagina. 26.

Ex Luca.

- Cap. 1. Et Zacharias pater eius impletus est Spiritu sancto. p. 84.

Ggg i

Quia

I N D E X

Ex Ioanne.

- Cap. 1. Plenum gratiæ & veritatis. p. 155.
Medius vestrum stetit. p. 286.
- Cap. 2. Zelus domus tuæ comedit me. p. 327.
- Cap. 3. Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, pag. 372.
Non misit Deus filium suum, vt iudicet mundum. p. 19.
Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum, &c. p. 49. 531.
Scimus quia à Deo venisti magister. p. 273.
- Cap. 4. Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi, &c. p. 43.
Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. p. 524.
Fiet in eo fons aquæ vitæ. p. 652.
- Cap. 5. Opera quæ dedit mihi pater, vt faciam, ipsa testimonium perhibent de me. p. 26.
Si opera non fecissem in eis, &c. ibidem.
Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. p. 61.
Secundum tempus descendebat. Angelus pagina. 408.
Sic dedit & filio habere vitam, &c. pa. 531.
Quomodo vos potestis credere, &c. p. 673.
- Cap. 6. In me manet, & ego in eo. p. 87.
Verba quæ ego loquor vobis spiritus, & vita sunt. p. 225. & 629.
Et erunt omnes docibiles Dei. pa. 273.
Queritis me non quia vidistis signa, sed quia iam ducastis ex panibus. p. 432.
- Capit. 7. Nunquam sic locutus est homo, pagina. 531.
Si quis

I N D E X

- Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, pa. 539.
- Cap. 8. Adducunt ei mulierem in adulterio deprehensam, pag. 19.
- Cap. 9. Si cæci essetis, non haberetis peccatum, pagin. 241.
In peccatis natus es, & tu doces nos, p. 441.
- Cap. 10. Illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, pag. 223.
Ego sum ostium, p. 351.
- Cap. 11. Vt credant, quia tu me misisti, pa. 27.
Quid facimus, quia hic homo, &c. p. 337.
- Cap. 12. Lazarus vnus erat ex discumbentibus, pagina, 84.
Nisi granum frumenti cadens in terram, pagin. 227.
- Cap. 13. Exemplum meum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, p. 160.
Vos vocatis me magister, & Domine, & benedicitis, sum & enim, p. 273.
Cum iam diabolus misisset in eor, p. 564.
- Cap. 15. In hoc pater meus glorificatus est, vt fructum plurimum afferatis, p. 104.
In hoc cognoscent, vos meos esse discipulos, &c. p. 284.
Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, pa. 533.
Ego sum vitis vera, p. 725.
- Cap. 16. Plorabitis, & flebitis vos, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, p. 241.
- Cap. 17. Vt credat mundus, quia tu me misisti, p. 556.
- Cap. 19. Accepit eam discipulus in sua, p. 85.
Mulier ecce filius tuus, pag. 138.
Ita vt miraretur pater vehementer, p. 295.
Ecce homo, pag. 375.
- Cap. 20. Ego ipse sum, pa. 353.
Insufflauit, & dixit, accipite Spiritum sanctum, p. 427.

Cap. 21. hic autem quid? p. 617.

Ex actis Apostolorum.

- Cap. 1. Cæpit Iesus facere & docere. p. 159.
Accipietis domum Spiritus sancti. p. 538.
- Cap. 2. Effudit hoc donum, quod vos videtis, pagina, 538.
- Cap. 5. Ibant gaudentes à conspectu concilij, &c. pagina. 432.
- Cap. 7. Moyfes, cui dixit Israelita, quis te constituit iudicem, p. 9.
- Cap. 10. Qui pertransijt benefaciendo, &c. p. 28.
Obstupuerunt ex circuncisione fideles. p. 269.
In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, &c. p. 481.
- Cap. 17. Quæ nam doctrina hæc noua. p. 331.
Dei enim genus sumus. p. 459.

Ex epistola ad Romanos.

- Cap. 1. Iustus autem meus ex fide viuit, p. 358.
Reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei, &c. p. 452.
Propter quod obscuratum est, insipiens cor eorum, p. 597.
Ipsi sunt sibi lex, p. 673.
- Cap. 4. Si enim cum inimici essemus, &c. p. 50.
Traditus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram, pagina, 540.
- Cap. 5.

- Cap. 5. Quomodo non cum illis omnia nobis donauit. p. 50.
Sed & gloriamur, in tribulationibus. pagina. 64.
Si cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus ei per mortem, &c. p. 99.
Commendat autem charitatem suam Deus, pagina. 543.
- Cap. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est cum eo pag. 159. & 293.
Quis me liberabit de corpore mortis huius gratia Dei per Iesum Christum, pagina. 167. & 292.
Peccatum vobis non dominetur, non enim estis sub lege sed sub gratia, pag. 205.
Sicut exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato ita exhibete nunc arma iustitiæ, pagina. 263.
In hoc Christus mortuus est, ut viuorum & mortuorum dominetur. p. 426.
Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. p. 444.
Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. p. 470.
- Cap. 8. Quos prædestinavit, hos & vocavit. p. 102.
Qui in carne sunt, Deo placere non possunt pagina. 202.
Quis nos separabit à charitate Christi. p. 231. & 622. & 678.
Si Deus pro nobis quis contra nos. p. 305.
Qui proprio filio non pepercit, &c. quomodo non cum illo omnia nobis donauit. pagina. 339.
Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius pag. 427.
Non sunt cõdignæ passiones huius temporis, &c. p. 516.

I N D E X

- pag. 516.
- Per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, pag. 538.
- Cap. 9. Quid est, quod Israel sectando iustitiam, ad legem iustitiæ non peruenit? p. 269.
Cuius vult, miseretur, quæ vult, indurat: p. 404.
- Cap. 10. Diues in omnes, qui inuocant illum, p. 351.
- Cap. 11. O altitudo diuitiarum, &c. p. 113.
Si naturalibus Ramis Deus non pepercit, &c. p. 270.
Si tu cum oleaster esses: infertus es in bonâ oliuam, pag. 454.
Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret, &c. p. 456.
- Cap. 13. Hora est iam nos de somno surgere, p. 19.

Ex Epistola Prima ad Corinthios.

- Cap. 13. Elegit ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. p. 65.
Quod infirmum est Dei fortius est omnibus hominibus. p. 67.
Qui factus est nobis iustitia, sanctificatio redemptio. p. 97.
Verbum crucis percipientibus stultitia est, p. 235.
Iudæi signa petunt, p. 336.
- Cap. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. p. 152. &c. 578.
- Cap. 3. Dei agricultura estis, p. 183.
- Cap. 4. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer. pagina. 152.
Nolite ante tempus iudicare. p. 634.

Cap. 5.

I N D E X.

- Cap. 5. Ex purgate vetus fermentum, p. 204.
- Cap. 6. Corpus autem non fornicationi, sed Domino, pag. 386.
- Cap. 7. Ego itaque vobis parco, &c. p. 128. c.
Qui cum vxore est sollicitus est, quæ sunt mundi, pa. 134:
Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi, p. 145.
Qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur, p. 166. &c. 253.
Præterit figura huius mundi, p. 590.
- Cap. 9. Omnia omnibus factus sum, vt omnes lucrificerem, p. 25.
Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, pag. 308.
Bonum est mihi mori, quam vt gloriam meam quis euacuet, p. 374.
Non est cura Deo de bobus, p. 580.
- Cap. 10. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. p. 416.
- Cap. 11. Si nos metipfos iudicarem, non vtique iudicaremur. p. 17.
Mulier velet caput propter Angelos, p. 327.
- Cap. 13. Reddet unicuique secundum proprium laborem, p. 217.
Sine charitate omnia nihil sunt. p. 602.
- Cap. 15. Scientes, quoniam labor vester non est inanis in Domino, p. 211.
Ignorantiam Dei quidam habent, p. 367.
Seminatur carnale resurget spirituale, pagina, 384.
Si autem Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis quomodo quidam dicant in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est, pagina, 784.

Hhh Ex se-

Ex Secunda ad Corinthios.

- Cap. 3. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, &c. p. 391.
Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, pag. 399.
- Cap. 4. Non contemplātibz nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur, &c. pa. 197.
Id quod in præfenti est momentaneum, & leue, &c. p. 516. 606.
- Cap. 5. Scimus, quod si terrestris domus huius habitatio nis dissoluatur, &c. p. 382.
- Cap. 6. In tempore placito adiui te, &c. p. 410.
- Cap. 7. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. p. 408.
Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. p. 432.
Tristitia quæ secundum Deum est poenitentiã in salutem stabilem operatur. pa. 679.
- Cap. 9. Gratias ago Deo super in enarrabili dono eius, pag. 538.
- Cap. 11. Nunquid domos non habetis ad manducandũ & bibendum, aut ecclesiam Dei, &c. pagina. 568.
- Cap. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus, &c. p. 517.
Virtus in infirmitate perficitur, pag. 517.
Placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, &c. pag. 518.
- Cap. 13. Si mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei, p. 75.

Ex Epi-

Ex Epistola ad Galatas.

- Cap. 2. Qui dilexit me, &c. p. 727.
- Cap. 4. Factum ex muliere, p. 138.
Misit Deus filium suum in mūdum, vt adoptio nem filiorum reciperemus. p. 146.
Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt, à seruo, &c. p. 212.
Vt adoptionem filiorum reciperemus. p. 459.
- Cap. 5. Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt pagin. 31. 239.
Absit mihi gloriari nisi in cruce. p. 64.
- Cap. 6. Considerans te ipsum, ne & tu tenteris. p. 42.

Ex Epistola ad Ephesios.

- Cap. 1. Vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius, &c. p. 377.
- Cap. 2. Mulieres subditæ sint viris. p. 148.
Quis est diues in misericordia. p. 351. 544.
Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus. p. 410.
- Cap. 3. Euangelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi. p. 72.
Vt innotescat principibus, & potestatibus in cælestibus per ecclesiam, &c. p. 85.
- Cap. 4. Qui ascendit, ipse est, & qui descendit. p. 353.
Exuentes vos veterem hominem, induite nouũ, &c. p. 399.
Nolite locum dare diabolo. p. 506.
- Cap. 5. Sacramentum hoc magnum est. pa. 144.
Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, &c. p. 146.

H h h 2

Viri

I N D E X

- Viri diligite vxores vestras, &c. p. 147.
Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, &
ambulate in dilectione, p. 284.
Fructus autem lucis in omni bonitate, &c. pagina, 452.
Eratis aliquando tenebræ, p. 586.
Propter quod dicit, surge, qui dormis, p. 626.
Cap. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem &
sanguinem, sed aduersus principes &c. p. 281.
& 303.
Cap. 9. Et vos Domini eadem facite illis. p. 268.

Ex epistola ad Philippenses.

- Cap. 1. Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in laudem & gloriam Dei. pag. 104.
Cap. 2. Reformabit corpus humilitatis nostræ, &c. p. 32.
Exinanivit semetipsum. pag. 198.
Si immolor super sacrificium fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis, &c. p. 238
Sed & si immolor super sacrificium fidei vestræ gaudeo, &c. pag. 432.
Cap. 3. inimicos crucis Christi quorum finis interitus, quorum Deus venter est. pag. 433. & 562.

Ex epistola ad Colossenses.

- Cap. 1. in verbo veritatis Euāgelij, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mūdo est, & crescit, & fructificat. pag. 227.
Cap. 2. videte, ne quis vos decipiat per philosophiam. &

I N D E X

- & inānem fallaciam, &c. p. 236.
Cap. 3. Vita vestra abscondita est, cum Christo in Deo. pag. 668.

Ex epistola Prima ad Thessalonicenses.


- Cap. 1. Facti sumus paruuli in medio vestrum, quasi si nutrix foueat filios suos, p. 26.
Cum accepissetis á nobis verbum auditus Dei, pag. 670.
Cap. 3. Ne forte tentauerit vos is, qui tentat, p. 309.
Cap. 5. Non dormiamus, sed vigilemus, & sobrii simus, pag. 183.

Ex epistola Secūda ad Thessalonicenses.

- Cap. 2. Qui dilexit nos, & dedit nobis consolationem, & spem bonam in gratia, p. 56.

Ex epistola Prima ad Timotheum.

- Cap. 2. Fidelis sermo, & omni acceptione pignus, &c. pag. 19.
Vnus mediator Dei, & hominum Christus Iesus, Hhh 3



I N D E X.

- fus, pagina. 34.
Cap. 5. Qui suorum, maxime domesticorum, curam non habet, p. 268.
Cap. 6. Radix omnium malorum cupiditas, p. 438.

Ex Secunda ad Timotheum.

- Cap. 2. Labora sicut bonus miles Christi Iesu, pagina, 208.
Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit, pag. 298.
Et relinquantur a diaboli laqueis, p. 724.
Cap. 4. Coaceruabunt sibi magistros prurientes auri- bus, p. 232.

Ex epistola ad Titum.

- Cap. 1. Verbis fatentur se nosse Deum, factis autem negant, p. 229.
Cap. 2. In omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum, p. 387.
Cap. 3. Apparuit benignitas, & humanitas, &c. Erudiens nos, ut abnegantes, &c. p. 67.

Ex epistola ad Hebraeos.

- Cap. 1. Qui portat omnia verbo virtutis suae, p. 61.
Cap. 2. Propterea abundantius oportet nos obseruare ea, quae

I N D E X.

- ea, quae audiuiimus, &c. p. 224. & 584.
Cap. 4. Viuus est sermo Dei, & efficax, p. 225.
Non profuit eis sermo auditus, non admixtus fidei, p. 336.
Cap. 5. Qui in diebus carnis suae preces, supplicationesque ad eum, qui, &c. p. 614. & 766.
Capit. 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum pag. 701.
Cap. 12. Flagellat autem omnem filium, quem recipit, pag. 280.
Ne deficias, cum a Deo corripieris, p. 290.
Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, pa. 368.
Nondum usque ad sanguinem restitistis, &c. pagina, 585.

Ex epistola Iacobi.

- Cap. 1. Suscipite insitum verbum, p. 75.
Voluntarie genuit nos verbo veritatis, pag. 225. & 299.
Omne gaudium existimate fratres, &c. pa. 452. & 518.
Cap. 2. Ostende mihi si dem tuam ex operibus, pagina, 28.
Factus est omnium reus, p. 479.
Cap. 3. Patientes igitur esto te fratres usque ad aduentum Domini, ecce agricola expectat, &c. p. 378.
Lingua ignis est deuorans, p. 441.
Inflamat rotam Natiuitatis nostrae, pagina, 606.
Cap. 4. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentijs vestris infumatis, pagina, 158.

I N D E X

Ad inuidiam concupiscit spiritus, &c. pa. 166.
Scienti bonum, & non facienti peccatum est il
li. p. 243.

Quæ est vita vestra, vapor est ad modicum pa-
rens, &c. p. 254.

Deus superbis resistit, humilibus aut, &c. p. 264.
Vnus est legislator, & index. p. 581.

Cap. 5. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit, & conuer-
tetur quis eum scire debet, quoniam qui cõuer-
tere, &c. p. 499.

Ex Epistola prima Petri.

Cap. 1. Renati non ex semine corruptibili, sed in corrup-
tibili per verbum Dei viu. p. 228.

Peccata nostra portauit in corpore suo super lig-
num. p. 376.

In hereditatem in corruptibilem, incontamina-
tam, &c. p. 460.

Cap. 2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium
pag. 21.

Obsecro vos tanquam aduenas, &c. p. 248.

Cap. 3. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut cir-
cundatio auri, &c. p. 30.

Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos
abstinere a carnalibus desiderijs. p. 31.

Si ornabant se sanctæ mulieres vt Sara vocans
Abraham Dominum suum. p. 148.

Parati semper rationem reddere de ea, quæ in vo-
bis est fide, ac spe. p. 169.

Fratres: sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius
vester diabolus, &c. p. 304. & 469.

Cap. 4.

I N D E X

Cap. 4. Qui est eius spiritus, super vos requiescet, p. 427.

Cap. 5. In Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet.
pag. 177.

Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, &c.
pag. 202.

Omnem sollicitudinem vestram projicientes in
eum, quia ipse est cura de vobis. p. 560.

Ex epistola secunda Petri.

Cap. 1. Fratres satagite, vt per bona opera, &c. pa. 27.
Habemus firmiorem propheticum sermonem,
pag. 117.

Vt per hoc efficiamini diuinæ consortes natu-
ræ. p. 459.

Cap. 2. A quo quis superatus est, eius & seruus est. pagi-
na. 97.

Non tardat Deus promissionem suam sicut qui-
dam existimant, sed patienter agit, &c. p. 181.

Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ,
&c. p. 222.

Christus petra scandali. pagi. 235.

Cap. 3. Vbi est promissio, aut aduentus eius, &c. pa. 3.

Ex epistola prima Ioannis.

Cap. 1. Quod vidimus, quod audiuimus, quod manus
nostre contrectauerunt. p. 67.

Ego

H h h

Deus

I N D E X

- Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllz, pagina. 625.
- Cap. 3. Tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus aqua, & sanguis, p. 92.
- Omnis qui habet hanc spem, sanctificat se, pagina. 378.
- Videte qualem charitatē dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus. p. 459.
- Cap. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniā filium suum vnigenitum misit, &c. p. 20.
- Qui dicit, se nosse Deum, & mandata eius non obseruat, &c. p. 43, & 251.
- Mandata eius graua non sunt. p. 346. & 585.
- Cap. 5. Qui credit in filium Dei habet testimoniū Dei in se. p. 169.

Ex epistola secunda Ioannis.

Ex Iudæ Epistola

- Prophetauit autem de his septimus ab Adam Enoc. p. 1.
- Illos saluate de igne rapientes. p. 499.

Ex Apocalipsis.

- Cap. 1. Habeo clauces mortis, & inferi. pa. 604.

Cap. 1.

I N D E X

- Cap. 2. Age pœnitentiam, & prima opera fac, &c. p. 452.
- Dabo ei calculum candidum, & in calculo nomē nouū scriptum, quod nemo scit, &c. p. 460.
- Vincenti dabo manna absconditum. pa. 564.
- Cap. 3. Ego sto ad ostium, & pulso. p. 102. & 213.
- Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, p. 130.
- Cum sis pauper, & cæcus. p. 475.
- Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. p. 589.
- Cap. 5. Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo, pag. 101.
- Vicit leo de tribu Iuda aperire librum. p. 581.
- Cap. 6. Erit sol niger sicut saccus cilicinus. p. 5.
- Cap. 7. Domine tu scis. p. 115.
- Cap. 12. Signum magnum apparuit in cælo, mulier, &c. pag. 18.
- Cap. 13. Faciet imagines loqui. &c. p. 28.
- Cap. 14. Mete quia venit hora, vt metatur. p. 10.
- Cap. 16. Beatus qui vigilat. p. 184.
- Cap. 17. Vinum mulieris meretricis. p. 136.
- Projicitur in profundum maris Babylon, pagina. 241.
- Cap. 19. Datum est illi, vt cooperiat se bysino, pagina. 400.
- Cap. 21. Lucerna eius est agnus. p. 391.
- Dabo ei bibere de fonte aquæ viuæ gratis, pagina. 538.
- Cap. 22. Foris canes benefici. p. 13. 380.
- Qui iustus est iustificetur adhuc. p. 283.

I N D E X

I N D E X
I N D E X R E R V M,
quæ in hoc opere expli-
cantur.

Numerus indicat paginam, litera, cum apponi-
tur, locum paginæ.

A

- Adæ peccatum grauissimum fuit, p. 252.
- Adæ sepulchrum, p. 627.
- Aduentus Christi in mundum dulcissimus fuit, pagi-
na, 19.
- Aduentus Christi in mundum, admirationem, gaudiū,
& amorem ingenerare in nobis debet, p. 45. & deinceps
vsque ad pag. 51.
- Amor Dei in nos ostensus est in incarnatione, p. 51.
- Amor Dei in nos ostensus in creatione, p. 60.
- Amorem Deo debemus propter ipsius amorem, & ad-
uentum in mundum, p. 535.
- Amorem Deo debemus propter creationem, pagina, 60.
& 61.
- Amor Dei præclarum armorum genus est, p. 130.
- Amor Dei magna efficit merita operum, p. 217.
- Amor proximi quanta faciat, p. 25.
- Amor proximi opera signa sunt fides, p. 28.
- Amor in domesticos ministros, p. 268.
- Amor in inimicos vide concionem integram, p. 272.
- Amor in proximos & in Deum quo pacto a nobis exhi-
beri simul debeant, p. 370.

Ani-

I N D E X

- Anima quomodo ignis sit, p. 257.
- Anima quomodo vertatur in cinerem ibidem.
- Anima conuenienter corpori iungitur, p. 261.
- Appetitus si rationi subditur sanus est, sin minus infir-
matur, p. 166.
- Appetitum inordinatum sola gratia sanat, p. 167.
- Appetitus ordinatus iuuat rationem, p. 261.
- Appetitus inordinatus rationem trahit ad se, pa. 262. &
630. & 631.
- Asperitas vitæ conueniens est homini fideli, p. 30.
- Aspera arma sunt animi, p. 118. & 119.
- Auaritia mala, p. 698.

B

- Baptismus piscina est ecclesiæ, p. 362.
- Beneficia Dei nos damnant, quando eis ingrati sumus.
pag. 450.

C

- Charitas vide amor.
- Caro tentat infirmos & stultos, p. 308.
- Caro aliquando in hac vita in spiritum transit, p. 385.
- Christus mediator est Dei & hominum, p. 34.
- Christus cur in medio semper collocetur, ibidem.
- Christus causa est omnium bonorum nostrorum, p. 34.
- Christo rege exultandum & fidendum nobis, ibidem.
- Christo parendum tanquam regi, ibidem.
- Christo quantum mundus debeat, ibidem.
- Christi redemptio, ibidem.
- Christus nullum peccatorem respuit, licet maximus sit
peccator, p. 44.
- Christus in humanitate exemplum dedit omnem vir-
tutum,

I N D E X

- tutum, pagina. 67.
 Christus labores nostros faciles reddidit, p. 78.
 Christus vt medererur extremis infirmitatibus per extrema ambulauit, p. 79.
 Christus redemptor est, & munera omnia redemptoris ebiuit, p. 97. & sequentibus.
 Christus redemit nos sanguine suo ibidem.
 Christus iustificat nos, & huic operi cur vehementer incambat, ibidem.
 Christus glorificat nos, ibidem.
 Christus cur pauper, & in laboribus fuerit, p. 118.
 Christus impleuit omnia quæ in ætatibus superioribus fuerant figuræ expressa. p. 154.
 Christus factus exemplar nostrum, pagina. 159. & 160.
 Christus petra scandali, p. 235.
 Christus magister est noster, p. 272.
 Christus pater est, & portat peccata nostra, pagina. 300.
 Christus dux noster abstulit inimicorum vires, pagina. 305.
 Christus nobis signum est omnis boni temperalis ac spiritualis, p. 337. & deinceps.
 Christi passio signum omnium bonorum, ibidem.
 Christus eodem ingenio nunc est, ac fuit cum in terris vixit, p. 353.
 Christus nos super humeros portat, p. 375.
 Christus nobis imitandus est, p. 427.
 Christus fatigatur in redemptione, p. 529.
 Christus inuenitur a nobis vt voluerimus, p. 531.
 Christus Deum se ostendit curans cæcum, p. 594.
 Christus lux est mundi, p. 626.
 Christi sequela præstanda, p. 628.
 Christus peccatum non sumpsit, nec sumere potuit, pag. 638.
 Christus pastor optimus, p. 671. & 676.

Ex Chri

I N D E X

- Ex Christi signis occasio eū perdendi sumpta est, p. 704.
 Christus nobis sequendus, pa. 713.
 Christus candidatus efficitur, pa. 742.
 Christi summa misericordia, p. 19.
 Christi opera eundem ostenderunt, p. 26.
 Christi aduentus lætitiæ causa est, pa. 45. & 49.
 Christi aduentus admiratione dignus est, p. 48.
 Christi aduentus amorem in nobis ingenerare debet, pagin. 51.
 Christi aduentus spem roborat, p. 55. c.
 Christi aduentus planum iter cæli fecit, p. 56.
 Christi æterna generatio, p. 58. & 59.
 Christi vestis humanitas gloria plena est, p. 64.
 Christi virtutes nobis imitandæ, pa. 67. & 68.
 Christi natiuitas duplex, p. 74.
 Christi incarnatio, ac natiuitas tantum est beneficium, vt quasi nos obruat, p. 76.
 Christi verba singulari ratione audire tenemur, p. 225.
 Christi verba potentiora quã prophetarum, ibidem.
 Christus semen est, p. 227.
 Christi crux, & passio scandalum fuit multis, pagin. 235. & sequentibus.
 Christi vexillum nos sequi debemus, p. 239.
 Christi gratia corporis cupiditatibus medetur, p. 292.
 Christi via in mundo quæ fuerit, p. 425.
 In Christo maxime ostendit Deus, quantum ei peccatū displiceat, p. 428. & 429.
 Christi paupertas scandalum fuit, pa. 718.
 Christi charitas immensa, p. 728.
 Christi amor in nos, p. 740.
 Cibus sit moderatus, p. 562.
 Ciuitates duæ bonorum & malorum, p. 184.
 Cæli magnitudo gloriam æternam maximam futuram ostendit, p. 381.
 Cogitatio præua vitanda, p. 505. & 507.
 Con sanguinei vana docere solent, p. 660.

Cogni-

I N D E X.

- Cognitio sui optima res est sed rara. p. 41.
 Confessarius quis eligendus. p. 502.
 Consideratio diuinorum vtilissima. p. 231.
 Conuiuia superflua vitanda. p. 562.
 Consolatio terrena non est iusto, & quare. p. 135.
 Consolatio terrena vana est. p. 136.
 Consolatio est maxime in Dei domo, pagi. 152. & de in-
 cepts.
 Consuetudo peccati pessima est. p. 406.
 Contemplatio est qui es in sinu Christi. p. 90.
 Conuersio peccatoris vera, & ficta. p. 332.
 Cor hominis Deus, & dæmon quærunt. p. 504.
 Cor omni custodia seruandum. p. 505.
 Corpus hominis nauis est animæ. p. 290.
 Corpus impedimentum est animæ. p. 290.
 Corporis contrarietas à Christo tollitur, ibidem.
 Correctio fraterna præstanda. p. 493. & sequentibus.
 Correctio quomodo facienda. p. 500.
 Creator Deus est, & in creatione amorem ostēdit ad nos
 maximum. p. 60.
 Crux Christi scandalum fuit mundo. p. 235.
 Crux Christi therebintina est. p. 428.
 Crux Christi vnica via in cælum est. p. 433.
 Curiositas circa aliena vitanda. p. 245.

D

- Dauid quantus vir fuerit. p. 133.
 Desperatio omnis tollitur Christo veniente in mundū,
 p. 55. & 56.
 Deus serio à nobis quærendus est. p. 110.
 Deus cur sub nube, & nebula esse dicatur. p. 11.
 Deus cur a deo optet inter homines esse. p. 42.
 Dei virtutes in humanitate apparuerunt. p. 67.
 Dei nomine quæ fuerint. p. 95.

Deus

I N D E X.

- Deus bono, ac remedio nostro semper est paratus, pagi-
 na, 156. c.
 Deus vult sanare nos, pag. 163.
 Deus liberalis, ac magnificus, p. 216.
 Dei bonitas & misericordia excedens est, superatque in-
 tellectum nostrum, p. 236. c.
 Dei præcepta seruanda, licet difficilia, p. 276. & 277.
 Deus tribulationes immittit, p. 280.
 Dei filius quomodo homo efficiatur, p. 283.
 Deus liberalis, ac magnificus est, p. 296.
 Deus pater est hominum, p. 459.
 Deus virtutem attendit, non alia. p. 481.
 Deus mirabilis in iustificatione hominis. p. 527.
 Deus prius nos diligit, quam diligatur. p. 533.
 Deus parua à nobis petit. p. 534.
 Dei cura in iustos. p. 554.
 Deus curat iustos, & eis necessaria ministrat. p. 559.
 Deus à nobis adorandus, & colendus est. p. 566.
 Dei liberalitas maxima. p. 619.
 Dei gloria apparet in hominis liberatione. p. 620.
 Deus lux est. p. 625.
 Deus fons est animæ & totius hominis de qua re est inte-
 gra concio. p. 648.
 Deo conuenientissimè mors fuit mors crucis. p. 695.
 Diabolus amicum se fingit homini. p. 188.
 Diabolus tribulationes immittit. p. 281.
 Diabolus inimicus noster, qui aduersum nos pugnat. pa-
 303.
 Diaboli aliqua astutia. p. 310.
 Diaboli mira deceptio, qua peccatorem decipit. p. 455.
 Diabolus contendit, vt hominem vsuperet, & in comuni-
 re se se curat, ne pellatur. p. 469.
 Diabolus falsus est propheta. p. 563.
 Difficili ac ardua Dei causa aggredienda. p. 208. 276.
 & 396.
 Diligentia ac cura maxima adhibenda ad animæ salu-
 tem

I N D E X.

tem. pagina. 374.
 Diuitiæ ac delitiæ impedimenta sunt virtutis. pagi. 233.
 &c. 438. & deinceps.
 Diuitiæ radix omnium malorum, ibidem.
 Duritia cordis maximum malum. p. 403.

E

Ecclesia similis est naui, pagina. 172. & pagina.
 287.
 Eleemosyna necessaria est. p. 28.
 Eleemosyna Deo grata est, & ingrata immisericordia.
 p. 486.
 Quod in eleemosynam impenditur non amittitur. pagi.
 487.
 Eleemosynæ fructus etiam nunc. p. 488.
 Eleemosyna facienda. p. 561.
 Exempla optima nobis ad virtutem proponit Deus. pag.
 159. & 160.
 Eucharistiæ misterium altissimum est, quod humana ra-
 tio non penetrat. p. 71. & deinceps.
 Eucharistiæ effectus. p. 87.
 Eucharistia frequentanda. p. 168.
 Eucharistia Dei mensa est. p. 564.
 Eucharistiæ beneficium peccatori conceditur. p. 730.

F

Familiares habere possumus, dum studiosi sint. p. 395.
 Febris peccati figura est. pa. 522. & sequentibus.
 Fermentum quid significet. p. 203. & sequentibus.
 Festus dies quemodo agendus. p. 123.
 Festus dies cur dicatur hominum, & non Dei, pagina.
 566.

Fides

I N D E X.

Fides sine voluntate non est. p. 336.
 Fidei Christi præclara testimonia, p. 92. & 169.
 Fides magna quæ sit. p. 358.
 Filij recte educandi, nec vanitati tradendi. p. 131. & 359.
 Fortitudo est maxima, inimicis parcere. pa. 285.

G

Gaudium peccatoris cito transit. p. 241.
 Gaudij peccatoris & iusti diuersitas. p. 655.
 Gloria magna præmittitur laboranti. p. 211.
 Gloriæ æternæ cognitio maximè necessaria. p. 377.
 Gloriæ magnitudo ex loco colligi potest, ex celo scilicet.
 p. 381.
 Gloriæ æternæ cogitatio facit, impleri præcepta diuina.
 pag. 423.
 Gloria æterna conuiuium est Dei. p. 564.
 Gloria vana mundi non quaerenda. pag. 415. & sequen-
 tibus.
 Gratia Dei magna facit merita. p. 208. c.
 Gratia copiosior datur nunc quam olim. p. 209.
 Gratia singularis non semper ad manum est. p. 369.
 Gratia mentem eleuat, & opera. p. 539.
 Gratulari debemus alterutrum, quod Deo tanto mini-
 stramus. p. 238.

H

Homo Deum parum desiderat, quia cum non nouit. pa.
 42.
 Homo maximè dicitur mortalis. p. 254.
 Homo & eius bona instabilia sunt. p. 255. & 256.
 Homo lucri appetens est. p. 431.
 Homo terra est. p. 615.

iii 2

Homi.

INDEX

- Hominis miseria magna, qui vile est figmentum, pag. 41. & 597.
 Humanæ vitæ breuitas. p. 606.
 Homo mortuus & viuus eodem nomine hebræo exprimitur. p. 633.
 Humilitas honorata rara virtus. p. 39.
 Humilitas via ad exaltationem est, pagin. 198. & sequentibus.
 Humilitas Deo placet. p. 264.
 Humilitatem in omni opere ostendit Deus, ibidem.
 Humilitas omnia merita magna facit. p. 265. c.
 Humilitatis via secunda. p. 665.

I

- Ieiunium hominem sanctificat. p. 258.
 Ieiunantes cathalogo Dei scribuntur, ibidem.
 Ieiunantem libentius custodit Angelus, ibidem.
 Ieiunantes Deus inspicit, & suis inspiciendos proponit, ibidem.
 Incarnatio opus maximum, & dulcissimum. p. 19. & sequentibus.
 Incarnationis beneficium maximum. p. 20. c.
 Incarnatio opus Dei per excellentiam est, in quo Dei gloria apparet in multis. p. 65. & deinceps.
 Incarnationis mysterium altissimum est, quod humanæ vires assequi non possunt. p. 71.
 Incarnatione plus accepimus quam in creatione, pagina. 98. c.
 In incarnatione seruus fuit beneuolentium hominibus. pag. 108.
 Inferni dānatio quanta est, & quod humanum iudicium superet. p. 11. & 14. & 15.
 Infernus sepulchrum est peccatorum. p. 443.
 Infirmetas ac egritudo iustum humiliat. p. 517.

Infir-

INDEX

- Infirmi visitandi, & curandi. p. 520.
 Ingratitudo peccatoris maxima. p. 681.
 Ioannis Baptistæ mira sanctitas. p. 37. & 38.
 Ioannis baptistæ quæ fuerit maior asperitas. p. 54. C.
 Iudæorum reprobatio. p. 113.
 Iudæorum futura persecutio mire descripta à Hieremia. p. 699.
 Iudicia temeraria vitanda. p. 633.
 Iudicium extremum diuersitatem ostendit iusti & peccatoris. p. 668.
 Iudicium extremum à multis prædictum est. p. 1.
 Plura de hoc iudicio vide in tota illa concione.
 In iudicio peccator erubescet, iustus lætabitur. p. 9.
 Iudicij extremi annunciatio terribilis, & quæ potens est excitare peccatorem. p. 18. C.
 Iudicij extremi ira. p. 30.
 In iudicio extremo misericordia apparet. p. 315.
 Iustum & eius potentias Deus replet vt fons. p. 651.
 Iustus peregrinus est in hoc mundo. p. 663.
 Iustus cur ouis dicatur. p. 674.
 Iustus assimilatur palmæ. p. 710.
 Iustificatio, quo pacto fiat. p. 102.
 Iustificationi peccatoris enixe Christus incumbit. p. 103.
 Iustificatio voluntatem requirit. p. 372.
 Iusti vita cælestis. p. 555.
 Iusti fides in Deum. p. 554.
 Iustus pascitur à Deo, & curatur. p. 483.
 Iustus filius est Dei, & filius maior, ac primogenitus. p. 459.
 Iustus cur in hac vita tribulatur. p. 445.
 Iustus maximus est, & præclarus. p. 182.
 Iustus nauis similis est. p. 173.
 Iusti persecutionem tolerant ab iniustis. p. 23.
 Iustorum plura opera quare sine mercede sint in hoc mundo. pagina. 2.
 Iusti gaudium inenarrabile. pag. 118.
 Iusti vita prosperis, & aduersis est mixta. pag. 122.
 Iustis omnia cedunt in bonum. pag. 149.
 Iustus tentatur à dæmone. pag. 175.

I ii 3

Iusti

INDEX.

Iusti mira pax, ac tranquillitas. p. 178.
 Iustus Dei ager est. p. 183.
 Iusti corona elaboratur persecutione peccatoris. p. 190.
 Iusti labor cito transit. p. 241.
 Iusti hæreditas quanta sit. p. 460.

L.

Laborandum homini est, non vacandum. pa. 212.
 Lachrymarum obiectum peccatorum. p. 689.
 Lepra multiplex quid significet. p. 164.
 Lex Christi dulcissima. p. 275.
 Lex gratiæ potior quam scripta. p. 209.
 In lege gratiæ magis laborare tenemur, ibidem.

M.

Magdalena pœnitentiam iteravit omni virtute ornatam. pagina. 732.
 Mandata Dei facilia sunt. p. 346.
 Maria signum magnum. p. 18.
 Maria epilogus est bonorum omnium. p. 121. C.
 Maria cur mulier dicatur à Christo. p. 138.
 Maria nimium in nos misericors est. p. 141.
 Martyr testis est Christi. p. 92.
 Matrimonio iuncti sancti esse possunt. p. 132.
 De matrimonio vide plura in duabus concionibus Domini
 cæ secundæ post Epiphaniam, à pagina. 132. & deinceps.
 Matrimonij via difficilis est. pa. 145.
 Meretrix castellum dæmonis est indemes expugnat. p. 684.
 Meriti magnitudo unde procedat. p. 207. & sequentibus.
 Ministri pravi in domo non retinendi. p. 174.
 Ministri quomodo curandi sunt. p. 268.
 Miraculis testatur Deus præsentiam suam populo. pag. 362

Mira

INDEX.

Miraculum signum est Dei. p. 571. & 572.
 Misericordiæ opera signa sunt Christiani. p. 28.
 Misericordia Deo grata, ingrata immisericordia. pagina.
 486.
 Misericordia pauperi exhibenda. p. 561.
 Misericordia Dei maxima est. p. 350.
 Misericordia Dei magna, & parva, quæ sit. ibidem.
 Misericordia Dei maxima in nos. p. 532. & 541.
 Misericordia Dei in peccatores summa. pagina. 544. &
 612.
 Mortis memoria condit temporale felicitatem, vt non noccat.
 pag. 253.
 Mors hominem præcipue respicit. p. 254.
 Mors peccati symbolum est. p. 599.
 Mortuum humanum corpus plurimum horremus. pagina.
 605.
 Mortificatio homini necessaria est, vt in cælum tendat. p. 433. &
 deinceps.
 Mulier ornari non debet, præcipue, vt templum adeat. pagina.
 327.
 Mundi periculum ante Christi aduentum, & eius per Christum
 remedium. p. 36.
 Mundi rebus non inhærendum. p. 436.
 In mundo plures mali consiliarij. p. 703.
 Murmuratio mala, præcipue de prælatis, & doctoribus. pag.
 na. 441.

N.

Negligentia, & incuria peccatoris quanta sit. p. 183.
 Negligentia & incuria iusti disponit, vt in crimen incidat.
 pag. 306.

O.

Obstinatio peccati pessima est. p. 403.

lii 4

Occasio

INDEX.

- Occasio non præmittenda. p. 409.
 Odia, ac dissensiones causa sunt ruinæ. p. 274.
 Opera bona testimonium sunt optimum, & ea Deus præcipue
 exigit. p. 27.
 Opera bona efficiunt hominem Dei filium. pag. 283.
 Otium vitandum. p. 216.
 Oves Christi & dæmonis & earum proprietates. p. 670.

P.

- P**alma insigne est iusti. pagina. 710.
 Passiones in Christo Domino non fuerunt, sed propassiones
 pag. 325.
 Parabolis cur Christus vsus sit. p. 195.
 Passio Christi via ad exaltationem fuit. p. 238.
 Passio Christi signum omnis boni. pagina. 337. & deinceps.
 Passio Christi quomodo excessus fuerit. p. 400.
 Passio acerbissima quomodo Deo conueniens fuerit. p. 665.
 Passio Christi eiusque dolores acerbissimi. p. 752.
 Patientia iusti in tribulatione. p. 178.
 Pax iusti maxima. p. 178.
 Peccator elongatur à Deo. p. 33.
 Peccatori parua videntur cælestia, ibidem.
 Peccator licet maximus à Deo libenter suscipitur. pagina.
 44.
 Peccatoris misera captiuitas. p. 97.
 Peccatorum diuersi status. p. 115. & sequentibus.
 Peccator Deum amittit. p. 123.
 Peccator Deum quærat dolens, & anxius. p. 127.
 Peccator non dolens de Deo amisso stultissimus est, ibidem.
 Peccatori iudicare non potest de his, quæ sunt spiritus Dei. pagina. 152.
 Peccator se, & sua non curat, cum in maximo, sit discrimine.
 pag. 157.

Peccat

INDEX.

- Peccator quo timore esse deberet. p. 160.
 Peccator sanari non vult. p. 165.
 Peccatoris periculum ac discrimen. p. 165.
 Peccatoris libertas, cum à peccati seruitute eripitur, præclarum
 fidei testimonium est. p. 169.
 Peccator flagellatus non conuertitur. p. 180.
 Peccatorem Deus diu expectat, & quibus rationibus id fiat. pa.
 181. & per totam concionem illam.
 Peccator alienus est à Deo. p. 183.
 Peccatoris somnus quis sit. p. 183.
 Peccator curandus est, quia mutari potest in melius. p. 189.
 Peccator elaborat iusto coronam eum persequens. p. 190.
 Peccator diu viuere permittitur propter iustorum commodum.
 & adiumentum. p. 191.
 Peccatori bona temporalia conceduntur propter aliqua pia ope
 ra. p. 192.
 Peccator nihil habet, licet plura habere videatur. pagina.
 197.
 Peccator delet fidem Christi, & opera paganorum. p. 202.
 Peccatoris gaudium cito transit. p. 241.
 Peccator cæcus est. p. 243. & 593.
 Peccator sedet in via, ibidem.
 Peccator non recedat longissime à Deo, ibidem.
 Peccator desperare non debet, quia victus est. p. 307.
 Peccator fidit nimium ad ea, quæ cupit, diffidit ad bona animæ
 curanda. p. 312.
 Peccatoris bona dæmon possidet, ibidem.
 Peccatoris conuersio vera, quæ sit. p. 332.
 Peccator vellet sine labore iustificari. p. 337.
 Peccator summam prodicionem in Christum liberatorem com-
 mittit. p. 338.
 Peccator ad temporalia in Deo parum sperat. p. 339.
 Peccator quo pacto irridendus à Deo, & iustis. p. 343.
 Peccatorem cum Deus inquit, misericordia in eum vititur mag-
 na. pag. 347.
 Peccator non timet, nec de se sollicitus est, ibidem.
 Peccator iacommoda prædicatio, quod interiturus sit. p. 349.

Iii 5

Pecca-

INDEX.

- Peccator male torquetur, licet delicijs perfrui videatur. pagina. 355. C.
- Peccator, cum non punitur à Deo, deseritur. p. 386.
- Peccatoris voluntas inefficax. p. 372.
- Peccator in cælum admittitur si pœniteat. p. 380.
- Peccatoris cor quidam infernus est. p. 394.
- Peccator gloriam mundi quærit. p. 419.
- Peccator se præcipitat, ne se mortificet. p. 434.
- Peccator sepulchrum in inferno sibi conficit. p. 443.
- Peccator vellet à Deo relinqui, nec puniri. p. 449.
- Peccator fructum gratum Deo non dat. p. 453.
- Peccatori nulla relinquitur excusatio. ibidem.
- Peccatoris deceptio mira. p. 455.
- Peccatoris hæreditas, ac fors, quæ sit. p. 460.
- Peccator omnia temporalia sibi congregare vult. p. 462.
- Peccator priora merita amittit, cum peccat. p. 464.
- In peccatore demon habitat vt in castello munito. pag. 469. & 470.
- Peccator nisi à Deo adiutus erui non potest. p. 472.
- Peccator vt pascatur, peccata perpetrat. p. 483.
- Peccator nunquam satiatur. p. 485.
- Peccator cur non omnino curatur. p. 490.
- Peccator omnino perditur. p. 495. C.
- Peccator eger est, ibidem.
- Peccatorem corrigere maximi meriti est. p. 499.
- Peccatoris velocitas in malum. p. 530.
- Peccator suis consilijs se perdit. d. 596.
- Peccator flagellatur à Deo. p. 574.
- Peccator quando sentit Dei auxilium, eo vtatur. p. 593.
- Peccator citius de vita tolli solet. p. 607.
- Peccator totus in terra iacet. p. 609.
- Peccatores Deus suscipit, & exaltat. p. 617.
- Peccator in tenebris ambulat. p. 629.
- Peccator timet, vbi non est timendum. p. 629.
- Peccator praua affectione veritati cognitæ resistit. p. 673.
- Peccatoris ingenium est prave colligere & arguensari. pa. 697.
- Peccator in vita nihil sibi deesse putat, at in morte multum sibi deesse.

INDEX.

- deesse videbit. pagina. 702.
- Peccator iumentum est. p. 722.
- Peccator ligatus à dæmone est. p. 723.
- Prædestinationis signum. p. 644.
- Peccata plura cur Deus in hoc mundo non puniat. pagina. 2.
- Peccatum Deus summo prosequitur odio. p. 158. 627.
- Peccatum cum per pœnitentiam non deletur suo pondere ad aliud trahit. p. 170.
- Peccata cur in mundo abundant? pagina. 186. & 187. & sequentibus.
- Peccatum omnium malorum causa est. p. 288.
- Peccati malitia quanta sit. p. 317. & 318. & 319.
- Peccata aliqua grauissima, quæ in iudicio irridenda ab omnibus sunt. pag. 344.
- Peccatum magna est miseria. p. 352.
- Peccatorum diuersa genere, ignorantia, passionis, & malitia. pagina. 368.
- Peccatorum pœna esse solet amissio fidei. p. 452.
- Peccatum latet sub esca delectationis. p. 474.
- Peccati mala quæ sint. pagina: 475. & sequentibus. & 497. & sequentibus.
- Peccatum febris est. p. 522. & sequentibus.
- Peccatum adulterium est. p. 551.
- Peccatum mors est. p. 599. & sequentibus.
- A peccato solus Deus liberat. pa. 603. C.
- Peccatum Deus maximè odit. p. 639.
- Peccatum venenum est. p. 639.
- Perditio aliorum nos reddere cautos debet. pa. 448.
- Perfectorum gaudia maxima sunt. p. 118.
- Perfectio in omnibus quærenda. p. 557.
- Persecutio iustorum in hac vita. p. 23.
- Perseuerantia necessaria est. p. 371.
- Pœnitentia sepe numero nulla est. p. 677.
- Pœnitentiæ vis quanta sit, quæ hominem restaurat, & aliquando in altiorem gradum euehit. p. 83.
- Pœnitentia in dolore agenda est. p. 127. & 128.

INDEX.

Pœnitentiæ tempus aptissimum quadragesima. p. 247.
 Pœnitentiæ quomodo agenda. p. 249. & 302.
 Pœnitentiæ labor Deo gratissimus. p. 345.
 Pœnitentiæ piscina est Ecclesiæ. p. 363.
 Pœnitentiæ cur homini conceditur, non Angelo. p. 364.
 Pœnitentiæ illustrem reddit hominem. p. 618.
 Prælatus peccatum grauissimum. p. 705.
 Prælatus corripere debet, & vitiones adhibere. p. p. 330.
 Prælatorum negligentia multi pereunt. p. 375.
 Prælati vita debet esse exemplar omnium. p. 421.
 Prædicator corripiat vitia. p. 330.
 Prædicatoris vita sancta sit. p. 421.
 Princeps iniustus magna damna infert. p. 430.
 Prosperitas magis timenda quam aduersitas. p. 24.
 Prosperitas temporalis parui pendenda. p. 52. & deinceps. & pa.
 131. & 193.
 Prosperitas à Deo separare solet. 161.
 Prosperitas temporalis concedi solet propter aliqua pia opera.
 pag. 193.
 Profectus in via spiritus curandus est. p. 130.
 Psalmos composuit Dauid, & qua deuotione dicendi. p. 232.
 Puer exercendus est in virtutum officijs. p. 128. C.

Q.

Quadragesima tempus aptius pœnitentiæ. p. 247. & 408.
 Quadragesimale ieiunium Christus sanctificauit contactu
 suo. p. 307.

R.

Redemptionis beneficium quantum sit. p. 21. & sequentibus
 & pag. 88.
 Redemptoris munera quæ sint, & quomodo ea expleuerit Chri-
 stus. pag. 97.

Redemp-

INDEX

Redemptori ingratisimus peccator est. p. 338.
 Religio virtus quomodo Deum & templa colat, pagina
 326.
 Resurrectio Christi fundamentum est christianæ vitæ,
 pagin. 784.

S

Sacerdos sanctus fit, p. 422. & deinceps.
 Sacerdotis recreatio quæ futura sit. p. 721.
 Sacrificijs antiquis cur placari voluit Deus. pa. 701.
 Somnus peccatoris quis sit. p. 183.
 Spes in Deo maxima in omnibus propter Christum. p.
 337. & sequentibus.
 Spiritus sanctus donum Dei est. p. 537.
 Status quomodo sumi debeat. p. 149.
 Synagogæ reprobatio, & gentium electio. p. 113. 456.
 Synagogæ reprobatio admiranda. p. 269.
 Synagogæ reprobatio nos timoratos reddat, pag. 270. &
 457.
 Superbia generale est vitium, quod pauci admodum fu-
 giunt. p. 39.

T

Templorum ritus, cultus, ac reuerentia. p. 326.
 In templo peccata commissa Deus seuerissimè punit,
 pag. 328.
 Templum sibi Deus seruaui. p. 567. & 568.
 Temporalis celsitudinis vanitas. p. 52.
 Temporalia non nimium curanda. p. 53.
 Temporalis celsitudinis finis.

Tempo

I N D E X

- Temporalia non decerunt iusto. p. 339.
 Temporalia censenda bona non sunt sed spiritualia. pa.
 719.
 Tentatio cessat Christo inuocato. p. 172.
 Tentationis cessatio Christi inuocato testimonium est fi
 dei, ibidem.
 Tentatio iniustum insurgit. p. 175.
 Temendus homo est. p. 298. & deinceps.
 Teatur homo post consolationem. p. 300. a.
 Ante tentationem preparate ad illam. p. 306.
 Timore Deo obsequendum est. p. 160.
 Timendum semper in omni statu. p. 176.
 Timore coercendus peccator est a peccato. pa. 349.
 Traditiones humane diuine legi aduersæ. p. 508.
 De transfiguratione Christi, vide conciones duas, saba
 tho ante Dominicam secundam, & Dominica secunda
 quadragesimæ.
 Tribulatio cum pijs adest post bona opera, maxima pro
 batio. p. 125.
 Tribulari Deus suos vult, sed ad modicum. p. 177.
 Tribulatio a Deo immittitur. p. 280.
 Tribulatio a dæmone procuratur. p. 281.
 Tribulatio signum est Christi. p. 289.
 Tribulatio datur iusto in hac vita. p. 445. & 515.
 Tribulatur iustus, vt humilietur. p. 517.
 Tribulatus iustus spectaculum gratissimum Dei est. pa.
 518. c.
 Trinitatis mysterium altissimū est, quod humana ratio
 non attingit. p. 71. & sequentibus.
 Tristitia de Dei amissione habenda est. pagina. 127. &
 128.

V

Verbum Dei infinitus thesaurus. p. 221.

Verbum

Ver-

I N D E X

- Verbo Dei quomodo vtendum, ibidem.
 Verbum Dei filios efficit Dei. p. 223.
 Verbum Dei ipsemet seminauit. p. 224.
 De verbo Dei multa in Dominica in sexagesima. pagi.
 224.
 Verbum Dei clypeus est contra omnem tentationē. pa.
 311.
 Virginitas sub præcepto non est. p. 144.
 Virginitatis via sine impedimento est. p. 145.
 Virtus admirationi est mundo. pa. 38. & 295.
 Virtus vestis est iusti, ibidem.
 Virtuti ab omnibus defertur. p. 39.
 Virtutem Deus attendit, non alia humana. p. 481.
 Virtus interna præcipue curanda. p. 513.
 Vita hominis prosperis, & aduersis est mixta. p. 121.
 Vita hominis breuis est. p. 606. 621.
 Vitium peregrina vestis est fidei. pa. 38.
 De umbra quid significet, & alia multa. pag. 415. & deinceps.
 Vocatio Dei multiplex, qua hominem vocat. p. 213.
 Vocatio Dei efficax. pagina. 220.
 Voluntatis prauæ vis maxima. pagina. 642.
 Voluptatis via aduersa est homini, præcipue fidei. pagi
 na. 30. & p. 214.

Z


Zelus Dei comedit Christum. pagina. 570.

F I N I S.

BIBLIOTHECA

S. S. S.

ALMA MATER



1834

SALMANTICAE.

Excudebat Michael Serranus de Vargas.

Anno. 1593.

